STEPHANUS X, papa. — Epistola ad Gervasium archiepiscop. Remens. qua pro religione fortiter agenti auxilium pollicetur, etc., CXLIII, 869. — Bulla, qua confirmat cleri sæcularis immunitatem a sæcularium potestatum judiciis et oneribus, *ibid.*, 871. — Confirmatio concessionum aliorumque indulgentiarum sacri cœnobii S. Petri Perusini, *ibid.* — Canonicorum Aretinorum bona confirmat, *ibid.*, 874. — Constitutio pro monasterio S. Prosperi Regini, *ibid.*, 876. — Privilegium per quod confirmat omnia monasteria, bona, jura et privilegia monasterio Cluniacensi antea concessa, *ibid.*, 879.

STEPHANUS, Parisiensis episc. — Charta pro canonicis S. Mariæ Parisiensis, CLXXIII, 1421. — Charta pro canonicis regularibus S. Victoris Parisiensis, *ibid.* — Charta pro canonicis S. Joannis Rotundi, *ibid.*, 1423. — Charta de ecclesia S. Dionysii de Carcere, *ibid.* — Charta de Ecclesia Fossatensi, *ibid.*, 1424. — Charta fundationis abbatiæ Hederensis, *ibid.*, 1427.

STEPHANUS, rex Anglorum. — Charta pro monasterio Cluniacensi, CLXXXIX, 1063.

TELLO, episcopus Curiensis. — Possessiones concedit ecclesiis Sanctæ Mariæ et Sancti Martini, XCVI, 1555.

THEODORICUS, Flandriæ comes. — Diploma confirmans donationes Cononis et Walteri factas ecclesiæ Aldenburgens., CLXXIV, 1569. — Remittit annum censuum a certis bonis, etc., *ibid.*, 1571.

URBANUS II, papa. — Primatus Ecclesiæ Toletanæ in Hispania restituitur, CLI, 288. — Epistola ad Ildesundum Galleciæ regem. Toletanam ecclesiam Saracenis ereptam gratulatur. Commendat Bernardum, archiepiscop. Toletanum, a sese pallio donatum, primatemque in totis Hispaniarum regnis constitutum, *ibid.*, 289. — Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat et Hugoni abbati mitræ, dalmaticæ, chirotecarum sandaliorumque usum concedit, *ibid.*, 291. — Privilegium pro abbacia S. Joannis de Vineis, *ibid.*, 295. — Epistola ad Gebhardum Constantiæ episcopum qua eidem legationem apostolicam, et procuracionem ecclesiarum in Saxonia et Alemania defert et confirmat, *ibid.*, 297. — Privilegium pro monasterio Jesu Nazareni, *ibid.*, 301. — Frotardo abbati S. Pontii Tomeriarum concedit privilegium quo locum a cujuscunque episcopi jurisdictione eximit, aliisque compluribus prærogativis exornat, *ibid.* — Privilegium pro clericis et laicis Vellitrensibus, *ibid.*, 304. — Epistola ad Rainoldum archiepiscop. Remens. Illi pallium tribuit ac totius secundæ Belgicæ provinciæ primatum usque consecrandi Francorum reges asserit, 309. — Monasterii Balmensis apud Sequanos possessiones archiepiscopo confirmat Vesontionensi, *ibid.*, 311. — Bulla pro canonicis Pistoriensibus, *ibid.*, 317. — Pro canonicis Sancti Antonii diocesis Ruthenensis, *ibid.*, 319. — Pro ecclesia Gratianopolitana, *ibid.*, 320. — Monasterii S. Theofredi Calmiliacensis bona confirmat, *ibid.*, 322. — Majoris Monasterii tutelam suscipit, possessionesque ejus confirmat, *ibid.*, 324. — De parthenone S. Crucis Pictaviensis, *ibid.*, 328. — De monasterio S. Bartholomæi in Lipara, *ibid.*, 329. — Confirmatio erectionis canonicæ S. Mariæ in Rettembach, quæ sub apostolicæ Sedis protectione recipitur; confirmatisque bonis omnibus ad eam spectantibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia, *ibid.*, 337. — Monasterium S. Sophiæ Beneventanum tuendum suscipit, et ejus possessiones et jura confirmat, *ibid.*, 341. — De monasterio Reinhardsbornensi, *ibid.*, 342. — Privilegium pro ecclesia Pisana, cui ob civium erga Romanam Ecclesiam merita, episcopatus Corsiacos subjicit, *ibid.*, 344. — Guarino, monasterii S. Laurentii Aversani abbati, mitræ et annuli usum concedit, *ibid.*, 346. — De Privilegiis monasterio Cavensi concessis, *ibid.*, 347. — S. Brunoni Carthusianorum fundatori et Lanino asserit locum a Rogerio comite concessum, et a Theodoro episcopo Scyllacino confirmatum, *ibid.*, 353.

Epistola ad universos episcopos Britannia. Dolensi episcopo concedit pallium, salvo jure Turonensis ecclesiæ, *ibid.*, 359. — Canonicorum Sancti Pauli Narbonensis propositum vitam regularem profitendi confirmat, *ibid.*, 360. — Epistola ad omnes fideles. De ecclesia S. Mariæ Casinensis monasterii a se consecrata et privilegio mu-

nita, *ibid.*, 365. — Ecclesiam S. Nicolai secus muros urbis Pictaviensis confirmat Monasterio Novo ejusdem urbis, *ibid.*, 367. — Bulla qua donationem a Mathilda comitissa factam monasterio S. Blasii confirmat, *ibid.*, 374. — Monasterii Vindocinensis is jura et possessiones confirmat, *ibid.*, 380. — Privilegium pro Turonense Ecclesia, ut ei subjiatur Ecclesia Dolensis, *ibid.*, 385. — Præcipit universis episcopis per Britanniam constitutis ut Turonensi archiepiscopo tanquam metropolitano pareant, *ibid.*, 387. — Privilegium pro canonicis Pistoriensibus, *ibid.*, 399. — Bullæ pro monasteriis S. Petri de Puteolis et Sancti Ægidii, *ibid.*, 398, 399. — Monasteria S. Georgii in Nigra Silva et Hirsaugiense sub Sedis apostolicæ protectione suscipit, et bona ejus ei confirmantur, *ibid.*, 402. Bulla pro abbacia S. Petri in Nigra Silva, *ibid.*, 403. — Privilegium pro monasterio Cluniacensi, *ibid.*, 410. — Pro ecclesia S. Petri de Guastalla, *ibid.*, 412. — Pro monasterio S. Abundii Comensis, *ibid.*, 417. — Ecclesiæ S. Petri Standalmontensis a Mathilde comitissa B. Petro traditæ, protectionem suscipit et bona confirmat ea lege ut clerici quotannis denarium aureum, aut quarto quoque anno bysantium palatio Lateranensi persolvant, *ibid.*, 419. — Privilegium pro Ecclesia Vesontiensis, *ibid.*, 421. — Privilegium pro monasterio monialium S. Petri Blazillensis, *ibid.*, 422. — Caturiensis ecclesiæ canonici confirmantur in professione vitæ regularis, quam recens professi erant, *ibid.*, 423. — Privilegium pro monasterio Casæ Dei, *ibid.*, 424. — Bulla pro monasterio S. Ægidii, *ibid.*, 425. — Confirmat regularem disciplinam canonicorum S. Avenionensis ecclesiæ qui cum bonis omnibus ad canonicam ipsam spectantibus sub protectione Sedis apostolicæ suscipiuntur, *ibid.*, 426. — Privilegia pro ecclesiis S. Rufii, et Matisconensi, et pro monasterio Salviniacensi, *ibid.*, 430.

Bulla confirmationis privilegiorum monasterii Celsiviacensis, CLI, 432. — Episcopis Engolismensibus confirmat præposituram de Juliaco ab Ademaro illis factam, *ibid.*, 433. — Monasterii Aubechiensis possessiones et jura confirmat, *ibid.*, 434. — De prioratu Maxiniacensi, *ibid.*, 442. — Pro monasterio Tutelensi, *ibid.*, 444. — Privilegia ecclesiæ Turonens. confirmat, *ibid.*, 449. — Bainsonensem ecclesiam, a parentibus suis Cluniacensi cœnobio donatam, auctoritate sedis apostolicæ munit et Suessionensi Ecclesiæ jura determinat, *ibid.*, 450. — Trenorencis monasterii bona juraque omnia in tutelam apostolicæ Sedis recipit, *ibid.*, 451. — De monasterio S. Vincentii Metensi, *ibid.*, 452. — De abbacia S. Bertini ordinis S. Benedicti Audomaropoli, *ibid.*, 453. — Privilegium pro Marbacensi ecclesia, *ibid.*, 455. — Privilegium quo abbates Cormeriacenses baculum pastorem de sepulcro S. Martini, communi decani et capituli jussu sumant, *ibid.*, 456. — Privilegium pro S. Martini Turonens. canonicis, *ibid.*, 459. — Bulla pro monasterio Novo Pictaviensi, qua illud sub Sedis apostolicæ protectione suscipit, illudque Cluniacensi monasterio subjicit, *ibid.*, 461. — Pro monasterio S. Martialis Lemovicensis, *ibid.*, 462. — Abbati Ansculpho Angeriensi Buriacensem ecclesiam dono episcopi Belvacensis acquisitam et astipulatione regis Francorum munitam confirmat, *ibid.*, 465. — Monasterio Cluniacensi cellam S. Michaelis de Monte alto asserit, *ibid.* — Bulla confirmationis privilegiorum monasterii Moyssiensis, *ibid.*, 466. — Diploma de donatione abbatiæ Belli Loci, *ibid.*, 468. — Confirmat bona monasterii Rivipollensis, cui nonnulla immunitatis ac exemptionis privilegia conceduntur, *ibid.*, 472. — Privilegium pro monasterio Balneolensi, *ibid.*, 474. — De monasteriis Juviniacensi et S. Ægidii, *ibid.*, 476, 477. — Bulla pro ecclesia S. Saturnini Tolosæ, *ibid.*, 478. — Monialibus Cremonensibus S. Joannis evangelistæ, omnia illarum jura confirmat, *ibid.*, 484. — De monachis monasterii Cluniacensis, *ibid.*, 485. — Casinense cœnobium ejusdemque bona ab omni jurisdictione liberum sub sanctæ Sedis protectione confirmat, cæterisque per occidentem monasteriis præferendum esse declarat, *ibid.*, 492.

Privilegium ad S. Hugonem pro immunitate cellarum Cluniacensium et interdicto ac libertate convocandi apud Cluniacum quem voluerit antistitem ad chrisma conficiendum et oleum benedicendum, CLI, 493. — Selmoriaci pagus Ecclesiæ Gratianopolitanæ asseritur, *ibid.*, 494. — Ecclesiæ Narbonensis privilegia corroborat, *ibid.*, 495. — Privilegium pro ecclesia Verulana, *ibid.*, 496. — Ecclesiæ S. Mariæ Buronensis protectionem suscipit; bona confirmat, privilegia constituit, imposito fratribus byzantii censu annuo, *ibid.*, 498. — Bulla pro monasterio Willengensi, *ibid.*, 501. — Pro ecclesia Urgellensi, *ibid.*, 502. — Ascensem Ecclesiam caput Jacensis Ecclesiæ constituit, *ibid.*, 504. — De privilegio monarchiæ Siciliæ, *ibid.*, 506. — Alohano, Salernitano archiepiscopo.

eiusque successoribus Acherontinæ et Consentinae provinciarum primatum asserit, *ibid.*, 507. — Brunonis et Lanuini eremitarum possessiones concessas a Bogerio comite et Joanne episcop. Scyllacensi confirmat, *ibid.*, 509. — Bulla pro monasterio S. Cucuphatis, *ibid.*, 513. — Bulla pro Cassinensi monasterio, *ibid.*, 515. — Pro abbate Majoris monasterii Turonensis, *ibid.*, 518. — Privilegium immunitatis Schaffhusano in Hirsaugia monasterio concessum, *ibid.*, 519. — Privilegium Raginero abbati monasterii S. Petri Crispiniensis Romæ concessum, *ibid.*, 522. — De monasterio Latiniacensi, *ibid.*, 523. — Pro ecclesia Jaccensi, *ibid.*, 526. — Epist. ad clericum et populum Paternitanum, *ibid.*, 528. — Ecclesie S. Trinitatis in loco qui Pons Guinzei dicitur privilegia instituit, ea lege ut clerici Mediolanensis monetæ nummos sex quatuor annis Lateranensi palatio persolvant, *ibid.*, 535. — Epistola ad Galonem S. Quintini Bellovacensis præpositum, qua confirmat donationem terræ de Alnella factam a Guillelmo episcopo Parisiensi, *ibid.*, 537. — Epist. ad Hugonem Lugdunensem archiepiscopum; ei nuntiat tandem primatum ejus a Daimberto, Senonens., archiepisc. agnatum Romæ esse, *ibid.*, 545. — Clero et populo Lemovic. Humbaldum ep. iterum commendat, *ibid.*, 552.

URBANUS III, papa. — Ecclesie S. Evasii protectionem suscipit, possessiones ac privilegia confirmat, CCII, 1331. — Petro Spoletano archiepiscopo jus præferendæ crucis per totum regnum Hungariæ asserit, *ibid.*, 1333. — Privilegium per quod confirmat omnia bona, jura et possessiones prioratus S. Petri de Consiaco, *ibid.* — Privilegium per quod confirmat omnia bona et jura prioratus B. Mariæ Montis Desiderii, *ibid.*, 1338. — Assignationem decimarum factam ecclesie S. Silvestri Venetæ confirmat, *ibid.*, 1342. — Privilegium pro monasterio S. Trinitatis Lucernensis, *ibid.*, 1347. — Pro monasterio S. Sixti Placemini, *ibid.*, 1353. — Ecclesiam S. Mariæ de Reno tuendam suscipit et ejus possessiones et jura confirmat, *ibid.*, 1355. — Privilegium pro monasterio S. Jacobi Pontidensi, *ibid.*, 1360. — Pro ecclesia S. Mariæ Spoletanæ, *ibid.*, 1362. — Monasterii S. Mariæ Civitaceiensis protectionem suscipit, bonaque ac jura confirmat, *ibid.*, 1364. — Monasterii Cluniacensis protectionem suscipit et bona quædam et privilegia confirmat, *ibid.*, 1365. — De parthenone S. Petri de Luco, *ibid.*, 1370. — De monasterio S. Apollinaris Cluniensis, *ibid.*, 1371. — De monasterio S. Salvatoris Berardingensis, *ibid.*, 1375. — Hugoni abbati Cluniacensi asserit capellaniam ecclesie S. Vivarii Brolletensis, *ibid.*, 1377. — Monasterii Cluniacensis bona ac privilegia confirmat, *ibid.*, 1379. — Monasterium Tegernonse suscipit et bona confirmat, *ibid.*, 1383. — De monasterio Rispensi, *ibid.*, 1385. — Privilegium pro domo hospitali fratrum Cruciferorum S. Petri Boicensium, *ibid.*, 1387. — Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit et ejus possessiones et jura confirmat, *ibid.*, 1389 et 1413. — De monasterio S. Mariæ Magdalenæ, de ecclesia Cannensi Gradensi, *ibid.*, 1394, 1397. — Ordinis Æridagamantini instituta ac privilegia confirmat, *ibid.*, 1399. — Ecclesiarum SS. Joannis et Pauli, S. Martini, S. Stephani majoris et S. Stephani minoris sustentationi canonicorum ecclesie S. Petri destinatarum possessiones et privilegia confirmat, *ibid.*, 1402. — Privilegium pro monasterio S. Petri Esloniensi, *ibid.*, 1407.

Fratribus Grandimontensibus concedit ut iis in generali terræ interdicto pulsare unam campanam liceat, CCII, 1415. — Privilegium pro ecclesia S. Joannis Baptistæ Ratisponensis, *ibid.*, 1418. — Pro ecclesia S. Joannis Leodiensi, *ibid.*, 1420. — Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit ejusque bona et privilegia confirmat, *ibid.*, 1429. — De monasterio S. Mariæ Seiteinstelensis, *ibid.*, 1431. — De ecclesia Augustensi, *ibid.*, 1434. — De monasterio S. Mariæ Tongerloensi, *ibid.*, 1430. — Privilegium pro monasterio S. Cornelii Ninoiensi, *ibid.*, 1437. — Parthenonem S. Gratae Bergomatem tuendum suscipit et ejus possessiones et jura confirmat, *ibid.*, 1440. — Canonicorum Ecclesie Pisanæ possessiones et privilegia confirmat, *ibid.*, 1448. — Decreta concilii a Petro archiepiscopo Spolantino et ejus suffraganeis celebrati emendat et confirmat, *ibid.*, 1446. — Monasterii S. Mariæ de Carcere protectionem suscipit et bona juraque confirmat, *ibid.*, 1449. — Privilegium pro ecclesia S. Castoris Cardonensi, *ibid.*, 1457. — Monasterii S. Petri Gaudensis sive Blandiniensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, *ibid.*, 1459. — De monasterio S. Mariæ Servensis, *ibid.*, 1461. — Privilegium de plenaria libertate monachorum Caræ insulæ, *ibid.*, 1463. — Monasterium S. Sepulcri Placentinum tuendum suscipit, etc., *ibid.*, 1465. — Sororibus S. Nicolai Furnensibus annuos solidos quinquaginta donatos a Gertrude quondam comitissa Maurinianensi, *ibid.*, 1468.

— Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Campo Martis Romano, *ibid.*, 1469. — Privilegium pro ecclesia Concordiensi, *ibid.*, 1470. — Ordinis Cisterciensis abbatum privilegia confirmat, *ibid.*, 1472. — Præpositi Regini possessiones confirmat, *ibid.*, 1474. — Henricum Bituricensem archiepiscopum per totam provinciam Bituricensem suum creat legatum, excepto Dolensi monasterio, *ibid.*, 1475. — Michaeli abbati monasterii S. Petri Matinensis ejusque successoribus usum mitræ, sandaliorum, caligarum et chirotecarum concedit, *ibid.*, 1476. — Privilegium pro ecclesia S. Salvii Florentina, *ibid.* — Canonicis S. Ursi asserit vineam ab episcopo Augustensi donatam, *ibid.*, 1477. — Sententiam inter monachos S. Savini et canonicos Majoris ecclesie Placentinæ latam ab arbitris confirmat, *ibid.*, 1478. — Canonicis S. Opportunæ Parisiensibus asserit ecclesiam Sanctorum Innocentium, *ibid.*, 1479. — Privilegium pro monasterio S. Pauli de Parma, *ibid.*, 1480. — Monasterio Cluniacensi monasterium S. Germani Altissiodorensis asserit, *ibid.*, 1483. — Abbati Wizeliacensi et ejus successoribus usum mitræ, chirotecarum et annuli asserit, *ibid.*, 1484.

Hugoni abbati et canonicis ecclesie Præmonstratensis possessiones quasdam asserit, CCII, 1485. — Domni S. Thomæ Parisiensi asserit possessiones quasdam a Roberto comite donatas, *ibid.*, 1487. — Privilegium pro parthenone S. Petri Cremellensis, *ibid.*, 1490. — Fines parochiales ecclesiarum S. Pauli et S. Vitalis Veronesium a duobus cardinalibus constitutos confirmat, *ibid.*, 1491. — Monasterii S. Nicolai in littore Veneti bona et jura confirmat, *ibid.*, 1492. — Monasterii Morimundensis privilegia confirmat, *ibid.*, 1494. — Privilegium pro monasterio Vallis Altæ, *ibid.* — Parthenonis S. Zachariæ Veneti possessiones et privilegia confirmat, *ibid.*, 1496. — Ecclesiam S. Petri Bononiensem tuendum suscipit ejusque bona et jura confirmat, *ibid.*, 1500. — Privilegium pro abbacia S. Gisleni, *ibid.*, 1502. — Monasterium S. Salvatoris de Trebin tuendum suscipit et ejus bona juraque confirmat, *ibid.*, 1505. — Privilegium pro ecclesia Pistoriensi, *ibid.*, 1512. — Bulla pro monasterio B. M. de Voto, *ibid.* — Parthenonem S. Gratae Bergomatem tuendum suscipit et ejus bona confirmat, *ibid.*, 1517. — De Parthenone S. Euphemie Matinensis, *ibid.*, 1518. — Ordinis Præmonstratensis privilegia quædam confirmat, *ibid.*, 1520, 1521. — Ecclesie Bononiensis bona confirmat, *ibid.*, 1522. — Privilegium pro ecclesia Cervensi, *ibid.*, 1524. — Sententiam a constitutis iudicibus la'am inter ecclesiam S. Michaelis Nonantulanam et S. Martini Causinensem confirmat, *ibid.*, 1531. — Privilegium pro monasterio L. Zenonis Veronesi, *ibid.*, 1532.

VICTOR II, papa. — Privilegium ad Hugonem Cluniacensem abbatem, cui confirmat omnia monasteria, bona et jura cœnobio Cluniacensi concessa, CXLIII, 803. — Ferrarienses canonicos tuendos suscipit, bonaque eorum confirmat, *ibid.*, 808. — Privilegium pro ecclesia Bononiensi, *ibid.*, 809. — Præceptum de possessionibus Molianensis monasterii non invadendis, *ibid.*, 810. — Adalberto archiepiscopo Hamburgensi, pallii mitræque usum concedit et privilegia ejus ecclesie corroborat, *ibid.*, 811. — Canonicos ecclesie S. Mariæ Pisanæ tuendos suscipit et eorum bona confirmat, *ibid.*, 812. — Ecclesie Asculanæ possessiones et privilegia confirmat, *ibid.*, 813. — Abbatie Andlaviensis jura et privilegia confirmat, *ibid.*, 815. — Privilegium pro libertate monasterii Eliensis, *ibid.*, 816. — Rolando episcopo Ferrariensi ejusque Ecclesie omnia jura ac privilegia confirmat, *ibid.*, 817. — Brunonem abbatem Dervensem Tebaldo comiti commendat, *ibid.*, 818. — Bulla pro ecclesia SS. Simonis et Judæ, *ibid.*, 822. — Privilegium pro monasterio Fuldensi, *ibid.*, 824. — Pro ecclesia Trevirensi, *ibid.*, 826. — Litteræ quibus ecclesie Sylvæ Candidæ privilegia Humberti episcopi gratia amplificat, *ibid.*, 828. — Privilegium pro monasterio S. Bertini, *ibid.*, 829. — Bulla pro monasterio Casinensi, *ibid.*, 831. — Privilegium Winimanno archiepiscopo Ebrudunensi concessus, *ibid.*, 834.

WALTERIUS, Cabilonens. episc. — Charta de acquisitione partis comitatus Cabilonensis a Saverico comite, CLX, 1166. — Charta pro monasterio Cisterciens., *ibid.*, 1169. — Charta qua dat Marcello ecclesiam de Boens., *ibid.*, 1170.

WALTERUS DE HEINES. — Diploma confirmans donationes a patre suo et patruo factas ecclesie Aldenburgensi, *ibid.*, 1172.

WIDO, Remensis archiepisc. — Charta qua Remigianis confert altare de Crussiniano, CXLII, 1106. — Charta qua altare Germercii confert cœnobio Mosomensi, *ibid.*, 1407.

WILLELMUS, Conquestor. — Diploma, pro ecclesia S. Andræe Boffensi, CXLIX, 1149, 1150, 1151; pro liber-

tate Meldunensis cœnobii, 1351, 1352; pro ecclesia Petrobουργensi, 1353; pro cœnobio Bathoniensi in agro Samersatensi, 1353; pro ecclesia S. Mariæ, Stowensi, 1353; de excambio Sanctæ Mariæ de Sterne, 1354; pro cœnobio S. Edmundi in agro Suffoiciensi, 1354; pro cœnobio de Bello in agro Sussexiensi, 1356; pro fundatione cœnobii Armetbwaytensis in comitatu Cimbriæ, 1359; pro fundatione abbatiæ de Solebi, 1361; pro ecclesia SS. apostolorum Petri et Pauli, 1363; pro ecclesia S. Mariæ Eboracensis, 1363; pro cœnobio S. Dionysii in Francia, 1364; pro fundatione abbatiæ S. Stephani de Cadomo in Northmanniæ ducatu, 1365, 1366; de donatione baronum et nobilium huic cœnobio facta, 1367; pro confirmatione terrarum ad abbatiam Eveshamensem in Warwicensi comitatu jacentium, 1369; terram de Staninge et Bereministri in Anglia concedit abbatiæ Fiscammensi, 1369; donationes ecclesiarum de Mincherte, Bridetune, Scoretan et Lancestre monasterio Fiscanensi, 1370; pro xenodochio B. Petri Eboracensis, 1370; pro monasterio Floriacensi, 1371; pro monasterio S. Richarii, 1373; pro majori monasterio S. Martini, 1374.

WILLELMUS, Remens. archiepisc. — His omnibus qui nudinis interfuerint, quæ die Paschatis juxta hospitale Leprosorum celebrabantur, indulgentias concedit, CCIX, 829. — Remenses pejoris conditionis esse non ferens quam cæterarum urbium incolas qui suis magistratibus gaudebant, restituit scabinos, jus eis impertiendo civiles causas forensesque excutiendi, tribus exceptis casibus in charta contentis, *ibid.*, 830. — Sauremigiani monasterii jura et consuetudines confirmat, *ibid.*, 832. — Charta super pactis inter Ecclesiam Rhemensem et D. Rainaldum de Roseto super villa de Frascicurve habitis, *ibid.*, 833. — Burgensibus castri Bellimontis in Argona, ab ipso constructi, immunitates concedit, *ibid.*, 835. — Ad Rhemensis urbis decus civiumque commodum culturam eis concessit extra urbis ambitum, quo ædificiis de novo constructis, pomerium ejus protenderetur, etc., *ibid.*, 840. — Privilegium de pace facta inter Alanum de Roccio et Rhemenses, *ibid.*, 842. — Ecclesiæ S. Remigii personatum de Briencurto pro anniversario suo et fratris sui Henrici celebrando concedit, quin et aliorum anni-

versaria, ne oblivioni traderentur, enumerat, *ibid.*, 844. — Charta de banno Castellani monasterii S. Remigii restituto, *ibid.*, 845. — Charta qua duodecim libros annuatim percipiendas canonicis S. Dionysii assignat, recompensatione decimæ quam habebant in Jardo, etc., *ibid.*, 848. — Charta libertatum et consuetudinum habitantium in villa de Thuisy prope septem Salices, *ibid.*, 851. — Omnibus fidelibus qui in solemnitate B. Joannis ad ecclesiam apud virtutum ab Henrico Campaniæ comite fundatam eleemosynas erogaturi accesserint, iis xx dies de injunctis sibi pœnitentiis relaxat, *ibid.*, 853. — Charta qua vallem Radigionis et plura alia confert capitulo Rhemensi, *ibid.*, 855. — Abbatibus S. Remigii, Nicasii et Dionysii facultatem habendi servientem unum, seu burgensem liberum in banno suo cum eadem immunitate, qua fruuntur burgenses canonicorum concedit, *ibid.*, 857. — Leposis Rhemensibus, ob nundinarum translationem in vicum Culturæ, centum sextarios in excambium, concedit, CCIX, 859. — Transactio inter Rhemensem archiepiscop. et capitulum de Francis servientibus.

WILLELMUS PIUS, Arvernorum comes et Aquitanorum dux. De constructione Cluniacensis loci, CXXXI, 843.

WILLELMUS Petragoricens. episc. — Dat Cluniaco et Pontio abbati Ecclesiam Theodori de Rocaboucort, CLXVI, 851.

WILLELMUS comes. — Charta de concordia inter ipsum et abbatem Cluniacensem super Mauziacensi et Celsiniacensi monasteriis, CLXXXIX, 1067.

WILLELMUS abbas S. Thomæ de Paraclito. — Institutio super anniversaria ejus die, quomodo sit agenda post obitum ejus, CCIX, 755.

WILLIBRODUS (S.), Ultrajectensis episc. — Testamentum quo plurima dona confert Epternacensi monasterio, LXXXIX, 554.

ZACHARIAS (S.), papa. — Epist. ad Burchardum episcopum Wirtzburgensem, qua confirmat ejus sedem episcopalem a Bonifacio archiepiscopo institutam, LXXXIX, 922. — Bonifacio archiepiscopo mittit pallium pro tribus metropolitans, LXXXIX, 925. — Moguntiæ sedis in metropolim erectio, LXXXIX, 953. Privilegium pro monasterio Fuldensi, LXXXIX, 954.

CXXV.

INDEX DE S. PONTIFICIS POTESTATE TEMPORALI.

IN HOC INDICE DUAS STATUIMUS PARTES, SCILICET.

1° De hujus potestatis jure; 2° De illius exercitio.

In prima parte sub uno articulo explicantur verba Christi quibus auctoritas Romani pontificis stabilitur in persona B. Petri apostolorum principis, et an in illis agatur de potestate temporali.

In secunda sub binis articulis quæstio in medium profertur: 1° Per notiones et monumenta historica de hac potestate humana; 2° Per rationes desumptas ex jure naturali, jurejurando a summis pontificibus hac de re emisso, commodo et incommodo, et ex donationibus in quas exercetur.

PARS PRIMA.

De privilegiis summorum pontificum, ipsis a Christo in persona B. Petri concessis, et an in illis agatur de potestate temporali.

Incredibile prorsus et inexplicabile est quot homines insanabili odio in pontifices Romanos priscos juxta ac recentiores ardeant, et quot modis hoc suum, non humanum, sed plane tartareum, odium testentur palamque faciant; in quibus primum locum obtinent mendacia, maledicta, convicia, figmenta, commenta innumerabilia, quibus omnes propemodum libros complent ac infarciunt, tam immodice et impotenter ut multi ex horum officina profecti libri nil videantur aliud esse quam unum quoddam perenni et nusquam interrupto filo contextum

mendacium et convicium et calumnias, etsi ab omnivero alienissimas, ingerunt, oggerunt, occinunt, recinunt, privatim et publice ingeminant, ut pontifices Romanos omnibus exosos, invisosque efficiant, memores illius: « Dolus an virtus » falsitas an veritas, « quis in hoste requirat? »

Nunc vox una auditur: « Nunc agite, o Cæsar, reges, principes et magnates, et quicumqueprehendere potestis, apprehendite. Maledicta sit manus otiosa et ignava. Et primum, erioite pontifici Romam, Romandiolam, Urbi-

num, Bononiam et omnia quæ tenet et possidet eo nomine quod pontifex sit; nam ille est possessor pessimæ fidei; mendaciis ac fraudibus acquisivit omnia. At quid dico, mendaciis et cædibus? imo blasphemis suis et idololatriis imperio Romano subtraxit, et eripuit, et sibi subiecit, et mercedis loco sua superstitione innumeras animas ad inferos deduxit. Deinde magistratus debebat pontificem et cardinales et reliquos ejus ordinis et superstitionis et impuræ sanctitatis consortes capere, eisque, ut blasphemis solent puniri linguas, per cervicem extrahere, et præcidere et patibulo eos ex ordine redigere ad eum plane modum quo ipsi bullis suis signa appendere solent, licet hæc pœna longe inferior et mitior esset ipsorum blasphemis et idololatriis. His rite peractis, posset eis sane concedi ut in patibulo inter corvos aut in inferno inter diabulos, unum, aut quot, pro arbitrato suo vellent, celebrarent concilia, CXLVIII, 196.

Lutherus ipse, vesanus apostata, in suo libro Contra papatum jam dixerat: Ego vero, si Cæsaris essem loco, hoc actutum agerem: cunctos nebulones illos nefarios, pontificem et cardinalem et reliquos ejus farinae homines una quasi catena connexos et succinctos, haud longius quam ad tria milliaria, Ostiam, nimirum, abigerem; solvi enim et discincti vitæ tam procul abirent eo quo nollent. Est autem in eo loco piscina quædam quam Latini mare Tyrrhenum vocant, salubre balneum contra omnes lues, languores, et morbos immundæ sanctitatis pontificiæ et omnium cardinalium et totius cathedræ pestilentiæ. In id vero istos molliissime collocatos lavarem strenue. Quod si contingeret ut aquam ferre abhorrent, quemadmodum male feriat et obsessi solent ad aquam trepidare, aliquid illis adjicerem de petra, super quam ipsi et Ecclesia eorum fundata est; imo clavibus illis aliquid annecterem, quibus omnia possent solvere, quæ in cælo et in terra sunt, et aquæ imperarent quæ vellent. Pastorale etiam pedum ac clavam illis oporteret in procinctu esse, quibus aquæ impingerent alapas, adeo graves, ut sibi ex ore et naribus sanguis exundaret. Postremo etiam cum illis vaderent pasena sua, quibus in balneo se recrearent ac reficerent, nimirum universa decreta, decretalia Sexti, Clementinæ, extravagantes, bullæ, indulgentiæ, litteræ butyrales, caseales, lacteales, de collis ipsorum suspensæ, propter omnimodam securitatem, CXLVIII, 196.

Verumenimvero fremant plerique, frendeant, insaniant, manus, pedes, calces et capita demum sua in petram, super quam Sedes apostolica fundata est, illident; conviciis tonent, fulminent, fulgurent, millenis maledictis et mendacissimis figmentis apostolicæ Sedis antistites lacerent ac lancinent; « Qui habitat in cælis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos » (Psal. II); et nos cum divo Augustino (XLIII, 300) palam et intrepide illis recinimus. Cathedra quid tibi fecit ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit et in qua hodie Anastasius (nunc Pius IX) sedet? Quare appellas cathedram pestilentiæ Cathedram apostolicam? Si propter homines quos putatis legem loqui et non facere, numquid Dominus, noster Jesus Christus propter Phariseos de quibus ait: « Dicunt enim et non faciunt, » cathedræ in qua sedebant ullam fecit injuriam? Nonne illam cathedram Moysi commendavit, et illo servato cathedræ honore redarguit? Ait enim: « Super cathedram Moysi sedent; quæ dicunt facile, » etc. Hæc si cogitaretis, non propter homines quos infamatis blasphemaretis Cathedram apostolicam, cui non communicatis. Sed quid est aliud quam nescire quid dicere, et tamen non posse nisi maledicere.

Porro ut aliqui vita et moribus minus laudabiles et commendabiles cathedram Petri obtinuissent, vel tenuissent; quid inde? Quandoquidem de præpositis malis securam fecit plebem suam, ut ait sanctus Augustinus (XXXIII, 403), ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra deseratur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt quæ dicunt, sed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis. — Etiam in illum ordinem episcoporum, pergit idem Augustinus (XXXIII, 196, 197.) qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anasiasium (Pium IX), qui nunc super eandem cathedram sedet, quispiam traditor (improbis) per illa tempora subrepsisset nihil præjudicaret Ecclesiæ, et innocentibus Christianis, quibus Dominus providens ait, de præpositis malis: « Quæ dicunt, facite » etc.

« Mais les prétentions des Papes, dit-on, ont de tout temps été excessives, même en ce qui ne touche que le pouvoir spirituel; elles ont souvent été attaquées et combattues par les catholiques les plus orthodoxes. Des évêques, tels que S. Cyprien de Carthage, Isidore de Séville et autres ont semblé les dénier aux Papes au nom de l'Évangile. L'Église de France, au temps de

Louis XIV, était de ce sentiment. Cependant la primauté juridictionnelle du Pape n'est-elle que de droit ecclésiastique et humain et non de droit divin? c'est cette question qui est en litige dans cette partie de notre INDEX; car pour ce qui est du pouvoir temporel des Papes, *videtur dici posse*, que la papauté temporelle n'est pas établie de Dieu, et que, tous les pouvoirs spirituels du Pape, même admis, il ne s'ensuivrait nullement, quelque illimités qu'on les veuille, que les États Romains soient sa propriété par le seul titre de la papauté temporelle. »

Cum ista plus minusve lucide deducantur ex sequentibus visum fuit ea per analysim in antecessum hic prænotare.

Sed tandem quidquid sit vel eveniet, sedis apostolicæ patrimonia a summis pontificibus vindicari debent, tum jure patrimonii, tum alio potiori divinis e legibus emanante, quo res Deo sacræ per summum sacerdotem procurandæ, possidendæ, retinendæ, et vindicandæ et repetendæ sunt a sacrilegis usurpatoribus quoties occupantur. Hinc est quod inter pontifices maximos, qui hæc jura acriter defenderunt, quidam imprimis fuere, inter quos numerantur Gregorius III et Zacharias, ut hos duos nominemus, tacentes Gregorium VII et Bonifacium VIII, et nostris temporibus Pium IX, horum omnium, illustrissimum; Gregorius III vi armorum, et Zacharias, ut ille innocentia morum et vitæ sanctitate celebris, agendo, civitates Sedi apostolicæ ablatas recipere conati sunt, at quæstiones moveantur, et lector judicabit.

ADRIANUS II, papa ait: Qui B. Petro apostolorum principi Dominus noster oves suas, totam videlicet Ecclesiam, pretioso jam sanguine suo redemptam, post passionis vincula, post clavorum vulnera, et crucis Iudibria atque resurrectionis gloriam, tertio commendavit dicens: « Pasce oves meas, pasce agnos meos. » (Joan. XXI) nos vice utique apostolatus illius, Domino in omnibus cooperante, fungentes, in virga æquitatis et justitiæ, in longanimitate benignæ humilitatis et patientiæ gregem Domini pabulo *spiritualis vitæ* pascendum et cura solerti custodiendum divina suscepimus voluntate — Os apostolatus nostri, septiformis Spiritus gratia plenum.... Aurem cordis tui cælesti, o inclyte rex Lothari, sane clavigero beato Petro in nobis loquenti aperias, CXXII, 1259.

Nos procul dubio Cælestinus honoram lætitiæ adipisci merebimur si super oves dominicas sollicitè vigilemus, ne videlicet hos vel per insidias odii seu discordiæ vorax lupus invadat, vel per cupiditatem avidus ille leo deglutiat qui, docente Apostolorum principe, circuit quærens quem devoret, CXXII, 1263.

Nemo plane dubitat nullum facinus esse, quod Ecclesia data sibi divinitus potestate ab eo desistens non possit absolvere et pœnitentibus relaxare, cui dicitur: « Quæcunque dimiseritis super terram, » etc.... in quibuscunque omnia sunt, quantacunque et qualia sint.

Tu vero (epist. ad Hincmarum Remens.) quia situisti, et contra te facinus saltem leviter non insurrexisti, non solum consors, sed etiam, quod est deterius, hujus tyrannidis auctor esse videris. Et ideo, ne et nos ipsi pro taciturnitatis silentio apud Deum redditorem unicuique juxta opus suum reprehensibiles esse videamur, apostolicis somnolentiam vestram excitamus affatibus, et qui aliter non debemus, ut ad te revertaris præcipimus, 1301, 1302.

ANASTASIUS, Biblioth. — Potestatem regum et principum in subditas sibi gentes a Deo unice profectam esse tam sacra Scriptura tum constans traditio Patrum affirmant. At vero nulla in terris dominatio est, cujus institutio et jurisdictio e Scripturæ oraculis evidentius appareat, exercitium pleniori Patrum auctoritate comprobetur, quam divi Petri, quique eum secuti sunt Romanorum pontificum.

Sacra Scriptura constat Veteri et Novo Testamento. Vetus Novi præ se ferebat imaginem. Illius ministri varii ministros hujus adumbrabant; proindeque summus Judæorum sacerdos pontificem maximum Christianorum innuebat; etenim summo Judæorum sacerdoti erat certum supremumque tribunal ad sententiam ferendam de rebus omnibus ad religionem pertinentibus, ad verum sensum legum appetendum, ad controversias omnes definiendas. Haud secus pontifex maximum Christianorum sede utitur stabili ac suprema, utpote qui eandem in Ecclesia auctoritatem exercet. Quandoque in Synagoga idem pontifex temporali administratione cum spirituali conjuncta fungebatur, ita constituta jam atque firmata Ecclesia, cum Romæ imperium, quæ pene omnibus dominata erat plures inter reges discissum, prorsus interisset, Petri successores vel temporalium absolutos et supremos rerum moderatores divina Providentia consti-

tuit, in locorum et gentium parte ubi eorum sedes sita est. Quamobrem regale sacerdotium tum lege scriptatum naturæ adumbratum, in qua patres postea seniores et patriarchali familia sacerdotis officio fungebantur et regni, omnibus absolutum numeris invenitur. Necnon Christianorum omnium caput et parens, ab omni hujus mundi principe potestate solutus, suam auctoritatem majori cum dignitate ac libertate exercere potest nulli omnino suspectus.

In Novo Testamento, ubi de Ecclesiæ foundatione res est, illud imprimis occurrit, Petrum nempe et ejus successores singulos caput et fundamentum Ecclesiæ designari. Ipse cum antea Simon diceretur, nomen illud Petri assequitur, ipse principem utique occupat locum, per ipsum æternus Pater Jesum Christum manifestat hominibus Filium Dei vivi. Ipsum ejusque successores dignitatis suæ compotes Salvator facit, angularis nempe lapidis Ecclesiæ, stabiendæ illius gratia, ita ut portæ inferi non prævaleant adversus eam. Ipsi denique ac successoribus claves tradit regni cœlorum, supremam scilicet Ecclesiæ gubernandæ potestatem.

Pro iisdem se Salvator ipse testatur orasse, ut ne eorum fides deficiat, quin etiam fratres suos in fide confirmet.

Divinus idem Salvator post resurrectionem suam, antequam in cœlum ascendit, Petrum et successores instituit supremos Ecclesiæ totius moderatores, dum agnos ovesque ut pasceret imperavit quibus corpus Ecclesiæ universum conficitur. Agni siquidem Christiani sunt populi, ovesque agnorum matres pastores varii, quorum curæ alia aliis gregum portio demandatur. Itaque agnos et oves, populos nempe et pastores, Petro ejusque successoribus committere ut eos custodiant, perinde est ac supremos totius Ecclesiæ gubernatores declarare, cujus ovile unum ab uno pastore dependet.

Vix dum Jesus Christus ascendit in cœlum, Petrus suo fungi munere orditur, cumque magna nascentis Ecclesiæ partem Hierosolymis congregatam teneret, eam ut pararet ad accipiendum Spiritum sanctum, in proditoris Judæ locum voluit ut alius apostolus sufficeretur explendi causa sacri ejus collegij sedes omnes. Post Pentecostem Evangelij prædicationem Petrus omnium primus est orsus, Veteris Testamenti mysteria reserans, quibus Jesus Christus adumbrabatur; primus verbum Dei simul atque iterum annuntians octo hominum millia ad Deum conversa baptizari fecit; primus supremum se largitorem gratiarum perpetrands miraculis demonstrat, infligendisque anathematibus judicem se delictorum ostendit. Petrus ipse Jacobum Minorem Hierosolymorum episcopum creat; ipsumque tanquam Ecclesiæ caput adit Paulus haud ita multo post conversionem suam. Cum vero jam Evangelium per totam Judæam perque finitimas provincias late esset diffusum, idem Petrus invisit Ecclesias tum ab apostolis cæteris, tum ab aliis Evangelij præconibus institutas easque in immensum protendit, vicis undequaque pagisque integris Jesu Christo acquisitis. Præterea Petrus salutem gentibus primus annuntiat, sicut primus nuntiarat Judæis. Cum enim nationis utriusque communis pater et pastor supremus futurus sit, ea propter utriusque ostium reserat ad ovile. Tandem ubi pro fide vincit carcere servatur, Ecclesia, id quod pro alio factum ex apostolis nullo unquam esse constat, maxime de illius tanquam sui capitis incolumitate sollicita, pro ejusdem indemnitate publicas supplicationes indicit. — Nunc probatur quod unanimis et constans fuerit traditio. Ecclesiæ in agnoscendis Summis pontificibus in sede Romana succedentibus privilegiis iisdem ac Petrus fruebatur, CXXVIII, 937-970.

ANSELMUS (S.) Lucensis episc. — Cum enim Dominus dicat Petro: « Ac tibi dabo claves », etc., Super hanc Petram, etc., Pasce, etc., quæcunque ecclesia alterius juris usurpatione corrumpitur, jam non sponsa Christi, sed adultera, non libera, sed ancilla convincitur, sicut dicit B. Ambrosius: « Convenior a comitibus et tribunis ut per me Basilicæ fieret matura traditio, dicentibus imperatorem jure suo jussisse ut quæ in potestate ejus essent, omnia tradi debere; respondi: Si a me peteret quod meum est, id est fundum meum, argentum meum, jus hujusmodi meum me non refragaturum, quamquam omnia quæ mea sunt pauperum sint; verum ea quæ divina sunt imperatoris potestati non esse subjecta. » Et paulo post: « Nec mihi fas est tradere nec tibi imperator, accipere expedit. Domus privati nullo potest jure temerari. Domum Dei existimas auferendam? Allegatur imperatori omnia licere, ipsius esse universa. Respondeo: Noli gravare te, imperator, ut putes te in ea quæ divina sunt imperiale aliquod jus te habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare esto Deo subditus.

Scriptum est enim: « Reddite Cæsari quæ sunt, » etc. Ad imperatorem pertinent palatia, ad sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium jus est commissum, non sacrorum. Iterum dicitur mihi mandasse imperatorem, Debeo et ego unam basilicam habere. Respondeo: Non licet tibi ullam habere, CXLIX, 448.

AUGUSTINUS (S.) Hipponens. episc. — « Et ego dico tibi quia tu es Petrus, » etc. Dixerat enim ipse Petrus: « Tu es Christus filius, etc. » Super hanc Petram ædificabo fidem quam confiteris. Super hoc quod dixisti, « Tu es Christus, etc. » Ædificabo Ecclesiam meam. « Tu enim Petrus. A petra Petrus, non a Petro petra. Sic a petra Petrus, quomodo a Christo Christianus. Vis nosse de qua petra Petrus dicatur? Paulum audi: « Nolo vos ignorare, » etc. « Petra autem erat Christus. »

Dominus Jesus discipulos suos ante passionem suam elegit quos apostolos nominavit. Inter hos penes ubique solus Petrus totius Ecclesiæ meruit gestare personam. Propter ipsam personam quam totius Ecclesiæ solus gestabat audire meruit. « Tibi dabo claves, » etc. Hos enim claves non homo unus, sed unitas accepit Ecclesiæ. Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipsius universitatis et unitatis Ecclesiæ figuram gessit, quando ei dictum est: « Tibi dabo, » etc. Quod omnibus traditum est. Nam ut noveritis Ecclesiam accepisse claves regni cœlorum, audite in alio loco quid Dominus dicat omnibus apostolis suis: « Accipite Spiritum sanctum; quorum dimiseritis peccata, » etc. Hoc ad claves pertinet, de quibus dictum est: « Quæ solveritis in terra soluta, etc. » Sed hoc Petro dixit. Ut scias quia Petrus universæ Ecclesiæ personam tum gerebat, audi quid ipsi dicatur, quid omnibus fidelibus sanctis: « Si peccaverit in te frater tuus, etc. » Ecclesia, columba ligat, columba solvit; ædificium supra petram ligat et solvit, XXXV, 544.

Illud in duobus apostolis, Petro et Joanne, quæritur cur Joannem plus dilexerit Dominus, cum ipsum Dominum plus dilexerit Petrus. Ubiunque enim se commemorat Joannes, ut nomine suo tacito ipse possit intelligi, hoc addit quod eum diligebat Jesus, quasi solum diligeret, ut hoc signo discerneret a cæteris quos utique diligebat; quid ergo nisi se amplius dilectum, cum hoc diceret, volebat intelligi? Quod absit ut mendaciter diceret; quod autem majus dare potuit Jesus majoris erga eum suæ dilectionis indicium quam ut homo cum cæteris condiscipulis suis socius tantæ salutis, solus tamen discubuerit super pectus ipsius Salvatoris? Porro quod apostolus Petrus plus aliis dilexit Christum possunt quidem documenta multa proferri; sed ut longe in alia non eam, ipsa tertia manifestatione Domini apparet, ubi dicitur: « Diligis me plus his. » Quod utique Dominus scribat, et tamen interrogabat, quod autem in eo quod respondet Petrus « Amo te, » non addidit plus his, hoc respondit quod de seipso scribat; non enim quantum ab alio quolibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre non poterat, sed tamen dicendo, « Etiam, Domine, tu scis, » satis et ipse declaravit scientem Dominum interrogasse quod interrogavit, sciebat igitur Dominum non solum quod diligeret, verum etiam quod plus illis eum diligeret Petrus. Et tamen si proponamus quærentes, quis duorum sit melior, utrum qui plus, an qui minus diligit Christum, quis dubitabit respondere eum qui plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duorum sit melior, utrum quem minus an quem plus diligit. Christus, eum qui plus diligitur a Christo, meliorem procul dubio respondebimus. In illa ergo comparatione, quam prius posui, Petrus Joanni; in hac vero altera Joannes anteponitur Petro. Proinde tertiam sic proponimus. Quis est duorum discipulorum melior, qui minus quam condiscipulus ejus diligit Christum et plus quam condiscipulus ejus diligitur a Christo, en ille quem minus quam condiscipulum ejus diligit Christus, cum plus ipse quam suus condiscipulus diligit Christum? Hic plane cunctatur responsio, et augetur quæstio. Quantum autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum, feliciorem vero quem plus diligit Christus facile responderem. Si justitiam Liberatoris nostri minus eum diligentis a quo plus diligitur, et eum plus a quo minus diligitur quemadmodum defenderem perviderem, XXXV, 1971, 1972.

Sed prius Dominus quod sciebat interrogat, nec semel, sed iterum ac tertio, utrum Petrus eum diligit; nec aliud tertio audit a Petro, quam se diligi; nec aliud toties commendat Petro quam suas oves pasci redditor negationi trinæ trina confessio, ne minus amori lingua serviat quam timori. Sit amoris officium pascere. D minimum gregem, qui fuit timoris indicium negare pastorem qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se convincuntur amare, non Christum, vel

gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate uno obediendi et subveniendi et Deo placendi charitate. Contra hos ergo vigilat toties inculcata ista vox Christi, quos Apostolus gemit sua quærere, non quæ Jesu Christi. Nam quid est aliud, « Diligis me, pasce oves meas, » quam si diceretur, Si me diligis, non te pascere cogita, sed oves meas, sicut meas pasce, non sicut tuas; gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum, lucra mea, non tua; ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa, seipsum amantes, et cætera quæ huic malorum initio connectuntur. Merito dicitur Petro: « Diligis me, » et respondet « Amo te, » eique refertur, « Pasce agnos meos; et hoc iterum, hoc tertio. Ubi etiam demonstratur unum atque idem esse amorem et dilectionem; nam etiam Dominus novissime non ait « Diligis me, » sed « Amas me. » Non ergo nos, sed ipsum amemus; et in pascendis ovibus eius ea quæ sunt ejus, non ea quæ sunt nostra quæramus, XXXV, 1967, 1968.

« Tibi dabo claves, etc. » Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra, sicut non Christus a christiano, sed christianus a Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus, « Super hanc petram, » quia dixerat Petrus, « Tu es Christus Filius Dei vivi. » Super hanc ergo, inquit, petram quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. « Petra enim erat Christus, » super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus; « Fundamentum quippe aliud, » « Nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo claves ab eo regni regnorum accepit in Petro, id est potestatem ligandi solvendique peccata. Quod est enim per proprietatem in Christo Ecclesia, hoc est per significationem Petrus in petra: qua significatione intelligitur Christus Petra. Petrus Ecclesia, XXXV, 1973, 1774.

BRUNO (S.) Signiens episc. -- « Vos autem quem me esse dicitis, etc. » Decuerat hoc enim Petrum respondisse, quatenus ipse esset princeps apostolorum, Ipse Petrus, ait S. Augustinus, in apostolorum ordine primus, in Christi amore promptissimus, sæpe unus respondit pro omnibus. Christus interrogat de se ut homine; Petrus Dei Filium hominis filium esse dicit. Ille igitur qui est Filius Dei, idem ipse est et filius hominis. Unde et beata Virgo vocatur Deum et hominem pariens, seu Deipara, quod quia Nestorius confiteri noluit, ab Ecclesia expulsus et damnatus est... Barjona, hoc est, *Filius columbæ*. Sed quare columbæ filius Petrus dicitur? Legimus enim in specie columbæ Spiritum sanctum super Christum Dominum apparuisse. Hujus igitur columbæ filius est, qui tam sanctum tamque spirituales sensum habet. « Quia caro et sanguis, » etc. Non est hæc scientia carnalis; non est hæc fides carnis et sanguinis; non parentes tui, vel caro tua ista te docuerunt. « Et ego dico tibi, etc. » Tu dicis et verum dicis quia ego sum Christus Filius Dei vivi; et ego dico tibi, quia tu es Petrus, fide fortis et doctrina stabilis. Nisi enim in hoc nomine fortitudinem et stabilitatem Christus intellexisset, non ea quæ sequuntur protinus addidisset: « Et super hanc petram, » etc. S. Petrum non intelligis, petram respice; petra autem erat Christus. Sic igitur a petra Petrus, sicut a Christo christianus; quia ego petram, tu Petrus. Super hanc petram quam tu modo in fidei firmamentum posuisti; super hanc fidem, quam tu modo docuisti, dicens: « Tu es Christus Filius Dei vivi, » super hanc petram et super hanc fidem « ædificabo Ecclesiam meam. » Hæc enim sententiæ Apostolus concordans ait: « Fundamentum aliud, etc., » ac si dicat, non est aliud fundamentum, cum nisi illa petra quam Petrus posuit in fundamentum diceret: « Tu es Christus Filius, etc.; » super hanc autem petram ædificatur tota Ecclesia Dei. « Et portæ inferi, etc. » « Qui enim ceciderit super hunc lapidem confringetur; super quem vero ceciderit lapis iste conteret eum. Tanto enim impetu, tantaque fortitudine hæc petra fertur ut muros conterat, portas comminuat, ut nulla virtus vel fortitudo ei resistere valeat. Sed si vis et aliter intelligere portas inferi, cognosce prius portas cæli. Portæ namque cæli apostoli sunt, episcopi et sacerdotes, et alii quorum doctrina et exemplis cæli palatium fidelium animæ ingrediuntur. Sunt igitur econtra portæ inferi Judæi et hæretici, omnesque seductores, et fidei catholicæ corruptores; per hoc enim infidelium animæ in infernum intrant et in tenebras demerguntur. Et isti quidem contra hanc petram, et adversus Ecclesiam quæ super eam ædificata est, prævalere non poterunt. Hoc enim quod principaliter Petro dicitur, cæteris quoque apostolis dictum esse intelligi debet; et non tantum apostolis, verum etiam episcopis et sacerdotibus. Istis enim et claves et potestas a Domino data est, ut non

solum Ecclesiam, sed et cælos aperiant aliis, CLXV, 211 214.

CYPRIANUS (S.) Carthaginens. episc. — Petrus enim cui oves suas Dominus pascendas tuendasque commendavit, super quem posuit et fundavit Ecclesiam, aurum sibi esse et argentum negat, sed esse se dicit gratia Christi divitem esse fide ejus et virtute locupletem. quibus multa magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloria bonis spiritualibus abundaret, has opes, has divitias possidere non potest virgo quæ se divitem sæculo mavult esse quam Christo, IV, 449.

Sanctus Cyprianus illud penitus in mente præconceptum habuit, apostolos in quibus Ecclesia subsedit ac ædificata fuit, neutiquam fuisse alios aliis sejunctos, ab uno Christo seorsim sua jura, suam potestatem habentes; imo vero omnes et unumquemque in unum idemque corpus conflatos, ab eadem voluntate, in eadem virtute, ad unum finem convenisse, unumque Petrum esse totius corporis caput apostolici, unitatis centrum et fastigium; non tantum ergo unum esse apostolici collegii caput, sed et unam apostolicam personam. Hinc dicit: « Petro primum Dominus, super quem fundavit Ecclesiam, et unde unitatis originem instituit et ostendit, potestatem istam dedit ut id solveretur, in cælis quod ille solvisset in terris. » III, 1114.

Unde ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit: hoc erant antiquæ et apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur et primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia et cathedra una monstretur. Et pastores sunt omnes et grex unus ostenditur, qui ab apostolicis omnibus unanimi consensione pascatur, ut Ecclesia Christi una monstretur, IV, 499. 500.

Quam unitatem firmiter tenere et vindicare debemus, maxime episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum atque indivisum probemus Episcopatus unus est, cujus a singulis pars in solidum tenetur, IV, 501.

In pluribus sancti Cypriani locis perspicitur principium unitatis sine primatu esse non posse. Quis enim ei primatum deneget a quo incipit unitas, et per quem Ecclesia una monstretur? Quemadmodum post Petrum non desit unitas, ita nec primatus et principium unitatis, quod Christus auctoritate sua disposuit, quod eo consilio instituit ut Ecclesia una monstretur. Necessè est igitur ut unitatem, ita et principium et vinculum unitatis in Ecclesia perseverare. Unde existimari potest quanti fecerit Ecclesiam Romanam Cyprianus, quam arte affixus fuerit principio unitatis qui tanto unitatis amore accessus erat. Et adhuc totam suam mentem asseruit circa quæstionem Indicis nostri, nam ad spiritualia etiam labefactavit potestatem Petri, nedum eam effunderet ad corporalia, nec Arianum, cum tunc ageretur fortissima quæstio de hæreticis rebaptizandis, circa quam summus pontifex Stephanus erronea spargebat, attamen licet acerbissime episcoporum jura defenderit, fortiter legitimum Romanæ Sedis primatum agnovit, IV, 494, 520.

Nec Petrus, quem primum Dominus elegit, et super quem fundavit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcissione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere et obtemperari a novellis et posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum quod Ecclesiæ prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit et rationi legitimæ quam Paulus vindicabat facile consensit, documenta scilicet nobis et concordie et patientiæ tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter et salubriter suggeruntur, si sint vera et legitima, ipsa potius nostra ducamus, IV, 410.

Sanctus Cyprianus, Petro primum Dominus super quem ædificavit Ecclesiam, et unde unitatis originem instituit et ostendit, potestatem istam dedit ut id solveretur in cælis quod ille solvisset in terris, III, 1114.

Dominus in Evangelio, cum eum loquentem discipuli dereliquerent, conversus ad duodecim dixit « Nunquid et vos vultis ire? Respondit ei Petrus dicens: Domine, ad quem ibimus? Verbum æternæ vitæ habes, et nos credimus et cognovimus quia tu es Filius Dei vivi. » Loquitur hic Petrus super quem ædificanda fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens et ostendens quia, etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt Ecclesia plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhærens Unde scire debes episcopum in Ecclesia esse et Ecclesiam in episcopo, et si quis cum episcopo non sit, in Ecclesia non esse, et frustra sibi blandiri eos qui

pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt, quando Ecclesiæ quæ catholica et una est, scissa non sit neque divisa, sed sit ulique conueya et coherentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata, IV, 406.

FIRMILIANUS, Cæsareæ Cappadociæ episc.— Qualis vero sit error et quanta sit cæcitas ejus qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas hæreticorum dari posse, nec permanet in fundamento unius Ecclesiæ, quæ semel a Christo supra petram solidata est. Hinc intelligi potest quod soli Petro Christus dixerit : « Quæcunque ligaveris, » etc., et iterum in Evangelio quando in solos apostolos insufflavit Christus dicens : « Accipite Spiritum sanctum, » etc. Potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est, et Ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt, et episcopis qui eis ordinatione vicaria successerunt, III, 1168.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa. — Cum Petrus apostolus servari adhuc in circumcisione legis consuetudinem vellet, Paulus ei in faciem restitit, eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit. Et hoc ejus studium, discipulis loquens, non solum culpam, sed, quod est majus, hypocrisim, id est simulationem nominat, dicens : « Cum venisset Petrus Antiochiam, ei restitit, quia reprehensibilis erat. » Et paulo post : « Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi. »

Item vero apostolorum primus cum multa discipulos admoneret atque a quibusdam detrahi de Pauli scriptis agnosceret, dixit : « Sicut clarissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de quibus sunt quædam difficulta intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. »

Ecce Paulus in Epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, et ecce Petrus in Epistolis suis asserit Paulum in his quæ scripserat admirandum. Certe enim nisi legisset Petrus Pauli Epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia ille ipse reprehensibilis diceretur invenit. Amicus ergo veritatis laudavit etiam quod reprehensus est, atque ei et hoc ipsum placuit, quia in his non placuerat quæ aliter quam debuerat sensit. Seque etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est sectator minoris sui, ut etiam in hoc præiret, quatenus qui primus erat, in apostolatus culmine, esset primus et in humilitate. Tunc ne increpationis verba dedignaretur audire, omnia dona quæ acceperat quasi a memoria repulit ut unum fortiter humilitatis donum teneret, LXXVI, 1002, 1003.

HIERONYMUS (S.), presbyter Stridonens. — Nota est ejus epistola ad Damasum papam; verba et sensum attendamus : « Quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam et desuper textam, minutatim per frusta discerpit; et Christi vineam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, qui aquam non habent difficile ubi fons signatus et hortus ille conclusus sit possit intelligi; ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam; inde nunc meæ animæ postulans cibum unde olim Christi vestimenti suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquentis et interjacens longitudo terrarum, me a pretiosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. « Ubi cunq; fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilæ. » — Profligato a sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum servatur hæreditas. Ibi cespice terra fecundo, Dominici seminis puritatem centeno fructu refert. Hic obruta sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant. Nunc in Occidente Sol justitiæ oritur; in Oriente autem Lucifer ille qui ceciderat supra sidera posuit thronum suum : « Vos estis lux mundi, vos sol terræ, » vos vasa aurea et argentea; hic testacea vasa vel lignea virgam ferream et æternum opperiantur incendium. Quanquam igitur tui me terreat magnitudo, invitata tamen humanitas. A sacerdote victimæ salutem, a Pastore præsidium ovis flagito. Facessat invidia, Romani culminis recedat ambitio, cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri comunione consocior. Super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio. . . . non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulium. Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, anti-christi est.

Quamobrem obtestor Beatitudinem tuam per crucifixam mundi salutem homousian Trinitatem, ut mihi epistolis tuis sive læcendarum sive dicendarum hypostaseon datur auctoritas, XXII, 355 358.

HENRICUS Augustodunens. presbyt.— Petrus respondit pro omnibus : « Quia tu es Christus Filius Dei vivi. » Et Dominus fidem eius beatificavit, quam non, inquit, carnalis progenies sed Pater meus tibi revelavit. Et ideo nomen tuum Petrus mutabo, super petram fidei tuæ quoque Ecclesiam meam fundabo, adversus quam infernales portæ non prævalebunt, nec flumina persecutionum eam subvertere poterunt, teque facio vitæ ostiarium, dans tibi claves regni cælorum. sitque tibi potestas collata ut quæ in terris a te fuerint ligata in cælis etiam permaneant nexibus implicata, et quæ a te super terram fuerint resoluta, in cælis etiam sint a vinculis tuta, CLXXII, 970.

Quamvis sacerdotium transcendat regnum, tamen ob pacis et concordie vinculum monet evangelica et apostolica auctoritas regibus honorem in sæcularibus negotiis duntaxat deferendum, « Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, » etc. Ergo in his quæ ad regni jus pertinent oportet et populum regibus parere; sed in his quæ ad jus divinæ legis spectant Deo placere. Sic Sebastianus, sic Mauritius, etc. « Ecce duo gladii hic. » Dominus verba discipulorum sua auctoritate roboravit, quia ad regimen Ecclesiæ in præsentī vitæ duos gladios necessarios præmonstravit, unum spirituales scilicet verba Dei, quo sacerdotium utitur ad illuminandos peccantes; alterum materiale, quo regnum utitur ad puniendos in malis perdurantes. Necessè est enim ut hos regalis potestas subigat gladio materiali, qui legi Dei rebelles non possunt corrigi stola sacerdotali, CLXXII, 1266, 1267.

Rex, sive sæcularis dignitas sæculares tantum dignitates, sicut sunt ducatus, præsidatus, comitatus, debet et potest dare; sola autem Ecclesia debet spiritualia spiritualibus personis commendare. Si objicitur quod Valentinianus imperator ad Ambrosium dixerit : « Ego tibi commendo corpora. Deus autem animas, » sciendum est quod Ambrosius prius judex provinciæ fuerit; accepto autem canonice episcopatu rex provinciæ curam ei insuper delegavit quem morem adhuc in aliquibus Ecclesiis novimus observari, nempe episcopum utriusque, episcopatus videlicet et ducatus, curam gerere : quod tamen scimus sacerdotibus Christi minime congruere, quia « nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotiis, » CLXXII, 1228.

Dominus noster Jesus Christus, verus rex et sacerdos secundum ordinem Melchisedech sponsæ suæ leges et jura instituit; et ad hanc gubernandam non regnum, sed sacerdotium constituit. In quo Petrum apostolum præfecit, cui et dixit : « Tu es Petrus, » etc. Hanc potestatem sacerdotii Petrus a Domino accepit, hanc successoribus suis reliquit. Sicut ergo a tempore Moysi usque ad Samuel sacerdotes populo Dei præfuerunt, ita a tempore Christi usque ad Silvestrum soli sacerdotes Dei Ecclesiam rexerunt. Qui ab eis optimismoribus et legibus optime erudiebantur; a regibus vero undique impugnabatur qui eam a cultu veritatis modis omnibus avertere et ad culturam dæmonum convertere, imo compellere nitentur. Postquam autem lapis de monte sive manibus abscissus, ab ædificantibus murum iniquitatis quidem reprobatus, a Deo autem et in caput anguli levatus, in montem magnum excrevit, et universam terram sua magnitudine implevit, mox mutavit tempora et transtulit regna; cœpit quoque altitudo regni coram Christo pedibus incurvari, ac fastigium imperii in conventu Ecclesiæ inclinari. Persecutionis nempe tempus, Deus pacis, sacerdos magnus, tempore pacis permutavit; ac rebelle imperium paganorum rex magnus super omnes deos transtulit in regnum Christianorum.

Constantinus itaque princeps principum regni per Silvestrum principem sacerdotum Ecclesiæ ad fidem Christi convertitur, et totus mundus novo ritu christianæ religionis induitur, qui Constantinus Romano pontifici coronam regni imposuit, et ut nullus deinceps romanum imperium absque consensu Apostoli subiret imperiali auctoritate censuit. Hoc privilegium Sylvester a Constantino accepit, hoc suis successoribus reliquit. Cumque sacerdotii cura et regni summa in Silvestri arbitrio penderet, vir Deo plenus intelligens rebelles sacerdotibus non posse gladio verbi, sed gladio materiali coerceri, eundem Constantinum assumat sibi in agricultura Dei adiutorem, ac contra paganos, Judæos, hæreticos Ecclesiæ defensorem : cui etiam concessit gladium ad vindictam malefactorum, coronam quoque imposuit regni ad laudem honorum. Abhinc mox cœpit Ecclesiæ reges vel iudices propter judicia sæcularia habere, qui paganos Ecclesiam infestantes, vel alios ejus hostes eam impugnantem acriter propulsarent; intus vero divinis legibus rebelles poenarum terrore Ecclesiæ subjugarunt. Ad reges ergo pertinent solum sæcularia judicia. Unde cum quidam episcopi suos

coepiscopos in causam coram Constantino imperatore ponerent, ille sciens ad jus suum non pertinere, respondit: « Ite quia Christi estis et ipsi de hac re inter vos videte; ego non ero iudex vester, » CLXXII, 1265, 1264.

IVO (S.). Carnotens. episc. — In Novo Testamento post Christum Dominum, a Petro sacerdotalis cepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: « Tu es Petrus, etc. » Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt. Ipsumque principem eorum esse voluerunt; qui etiam iubente Domino, in toto orbe terrarum dispersi. Evangelium prædicaverunt. Ipsi quoque decedentibus, in loco eorum surrexerunt episcopi, quorum ordinatio prætextato fieri debet ordine et modo. Quos qui recipit et verba eorum, Dominum recipit; qui autem spernit eos, eum a quo missi sunt et cujus funguntur legatione spernit, et ipse indubitanter spernetur a Domino. Petri sedes est cælesti beneficio Romana Ecclesia quam Petrus et Paulus suo martyrio consecrarunt.... Dedit episcopis Christus potestatem, dedit et principatum multo perfectiorem principatibus terræ, aut numquid justum vobis videtur, si cedat spiritus caro, si a terrenis cælestia separentur, si divinis præferantur humana? Prædicationis evangelicæ sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, et ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, ut exsortem se mysterii [al.] ministerii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate discedere. Hunc enim in consortium individuae unitatis assumptum id quod ipse erat voluit nominare, dicendo: « Tu es Petrus, etc., » ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret hanc Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ inferi contra illam prævalerent. Quicumque ab unitate fidei vel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt cælestis regni ingredi. Romana Ecclesia vices suas ita aliis impertivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, CLXI, 322-330.

LACTANTIUS Firmianus.— Cum jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit; et editis quibusdam miraculis quæ virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocavit. Quare ad Neronem delata, cum animadverteret non modo Romæ, sed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, et ad religionem novam, damnata vetustate transire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus prosilivit ad excidendum cæleste templum, delendamque justitiam, et primus omnium persecutus Dei servos, Petrum cruci affixit, nec tamen habuit impune; respexit enim Deus vexationem populi sui. Dejectus itaque fastigio imperii ac devolutus a summo tyrannus impotens nusquam repente comparuit; ut ne sepulturæ quidem locus in terra tam malæ bestię appareret, VII, 195, 196, 197, 303, 438, 589, 619, 621.

LEO MAGNUS (S.), papa.— « Beatus es, Simon, etc., » id est ideo beatus es, quia Pater meus te docuit, nec opinio terrena te sefellit, sed inspiratio cælestis instruxit; et non caro, nec sanguis, sed ille me tibi, cujus sum Unigenitus, indicavit; « et ego dico tibi, etc., » hoc est sicut Pater meus tibi manifestavit divinitatem meam, ita ego notam tibi facio excellentiam tuam, « quia tu es Petrus, » id est, cum ego sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum; tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mea participatione communia. « Super hanc petram, » etc., super hanc, inquit fortitudinem æternam exstruam templum, et Ecclesiæ meæ cælo inserenda sublimitas, in hujus fidei firmitate consurget. Hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista vox vitæ est, et sicut confessores suos in cælestia provehit, ita negatores ad inferna demergit. « Tibi dabo, » etc. Transivit quidem etiam in apostolos alios jus istius potestatis, sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri privilegium, ubicunque ex ipsius fertur æquitate iudicium, nec nimia est vel severitas, vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut ligaverit aut solverit, LIV, 429, 430.

Instante autem passione sua Dominus, quæ discipulorum suorum erat turbatura constantiam, inquit, « Simon,

Simon, ecce Satanas, » etc. Commune erat omnibus apostolis periculum de tentatione formidinis, et divinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere; et tamen specialis a Domino Petri cura suscipitur, et pro Petri fide proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, et divinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum apostolis conferatur. Nam et post resurrectionem suam Dominus beato Petro apostolo post regni claves ad trinam æterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit: « Pasce oves meas, » etc., quod et nunc procul dubio facit, et mandatum Domini pius pastor exsequitur, confirmans nos exhortationibus, et pro nobis orare non cessans, ut nulla tentatione superemur. Cum itaque tantum nobis videamus præsidium divinitus institutum, rationabiliter et juste in ducis nostri meritis et dignitate lætamur, gratias agentes sempiterno Regi, redemptori nostro Jesu Christo, quod tantam potentiam dedit ei quem totius Ecclesiæ principem fecit, ad gloriam nominis sui, LIV, 431, 432.

Observandum quod, licet sanctus Leo dicat de sancto Petro et de sancto Paulo: « Isti enim sunt viri per quos tibi Evangelium Christi, Roma, resplenduit; isti sunt sancti patres tui verique pastores, LIV, 422, attamen col. 423 sedem episcopalem uni Petro tribuit, « per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius præsideret religione divina quam dominatione terrena, » sedem, inquit, episcopalem, uni Petro tribuit, ac per eam caput orbis Romam effectam tradit, cujus sedis causa toti orbi præsidet, adeo ut exinde latius præsideat religione divina quam dominatione terrena. Quibus concinunt illa Prosperi in carmine de Ingratis:

*Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honore
Facta caput mundo, quidquid non possidet annis
Religione tenet.*

Hinc autem primatus, dignitas, atque auctoritas, quæ in totum orbem, etiam extra Romani imperii fines protenditur, ab imperiali urbe, cui episcopatus Petri fuit affluxus, originem habere non potuit, ut quidam heterodoxorum adhuc hodie somniant. Quod dicitur quoque apud S. Leonem, LIV, 428 « quia illos (id est S. Petrum et S. Paulum) et electio pares, et labor similes, et finis fecit æquales, explicandum: 1^o Voces: « Et electio pares » desunt in antiquissimis Vatic. Intelligitur, ut illas tamen explicemus. Electio ad apostolatam quo pares fuerunt Petrus et Paulus, quia a Christo uterque apostolus electus fuit; quod primatui nihil præjudicat; nam ut S. Leo tradidit, LIV, 149. « Unus Petrus eligitur qui.... omnibus apostolis præponatur; » Et LIV, 629, de apostolatu loquens ad quem omnes apostoli vocati fuerunt: « Hujus muneris sacramentum, inquit, ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocarit. Dein vero « similes et æquales » illos tradidit non potestate primatus, sed sine, id est, morte seu martyrio. Hoc autem notanda sunt in refutatione postillæ huic loco affixæ in editionibus Quesnellianis, in qua legitur: « Petrus et Paulus geminus oculus Ecclesiæ, alter alteri æqualis: Ipse etiam Quesnellus in opere inscripto: *La discipline de l'Eglise*, allatis illis S. Pauli apostoli verbis: « Nihil minus fui ab iis qui sunt supra modum apostoli » fatetur totam hanc æqualitatem respicere solum apostolatam, non vero primatum apostolatus: « En tout cela l'égalité ne regarde précisément que l'apostolat, non la primauté de l'apostolat. » Et hunc quidem primatum non meri honoris, sed præcipue potestatis ac jurisdictionis primatum esse; ipsi etiam Galli theologi cum catholica Ecclesia fatentur; unde et Leo, agnovit, LIV, 425, non merum honorem, sed honorem potestatis ex divinis præordinationibus Petro attributum, LIV, 428.

Ut autem totius generis humani redemptionis inenarrabilis gratiæ effectus per totum mundum diffunderetur effectus, divina Providentia Romanum regnum præparavit; cujus ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum undique gentium vicina et contigua esset universalitas. Disposito namque divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confederarentur imperio, et cito pervios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis. Hæc autem civitas ignorans suæ protectionis auctorem, cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus, et magnam sibi videbatur suscepisse religionem, quia nullam respuerat falsitatem. Unde quantum erat per diabolum tenacius illigata, tantum per Christum est mirabiliter absoluta. — Nam cum duodecim

apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus suscepissent, beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperii, ut lux veritatis quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis homines in hac tunc urbe non essent? aut quæ usquam gentes ignorarent quod Roma didicisset? Hic conculcandæ philosophiæ opiniones, hic dissolvendæ erant terrenæ sapientiæ veritates, hic confutandus dæmonum cultus; hic omnium sacrificiorum impietas destruenda, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat variis erroribus institutum. Ad hanc ergo urbem, Tu, beatissime Petre apostole, venire non metuis,..... et silvam istam frementium bestiarum et turbulentissimæ profunditatis oceanum, constantior quam cum supra mare gradereris, ingrederis. Nec mundi dominam times Romam, qui in Caiphæ domo expaveras sacerdotis ancillam. Numquid aut judicio Pilati, aut sævitia Judæorum minor erat, vel in Claudio potestas, vel in Nerone crudelitas? vincebat ergo materiam formidinis vis amoris, nec æstimabas pavendos quos susceperas diligendos. Hunc autem intrepidæ charitatis affectum jam tunc profecto conceperas, quando professio tui amoris in Dominum trinæ interrogationis est solidata mysterio. Nec aliud ab hac mentis tuæ intentione quæsitum est, quam ut pascendis ejus quem diligeres ovibus cibum, quo ipse eras opimatus, impenderes.

Augebant quoque fiduciam tuam tot signa miraculorum, tot dona charismatum, tot experimenta virtutum. Jam populos, qui ex circumcissione crediderant, erudieras; jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta fundaveras; jam Pontum, Galatiam, Asiam atque Bithyniam legibus evangelicæ prædicationis imbueras, nec aut dubius de proventu operis, aut de spatio tuæ ignarus ætatis, tropæum crucis Christi Romanis arcibus inferebas, quo te divinis præordinationibus anteibant et honor potestatis et gloria passionis, LIV, 450 et passim.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc. — Cum S. Leo et S. Maximus Petrum ac Paulum, pares, similes, æquales fuisse prædicant, adeo ut statui nequeat uter alteri sit præponendus, non de dignitate et potestate, qua uterque fuisse Petrum fatetur Paulo potiorum; sed de mira electione, de virtute, de merito, de martyrii gloria est intelligendum, LVII, 111, 112, 113, 114, 115.

Sanctus Maximus in homilia 72 visus est olim Ecclesiæ unitatem capitis scidisse, cum claves supremam potestatem significantes dividerit, cum unam Petro concesserit, Paulo alteram. Verum prorsus aliena a mente Maximi censenda est hujusmodi interpretatio. Qui enim oratorem agebat, et ante modo admirabilem Petri de Christi divinitate confessionem extulerat, modo ejus electionem ad fundandam, erigendamque Ecclesiam, alios fortitudinem in obeundo crucis supplicio commendaverat; et cum multa etiam de Paulo disseruisset, præcipue quomodo de persecutore Ecclesiæ doctor factus fuerit, quibusve luminibus illustratus, a duplici clavi novum dicendi argumentum assumpsit. Præmittit Maximus apostolos omnes parem apud Dominum sanctitatis gratiam obtinuisse, eo quod omnes ad idem veritatis propaganda opus electi atque vocati fuerint. Verumtamen Petrum et Paulum cæteris eminentiores prædicat, quod eos potioribus muneribus ac privilegiis Christus cumulaverit. Et ut quod sibi proposuerat probaret Maximus, duplicem clavem, duplicem rem significare excogitavit; unam nempe supremam regendi potestatem, alteram cælestium veritatum docendarum scientiam. Nam « Petro, inquit Maximus, sicut bono dispensatori clavem regni cælorum dedit, Paulo tanquam idoneo doctori magisterium ecclesiasticæ institutionis injunxit, ut scilicet quos iste erudit ad salutem, ille suscipiat ad quietem, ut quorum corda Paulus patefecit doctrina verborum, eorum animas recipiat Petrus in regna cælorum. » Tantum vero abest ut Maximus Ecclesiæ regendæ primatum Petrum inter et Paulum dividere voluerit, quod unitatem potius capitis et præminentiam Petri docere professus est. Cum enim certum sit per solam fidem haberi accessum ad Deum, fidemque gigni ex auditu, scientiæ est prima dispositio, ac veluti clavis quæ infidelium peccatorumque corda reserat, eaque lumine ac virtute gratiæ perfundit. Quoties ergo ad doctrinam atque legem Dei confirmati fuerint homines, tunc eis præsto est clavis potestatis, qua a peccatis absolvuntur, et capaces æternæ hæreditatis fiunt; præcedere enim debet verbi divini ministerium quemcumque tramitem ad salutem. Primum igitur officium scientiæ est præstare lumen, quo credenda con-

spiciuntur; largiendi autem criminum veniam munus est superioris potestatis a Deo traditæ; illa præparat animas; hac dispositis paratisque fidelibus cæleste aperit regnum. Quod autem hæc, et non alia fuerit sancti Maximi doctrina, ex his etiam constat quod interioris fidei fundamentum requirat, et in ea sancte perseverantibus Dei favendi possessionem polliceatur. « Ambo igitur, ait S. Maximus, claves a Domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentia; divitiæ immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est, « In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ. » Appellat etiam Maximus hoc reserandæ veritatis munus non clavem absolute, sed quodammodo ut intelligatur se allegorice loqui, et alienum esse a faciendâ bicipite Ecclesia Christi; quod aliqui scriptores posteriorum temporum injuriose nimis ei assinxerunt. Novit ergo sanctus Maximus in Petro personalem primatum prærogativam in clavibus ei a Christo traditis expressam, nec cum Paulo communem fecit, cui dixit commissam fuisse scientiæ et mysteriorum Dei dispensationem, ad quam vocati sunt cæteri apostoli, sed super illos doctrina supernisque irradiationibus Paulus excelluit, LVII, 401, 402, 403, 404.

NICOLAUS I, papa. — Principatum divinæ potestatis quod omnium conditor electis suis apostolis largitus est, super solidam fidem apostolorum principis Petri soliditatem constituens ejus egregium, imo primam sedem deliberavit: « Tu es Petrus, » etc., Petrus denique a petræ firmitate, quæ Christus est, structuram universalis Ecclesiæ inconcussam, et fidem robore solidatam, ita precibus suis munire non cessat, ut errantium vesanam rectæ fidei norma reformare festinet, necnon intrepide eam consolidantes remunerare procuret; quatenus portæ inferi malignorum utique spirituum suggestiones, atque hæreticorum impetus, non prevaleant ejusdem Ecclesiæ unitatem refringere, CXIX, 773.

Postquam B. Petro principi apostolorum Dominus, ligandi atque solvendi in cælo et in terra potestatem tribuit, et januas regni cælestis reserandas concessit supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam: « Tu es Petrus, » etc. Ad quam promissionem sanctæ apostolicæ institutionis cœmento cœperunt hujus fundamenta ex pretiosis succrescere lapidibus, et annuente divina clementia, per studium structorum et apostolicæ auctoritatis sollicitudinem usque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mansura sine sinistra auræ impulsu consistere, cujus primatum B. Petrus merito promeruit. Post quem et hujus vicarii sincerissime Deo famulantes, carentes nebularum densitatibus, quæ recto ab itinere impedire assolent, dignius perceperunt, et in cura regiminis quam pro dominicis ovibus susceperunt, sollicitè permanserunt. Inter quos et nostram parvitatem omnipotentis Dei misericordia connumerare dignatus est. Et quia universitas credentium ab hac sancta Romana Ecclesia, quæ caput est omnium Ecclesiarum, doctrinam exquirat, integritatem fidei deposcit, criminum solutionem qui digni sunt, et gratia Dei redempti exorant, oportet, etc... Constat enim sanctam Romanam Ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, omnium Ecclesiarum caput esse, et ab ea rectitudinem atque ordinem in cunctis utilitatibus et ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas et synodicas sanctorumque Patrum sanctiones inviolabiliter atque irrefragabiliter retinere, exquirere ac sectari. Et ideo consequens est, ut quod ab hujus sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis præpedierit occasione, proprias tantum sequendo voluntates removeatur, sed firmiter atque inconcussa retineatur, CXIX, 785, 786.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiens. abbas. — Cum Dominus Jesus dixisset: « Quem dicunt homines esse Filium hominis, » mox subjicit « Vos ergo quem me esse dicitis; » vos, quia dii estis, quem me esse testimini? Mira et stupenda interrogatio; nam coram oculis eorum nihil aliud ipse quam homo apparebat, etiam se esse Filium hominis, quod vere erat, dicebat, et tamen ab eis aliud requirebat. Idcirco nequaquam dixerim quod de se requisierit illud quod ipse confessus est, quod coram oculis, et in eodem loco erat quod manu palpari poterat; sed occultum erat de quo quærebat, in quo et usque ad quid fundamenta Ecclesiæ erant faciendæ et fides omnibus commendanda. Unde mirabilis omnium et inaudita responsio beati Petri emicuit, ut totum quod erat in Domino cerneret et quod in Christo, qui Deus erat, siderat. . . . « Beatus es, Simon Bar-Jona. » Sunt qui id accipiunt simpliciter, ut Simon Petrus filius Joannis juxta carnem intelligatur, secundum alterius loci interrogationem, « Simon Joannis, diligis me? » et vo-

hinc id scriptoris vitio depravatum, ut pro Bar-Joanna corrupte Bar-Jona legatur, inde detracta syllaba. « Et ego dico tibi, qui tu es Petrus, etc. » Ac si patenter dicat non sermone casso et nullum habente effectum operis, sed dico tibi ego, cujus dixisse fecisse est, quia verbum meum omnipotentia plenum est, « Quia tu es Petrus, » quod a petra derivatum est nomen, id est a me super quem ædificatur omnis Ecclesia. Non enim, ut quidam male putant, Petrus fundamentum est totius Ecclesie, « Quia fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. » Et notandum quod non hic primum ei hoc impositum est nomen, sed longe supra, juxta Joannem, ubi adduxit eum Andreas ad Christum. « Tu es, inquit, Simon Joannis, tu vocaberis Cephias, quod interpretatur Petrus. » Et non dixit, tu vocaberis Petrus, quo jam vocatus erat nomine, sed ait signanter: « Tu es Petrus et super hanc petram, » a qua petra factus est, « ædificabo Ecclesiam meam. » Non quod jam tam firmus esset, sed quod futurum erat ut fieret a Christo. Nathanael, pone eandem prior confessionem tenuit cum ait: « Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel. » Sed ille adhuc interrogantis affectu ac dubitantis, videre quærere magis quam firmare et hoc ipsum quia visus est sub ficu. Petrus autem talem ac tantam expressit de corde confessionem ut ejus confessio sit omnium apostolorum. Et sicut simul omnes interrogarentur, ita in eo omnium est responsio una, supra quam fundatur Ecclesia, et contra quam portæ inferi non prævalerunt. Quia seu dicas contra hanc fidem eas non prævalere, seu dicas contra Ecclesiam, quæ hac fide supra Christum fundata est et firmatur, unum est, eo quod nec fundamentum dissolvitur, nec fides talis tantaque infirmatur, nec Ecclesia inter innumeras aurarum tempestates nec ventorum impulsione subvertitur.

« Portæ inferi non prævalerunt adversus eam, » vel sicut habent nonnulli codices; « non prævalerunt ei, » recte quæritur, cui ei? vel adversus quam? Utrum adversus Petram super quam ædificatur Ecclesia Dei, aut ei Ecclesie non prævalerunt quam ædificat Christus supra petram quia id non exprimit manifeste, tamen indubitanter credendum est; quia nec adversus petram, supra quam ædificatur Ecclesia, nec adversus Ecclesiam quæ ædificatur supra hujus modi petram; alioquin adversus quem portæ prævalerint inferorum, ille neque petra dicendus est supra quam a Christo ædificatur Ecclesia, neque Ecclesia quæ super petram ædificatur, CXX, 557, 558, 559, 560, 561.

« Et quodcumque ligaveris super terram, » etc. Qui hanc sibi vult vindicare gratiam debet infirmitatem Petri in petra tenere, fidemque moribus et voce prædicare, deinde claves regni quas habet, easdemque claves non a se, sed a Domino et per Dominum, quasi cœlestis janitor custodire. Alias autem nisi judicia ejus maneant firma in Christo, quasi Deo judicante per ipsum, timendum ne contra ipsum qui ligat aut solvit prævaleant portæ inferorum, si injusto judicat et non secundum Dei verbum adversus quem autem portæ inferorum non prævalerint, ipse juste judicat quia claves a Domino jam perceptas secum portat. Propter quod et operit eis qui soluti fuerint super terram, ut sint soluti et liberi in cœlis. Et claudit eis, qui justo judicio ejus ligati fuerint super terram, ut sint quasi ligati in cœlo et judicati, CXX, 565.

PAULUS, diaconus. — « Tu es Petrus, » etc. Non nunc primum accepisse Petrum hoc nomen credendum est, sed potius tunc quando in initio Dominicæ prædicationis, per Andream ad Jesum adductus in magnum fidei suæ præsigium audivit ab eo: « Tu es Simon, » filius Joannis, tu vocaberis Cephias, quod interpretatur Petrus, ut hoc nomine modo appellaverit Dominus dicens. « Tu es Petrus; » non enim ait, tu vocaberis Petrus, sed « Tu es Petrus, » quod dictum fuerat antea. Sicut enim Christus dedit apostolis nomen, ut lux vel sal terræ vocarentur, ita huic egregio confessori suo qui Simon, id est obediens, antea vocabatur, ob robur invictæ fidei Petri nomen indidit, qui videlicet illi tenaci mente inhæsit de quo scriptum est: « Petra autem erat Christus. » Petra non per essentiam, sed per significationem; quemadmodum enim leo propter fortitudinem vel agnus propter innocentiam, sic etiam petra dicitur firmitatem qui operantibus in se turris est fortitudinis a facie inimici. « Et super hanc petram, » id est, super me quem ore tuo confessus dicens, « Tu es Christus Filius Dei vivi. » Ipse enim est lapis ille pretiosus in Ecclesie fundamento constitutus de quo Paulus ait. « Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, Christus Jesus. » Sive super hanc petram, hoc est,

super hanc fidem qua me Filium Dei vivi confessus est, ædificabo Ecclesiam meam. « Et portæ inferi non prævalerunt adversus eam. » Non hoc dixit de conditione temporali mortis, qua legimus cunctos pene apostolos martyrio consummatos, sed portas inferi vocat vitia atque peccata. Portæ namque inferi mortifera hæreticorum dogmata sunt, quibus imprudentes quosque illiciunt, et ad perpetuæ mortis damnationem pertrahunt, XCV, 1481, 1482.

« Quodcumque ligaveris super terram, etc. » Hæc solvendi atque ligandi potestas quamvis soli Petro a Domino collata esse videatur, omnibus quoque generaliter apostolis sub ejus persona collata est. Nam et post suæ resurrectionis nobilem triumphum, apparens illis omnibus aperte dixit: « Quorum remiseritis, etc. » Nam sicut interrogatis generaliter omnibus, Petrus respondet pro omnibus, ita et quod Dominus Petro respondet, in Petro omnibus respondit. Quin etiam omnibus episcopis ac presbyteris in Ecclesia idem officium committitur, ut videlicet agnitis peccantium causis, juxta modum culpæ vel poenitentiae ligandi et solvendi exerceant potestatem, ita dumtaxat ut quod etiam hoc tempore in nonnullis sacerdotibus invenitur, nec eos qui insontes vel innoxii sunt damnent, nec illos qui merentur damnationem secures tanquam de solutione præsumant reddere, XCV, 1184, 1185.

« Tu es Petrus; » super hanc, inquit, petram, id est, super Dominum Salvatorem qui fidei confessori suo participium sui nominis donavit: « Portæ inferi non prævalerunt, etc. » Portæ inferi tormenta et blandimenta persecutorum quæ a stabilitate fidei aliquos deterrendo, introitum æternæ mortis aperiunt. Multæ itaque sunt portæ inferi, sed harum nulla Ecclesie quæ supra petram fundata est, prævalet. Merito igitur cunctis Ecclesiis honorandus qui caput Ecclesie et qui firmissimæ petre soliditatem secutus, inimicos Christi auctoritate S. Spiritus confudit, et infatigatæ patientiæ fortitudine triumphavit, nec inferni porta adversus eum prævaluit qui sibi portæ æternæ ingressum regem gloriæ confessus aperuit, XCV, 1463, 1464.

PETRUS (S.), apostolus et primus papa. — Beatus Petrus apostolus, princeps apostolorum et primus papa, primum sedit in episcopali cathedra Antiochiæ septem annos. Et post ad expugnandum Simonem Magnum, Romam ingressus, Claudii anno secundo, in episcopali cathedra sedit annos viginti quinque, menses duos, tres dies. Qui uno eodemque tempore et die, videlicet, post passionem Domini anno xxxviii, ultimo vero anno Neronis iii Kalendas Julii cum Paulo martyrium consummavit. Hic duas Epistolas fecit, quæ canonicæ nominantur, in quarum prima, primo generaliter Ecclesiam instruit, explicans beneficia quibus nos divina pietas ad salutem vocare, vel dona quibus aliquando Judæos, nunc autem nos honorare dignata est. Postmodum vero diversas fidelium personas solerter hortatur, ne se tanta Spiritus gratia carnaliter vivendo, reddant indignos, ne qui regali ac sacerdotali vocabulo sunt insigniti, vitiorum malitia subacti, a condonata vel promissa sibi nobilitatis gloria degenerent. Et primo liberos et servos, deinde mulieres et viros specialiter alloquitur; atque post interlocutionem generalis exhortationis, seniores quoque et adolescentes qualiter sese debeant gerere, ostendit. In secunda vero Epistola, quam eisdem scripsit, quibus et primam, eosdem miseratus, jam ut perfectiores ad majora et perfectiora multipliciter commonet et hortatur. Et Evangelium Marci fecisse dicitur, quia Marcus adjutor ejus fuit et filius de baptismo. Ordinavit autem episcopos tres, Linum et Cletum et Clementem, et presbyteros decem, et diaconos septem.... Quamvis Clemens in ordine Catalogi post beatum Petrum tertius inveniatur, revera tamen sicut ipse in epistola scripsit Jacobo Hierosolymorum episcopo, post beatum Petrum, primus, nullo interposito, Romanæ sedis gubernaculo procul dubio tenuit; Linus autem et Cletus ideo velut successores Petri connumerantur, quia ipse eos in vita coadjutores sibi fecit, ut tanto melius ipse vacare posset orationi, CXXIX, 1151, 1152.

PETRUS LOMBARDUS. — Ex loco Epistolæ Pauli ad Galatas: « Dixi Cephæ coram omnibus, » etc. Porphyrius objicit Petrum a Paulo reprehensum, volens et illi erroris maculam, et huic procacitatis incutere et in commune ficti dogmatis accusare mendacium dum inter se Ecclesiarum principes dissiderent. Quod utique facit non intelligens quo sensu Petrus fuisset reprehensibilis, vel ei apostolus Paulus in faciem res iussu dicatur. Nam uterque recte sensit legem non esse tenendam, et in omni gente quicumque timet Deum et operatur justitiam, acceptus est illi, sed uterque cauta simulatione dispen-

sat, ille subtractionem, iste reprehensionem, ut et Judæis superbia et gentibus desperatio tolleretur. Non igitur vel Paulo vel eis cum quibus ante edens se ab eis postea separabat, Petrus vere reprehensibilis erat, nec eis Paulus procaciter resistebat. Paulus enim in Petro hæc reprehendere non potuit, quod ipse fecit nec arguere simulationem cujus et ipse reus erat, sed fuit hæc reprehensio non vera, sed dispensatoria; nec Petrus peccavit, nec Paulus procaciter arguit. Petrus autem, sicut legitur in Actibus apostolorum, auctor fuit hujus decreti, legem post Evangelium non esse servandam, qui post visionem lintei, ubi erant diversi generis animalia, ad Corneliolum intravit, et cum gentibus comedit; qui etiam quæstionem de hac re solvit, ut videtur, Act. xv. Petrus itaque bene sensit de absolutione legis, sed simulavit pro timore Judæorum, ne occasione gentium a fide recederent, et sic perderet gregem suum. Simulavit autem Paulus pro simili metu, ut in circumcissione Timothei, et ipse qui coram ex voto nutritus ut Nazaræi, in Cenchris ex lege caput totondit, CXCII, 110, 111.

RADBERTUS (S), abb. Corbeiens. — « Et ego dico tibi, » etc., quod a petra derivatum est nomen, id est a me super quem ædificatur omnis Ecclesia. Non enim, ut quidam male putant, Petrus fundamentum totius Ecclesiæ est, « quia fundamentum nemo aliud potest ponere præter id quod positum est quod est Christus Jesus. » Licet super eodem fundamento primus, ac si caput Petrus recte positus credatur, tamen in ea petra, de qua nomen sibi ex dono traxit et super eam tota construitur et constabatur illa cœlestis Jerusalem, id est supra Christum, ut forma permaneat in sempiternum. Nec igitur mirum si Petrus a petra dictus est eo quod firmus futurus erat per Spiritum sanctum firmitate fidei, cum et lux mundi dicitur esse, a lumine quod est Christus... Et ideo nondum beatus erat in se Petrus, sed tantum modo in prædestinatione Dei, a quo non qualis tunc erat, sed qualis futurus erat, æmulatur a Domino... Episcopi quibus a Domino eadem cum Petro potestas dimittendi peccata, etc., debent suam infirmitatem in Petro tenere, ipsumque esse eorum caput attendere, CXX, 562, 563.

RUPERTUS, Tutiens. abb. — Porro de Petro quod lapsus est, quod negare permissus est, nihilominus in dispositione Spiritus sapientiæ pius et pulchrum est. — Princeps quippe apostolorum Petrus destinatus fuerat, et huic specialiter magna post Christum potestas danda, vel jam data erat, dicente Christo Filio Dei vivi, quem confessus fuerat: « Beatus es, etc., Pasce, etc. » Tali et tanta præeunte evangelicæ veritatis auctoritate, Christianissimi imperatores post multa tempora, omnesque Ecclesiarum principes hoc censuerunt, et lege perpetua firaverunt, ut sicut imperatori omnes præfecti vel iudices, sic beato Petro, et secundum dignitatem ejus excellenti Romano pontifici cæteri subjecti sint ecclesiarum pontifices. Magnus honor, grandis celsitudo, ait autem ipse ejusdem honoris sive altitudinis auctor: « Qui major est vestrum erit sicut minor, et qui præcessor est sicut ministrator. » Item majores illos sive ministros magno ad clementiam informat studio, quod manifeste colligit ex factis ejus humillimis. Quando autem vel quomodo sciret homo positus in celsitudine honoris, in magna conscientia sanctitatis condescendere parvis, condolare miseris? Solus quippe Deus natura humilis, misericors et miserator est, imo ipsa humilitas, ipsa misericordia est. Homo quippe humilis sive misericors, non nisi ex accidenti est. Oportebat igitur prædestinato atque vocato ad tantam celsitudinem Petro apostolam causam subesse, et magnitudinem honoris ejus præire, unde illi humilitatis atque compassionis scientia jugiter posset accidere. Idcirco labi permissus est; idcirco usque ad triplicandam negationem derelictus est, pulchro et spectabili ordine sapientiæ, ut recte miremur omnes ejusdem sapientiæ periti spectatores, omnes apertos discretionis oculos habentes. Et hoc animadvertentes omnino expedire credimus eis qui præsentiam tam propter semet ipsos quam propter eos quibus præsent, quatenus ad humilitatem vel compassionem eruditi sint, per magnum et memorabile præteritæ infirmitatis experimentum. Aliter quippe infirmitates subditorum aut vix aut nullo modo supportare sciunt, CLXVII, 1638, 1639.

A ce sujet, l'auteur de la *Dissertation historique et chronologique des œuvres de Rupert*, s'exprime ainsi: « Rupert explique que quoique tous les apôtres aient reçu en commun le pouvoir de lier et de délier les pécheurs, cependant saint Pierre a été favorisé d'un privilège particulier, parce qu'il avait le premier confessé la divinité de Jésus-Christ. Ce privilège particulier accordé à saint Pierre consiste en ce que saint Pierre

était destiné à être le prince des apôtres: *Princeps quippe apostolorum destinatus fuerat*. Il devait recevoir spécialement ou il avait déjà reçu une grande puissance que Jésus-Christ lui avait donnée en lui disant: « Vous êtes heureux, Simon, fils de Jona..., et moi je vous dis, etc. » Rupert rapporte encore ce que Jésus-Christ dit après sa résurrection au même apôtre: « Simon, m'aimez-vous plus que ceux-là? Paissez mes agneaux, paissez mes brebis. » Puis il continue ainsi: « Les empereurs chrétiens et les princes de l'Eglise, fondés sur l'autorité de cette vérité évangélique *tali et tanta præeunte evangelicæ veritatis auctoritate*, ont établi longtemps après, par une loi immuable, que comme tous les gouverneurs et les juges obéissent à l'empereur, de même tous les prélats des autres églises seraient soumis à Pierre et au Pontife romain, à cause de l'excellence de sa dignité. Voilà un grand honneur et une grande élévation: *Magnus honor, magna celsitudo*. » Les Cyprien, les Basile et les autres Pères, surtout dans les premiers siècles de l'Eglise, n'ont pas eu une telle idée du privilège particulier de saint Pierre; les Papes, même les plus saints, tel que saint Grégoire le Grand, ne l'ont point eue... à cette réflexion on peut répondre que l'humilité faisait taire aux Papes leur droit; mais en fin de compte, tous, Papes ou Evêques, ne reconnaissaient pas moins la suprématie dans la personne des successeurs de saint Pierre. Et pour en conclure quelque chose de pratique, reconnaissons les prérogatives réelles de saint Pierre, qui ont passé à ses successeurs; reconnaissons sa primauté de droit divin; mais gardons-nous de dégrader ses collègues et ses frères dans l'épiscopat. Gardons-nous de croire que ceux-ci lui doivent la même soumission et la même obéissance que les gouvernements et les juges la doivent aux supérieurs et aux rois. Rupert semble adoucir un peu ce qu'il a avancé en ajoutant que celui qui a conféré une si haute dignité à saint Pierre lui a donné cet avertissement: « Que celui qui est parmi vous le plus grand devienne comme le moindre, et celui qui gouverne comme celui qui sert. » Là, comme on voit, le but de Rupert, est de montrer que Dieu n'a permis la chute énorme de saint Pierre que pour le tenir dans l'humilité, dans le haut degré d'élévation où il avait dessein de le placer, et pour donner dans sa personne à tous ceux qui sont élevés au-dessus des autres un exemple frappant qui leur apprend à être humbles et à supporter avec bonté et compassion les faiblesses de ceux qui sont sous leur conduite, CLXVII, passim.

TERTULLIANUS, Carthagin. præ-byt. — Si adhuc clausum putas cœlum memento claves ejus hic Dominum Petro, et per eum Ecclesiæ reliquisse, quas hic unusquisque confessus interrogatus et feret secum, II, 142. « Tota paradisi clavis tuus (o martyr) sanguis est, » II, 745 In ipso (Petro) Ecclesia exstructa est, id est per ipsum; ipse clavem imbuit. Ipse primus in Christi baptismo reseravit aditum cœlestis regni, quo solvuntur alligata retro delicta et alligantur quæ non fuerint soluta secundum veram salutem; et Ananiam vinxit vinculo mortis, et debilem pedibus absolvit vitio valetudinis. Sic et in illa disceptatione custodienda necne legis, primus omnium Petrus Spiritu instinctus et de nationum vocatione præfatus, Act. xv, 10, 11. Tunc sua sententia solvit quæ ommissa sunt legis et alligavit quæ reservata sunt, II, 1025, 1026.

Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Ecclesiæ petram dictum, claves regni cœlorum consecutum et solvendi et alligandi in cœlis et in terra potestatem, II, 34.

Nihil obstat supra dictis Petri privilegiis reprehensio quam subiit a Paulo, quod cum convixisset ethnicis postea se a convictu illorum separabat personarum respectu, II, 35, 36; nam in ista reprehensione sola quæstio fuit de lege antiqua, dum ostenditur quid ex ea custodiri conveniret; hoc fiebat ex parte Petri ob quamdam inconstantiam, ob personarum qualitatem, ob ambiguam tantum conversationem, nec ob aliquam divinitatis perversitatem, II, 474.

Ecclesiæ apostolicæ suos census per successiones deferunt; Romanorum Ecclesia Clementem a Petro ordinatum edit, II, 44, 45.

Petrus cæditur; tum ab alio cingitur, cum cruci astringitur, II, 151; Petrus passioni Dominicæ adæquatur, II, 49.

Septuagies septies juberis indulgere in persona Petri, itaque si et ipsos beatos apostolos aliquid indulgisse constat, cujus venia a Deo non ab homine competeret, non ex disciplina, sed ex potestate fuerunt, nam et mortuos suscitaverunt; quod Deus solus et debiles redigebant quod nemo, nisi Christus; imo et plagas inflixerunt, quod noluit Christus, non enim decebat eum

sævire, qui pati venerat. Percussus est Ananias morte..., ut hoc ipso probaretur Christum et hæc facere potuisse, Tertull. II, 1024.

ZACHARIAS Chrysopolit. episcop. — « Respondens autem Jesus, dixit : Beatus es Simon Barjona, etc. » (S. Hieronym.) In Petro respondet omnibus mercedem veræ confessionis quasi dicat : Quod caro et sanguis revelare nequivit, Spiritus sancti gratia revelavit. Ergo ex confessione sortitur vocabulum, quia Barjona sonat « filius columbæ; alii dicunt quod Simon (id est Petrus), filius sit Joannis, ut illud, « Simon Joannis diligis me? » et volunt depravatum hoc esse vitio scriptorum, ut pro Barjoanna, id est pro filio Joannis, Barjona scriptum sit, detracta una syllaba. Joanna interpretatur, « Domini gratia » utrumque nomen mystice intelligitur quia et columba Spiritum sanctum et gratia Domini donum significat spirituale. Pater quippe filio columbæ revelavit, quia una est gratia Patris et Filii et Spiritus sancti. Barjona Syrum est et Hebræum : « Tu es Petrus, » etc. (S. Hieronym.) Tu dixisti me esse Filium Dei vivi, et ego cujus dicere facere est, dico tibi quia, etc. Princeps apostolorum, nunc Petrus, nunc Cephass dicitur, non sensu diverso, sed quam nos Latine et Græce petram vocamus, hanc Hebræi et Syri Cephass vocant. Merito accipit hoc nomen Petrus, quia in Petrum Christum credebat, et secundum metaphoram petræ dicitur ei : « Ædificabo Ecclesiam meam super hanc petram, hoc

est super hoc fundamentum fidei, vel ita super hanc petram quam confessus es, id est super me ipsum. Hanc apostolus ait. « Fundamentum aliud nemo potest ponere, » etc. « Et portæ inferi, » etc. Peccata et doctrinæ hæreticorum sunt portæ inferi. Claves regni cælorum ipsam discernendi scientiam potentiamque nominat, qua dignos recipere in regnum, indignos secludere deberet a regno. « Quodcumque ligaveris, » etc.... sensus est : quemcumque super terram, id est, dum vixerit, ligaveris eliminando ab Ecclesia, ligatus erit in cælis, hoc est universæ Ecclesiæ quibus natum fuerit vitabunt illum. Vel ligatus erit in cælis, id est cælestis sententia confirmabit quod eum præsens Ecclesia vitet. Et quemcumque, dum vixerit, solveris ab excommunicatione reconciliando, solutus erit in cælis, id est Ecclesiæ quæ hoc scientiam communicabunt ei; vel solutus erit in cælis, id est cælestis sententia confirmabit ut a præsentis Ecclesiæ recipiatur. Grandis honor, sed grave pondus.... Ideo Petrus claves regni cælorum et principatum judiciariæ potestatis specialiter accipit, ut omnes credentes intelligant, quia quicumque ab unitate fidei et societatis illius semetipsum segregant, nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt regni cælestis ingredi.... Hoc autem fit per ministerium episcopale in ordinatione presbyterorum, vel (quod verius videtur), cum animarum cura presbyteris injungitur, CLXXXVI, 285, 286, 287.

PARS SECUNDA.

ARTICULUS PRIMUS.— *Notiones de potestate pontificia temporali.*

Constantinus imperator, ut scitur, totus fuit ut offerret Deo oblata ut essent patrimonii jure attributa sanctæ Romanæ Ecclesiæ ejusque episcopo Petri successor, tanquam res Deo sacræ sub omnimoda potestate maximi pontificatus relinendæ ac disponendæ per Silvestrum ejusque legitimos successores. Jam recens baptizatus postquam Ecclesiam donativis munificentissime locupletasset concilium Romanum a sancto Silvestro pontifice indictum impensis necessariis piissime promovit. — Et eum indignum esse judicaret urbem Romam in qua monarcha totius Ecclesiæ, Christianique in terris vicarius residebat, sæcularis principis imperio subjectam esse, non urbis Romæ duntaxat, sed totius fere Italiæ aliarumque provinciarum dominium et jurisdictionem temporalem Silvestro ejusque legitimis in Petri Cathedra successoribus munificentissime donavit, VIII, 795.

Roma! Roma! jure mundi caput appellata est; domina et regina urbium. Fertur de eodem imperatore quod is Campum Martium cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti Cæsaris, Forum Romanum, Jovis Tarpei delubra, thermas, porticus, amphitheatrum, Pompeii theatrum, circum maximum, etc., obstupuisse ac tandem dixisse : « Naturam omnes vires in unam urbem effudisse. » Verissime, etiam nunc de Roma dici potest : « Quemadmodum nihil in universa rerum natura mundo sic in terra Roma nihil melius, nihil præstantius inveniri potest, VIII, 827.

Magicus splendor de Roma non minor est hodie ac olim : « C'était le 8 décembre 1854! La ville éternelle était tout entière en mouvement, on accourait de toutes parts dès le matin, vers la place gigantesque de Saint-Pierre. Bientôt la grande basilique de Saint-Pierre était pleine de monde. C'était chose inouïe qu'un semblable concours. Il y avait foule dans cette église immense; car Saint-Pierre, c'est l'immensité en longueur, largeur, profondeur et hauteur. Quand on y entre, l'œil se perd dans cette étendue, et plus on avance, plus on voit en quelque sorte l'espace reculer devant soi. Quand il n'y a que 30,000 personnes dans Saint-Pierre, on y est fort à l'aise dans la grande nef, et il n'y a personne dans les chapelles latérales. Or, ce jour-là, il y avait foule, et le sentiment de la reconnaissance envers Dieu domine partout. Mais les cérémonies saintes se préparent. Le Pape-Roi, Pie IX, entonne l'office d'une voix forte et majestueuse; il commence la messe, et après l'Évangile, après le chant du *Veni Creator*, se levant sur son trône, lit, malgré la plus vive émotion, le décret qui déclare dogme de foi l'Immaculée Conception de la Sainte-Vierge, ainsi conçu :

« Declaramus, pronuntiamus et definimus doctrinam quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo in-

stanti suæ conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris generis humani, ab omni originali culpæ labe præservatam immunitem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. »

A ce moment le canon du château Saint-Ange se fait entendre, toutes les cloches des 365 églises de Rome se mettent en branle, etc... Oh! c'était beau que d'être à Rome ce jour-là.

Ce triomphe de la papauté spirituelle, d'où néanmoins la temporelle n'est pas exclue, peut être mis en face avec le triomphe de la papauté temporelle de Boniface VIII. Ce triomphe spirituel vaut bien le triomphe de l'homme, le triomphe où ce dernier parut au milieu du grand jubilé de 1000, avec les doubles insignes de l'autorité spirituelle et temporelle, et répétant à haute voix : « *Ecce duo gladii; hic vides, o Petre, successorem tuum; tu salutifer Christe, cerne tuum vicarium.* » A ces deux spectacles l'Europe est accourue à Rome : « *Et hodie nunc 8 Junio 1862, in sancto Pentecostes die,* » on peut dire qu'un troisième spectacle universel de la Chrétienté se manifesta à Rome. Un journal religieux, le *Rosier de Marie*, daté d'hier, 7 juin, nous dit : « Pour trouver dans Rome un nombre d'évêques supérieur à celui de ce jour (depuis huit jours et chaque jour il en arrivait encore), il faut remonter jusqu'au IV^e concile de Latran, sous le pontificat d'Innocent III. A aucune époque la Méditerranée n'a été traversée par des vaisseaux chargés de plus de 200 ecclésiastiques, comme l'était la semaine dernière un bateau à vapeur venant de Marseille. Les révolutions peuvent bien poursuivre toujours leur marche, mais Dieu sait, au milieu d'elles, rendre son Eglise plus forte et plus puissante. On combat la papauté avec violence, mais elle résiste toujours et devient de plus en plus inébranlable. Inutile, disons avec confiance de la combattre, l'œuvre de Dieu ne saurait être vaincue ni détruite. *« Quid fiet in posterum et nunc quoad dominium papæ temporale nescitur. Deus scilicet nunc tantum præterita referamus; futuris Deus providebit. Amen. »*

AMBROSIUS (S.), episc. — In sermone contra Auxentium, XVI, 1012, magnanimum se ostendit in non tradendis basilicis. « Tu, Domine Jesu, inquit, uno momento mundum redemisti; Auxentius uno momento tot populos quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio. — Meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus. Cui bene præsens respondit lectio, « Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas? » id est non convenit paci et furori, non convenit Christo et Belial. Meministis enim quod lectum est hodie Nabothem sanctum virum possessorem vineæ suæ interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret, ubi rex, succisis vitibus, olus vile sereret; eumque respondisse : « Absit ut ego patrum meorum tradam hæreditatem! » regem con-

tristatum esse, quod sibi esse alienum jus relatione justa negatum, sed muliebri consilio deceptum. Naboth vites suas vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos Ecclesiam Christi?

Quid igitur a me responsum est contumaciter: dixit enim conventus: Absit a me ut tradam Christi hæreditatem! Si ille patrum hæreditatem non tradidit, ego tradam Christi hæreditatem? Sed et hoc addidi: Absit ut tradam Christi hæreditatem patrum, hoc est hæreditatem Dionysii, qui in auxilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgii confessoris, hæreditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium episcoporum! Respondi ego, quod sacerdotis est, faciat sacerdos; quod imperatoris est faciat imperator. Prius est ut animam mihi, quam fidem auferat.

At cui tradam? Præsens lectio Evangelii docere nos debet, quid petatur, a quibus petatur. Audistis nempe regi, quod cum Christus super pullum asinæ sederet, clamabant pueruli et moleste ferebant Judæi. Denique interpellaverunt Dominum Jesum, dicentes ut faceret eos tacere; respondit: « Si hi tacuerint, lapides clamabunt. » Deinde ingressus templum, ejecit nummularios et cathedras, et columbas vendentes in templo Dei... Semper ergo Christi laudes verbera perfidorum sunt. Et nunc cum laudatur Christus, dicunt hæretici, quia seditione commovetur; dicunt hæretici quia his mors paratur; et vere mortem habent in laudibus Christi. Quomodo enim laudes ejus ferre possunt, cujus infirmitatem prædicant?

Garaseni præsentiam Christi ferre non poterant; isti pejores Garasenis, nec laudationem Christi sustinere possunt. Vident pueros Christi gloriam concinentes, et irrident istam ætatulam fidei plenam, cum dicunt: « Ecce quid clamant. » Sed respondit eis Christus: « Si hi tacebunt, lapides clamabunt. » Hoc est fortiores clamabunt, clamabunt et juvenes, clamabunt et maturiores, clamabunt et senes, isti lapides ad illum jam solidati lapidem, de quo scriptum est: « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, » XVI, 1012, 1015; CLXIII, 678, 679.

ANASTASIUS, Biblioth. -- Beatus Petrus apostolus et princeps apostolorum primus sedit cathedram episcopatus in Antiochia annos septem. Hic Petrus ingressus in urbem Romam sub Nerone Cæsare, ibique sedet cathedram episcopatus annos viginti quinque, mensem unum, dies octo.... Hic martyrio coronatur cum Paulo post passionem Domini annis triginta octo...

Vetustiores Romanorum pontificum Catalogi et libri Pontificalis codices plerumque titulum « beati » soli Petro præponunt; in hoc videntur respexisse ad Redemptoris eloquium: « Beatus es, Simon Barjona, etc. » Ad quæ respiciens Basilii scripsit quod S. Petrus beatitudinem longe ampliorem cæteris omnibus adeptus est. In Novo enim Testamento duo eo titulo cohonestantur, Deipara, quæ divino afflatu Spiritu dixit: « Ex hoc beatam me dicent omnes generationes, » et Petrus Redemptoris voce. Hinc vera origo vocis « beatitudinis et beatissimi quæ Pontificibus Romanis tribuitur a Patribus et conciliis, sic ut autonomastice eo titulo designabatur Pontifex Romanus. Ex divina institutione cathedra est una, Petro uni tradita, in successores derivata; non admittit Petrus socium alienum. Super unum Christus ædificat Ecclesiam suam, ut unitatem manifestaret; unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Deus unus est, et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare construi et sacerdotem novum fieri præter unum altare, unum sacerdotem non potest...

Petrum in hac cathedra Romana usque ad mortem sedisse, intelligendum est de auctoritate potestate ac præfectura gubernandi Ecclesias universas, non de ritu locali. Constat enim cum hanc cathedram septem annis administrasset cum Christiani omnes et Judæi, edicto Claudii. Roma expellebantur, Petrum etiam expulsam Hierosolymam rediisse; mortuo tamen Claudio Romam rediit et ibidem finivit vitam.

Character pastoris supremi et universalis est, ut infallibilis sit in grege universo pascendo, cum nullus ipsi superior ad eum dirigendum sit constitutus, præter ipsum Christum Jesum illi dicentem citra facultatem ullam censuræ ac potestatis ab altero supra ipsum exercendæ « Pasce oves etc., etc., » CXXVIII, 1004-1044. Paulus hic nominatur ut socius Petri, sed tantum in societate prædicationis, non in societate cathedræ quod notandum, etc.

Observandum, cum beato Leone Magno, non fortuitum ad Romam S. Petri adventum, sed divinæ Providentiæ consilio suaviter ac fortiter singula disponente, paratum fuisse. Sic etiam parata fuit, quasi vehiculum Evangelio

in orbem universum perferendo, magnitudo atque unitas imperii Romani, et fœdera cum remotissimis terrarum tractibus a Romanis principibus inita. — Dispositio namque divinitus operi maxime congruebat, ut cito pervios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis — Nascente Domino, juxta vaticinia prophetarum dum terrarum orbis esset in pace compositus, et per eos Augusti annos quibus edictum vulgatum fuerat ab eodem Cæsare, ut describeretur universus orbis, ordinatio provinciarum sub uno principe non modo facilem aditum parabat designatis præconibus Evangelii, verum etiam ordiebatur in civili dispositione regionum, nexuque oppidatim per eas contexto, quoddam specimen ordinati sanctoris regiminis, paulo post contrahendi a pacis principe Christo Domino suis apostolis, eorumque successoribus in episcopatus Christiani hierarchia quam erat proxime fundaturus. Hanc artem divini consilii cum ante Leonem Magnum probe cognosceret princeps apostolici cœtus, et primus Ecclesiæ suæ hierarchia electus a Christo Domino Simon Petrus, orientis et occidentis præcipuis sedibus constitutis adjecit tertiam in Ægypto, unde meridionalium regionum tractus amplissimi legatos Christi reciperent, ad Indos usque ac Æthiops potestatis suæ terminos prolaturos; quibus tamen omnibus, ut intelligerent cathedræ illius auctoritatem esse prælatam, quam ipse vivens ac moriens donasset privilegio suæ successionis in amplissima potestate, quanta fuerat sibi a Redemptore humani generis collata supra universos fidelium cœtus; hanc in urbe Roma figere voluit, caput orbis, et imperii pridem effecta, per Europam, Asiam et Africam, propagatis, unde facilius possent tum ipse, tum successores in quacunque terrarum spatia suas leges perinde ac legationes transmittere. Famulabantur consilio divini operis non modo pax et ordinatio provinciarum ac census civium, et fœdera augusti cum remotissimis regibus, verum etiam bella, et victoria, itinera, partitiones provinciarum, militares expeditiones, coloniarum deductio, legionum transvectio, præsidum sortitio, ac universa propemodum gesta reipublicæ et Cæsarem consequentium. — Sive in Britanniam moverent Caius, Caligula et Claudius; sive in Armeniam Nero; sive in Judæam Vespasianus; sive Trajanus in Daciam, Parthiam et Mesopotamiam; sive Adrianus Barbaris restitueret ea quæ Trajanus ademerat; sive ipse lustraret, ejusque exemplo Antoninus, provincias, et crebris itineribus totum imperium redderet pervium; sive Romanis legionibus communiret; sive etiam maria et insulas continenti conjungeret, instructis in Italia classibus, Superi Maris, et Inferi, Ravennati ac Missenati; sive limites imperii firmaret collocatis exercitibus, Britannico, Cappadocico, Dacco, Germanico, Hispanico, Illyrico, Mauritanico, Mæsiaco, Rhetico, Sarmatico, Syriaco, spectandis in nummis Adriani, universa hæc Evangelii perferendi apparatus et comitatus erant, et adjumenta, non hominum vano consilio ad temporariæ tantum vitæ hujus hæc largiente comparata, sed sapientiæ divinæ nutu ac potestate disposita ac ministrata Christi gloriæ et electorum salutis, cui omnem præsto esse creaturam, et servire nec cogitantem, atque etiam contra stimulum calcitrantem jubet. Quantum enim facilitatis conciliabatur missionibus apostolicis ex Urbe dirigendis a summo Ecclesiæ hierarcha in dissitas quascunque regiones frequens legionum transvectio, magistratuum majorum minorumque profectio terrene quotidiana ad provincias et copias regendas! hinc nondum, aut vix apostolorum principe martyrio coronato, Treviri, Lugdunum, Viennæ, Moguntinum, etc., episcopos accipiunt e Roma missos, Pothinum, Telesphorum, Severum, Crescentem, etc., CXXVIII, 1256, 1257.

Sancta ac universalis octava synodus, Constantinopoli celebrata habet in Dominicum sermonem quem Christus sanctis apostolis et discipulis suis dixit, quia, « qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit; » ad omnes etiam qui eos secundum ipsos facti sunt summi pontifices in Ecclesia catholica dictum esse credentes, definimus neminem prorsus mundi potentum, quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus præsent in honore, aut movere a proprio throno tentare, sed omni reverentia et honore dignos judicare; præcipue quidem sanctissimum papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham..., sed nec alium quemcunque conscriptiones contra sanctissimum papam senioris Romæ, ac verba complicare ac componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum. Si quis vero aliqua sæculi potestate fruens vel potens pellere tentaverit præfatum apostolicæ cathedræ papam anathema sit. Porro si synodus universalis fuerit congregata et facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quævis ambiguitas et

controversia, oportet venerabiliter, et cum convenienti reverentia de proposita questione sciscitari et solutionem accipere, aut profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ pontifices, CXXIX, 159, 160.

Eorum vulnerum atque livorum quæ in membris hominis consistunt multos medicos protulit ars; hanc quidem passionem alio accipiente et alteram altero, et per experientiam amputante et medente; eorum vero quæ in membris sunt Christi et Dei Salvatoris, omnium nostrum capitis et sponsæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, unum et singularem præcellentem atque catholicissimum medicum ipse princeps summus, et fortissimus Sermo, et ordinator et curator, et solus ex toto magister Deus omnium produxit, videlicet papam senioris Romæ; propter quæ dixit Petro magno et summo apostolorum: « Tu es Petrus, etc.; Tibi do claves, etc... » Tales enim beatas voces non secundum quamdam utique sortem apostolorum principi solum circumscripsit et delinivit, sed per eum ad omnes qui post illum secundum ipsum. Efficiendi erant summi pastores et divinissimi sacrique pontifices senioris Romæ transmisit; et ideo ab olim et primo tempore in exortis hæresibus et prævaricationibus eradicatores et interemptores malorum zizaniorum et tabefactorum et penitus insanabiliter ægrotantium membrorum multi multoties facti sunt eorum qui sanctitatem et summam paternitatem summorum pontificum illic præcesserunt, CXXIX, 60, 61.

Stephanus VI successit Formoso. Bonifacius qui invadens sedem apostolicam tenuit eam diebus quindecim, non est numerandus inter pontifices; utpote qui velut homo nefarius jam antea bis gradu depositus primum a diaconatu ac deinde a presbyteratu in Romana synodo sub Joanne papa IX, damnatus fuit. Et quanquam uterque per vim, metum et tyrannidem sedem adepti fuerint, adeoque pariter intrusus intrusum expulerit, tamen Stephanus in numero et serie pontificum communi sententia numeratur, quia ad periculum schismatis avertendum, illum, quamvis homo scelestissimus esset, universus clerus approbavit, totaque Ecclesia catholica per Christi vicario et successore Petri agnovit. Pontificatum auspicatus est a sacrilegio illo quo corpus Formosi papæ exhumatum sacerdotibus vestimentis indutum, tribusque digitis mutilatum, in Tiberim projecit, omnesque ab eodem ordinatos iterato consecrari et ordinari præcepit. Sacrilegi pontificis facinus, quo a defuncto pœnam inique exegit, quove legitime collatos ordines contra Christi institutionem et Dei mandatum repelivit, novatores hæretici nostri temporis redarguant et detestantur et merito; verum contra promissiones Christi Petro et Ecclesiæ factas propter illud factum impium male insurgunt et præmature nimis de victoria gloriantes triumphum agunt. Omnia enim quæ Stephanus contra Formosum dixit vel egit, homo furore percitus implens id quod exæstans rabies suasit. Pontificia vero auctoritate legitime usurpata nihil contra fidem vel bonos mores delinivit. Unde hac in re violentam quidem tyrannidem in facto agnoscimus; errorem autem in fide per Stephanum pontificiam auctoritatem legitime usurpantem definitum vel approbatum fuisse constanter pernegamus, quanquam nihil Sedi apostolicæ præjudicaretur, si daremus invasorem non legitime electum, sed intrusum pseudopontificem in articulis fidei asserendis aberrasse, CXXIX, 855, 856.

Anno quo a nativitate Domini transacti sunt anni nonaginti quatuor, misit papa Formosus in Angliam epistolas quibus dabat excommunicationem et maledictionem regi Edwardo et omnibus subjectis ejus... Rex Edwardus sese emendavit, papam cum magna humilitate placavit; quod apostolico maxime placuit, et in sinum Ecclesiæ eum restituit, CXXIX, 845, 846.

ANASTASIUS papa. — Manichæos vero quos in urbe Roma invenimus et sequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut ullam cum eis habere participationem, priusquam ad rectam convertantur fidem, nec eorum male pullulenta semina quæ a nobis in urbe exstinguuntur, pessimis vobiscum radicibus seminentur vel germinentur. Plurimos vero eorum et suæ sequaces impietatis, atque illorum doctores investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas et censura coercuit, quos potuimus emendare correximus. Et ut damnarent Manichæum cum prædicatione et disciplinis suis publica in Ecclesia professione et manus suæ subscriptione compulimus et ita de voragine impietatis suæ confessos penitentia concedenda levavimus. Aliquantum vero qui se ita demerserunt, ut nullum his auxiliantis remedium posset subvenire subditi legibus secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio

relegati, et omnia quæ tam in scriptis quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid reingeret, aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse qui dicebatur episcopus a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis quæ teneret, sicut gestorum vos series poterit edocere, CXXX, 691, 692.

ANSELMUS, Lucens. episc. — In epistola quam Anselmus episcopus scripsit ad Wibertum antipapam, dictum Clementem III, in qua illum prævaricatorem ac superbum cognominat, inter alia subinfert: « Ut ergo de beato Gregorio patre nostro dicam (iste est Gregorius VII), quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est episcopus de Dei et Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium, et, ut verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebisquæ tunc oderat suffragio, de sacerdotum antiquorum et honorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, id est cum locus Petri et gradus sacerdotalis cathedræ vacaret, quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis jam episcopus voluerit fieri, foras fiat necesse est, nec habet ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se jactans, sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est; et cum post primum secundus esse non potest, quisquis post eum, qui solus debet esse, factus est, jam non secundus ille, sed nullus est. » Sic loquitur S. Anselmus Lucens. episcop., vir litteris apprime eruditus, ingenio acutissimus, fecundia præcipuus, et quod omnibus majus est in Dei timore et sancta conservatione nominatissimus, adeo ut tam in vita quam post mortem referatur miraculis clarus. Ex Ekkeardo Uraugiens., CLIV, 952.

Patet, decursis sanctorum Patrum auctoritatibus, Latinorum scilicet et Græcorum, nihil juris imperatoriæ potestati in pontificum electione seu promotione ab eisdem attributum esse; imo ne qua laicalis potestas sibi quidquam in his vindicet, a quibusdam eorum subanathemate, inhibitu fuisse, CXLIX, 462.

Sunt qui introducunt Gregorium et Ambrosium a sæculi principibus ad pontificatum promotos fuisse, quod falsum est. Sic enim in Gestis eorum describitur vel scriptum habetur de eorum electione vel promotione. « Gregorium, licet totis viribus renitentem, clerus senatusque et populus Romanus sibi concorditer pontificem delegerunt, at ille cum decretum generalitatis evadere nequivit, consensurum se tandem aliquando simulavit, et imperatori Mauricio, cujus filium ex lavacro sancto susceperat, latenter litteras destinavit, adjurans, ne unquam ascensum populis præberet, ut se hujus honoris gloria sublimarent. Sed præfectus urbis, Germanus nomine, ejus nuntium anticipavit, comprehensumque a deruptis epistolis, consensum quem populus fecerat imperatori direxit (ex Gestis Gregorii), CXLIX, 463.

Item in Gestis Ambrosii, LXXV, 581, 582. « Cum populus magis magisque acclamaret: Peccatum tuum super nos. Cumque ille videret suam intentionem nihil posse proficere, fugam paravit, egressusque noctis medio civitatem cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam civitatis Mediolanensis quæ dicitur Romana invenitur. Cumque inventus custodiretur, a populo missa relatione ad imperatorem Valentinianum, imperator hoc summo gaudio accepit quod iudices ad se directi ad sacerdotium peterent. » CXLIX, 463. Per multa hujusmodi ad confirmandam potestatem imperatoriam non sese immiscuisse directe ad electionem vel promotionem summorum pontificum, CXLIX, 446-466.

De numero vero annorum quibus hæc damnabilis consuetudo permansisse dicitur, ut sæculi potestas prohibito pontifices promoveret, jure causari non potest. Nam de diversis consuetudinibus, illa potissimum sequenda est quæ cum originem sumeret, catholicos Patres suorum priorum Patrum vestigia sectantes auctores habuit, sicut Patres septimæ et octavæ synodi sæculi sunt statuta sanctorum Patrum, Romanorum pontificum et illi consuetudinem ab apostolorum temporibus per omnes ecclesias observatam. Ea vero perversitas quæ a sæculi principibus superinducta est, non præjudicat eidem sanctæ consuetudini quantalibet temporum obtinuerit curricula, CXLIX, 466-476.

BENEDICTUS, diaconus. — Legitur in illius Collectione capitularium: « Principes sæculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit; ut

qui intra Ecclesiam positi contra fidem et disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam quam Ecclesiæ utilitas exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat, XCVII, 869.

« De rebus Ecclesiæ. » Quia juxta sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesiæ vota esse fidelium, præcia peccatorum et patrimonia pauperum, cui non solum habita conservare, verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus; tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius Ecclesiæ suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus ut neque nostris neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem aut jacturam patiantur, XCVII, 521 et 873.

« Scimus res ecclesiæ Deo esse sacratas; scimus eas esse oblationes fidelium et præcia peccatorum. Quapropter si quis eas ab ecclesiis quibus a fidelibus collatæ Deoque sacratæ sunt confert, procul dubio sacrilegium committit; charus enim est qui ista non videt. Quisquis ergo nostrum suas res Ecclesiæ tradit, Domino Deo illas offert atque dedicat, suisque sanctis, et non alteri, dicendo talia et agendo talia. Fecit, enim scripturam de ipsis rebus, quas Deo dare desiderat, et ipsam scripturam coram altari aut supra tenet in manu, dicens ejus loci sacerdotibus atque custodibus: « Offero Deo atque dedico omnes res quæ hac in chartula tenentur insertæ, pro remissione peccatorum meorum ac parentum ac filiorum, etc., ad serviendum ex his Deo in sacrificiis, Missarumque solemnibus, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum elemosynis et cæteris divinis cultibus atque illius Ecclesiæ utilitatibus. Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenus credo, abstulerit, sub pœna sacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, districtissimas reddat rationes. » Ponit etiam in ea alias conjurationes. Qui eas inde postea aufert, quid agit nisi sacrilegium? Si ergo amico quidpiam rapere furtum est, Ecclesiæ vero fraudare vel auferre indubitanter sacrilegium est. Unde et in sacris canonibus Spiritu Dei conditis habetur ita: « Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel dare voluerit præter episcopi conscientiam vel ejus, cui hujusmodi officia sunt commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio anathema sit. » Absit enim ut rerum ecclesiasticarum cupiditate vel ablatione sacrilegi aut anathema efficiamus, aut talibus laqueis unquam devinciamur, quoniam scimus anathematatos homines vel sacrilegos non solum infames et a consortio fidelium, priusquam hæc per publicam satisfactionem ecclesiæ et episcoporum reconciliationem manusque impositionem emendent alienos esse, sed etiam a regno Dei extorres fieri, si in talibus defecerint non dubitamus. Ut ergo omnis suspicio a nobis cunctis sacerdotibus et omnibus Christi et sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus aueratur, profiteamur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes easque propriis e manibus ejicientes coram Deo et angelis ejus ac vobis cunctisque sacerdotibus et populis circumstantibus nec talia facere nec facere volentibus consentire, sed magis Deo auxiliante resistere. Et hoc vobis omnibusque fidelibus sanctæ Ecclesiæ et nostris notum esse cupimus, quod cum his qui absque voluntate aut consensu vel datione rectoris illius ecclesiæ, cujus res juste esse debentur, et maxime proprii episcopi res ecclesiæ a regibus petere aut retentare, vel auferre, aut invadere vel vastare præsumperint, nec in hostem nec ad pugnam ire, nec cibum sumere, nec ad ecclesiam vel ad palatium aut in itinere pergere, nec etiam nostros homines cum eorum hominibus, aut caballos vel reliqua pecora cum eorum pecoribus, aut pastum ire aut simul habitare vel manere, vel ullam participationem cum eis nisi pro emendatione, ante publicam emendationem et Ecclesiæ satisfactionem unquam scienter aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atque flagitiis una cum eis et nos et nostri, quod absit, pereamus. Scimus enim quod perit justus pro impio. Tales vero a nobis, si nos fideles habere vultis, segregate et in ergastulum sub publica pœnitentia redigite, et postulata concedite, XCVII, 789, 790.

BERNARDUS (S.), abbas. — Nec dulcius, nec amabilius, inquit in epistola ad Conradum regem Romanorum, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumque conjungi seu complantari in invicem potuerunt, quam ut in persona Domini ambo hæc pariter convenirent, utpote qui factus est nobis ex utraque tribu secundum carnem summus et Sacerdos et Rex. Non solum autem sed et commiscuit ea nihilominus ac confœderavit in suo corpore, quod est populus Christianus, ipse caput illius;

ita ut hoc genus hominum apostolica voce genus electum, regale sacerdotium appelletur. (1. Petri. II. 9.) In aia quoque Scriptura quotquot sunt prædestinati ad vitam, nomine omnes reges et sacerdotes nominantur (Apocal. I, 6; v, 10.) Ergo quæ Deus conjunxit, homo non separet; magis autem quod divina sanxit auctoritas, humana studeat adimplere voluntas; et jungant se animis, qui juncti sunt institutis. Invicem se foveant, invicem se defendant, invicem sua onera portent. Ait Sapiens: « Frater adjuvans fratrem, ambo consolabuntur. (Prov. xviii, 19.) » Ad hunc locum Sugerius ait: « Cum gloria corporis Christi, videlicet Ecclesiæ Dei, regni et sacerdotii indissolubili unitate consistat, constat profecto quia qui alteri providet, alteri suffragatur, quoniam et temporale regnum per Ecclesiam Dei stare, et Ecclesiam Dei per temporale regnum proficere, omnibus discretis evidenter agnoscitur, CLXXXII, 440, 441.

S. Bernardus disserit de pontificiæ dignitatis et potestatis excellentia: « Age, indagemus adhuc diligentius quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps episcoporum, tu hæres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem et alii cœli janitores et gregum pastores, sed in tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico episcoporum sed etiam apostolorum sic absolute et indiscrete totæ commissæ sunt oves: « Pasce oves meas. » CLXXXII, 751.

Dracones, inquit, me mones pascere, et scorpiones, non oves. Propter hoc, inquam, magis aggredere eos, sed verbo, non ferro. Quid tu denuo usurpare gladium tentes, quem semel jussus es reponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis: « Convertite gladium tuum in vaginam. » Tuus ergo et ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu evaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus apostolis, « Ecce duo gladii hic; » non respondisset Dominus « Satis est » sed, nimis est, uterque ergo Ecclesiæ et spiritualis scilicet gladius et materialis, sedis quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exserendus; ille sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis et jussum imperato is. »

Docet S. Bernardus utrumque gladium competere Ecclesiæ, et spirituale scilicet et materiale. Sed illum ab Ecclesia, hunc pro Ecclesia exserendum; illum sacerdotis manu, hunc ejus nutu, sed manu militis et ad jussum imperatoris. His verbis utuntur longa serie politici (ut sectatorios sileam), imo theologi plures et canonistæ, qui olim (et etiam hodie) imperatoribus et principibus contra pontificem armatis navarunt operam; et cum alibi terro decertaretur, illi non minus calamo rem egerunt. Contendunt illi non competere pontifici gladium materiale, sed ut supremum caput Ecclesiæ, posse imperatorem, utpote dignius et potentius Ecclesiæ membrum, simili ratione alios principes, ad hoc requirere, ut arma commodet Ecclesiæ, eamque contra hostes defendat; non vero propria auctoritate posse movere bellum. Et ad hoc nituntur præsentis loco S. Bernardi, ut qui velit, non manu, sed nutu tantum pontificis, jussuque imperatoris temporalem gladium exseri. Similia proferunt ejusdem verba ex epistola 256 ad Eugenium papam: « Exserendus, inquit, nunc uterque gladius, Christo denuo patiente, ubi et altera vice passus est. Per quem autem nisi per vos? Petri uterque est, alter suo nutu, alter sua manu, quoties necesse est evaginandus. De quo enim minus videbatur, ad Petrum dictum est: Reconde gladium tuum. Suus ergo erat, sed non sua manu utique educendus, etc., CLXXXII, 775-777.

CAROLUS MAGNUS, imper. — Nil profecto apud historicos tum veteres, tum recentiores, celebrius iconomachorum vesania per octavum Ecclesiæ sæculum. Inde enim Italia defectio ab Augustus Orientis, Romanæ Ecclesiæ dominatio, vicissitudo exarchatus, regni Lombardorum excidium, ac præcipue Carolingiorum regum initia et potentia, quæ iidem principi apostolorum eusque successores retulerunt accepta. Orthodoxa fides et traditio Patrum, hoc est imaginum sacrarum veneratio, impense commendantur Francorum regibus. Præcipue sancti Petri imago toto terrarum orbe celebratissima vindicanda piis his regibus incuitur. Eam quippe Isau-

rus ore blasphemus se confracturum minitatus erat Gregorii II sub ipsa impietatis initia, his verbis: « Romam mittam, et imaginem sancti Petri confringam; sed et Gregorium illinc pontificem vinctum abduci curabo. » Idcirco prima in legatione ad Francorum principem Carolum Martellum adornata, claves Petri, symbolum scilicet potestatis aperiendi claudendive cœlorum regnum, missæ tanto cum successu, ut, quod Carolo non licuit, filius ejus Pippinus, rex Carolinorum primus Petri auctoritate per vicarium seu successorem ejus, rex creatus una cum filio Carolo Magno ac patricii, seu defensoris Petri et ejus successorum, et peculiaris populi, Romanorum scilicet, et totius Romani ducatus incolarum designati, nihil antiquius, nihil sanctius habuerint, quam « clavigeri regni cœlorum et peculiaris ejus populi » defensionem atque exaltationem apostolicæ sedis. Id vero quantum cum fenore uterque rex fecerit, barbaræ tot gentes profligatæ, catholicæ fidei dilatatio, timorque ingens impiis illis angustiis incussus abunde docent.

Cæterum summam illam venerationem qua Carolus præ aliis sanctis principem apostolorum prosequatur, Adrianus pro exemplo adhibuit in epistola ad Constantinum et Irenem, eosdem admonens ut, iustarum « Caroli regis Francorum et Longobardorum ac patricii Romanorum, » Petri patrocinium implorarent; namque ait: « Super omnes barbaras nationes, beato principe apostolorum Petro vobis comitante, eritis in triumphis imperantes victores, sicut filius et spiritalis compater noster dominus Carolus rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum, nostris obtemperans monitis atque adimplens in omnibus voluntates, omnis Hespericæ occiduatæque partis Barbaras nationes sub suis prosternens calcavit pedibus, omnipotentatum illarum domans et suo subjiciens regno adunavit. Unde per sua laboriosa certamina eidem Dei apostoli Ecclesiæ ob nimium amorem pura dona perpetuo obtulit possidenda, tam provincias, quam civitates, seu castella et cætera territoria, imò et patrimonia quæ a perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei apostolo cujus et jura esse dignoscebantur. Sed et aurum atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, seu alimoniis pauperum, non desinit offerendo, quatenus ejus regalis memoria non derelinquatur in sæculum sæculi. » Jam tunc ex his patet quod ad extremum octavi sæculi oblitterata prorsus esset Græca dominatio Romæ. Duo scilicet compactebatur patriciatus, jurisdictionem qua reges Francorum utebantur ipsa in urbe Roma ex consensu pontificis populi que Romanæ, ac defensionem Romanæ Ecclesiæ. Quibus addi omnino debet orthodoxæ fidei patrocinium, quod patriciatus præcipuum erat munus.

Quod verbo Carolus Magnus est pollicitus, comprobavit facto. Nam Leoni III pontifici necessaria fuit defensio quæ patricii Romanorum erat propria. Summa enim vis illi illata fuit media in supplicatione prope monasterium S. Silvestri in Capite; et hinc fugit in Franciam, et mox Carolus Romam venit, pax componitur et « Romani omnes generaliter an. 799 in vigilia S. Andreæ apostoli, cum nimio gaudio pontificem Leonem ex Francia reducem susceperunt. »

Hac occasione Carolus Magnus de improvviso ac pene invitum corona imperiali redimitum esse auctores omnes veteres consensu affirmant. « Cum ad missam ante Confessionem beati Petri apostoli ab oratione surgeret, dominus Leo papa coronam capiti ejus imposuit, et a cuncto populo Romanorum acclamatum est: Carolo Augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita et victoria. » Liber pontificalis (sect. 376), adjungit puram causam acclamationum omnis populi: « Universi fideles Romani videntes tantam defensionem et dilectionem quam erga sanctam Romanam Ecclesiam et ejus vicarium habuit, unanimiter altisona voce, Dei nutu atque beati Petri clavigeri regni cœlorum exclamarunt: Carolo Augusto, etc. » Estque ergo certum quod ab scelere Romanorum memorato profectam fuisse imperatoriam Caroli Magni majestatem, et Leonem III institutorem fuisse hujus novæ dignitatis, coronam suscipere de altari ante sanctissimum Petri apostoli corpus. Unde cum Augusti numerantur ante anarchiam sæculi IX, quam abstulit Magnus Otto Germanorum primus imperator, septem scilicet Carolinæ stirpis, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Lotharius I, Ludovicus II, Carolus Calvus, etc., XCIII, 490-505.

Deferuit, inficiari non ausim, priscus ille ardor, qui annis amplius centum viginti, Pippinum, Carolum Magnum, eorumque nepotes erga principem apostolorum successoresque ejus inflammavit; attamen si imperatores a majorum exemplis descivere, certo discimus quod ab iisdem ad plenam renovatæ majestatis indolem assequen-

dam, in ipso actu coronationis publice legi faciebant pactum confirmationis, seu diploma quo donationes et jura omnia sanctæ sedis confirmabantur, XCVIII, 505, 506.

Capitularia regum Francorum, quibus instituta sacrorum conciliorum et decreta sanctorum Patrum sanxere reverentiam, quibus etiam Romani pontifices obtemperare se velle olim apud principes scripto profitebantur, quorum denique præsidio et auctoritate bona disciplina conservata est, in Ecclesiis Gallicanis, Germanicis, Italicis, etc. Hic consulenda sunt — Capitularia sunt leges partim ecclesiasticæ, partim mundanæ. Attamen Pippinus, Carolus Magnus et alii Francorum reges qui leges ecclesiasticas sive capitularia ad restaurandam disciplinam ecclesiasticam condidere, non sua præcise auctoritate id fecerunt, sed nutu et permissu episcoporum, approbantibus episcopis et conciliis. Imo pleræque eorundem capitulorum auctoritate Romanorum pontificum condita fuisse, sunt qui hoc dicunt; at sunt qui hoc negant, hoc est qui dicunt capitularia quædam facta fuisse a principibus jure suo extra synodorum et conventuum ecclesiasticorum præsentiam; verbi gratia, Carolus Magnus jure regio istiusmodi leges sancivisse. At sunt qui omnino contrariam viam sequentes, evidenter abutentes verbis Christi Domini quibus claves regni cœlorum Petro et successoribus ejus promisit, omnem de rebus ecclesiasticis discernendi auctoritatem adimunt principibus, nec imperatorem, inquietantes, nec regem, qua talis est, ullam ecclesiasticam jurisdictionem habere, et Carolus Magnus nihil juris in rebus vel personis ecclesiasticis sibi vindicasse. Hoc falsum esse, nulli obscurum est, cum præcipue constet constitutiones ecclesiasticas episcoporum in consistorio principum examine solitas ævo Caroli Magni, et eorum confirmatione indiguisse ut valerent. Sane reges nostri tum putabant se terræ dominos esse, non vero episcoporum vice dominos, villicos ac ministros, quales eos facere voluisse videretur quidem nominatim Gretserus. Testis Carolus Calvus in epistola scripta ad Adrianum II papam, anno 871, in causa Hincmari episcopi Laudunensis (tom. II, 706). « Reges Francorum ex regio genere nati, inquit, non episcoporum vice domini, sed terræ domini hactenus fuimus computati; et ut Leo ac Romana synodus scripsit, reges et imperatores, quos terris divina potentia præcepit præesse, jus distrigendorum negotiorum episcopis sanctis, juxta divalia constituta permisissent, non autem episcoporum villici existerunt. — Et sanctus Augustinus dixit: Per jura regum possidentur possessiones, non autem per episcopale imperium reges villici fiunt actoresque episcoporum, XCVII, 63-69, in Prolegomenis.

Ad confirmandam Francorum principum legumque Francicarum auctoritatem etiam in causis episcoporum urbis æternæ, sive illi actores essent, sive defensores, omitti non debet epistola Leonis papæ ad Ludovicum imperatorem, cujus fragmentum exstat apud Ivonem et Gratianum. At antea admonendum fuisse per ea tempora in urbe Roma iudices imperiales, illic assidue morantes, ad deliberandas litigiosas contentiones, et regiam dignitatem semper fuisse Romæ suis confinibus usque ad finem dierum Ludovici Pii. Itaque tunc quoties aliæ causæ, sive leves, sive graves incidebant, judicabantur a iudicibus imperatoris. Quod si quis sibi injuriam factam esse quereretur, mittebatur pro tali negotio legatus ab imperatore qui diligenter examinaret rei veritatem. Cum ergo quidam Romani, male tractati a Leone papa fuissent contra legis ordinem, querelamque propterea suam adversus eum ad Ludovicum Pium, velut ad supremum dominum retulissent, isteque haud dubie Leonem redarguisset, missurumque se esse legatos scripsisset qui rei veritatem inquirerent, Leo ad eum rescripsit pariterum se eorum iudicio, rogans tamen principem ut viros sapientes et Deum timentes mittat. « Nos si incompetenter aliquid egimus, inquit, et in subditis justæ legis tramitem conservavimus, vestra ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certe non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus erimus præ cæteris erroris magistri. Inde Magnitudinis Vestræ magnopere clementiam imploramus ut tales ad hæc perquirenda missos in his partibus dirigatis qui Deum per omnia timeant. . . . Et non tantum hæc sola quærimus ut examissim exagitent, sed sive minora, sive etiam majora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterum nihil sit quod ex eis indiscussum vel indefinitum remaneat, XCVII, 80, in Prolegomenis.

Huic sententiæ sunt contradicentes et dicunt, constans esse neminem a minori iudicari posse, papam esse superiorem imperatore et omnibus regibus ac principibus,

eum nullius iudicio præterquam divino esse obnoxium, et ipsum debere de omnibus iudicare. At isti confundunt spiritualem Romani pontificis auctoritatem cum temporali, et causas ejus civiles non distinguunt a criminalibus, cum tamen maximum inter hæc omnia discrimen sit. Et cum ut fatendum est illum esse patrem spiritualem regum ac principum Christianorum, et ipsius personam iudicari non posse a iudicibus sæcularibus (id verissimum est ex quo in potestatem papæ pars magna Italiæ redacta est. Cum vero imperatoribus pontifex Romanus obediebat, persona ejus sicut et cæterorum fidei e civili potestatis iudicio pendebat. Et si quis forte Romanorum pontificum perditionis vel cujuslibet alterius facinoris publici, morte multandi, reus fuisset, principis auctoritate potuisset ad supplicium condemnari; hoc probari in promptu esset. Sed ut melius hoc appareat, attendendum est quod si, dum Romanus pontifex parebat imperatoribus, ab eorum jurisdictione et summa potestate ejus persona libera fuisset, quot inde secuta fuissent absurda. Hinc enim, nec personam cæterorum episcoporum omnium, quibus, ut ait S. Cyprianus (cum papa Ecclesiæ capite), episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur, quibuscunque facinoribus contaminaretur, a jurisdictione principum quibus subduntur, pendere inferendum esset. Quis vero talem sententiam defendet, cum Christus dixit: « Regnum meum, etc. » Non est discipulus super magistrum, etc.; Omnis anima potestatibus, etc.; Non est potestas, nisi, etc. » Unde corruit ista opinio, personam papæ ab imperatoribus iudicari non potuisse). A iudicibus sæcularibus, jam diximus, ita certum est, Romanorum pontificum causas civiles ad forum sæculare pertinuisse antiquitus, quandiu Romam in sua potestate habuerunt reges et imperatores, hoc est usque ad mortem Ludovici II imperatoris. Citantur exempla, XCVIII, 80, 81, 82, 83.

Capitularia, partim civilia, partim ecclesiastica sæpe erant; et erant regni leges. Porro lex fit consensu populi et constitutione regis. Consensu populi, hoc est, hominum principum, optimatum, procerum, episcoporum, abbatum, ducum, comitum. Unde tunc aderant consilio regum episcopi cum regni proceribus, qui omnes admitterentur in conventibus publicis qui a regibus indicabantur; in his sanctiones conciliorum examinabantur, res ad ecclesiasticam potestatem ordinabantur et ad omnium utilitatem capitula seu leges promulgabantur omnium ordinum consensu.

Itaque postquam capitula constituta erant a principe, legebantur coram populo, et postquam omnes consenserant, novis illis capitulis omnes subscribebant. Sic omnes scabinei, episcopi, abbates, comites, manu propria subsignarunt capitula adjuncta (anno 805), ad legem Salicam. Sed quanquam certum sit capitularia condita fuisse a regibus in publicis regni conventibus, astante frequenti nobili virorum et magistratum corona, est tamen fatendum non omnia in istiusmodi conventibus fuisse constituta, sed plurima etiam capitularia sumpta esse ex conciliis et synodis episcopalibus. Excerpta tamen illa capitulorum synodalia non semper fiebant in conventibus aut synodis publicis, sed cum delegatione principis, in privatis episcoporum virorumque ecclesiasticorum cœlibus, qui tum forte in comitatu erant, ut alicubi dicitur: « Capitula a domno Carolo et filio eius ac sapientissimis ipsorum episcopis excerpta. » Scilicet tunc ea erat cura regibus, ut cum religionem Christianam salvam incolumemque esse vellent, moresque præterea Christianorum ad optimum exemplar componi, sanctissimarum institutionum capitula colligi facerent ex placitis antiquorum Patrum et canonibus conciliorum, eaque legis locum habere mandarent in omni regno Francorum. Negari tamen non potest quam multa capitularia a principibus nostris jure suo statuta fuerint extra synodum ac conventuum publicorum præsentiam, quæ postea illi, si res ita postulare videretur, in eisdem conventibus relegi a publico omnium consensu recipi procurabant, XCVII, 57, 68, 69, in Prolegomen.

Sequuntur capitularia innumera quæ videntur potius esse decreta conciliorum quam leges principum et regum. In omnibus fere sunt similes inscriptiones: « Karolus, gratia Dei rex regni Francorum rector, et devotus sanctæ Ecclesiæ defensor, atque adiutor in omnibus apostolicæ sedis, » XCVII, 121-1084.

(LEMENS III, antipapa (WIBERTUS). — Clemens III, Guibertus de Corrigha antea vocatus, archiepiscopus Ravennæ ab Alexandro II factus, omnium imperatoris Henrici IV cancellarius, et eo auctore in schisma Romano antipapa creatus, contra Gregorium VII, et ejus successores Victorem III, Urbanum II et Paschalem II, eo

imperante, sedit annos unum et viginti. Creatus Brixini in Noricis a triginta episcopis schismaticis, coronatus fuit Romæ ad S. Petrum an. 1084. Cardinales fecit viginti novem, episcopos quatuor, presbyteros decem. Obiit Romæ an. 1101. Sepultus Ravennæ in cathedrali Ecclesia, et non longe post corpus ejus exhumatum, jussu Paschalis II combustum est. Istud schisma fuit in Ecclesia Romana pessimum, et vicesimum tertium, CXLVIII, 826.

HENRICUS IV rex Natale Domini Romæ apud Sanctum Petrum celebravit, et transivit mox in Campaniam, et magnam Apuliæ partem cepit. Post hæc per legatos Romanorum rogatus ut pacificus rediret, Romam rediit, et ad portam Lateranensem castra ponens, omnes deditios accepit, ipsisque petentibus, ut, quia Hildebrandus ab ipsis abdicatus auferat, Wibertum, Ravennatem episcopum eis apostolicum præficeret, et eodem anno 1084, multis stipatus, cum magna gloria Romam intravit, ducens secum prædictum episcopum. Qui sequenti Dominica per multos pontifices, apostolico nomini dicatus, nomenque Clementis accipiens, reverenter est intronatus. A quo rex cum regina imperiali nomine sublimatus est. Anno 1085, Moguntia synodus habetur, cui interfuit Henricus IV; ubi præsentibus legatis Romanorum, omnes episcopi rebelles imperatori iudicantur deponendi, cæteri vero anathemate, ut videbatur, condemnantur, CLIV, 953, 954.

CONSTANTINUS MAGNUS. — Hic imperator dedit super corpora sanctorum Marcellini et Petri insulam Sardiniam cum possessioibus omnibus ad eam pertinentibus, CXXVIII, 1524.

Unde Sardiniam insulam iste princeps obtulit basilicæ SS. Marcellini et Petri a se conditæ in dotem ecclesiæ; et sic ista insula fuit juris et proprietatis Ecclesiæ Romanæ, CXXVIII, 1548.

In singulis S. Silvestri vitæ numeris Anastasius Bibliothecarius totus est ut enumeret dona per Constantinum Deo oblata ut essent patrimonii jure attributa huic sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ejusque episcopo Petri successori, tanquam res Deo sacræ sub omnimoda potestate maximi pontificatus retinendæ ac disponendæ per Silvestrum ejusque legitimos successores. Ne igitur sistamur ad singulos numeros, morosa perquisitione, eaque satis supervacanea, singulorum fundorum loca, nomina, census, vicesque consecrantes, placet annotare grandia patrimonialia fundata fuisse a Constantino, sub nomine SACRI PATRIMONII, etc., CXXVII, 1512, 1515, et 1531, 1592, 1593.

Cum episcopatum Romanum obtinisset S. Sylvester. anno 314, qui fuit nonus Constantini imperatoris, Maximino et Licinio hostibus et persecutoribus orientalis Ecclesiæ devictis, Judæis seditionem moventibus, per Constantinum, eorum aurículas amputantem et rebellionis signum corpori illorum imprimentem, feliciter oppressis, toti orbi et imprimis universæ Ecclesiæ pax et tranquillitas concessa est. Qua obtenta, subito vastatæ Ecclesiæ extrui, et ad mores corruptos emendandos sanctissimæ leges ab ecclesiastici et sæcularis imperii monarchis promulgari cœperunt. Et demum ad contumaciam schismaticorum Donatarum terve quaterve in causa Cœciliani appellantium frenandam; ad incendium Arianae hæresis exortum Alexandria restinguendum, ad Athanasii electionem contra Arianorum et Meletianorum factionem confirmandam, diversis locis ac temporibus Arelatense, Ancyranum, Neocæsariense, Alexandrinum, Laodicenum, Romanum, Nicænum, aliæque plura concilia indicta congregata ac celebrata fuerunt. Inter leges quas imperator adhuc catechumenus et baptismi expertus piissime edixit ac promulgavit notatu dignissimæ sunt illæ quibus ingenuos, per tyrannum servituti subjectos in libertatem vindicavit; puerorum concubitos interdixit; parentum inopiæ in alendis et educandis prolibus succurrit; pœnam qua miserorum hominum vultus inscribebantur sustulit; Christianos exules et ad metalla damnatos, Licinio devicto, revocavit; de gradu dejectos bonisque omnibus spoliatos restituit, quoque leges Juliam et Papiam adversus turpem fictum et sterilem cœlibatum olim sancitas et contra verum sanctum atque secundum Christianorum cœlibatum, conversas abrogavit; denique qua ad Maximum Urbis præfectum de aruspibus, ne privatas domos adirent, rescripsit, quippe qui ea occasione clandestinæ idololatriæ venena instillarent. Verum cum hoc suo decreto multorum animos graviter exacerbari ac fere seditionem concitari videret, specie mitigandæ seditionis, ad eundem Maximum rescriptum priori contrarium edidit, quo aruspices, si fulgur lectum aliquid tetigisset, consulendos, sibi que quod respondissent renuntiandum esse decrevit. Quamobrem ut ipse imperator disceret aliosque suo exemplo doceret, quanta cum Dei

o Tensa conjunctum sit religionem temporalis, commodi causa dissimulare, Deo vindice permissum est, ut imperium ejus ante felicissimum, in summam infelicitatem relaberetur, ipsaque Neronia sæcula quibusdam recrudescere viderentur. Cum enim Licinium juniorem de rebellionem suspectum occidisset, optimum deinde Crispum Cæsarem Christianum, præclaris victoriis auctum, rebus fortiter gestis vere magnum, castitate, cæterisque moribus insignem, quasi novercæ stuprum intentasset, una cum Fausta sua, multisque præterea spectatæ virtutis viris crudelissime interfecit. Ob hæc scelera imperator a Deo lepra percussus cum ab aruspicum responsis, quibus ad lepram curandam innocentium sanguinem sanguini innocenter effuso addere monebatur, matrum et infantulorum ejulatu deterritus esset, ad mentem rediit, factum detestatur, et criminis simul ac pœnæ expiationem quærit. Ab Osio Cordubensi episcopo, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli apparitione didicit, Silvestrum e latebris ab exilio revocandum, ab eoque lavacrum baptismatis esse expetendum; quod si faceret, futurum esse eidem imperatori promiserunt, ut ab animi simul et corporis contagione emundetur. Obtemperat apostolorum et episcopi monitis, Silvestrum ab exilio revocat, et postquam aliquot diebus per eundem in fide institutus fuisset, baptizatus, et subito a lepra mundatus est. Hujus ille accepti beneficii memor, ut suum erga Deum et Ecclesiam affectum notum faceret, subito deorum gentilium fana diruit, plurimas divino cultui consecrandas ecclesias extruxit, easque amplissimis donis munificentissime exornavit. Et cum indignum esse judicaret, ut jam dictum fuit in *MONITO*, eam urbem in qua monarcha totius Ecclesiæ, Christusque in terris vicarius residebat, sæcularis principis imperio subjectam esse; non urbis Romæ duntaxat, sed totius fere Italiæ aliarumque provinciarum dominum et jurisdictionem temporalem Silvestro ejusque legitimis in Petri cathedra successoribus munificentissime donavit; in *NOTIS*, VIII, 795, 796, 797.

Qui imperator venerabilis, dum turbari fidem Christi Arianorum infestatione doleret, missis a latere suo principalibus viris, de universo mundo episcopos congregans, concilium universale instituit, ubi fides Christi, ab apostolis et prophetis prædicata, firmiter est ore sanctorum corroborata, illuminante eos gratia Spiritus sancti. Ubi ipse tantæ humilitatis apparuit ut humiliori sede quam omnes episcopi sederet in ipso concilio. Cumque quidam eorum alios accusarent, ait: « Vos dii estis, ego homo sum. Non ergo dignum est ut homo deos judicet. Inter vos causam audite, et pacem facite; nam ego si viderem sacerdotem Dei peccantem chlamyde mea eum cooperirem. » Qui etiam religiosissimus vir, primus Romanorum imperatorum, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem suo degente imperio non solum feri Christianos, sed et fabricandi ecclesias et tribuenda præsidia constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa et fabricam templi primæ sedis principis apostolorum instituit, adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes præsederant relinqueret et B. Petro, suisque præsulibus profutura concederet. Ab illo enim tempore et deinceps viri religiosi non solum possessiones et prædia, quæ possederant, sed et semetipsos consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorum per civitates ac monasteria innumera in quibus cælus Domino servientium conveniret. Denique reges ac præsidēs ac magistratus non solum hanc licentiam attribuerunt, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum et ejus Ecclesiæ..... De Constantini lepra et curatione per baptismum facta, lege, VIII, 800, notas Severini Binii.

CUNIBERTUS Longobardorum rex.—Felicis Lucensis episcopi chartam monasterio S. Frigidiani confirmatam videmus confirmatam a Cuniberto Longobardorum rege, anno 700. Et etiam majori quam ille studio cæteri Italiæ principes atque episcopi, pro peccatorum suorum remissione nova monachorum cœnobîa fundarunt. Multa ex iis numerantur a Romanis pontificibus aliisque episcopis constructa, multa a principibus Beneventanis, multa demum a ducibus Fori-Julii, Tusciæ, atque ab aliis Italiæ magnatibus. Attamen Longobardorum adventu ac populatione factum est ut sæculo vi et vii monasteriorum in Italia foundationes non tam frequentes fuerint atque in Gallia et Britannia. Imo ex iis quæ ante condita fuerant non pauca fuere excisa, ita ut ne eorum quidem memoria supersit. Sed illa potissimum celeberrima ac ditissima monasteria evasere, quibus initium dedit quispiam aut nobilitate generis aut sanctitate vitæ præstans; fundatoris enim virtus, qui lares ibi figebat, sui nominis celebritate piæ gentis oblationes crebras et ingentem discipulorum atque sodalium copiam ad se

trahebat. Ita sanctus Benedictus monasterio Casinensi ac Sublacensi, sanctus Columbanus Bobiensi, sanctus Anselmus, etc., etc. Neque segniores in ejusmodi studio fuerunt alij reges ac proceres extra Italiam. Quot exempli causa, monachorum domicilia excitavit Carolus Magnus, ejusque filius Ludovicus Pius, etc., etc., LXXXVII, 1349, 1350.

EKKEARDUS, Uraugiensis. — Ejus Chronicon universale historiam chronologicam refert dissensionum Gregorii papæ VII, et regis Henrici IV, CLIV, 946-1012. Ferme historia eadem est ac illa quæ refertur in Bello Saxonico Brunonis clerici Magdeburgensis, CXLVI, 491-586. Hæc historiæ breviter a nobis datur sub nomine GREGORIUS VII, papa.

EUGENIUS III, papa. — Eugenius creatus est pontifex anno Domini 1145 tempore Conradi imperatoris: « Hic, inquit Otto Frisingens. lib. vii, cap. 31, in principio dignitatis susceptæ, eo quod, auctore Arnaldo, populus ad tradenda urbi regalia, sicut antecessores suos, ita ipsum sollicitare vellet, cum episcopis et cardinalibus urbe cedit, ac proxima Dominica in monasterio Farfensi consecratione pontifici, ob persecutionis immanitatem, morem mutans, sublimatur. Inde post consecrationem furor populi Romani declinans, ad munita loca se transtulit; postque, Viterbium veniens, ibi per aliquod tempus moram fecit. At Romanus populus cum patricio suo Jordano in furorē versus, præfecturæ dignitatem abolentes, omnes principes ac nobiles ex civibus ad subjectionem patricii compellunt; et non solum quorundam illustrium laicorum turres, sed et cardinalium ac clericorum domus subruentes prædam immensam diripiunt. Ecclesiam etiam Beati Petri, omnium ecclesiarum caput, incastellare sacrilege ac profanissime non metuunt; peregrinos causa orationis advenientes ad oblationem, quæstus gratia, plagis ac verberibus cogunt, ac quosdam ex ipsis offerre nolentes in ipso porticu et vestibulo templi nefario ausu occidere non verentur. Quos venerabilis pontifex, percusso prius cum quibusdam fautoribus suis anathematis gladio Jordane, adjuncta Tiburtinis Romanorum antiquis hostibus militia coercuit, tandemque pacem petere coegit quam pacem eo tenore dedit, ut patriciatus dignitatem ex festu carent, et præfectam in pristinam dignitatem acciperent; senatores autem ex ejus auctoritate tenerent. Sicque in Urbem rediens, Nativitatem Domini celebravit, anno 1146. Sic in codice Vaticano Engenii ingressus in Urbem narratur: « Factum est igitur, Deo auctore, gaudium magnum in tota Urbe ex inopinato accursu ipsius pontificis. Occurrit ei maxima frequens populi multitudo cum ramis. Ad ejus vestigia continuo a currentes, post pedum oscula elevabantur ad oris oscula. Procedebant signiferi cum bandis; sequebantur scriuarii ac judices. Judæi quoque non deerant tantæ lætitiæ, portantes super humeris suis legem Mosaicam. Univeris enim Romanus chorus psalabat in unum dicens: « Benedictus qui venit in nomine Domini. » Sic itaque cum magno populi gaudio idem pontifex Lateranense palatium conscendere meruit, CLXXX, 1004-1007.

FREDERICUS imperator. — Iste consentientibus archiepiscopis et episcopis Teutonici regni uxorem suam injuste dimisit et inde magnam sibi calamitatem paravit. A papa Adriano et Rollando cancellario pro uxoris suæ primæ divortio vehementer arguitur. Quod ille ægre ferens, cardinalibus Romanis introitum civitatum et ecclesiarum regni sui interdixit. Inde Adrianus papa et Fredericus imperator epistolas nimis mordaci sermone ad alterutrum conscribunt. Epistola Adriani sic fuit: « Lex divina, sicut parentes honorantibus vitæ longævitate repromisit, ita maledicentibus patri et matri sententiam nihilominus mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis qui se exultat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Quapropter super prudentia tua non mediocriter admiramur, quod beato Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ illi commissæ non quantam deberes reverentiam exhibere videris. In litteris enim ad nos missis nomen tuum nostro præponis; in quo insolentiæ, ne dicam arrogantia, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro et nobis a te promissa et jurata, quomodo eam observes, qui ab his qui dii sunt et filii Excelsi omnes, episcopis scilicet, hominagium requiris, fidelitatem exigis, manus eorum consecratas manibus tuis innectis, et manifeste factus nobis contrarius, cardinalibus a latere nostro directis, non solum ecclesias, sed etiam civitates regni tui claudis? Resipisce igitur, resipisce, tibi consulimus, quia dum a nobis consecrationem et coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas, tuæ nobilitati timemus. »

En rescriptum imperatoris ad eundem: « Lex justitiæ unicuique quod suum est restituit. Non enim parentibus

derogamus quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem, a quibus, videlicet progenitoribus nostris et regni dignitatem suscepimus et honorem. Nusquam enim ante tempora Constantini Silvester regale aliquid habuisse dignoscitur, sed ejus pietati concessione pax reddita est Ecclesiæ, libertas restituta, et quidquid hodie papatus vester regale habere dignoscitur, largitione principum oblinet. Unde cum Romano pontifici scribimus, jure et antique nomen nostrum vestro præponimus. Ab his autem qui dii sunt per adoptionem et regalia nostra tenent, cur hominagium et regalia sacramenta non exigamus, cum ille noster et vester verus institutor ab homine rege nihil accipiens, et omnia bona omnibus conferens qui pro se et pro Petro censum Cæsari persolvit, et exemplum dedit vobis, ut et vos ita faciatis, doceat vos ita dicens: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, etc., etc. » His relectis, papa totus in imperatorem invehitur, et cum cardinalibus suis habito concilio, Fredericum imperatorem, qui, vivente uxore sua, aliam superduserat, excommunicat, etc., CLX, 297-299

GRATIANUS, monachus S. Benedicti. — (Ex variis decretis): Etsi aliis apostolis imperatur, ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: « Duc in altum, » hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei Filium et professionem divinæ generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plenæ rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Est aliud apostolicum piscandi genus, quæ genere solum Petrum piscari Dominus jubet, dicens: « Mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle. » A recta fide et apostolico tramite propter ullam persecutionem nolite recedere, scientes quod juxta Salvatoris sententiam, beati sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Hæc est apostolorum viva traditio; hæc sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit, sed, ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet. In sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. Quoniam fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctorem referre debere, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse, CLXXXVII, 1267, 1268, 1269. Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, et Domino providente et B. Petro apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persistet. Marcellus papa, episcopis per Antiochiam constitutis: « Rogamus vos, ut non aliud doceatis, neque sentiatis quam quod a B. Petro apostolo et reliquis apostolis et Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis. Ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem et alios sequi. Ipse enim est caput totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: « Tu es Petrus, etc. » Ejus enim sedes primitus apud vos fuit, quæ postea, jubente Domino, Romam translata est, cui adminiculante gratia divina hodierna præsideamus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia, divina disponente gratia, jussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur a qua sumpsere principia. Si vero vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cedit sedi, nulla est quæ ejus non sit subjecta ditioni. Cum beatissimus Petrus apostolicum a Domino acceperit principatum, et Romana ecclesia in ejus permaneat institutis, nelas est credere quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unus Spiritus fuerit, et discipuli et magistri, ne aliud ordinatus tradere potuerit quam quod ab ordinatore accepit. Si Petrus volens percussit aurem, docuit quod aurem habere in specie non deberent quam in ministerio non haberent; sed bonus Dominus et ipsi refundit auditum, secundum prophetica dicta demonstrans, et ipsos si convertantur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt, eo quod omne peccatum fidei mysteriis ablatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est qui accepit claves regni cælorum. Ille enim condemnat, qui et absolvit, quoniam ligandi et solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem male audientis, tollit autem gladio spirituali aurem interiore male intelligentis. Caveamus ne cui tollatur auricula, dum legitur passio Domini. Si ad divinitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ passionis, exciditur auricula, et exciditur a Petro, qui

non passus est Christum prophetam æstimari, sed Dei Filium docuit fidei confessione signari, CLXXXVII, 1270, 1271.

GREGORIUS II, papa (anno 714). — Sub Gregorii III, papæ temporibus, Luitprandus rex Longobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum Romanæ Ecclesiæ confirmavit, quam Aripertus rex fecerat, CXXVIII, 975, 992. Mox, istius regis jussu, castrum Narniæ a Longobardis pervasum est; et ipse, generali motione facta, Ravennam progressus est, atque illam obsedit per dies aliquot, et castrum pervadens, classes captas abstulit et opes innumeras. Post aliquot dies Basilius dux, Jordanes chartularius, et Joannes subdiaconus, consilium inierunt ut pontificem interficerent. Quibus assensum Marinus, imperialis spatharius, qui Romanum ducatum tenebat, a regia missus urbe, imperatore mandante, hoc probavit. At inceptum effectu caruit. Postmodum idem consilium perlicere quidam meditantur. At tandem a Romanis patefactum est, qui Jordanem et Joannem præfatos, primos hujus consilii auctores, interfecerunt. Tunc, variis modis pontifex Gregorius II vexabatur a prædicto Luitprando. Sed moti Romani ad defensionem summi pontificis sese parant.

Jussionibus itaque postmodum missis, decreverat imperator, ut nulla imago cujuslibet sancti, aut martyris, aut angeli haberetur; maledicta enim omnia asserebat; et si acquiesceret in hoc pontifex, gratiam imperatoris haberet; et si hoc fieri præpediret, a suo gradu decideret. Respicens ergo pius vir profanam principis jussionem, jam contra imperatorem quasi contra hostem se armavit, renuens hæresim ejus, scribens ubique caveo se Christianos eo quod orta fuisset impietas talis. Igitur permoti omnes Pentapolenses atque Venetiarum exercitus contra imperatoris jussionem restiterunt, dicentes, nunquam se in ejusdem pontificis condescendere neve, sed pro ejus magis defensione viriliter decertare, ita ut anathemati Paulum exarchum vel qui eum direxerat, ejusque consentaneos submitunt, spernentes ordinationem ejus sibi omnes ubique in Italia duces elegerunt; et alia hujusmodi, CXXVIII, 976, 977, 978, 979, 980. At nunc de his quædam explicationes dandæ sunt: A Gregorio II, prima est periodus Italicæ libertatis, in qua Italia Barbarorum Græcorumque jugo sese eximere incipiente, jecerunt fundamenta restaurati postmodum Occidentalis imperii. De hoc Italiæ motu sic loquitur Theophanes: « Porro sacer ille ac divinus Germanus, decretorum veræ religionis defensor, Byzantii floruit adversus Leonem, ex re nomen habentem, ejusque satellites, tanquam adversus feras depugnans; quemadmodum in veteri Roma vir undequaque sacer et apostolicus, Petri apostolorum coryphæi confessor, eruditione præclarisque facinoribus clarebat Gregorius, qui Romam atque Italiam totumque Occidentem a Leonis Isauri obedientia tam civili quam ecclesiasticæ, et ab ejus imperio subtraxit, » CXXVIII, 994.

Post hæc dicitur, quod omnis Italia consilium inivit, ut sibi eligerent imperatorem, et Constantinopolim ducerent; sed compescuit tale consilium papa, sperans conversionem principis. Quod de eadem re habemus certum id patet ex epistola Gregorii, papæ, ad Leonem imperatorem. « Invocabimus, inquit: principem exercitus omnis creaturæ sedentem in cælis Christum, qui est super omnes exercitus supernarum virtutum, ut immittat tibi dæmonem, sicut ait Apostolus « tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis ut spiritus salvus fiat. » Ex quibus nihil aliud videtur intelligi posse quam excommunicationem, CXXVIII, 1014.

Quæ præfatis actis S. Gregorii, papæ, occasionem contra Leonem imperatorem dederunt, causæ sunt istæ. Post hæc claruit Leonis Isauri malitia, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes, tam virtute quam blandimentis, ut deponerent, ubicunque haberentur, imagines tam Salvatoris quam ejus Genitricis sanctæ, vel omnium sanctorum, easque in medio civitatis, quod dicere crudele est, igni cremarent, et omnes dealbarent depictas ecclesias, CXXVIII, 984. Quæ explicantur. Et enim primis ab ortu Christianæ religionis temporibus, cum adhuc gentilis in eam exardesceret furor, et in hominum mentibus lateret adhuc idolorum superstitio, non tam frequentem fuisse sacrarum usum imaginum ut neque templorum atque basilicarum. Cum enim imagines eorum genere sint quæ ad salutem omnino necessaria non sunt, nec ad substantiam ipsam religionis attinent, in potestate Ecclesiæ est ut ea vel adhibeat vel abieget, pro eo atque satius esse decreverit, cujusmodi positivi vulgo juris esse dicuntur. Ex illo nata est illa infidelium exprobratio, quæ apud Minucium Felicem his verbis exprimitur: « Cur nullas aras habent, templa nulla,

nalla nota simulacra? Ergo quidem opinati sunt nefas ac illicitum esse imagines habere. Sed paulatim dedocti sunt Christiani cultum imaginum non damnandum esse et multum prodesse posse ad pietatem. Quamobrem, uti basilicas sive ecclesias et altaria in Dei honorem ac cultum exstruere non dubitarunt Christiani, sic imagines Christi atque sanctorum quarum nondum hactenus pererebuerat usus, eodem tempore usurpavit Ecclesia, cum jam nullum idololatriæ periculum esset, et ad propagandam Christi ac martyrum sanctorumque cæterorum memoriam, et fideles animandos illorum exemplo ad pietatis constantiam, utile id esse videretur. Hinc usum cultumque imaginum Christi ac sanctorum, non solum cum lege Dei non pugnare, sed religioni consentaneum esse et fidelium pietati excitandæ utilem, creditum fuit. Saeculo viii, exortum est in Oriente monstrum horrendum, hoc est hæresis Iconoclastarum quæ venerandis imaginibus bellum indixit. Et Leo Isaurus in imagines exarsit. Hujus imperatoris impietati qua potuit constantia obstitit S. Germanus patriarcha Constantinopolitanus; postea Gregorius II, Romanus pontifex restitit pariter, et, ut vidimus, Italiam liberavit a jugo Barbarorum et Græcorum, CXXVIII, 1005, 1006, 1007, 1008.

GREGORIUS III (S.), papa. — Hic fuit autem temporibus Leonis et Constantini imperatoris, ea persecutione grassante quæ per ipsos meta est ad depositionem et destructionem sacrarum imaginum Domini nostri Jesu Christi et sanctæ Dei Genitricis, sanctorumque apostolorum, omniumque sanctorum et confessorum, pro quibus isdem sanctissimus vir, ut ab hoc resipiscerent ac se removerent errore, commonitoria scripta vigore apostolicæ sedis instituta, quemadmodum et sanctæ memoriæ decessor ipsius direxerat, misit per Gregorium presbyterum, etc., CXXVIII, 1025-1050.

Inter hujus pontificis acta, ista sunt adnotanda: Anno septingentesimo quadragesimo, Luitprandus, Longobardorum rex, Romam obsidione cinxit, eo quod Trasi-mundus Spoletanus et Godescalcus Beneventanus, duces sibi infensi, essent in amicitia summi pontificis. Quare papa Gregorius III, an. 741, duplicem legationem ad Carolum Martellum majorem domus regis Francorum cum clavibus sancti Petri et particulis catenarum misit, duplicemque ad eum scripsit epistolam, eo consilio ut eos a tanta oppressione Longobardorum liberaret.... videtur quod papa proponebat Carolo pactum, ut si Luitprandus caderet, Romanus consulatus (seu patriciatus) ipsi Carolo sanciebat. Carolus mirifico ac magnifico honore ipsam legationem recepit, et munera pretiosa contulit. Cum hæc legatio Carolo gratis immissa fuerit, non dubium quin per missos Luitprando regi bellum denuntiavit, nisi ditione Romana quam, primum excederet, et Luitprandum ejus minus ab incepto deterritum, Papiam, unde venerat, rediisse, retentis tamen oppidis quatuor quæ occupaverat quæ postea sub Zacharii Gregorii successore restituta sunt. Auxilia pontificis promississe Carolum dubitandi etiam locus non est, sed cum eodem anno 741 obierit, ea præstare non potuit.

Ex historia horum temporum deducitur et explicatur, consulatum seu patriciatum Carolo Gregorium III, obtulisse, cum dicatur populum Romanum relicta imperatoris dominatione ad suam defensionem Carolum vocasse. Patrocini enim dignitas conferebatur illis qui ad defensionem Ecclesiarum et inopum adversus vim potentiorum eligebantur, ut patet formula qua princeps patricium renuntiabat. Formula hæc erat: « Hinc honorem tibi concedimus, ut Ecclesiis Dei et pauperibus legem facias et inde apud altissimum Judicem rationem reddas. Tunc induat eum imperator mantum, et ponat ei in dextro indice annulum, et det ei bombacinum propria manu scriptum: Esto patricius misericors et justus. Tunc ponat ei in caput aureum circulum et dimittat. » Importabat patriciatus quoddam protectionis jus extraordinarium, quod Ecclesiis sibi non subditis, adversus potentiorum vim publicam aut privatam impertiri solent illi qui alias ex munere suo ad id non obligantur; licet enim principes Ecclesias in regnis suis constitutas ex officio tueri teneantur, illud tamen jus protectionis ordinarium est, et a jurisdictione pendet. Jus illud extraordinarium protectionis concedebatur proceribus viris, qui vocabantur patricii, defensores, protectores, advocati, qui protectionem et defensionem singularem Ecclesiis particularibus impendebant, præter eam quæ a regibus ex ordine disciplinæ publicæ expectabatur. Sed patriciatus Ecclesiæ Romanæ, seu patricii Romanorum nomen, duo quædam complectebatur, et jurisdictionem qua reges Francorum in Urbe ex consensu pontificis et populi Romani potiebantur, et protectionem seu defensionem quam Romanæ Ecclesiæ polliciti erant; quæ defensio

pactis cum Romanis pontificibus initis constituta erat. Pactorum illorum initium de protectione cum Ecclesia Romana conventorum confert scriptor Marca, in hæc tempora quibus Gregorius III se suamque Ecclesiam tuitioni Carli Francorum ducis commisit, qui protectionem istam novis quibusdam legibus, a Pippino rege Francorum et Stephano II pontifice Romano, qui patricii dignitatem Pippino et ejus filiis attribuit, fuisse firmatam scribit.

His itaque difficillimis temporibus Carolum Martellum patricium Romanorum et defensorem Ecclesiæ dictum esse, præter historicum Fredegarii continuatorem, evidenter insinuant Carolus Magnus et Ludovicus Pius imperatores. Ille in divisione regni sui, anno 806 inter filios facta, ait: « Super omnia autem jubemus ut ipsi tres fratres curam et defensionem Ecclesiæ sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Carolo et beatæ memoriæ genitore Pippino rege, et a nobis postea suscepta est, et ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur, et justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet et ratio postulaverit, habere faciant. » Item habet Ludovicus Pius in divisione regni sui, qui etiam ait: « Super omnia jubemus atque præcipimus ut ipsi tres fratres curam et defensionem Ecclesiæ sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam a proavo nostro Carolo et avo nostro Pippino, et beatæ memoriæ Carolo genitore nostro imperatore, et a nobis postea suscepta est. Ex quibus nobis concludendum est Carolum Martellum primum fuisse omnium principum Francorum, aut cujusque alterius gentis, qui urbis Ecclesiæque Romanæ patrociniū suscepit.

Ex legatione illa Gregorii III ad Carolum Martellum, penes quem Franciæ tunc omnis administratio erat, orta videtur origo nuntiorum apostolicorum in Francia. Tunc enim apocrisiarii Romanæ sedis in Francia visi sunt, qui bis cum Carolo Martello egerunt, ut auxilio consilioque esset Romanis. Qui Romanum pontificatum post Gregorium III gesserunt, ii frequentius nuntios direxerunt in Franciam, resque eo devenit, ut præter legatos, qui pro novis causis emergentibus Roma mittebantur, apocrisiarius apostolicæ sedis in comitatu regis assidue maneret, nec raro id muneris a Romano pontifice collatum est ei quem rex archicapellanum palatii sui constituerat, CXXVIII, 1059, 1040, 1046.

GREGORIUS VII, papa. — Aistulpho Longobardorum et Pippino Francorum regibus vita functis, Carolus Franciis et Desiderius Longobardis præfuere. Quorum ille obsequii erga Romanam Ecclesiam, hic vero odii hæredes fuerunt. Desiderius, Adriano papa, adeo Romanos vexare et oppugnare cepit, ut pontifex qui longe impar Longobardorum viribus erat, orientalibus auxiliis destitutus coactus sit, exemplo Stephani II, Carolum Magnum Pippini filium Francorum regem, Saxonico bello tunc implicatum, in Italiam, Ecclesiæ Romanæ auxilio evocare. Qui pontifici obtemperans, in Italiam ingenti cum exercitu, Alpibus superatis, venit. Ubi Desiderio acie victo, atque paulo post capto, Longobardorum regnum in Francorum jus transtulit. Qui, ut se gratum Romanæ Ecclesiæ exhiberet, cujus tuendæ causa opulentissimum regnum obtinuerat, tres ex regno Longobardico partes fecit; quarum unam, ipsius scilicet regni Longobardici sedem Ticinum, et omnia, quæ Longobardi in Italia antiquitus acquisierant, sibi retinuit; alteram vero, quæ ea comprehendebat, quæ paulo ante Longobardi in Italia orientalibus ademerant Romanorum imperatoribus, hoc est, exarchatum Umbriæ et Piceni partem Romanæ Ecclesiæ confirmavit, vel de novo largitus est. Quibus ita dispositis, primus omnium principum, Romanam quam maxime et dignitatem et profana ditione, maximisque opibus auxit Ecclesiam.

Tot igitur tantorumque beneficiorum non immemor Adrianus papa, sub quo tam magnifice de Romana Ecclesia Carolus bene meritus fuerat, synodum cum episcoporum, abbatum aliorumque plurimorum prælatorum, anno salutis 785, Laterani in basilica S. Salvatoris congregavit; ex qua, ex totius synodi consensu dedit ei jus et potestatem pontificem eligendi et ordinandi apostolicam sedem. Totum hoc commentum refellit Baronius anno 774. Quid? fundaturne, an nos admittendo, judicium sub lite est? cum eo tempore liberi Romani cleri et populi suffragiis Romanum pontificem creari mos esset.... insuper episcopos, etc., ab eo investituram accipere definivit, ita ut mire a rege laudarentur et investirentur, episcopus vel abbas a nemine consecrari posset. Cujus rei testis est Anastasius Bibliothecarius, ut legitur apud Gratianum, distinct 63.

Imperatoribus autem qui Carolo Magno successerunt, ad eam ignaviam delapsis, ut non solum ejusmodi privilegium tueri nollet, sed nec ulla imperii jura curarent,

eam occasionem Adrianus papa III nactus sub imperatore Carolo III anno salutis 884, illud quidem quod sub prioribus pontificibus sensim exoleverat, congregato synodo, omnino antiquavit et abrogavit, insititens ut in papæ electione imperator se non intrmitteret. Leo VIII antipapa hoc privilegium Othoni primo imperatori de Romana Ecclesia optime merito restituit; renovavit exemplo Adriani primi qui illud regi Carolo Magno concesserat, et de novo confirmavit.

Porro contra hoc decretum Leonis VIII antipapæ nullus deinceps Romanorum pontificum reclamavit vel aperte contradixit usque ad Gregorium VII. Hic primus fuit qui imperatorem Simonia offensus, in contrarium editis decretis, hæc duo Adriani primi et Leonis VIII privilegia omnino abrogavit. Satis autem constat Joannem XIII qui Leoni VIII immediate successit, Gregorium V, et Sylvestrum II apostolicæ sedi sola imperatorum auctoritate impositos fuisse, nullis cleri vel populi Romani suffragiis expetitis. Cæteri vero Romani pontifices, qui inter Joannem XIII et Sylvestrum II fuerunt, etsi eos electos fuisse ab imperatoribus non legantur, sed a clero, senatu, populoque Romano, id accidit quod electionis tempore imperatores Urbe absentes, adeo maximis in Germania et alibi bellis impliciti essent, ut de novo pontifice Romanæ sedi providere non possent. Illud tamen constat, dum imperatores, tres Othones autem dico, in Urbe vel prope, aut certe in Italia fuerunt, et Romanam forte Ecclesiam pastore vacare non contigisset, eos novum summum pontificem dedisse. Si vero tempore novæ electionis, eos ab Italia procul esse contigisset, certum est, tum Romanos pontifices a clero, senatu populoque Romano electos non absque imperatorum consensu consecratos fuisse. Fuerunt autem Benedicti VI et VII, Bonifacius VII, apostolicæ sedis invasor, cui etiam exactus fuit, et Joannes XIV, XV, XVI. Quorum novissimus, ut quidam scribunt, quod sine imperatoris Othonis III consensu electus et consecratus esset, Urbe fugatus, sacerdotio amotus est, Gregorio V subrogato.

Huic igitur privilegio a Leone VIII usque ad Gregorium VII a nemine unquam papa reclamatus est, quantum non omnino fuerit negligentia imperatorum observatum; unde octo vel novem jam Romani pontifices, sine electione imperatorum a clero, senatu populoque Romano creati fuerant. At Henricus III, in Italiam veniens, imperii hoc privilegium magnifice sibi vindicavit... novum pontificem creavit, Clementem II, abrogatis tribus pontificibus Benedicto VIII, Silvestro III, et Joanne XX, cardinalesque, clerum ac senatum, populumque Romanum sacramento adegit in verba sua, jurare cogens se Romanum pontificem nisi suo jussu creatum non suscepturos. Qui dum vixit hoc præstantissimum imperii jus mordicus retinuit, et Clementem II, Damasum II, Leonem IX et Victorem II, suo arbitrio Romanos pontifices designavit, CXLVIII, 164-167.

Post quædam satis obscura de Romanis pontificibus, Gregorius VI, ipsemet summus pontifex, ex abdicatione trium pontificum schismaticorum, et ipse relegatus schismatis vitandi causa in cœnobio Cluniacensi, ubi Hildebrandus erat, redarguitur ab Hildebrando de suæ electionis modo, qui illi dicebat omnino inconveniens esse et contra sanctorum Patrum instituta, a manu laici maximum Christiani orbis pontificem ad totius Ecclesiæ regem vi immitti; verum, si suis consiliis acquiescere vellet, se utrumque pollicetur effectum, ut quod imperatoris indignationem propter ea non incurreret, quodque libertas ecclesiastica in legitima justaque pontificis ordinatione illæsa conservataque maneret. Cujus monitis Gregorius VI, vir pius et sanctus humiliter parens, purpuream vestem statim, et alia pontificalia indumenta deposuit, peregrinique habitu suscepto, secum ipsum Hildebrandum monachum, qui salubre consilium sibi dederat, comitem assumpsit, et ceptum iter Romam versus cum legatis Romanis, et aliis comitibus episcopis arripuit. Romæ honorificentissime susceptus, altero post adventum suum die, congregatis in basilica S. Petri cardinalibus, clero, senatu, populoque Romano, eos his verbis ab Hildebrando instructus allocutus est: Fratres, legatione vestra cognita, ad imperatorem profectus sum ut voluntatem et propositum ejus requirerem, non ut ab eo Romanus pontifex eligeret, quem scio nihil juris in hujusmodi electione habere, sed eam ad vos libere pertinere. Hac autem non ob aliam causam veni, quam et apostolorum limina visitarem. Et quoniam hæc apostolica sedes, jam diu pastore vacavit, eam amplius sic manere non expedit. Quapropter vos omnes hortor et moneo ut nulla interposita mora, idoneum vobis quam primum eligatis pastorem et episcopum. » Statim autem Hildebrandi consilio ab omnibus episcopis, cardinalibus, cæterisque

nobilibus ei responsum est: « Te unum, et non alium volumus, atque in Romanum pontificem eligimus. » Tumque archidiaconus S. R. Ecclesiæ more majorum exclamavit: « Brunonem episcopum B. Petrus elegit, » etc. CXLVIII, 153, 154.

Consecratus igitur pontifex, ipsum Hildebrandum monachum, cujus consilio hæc omnia facta fuerant, subdiaconum cardinalem, etc. creavit. Eo vero mortuo, Hildebrandus a clero, senatu populoque Romano ad imperatorem missus est legatus, ut novum ab ipso pontificem expostulant. Victor II electus est, et eum ad Romam adduxit; apud quem etiam plurimum, ut apud Leonem IX in omnibus valuit; erat enim vir rerum gerendarum peritia valde clarus.

Post obitum Victoris II, Stephanus IX electus est, servato jure ab Hildebrando statuto; postea Nicolaus II pontifex maximus renuntiatus est, et ab ipso Hildebrando creatus est archidiaconus S. R. E. Nicolao II mortuo, Hildebrandus ecclesiasticæ libertatis anxius, Romani pontificis electionem ex manu imperatorum eripere jam aspirans, maximus auctor fuit, ut in electione Romani pontificis Ecclesia Romana libertatem suam jam diu in electione suorum pontificum amissam recuperare inceperit. Ejus opera ordinatio ad papatum Alexandri II approbata fuit, tanquam quæ legitimis suffragiis facta fuisset; et ipsi recuperavit patrimonium B. Petri in Campania, quod Northmanni occupaverant.

Alexandro II mortuo anno 1073, Hildebrandus cum occupatus esset eodem die obitus et sepulturæ ejus, exsequiis, repente in Lateranensi basilica maximus cleri et populi Romani factus est concursus, amantium et dicentium: « Hildebrandum archidiaconum Petrus elegit. » Tunc vi raptus, ibidem ipso die, pontifex creatus est, cardinalibus, clero, senatu populoque Romano in locum papæ Alexandri, imperatore Henrico IV inconsulto, nullaque ejus aut Germaniæ episcoporum et principum interposita aut expectata auctoritate, CXLVIII, 155-159.

At tamen Hildebrandus consecrari noluit et coronari, donec imperatoris et principum super electione sua exquireret voluntatem. Primum igitur statim post electionem suam præsul Cæsareo in Italia de sua creatione scripsit. Eadem ratione imperatori Henrico IV, tum in Germania agenti per legatos suos causam et modum electionis de se per violentiam Romanorum factæ renuntiavit, asserens, etsi electus esset, quia populi furentis voluntati resistere non potuisset, se tamen nunquam consecrari voluisse, nec velle, nec pontificatus administrationem se unquam accepturum, nisi prius ipsius Germaniæque episcoporum et principum adesset consensus. Atque ob eam causam quamplurimum a populo, post electionem suam, liber dimissus fuit, statim Albanum extra Urbem concessisse, ne contra morem ab eodem populo consecrationis manus accipere cogeretur.

Litteris autem suis ab imperatore acceptis, episcoporumque conventu congregato, diligenter Gregorii VII electio examinata est. Cum vero imperator eam legitimam esse, omniumque tam cleri quam populi Romani liberis suffragiis factam fuisse cognovisset, tam ipse quam cæteri principes ratam esse voluerunt eique consenserunt. Cumque mox quædam obambulationes evenissent, facile Gregorius eas dimovit; et rex, divina voluntate res ita disponente, cum imperium Romanum a sacerdotali potestate minuendum esset, et ad nihilum fere redigendum, rex ipse satisfactiones quas Greg. attulit, libenter suscepit.

Gregorius igitur præter spem quod tantopere desiderabat assecutus, ut in ejus electione imperatoris esset consensus, nihil differendum ratus, in proximo Pentecostes festo, presbyterum se ordinari fecit; et natali die apostolorum Petri et Pauli in Romanum pontificem consecratus suæ coronationis insignia suscepit. Confirmatus igitur in Romana sede, quasi nulla amplius hæsitatio in animis hominum obrepere posset de legitima ejus creatione; quippe quod a cardinalibus, clero, senatu populoque Romano, consensu et voluntate imperatoris et principum accedente, jam electus et consecratus erat, atque tunc pro legitimo, verò et indubitato pontifice habebatur; non longe post ejus consecrationem, quod diu ante animo conceperat executioni mandare disponit, CXLVIII, 159, 160, 161.

Anno igitur 1074, qui primus adhuc erat sui pontificatus, statim tempore hac ratione recuperandæ ecclesiasticæ libertatis principia jecit. Synodus congregatur, canones eduntur, quorum major pars antea parum in usu fuerat et a nemine prædecessorum suorum unquam attentata. Quibus decretis gratum sibi fecit et viam ad ea omnia quæ animo conceperat peragenda. Quibus iactis et factis fundamentis in synodo gratia tentandi quod dispo-

per litteras suas deprecatus est, ut subjectionem Romanæ Ecclesiæ non abnueret ut catholicus princeps atque se eidem Ecclesiæ devotum filium exhiberet; hortatusque est eum ut a Simoniaca hæresi, id est, ab episcopatum et abbatiarum venditione sive mercatu quas largitione correptus conferebat, omnino se temperaret; et a reliquis vitiis de quibus apud sedem apostolicam, tam sub prædecessore suo Alexandro papa II, quam se pontifice renuntiato, infamatus et accusatus fuerat, se contineret; alioquin se usurum in ipsum et delinquentes censuris ecclesiasticis.

Ad prædictorum intelligentiam, dicendum quod tunc erat consuetudo a temporibus Caroli Magni imperatoris, primum ex auctoritate Romani pontificis Adriani I introducta, ut alicujus urbis vel abbatie episcopo aut abbate mortuis, statim clerus vel monachi in unum congregati legatos ad imperatorem, qui tunc erat, dirigerent, ad quem defuncti prælati pedum pontificale et annulum deferentes, eum pro novo antistite deligendo, nomine sui collegii interpellabant. Qui statim senatus suo congregato, ex ipsius plerumque sententia, unum vel ex ipsis collegiis, vel ex amicis et capellanis cæterisque domesticis et familiaribus suis, juxta loci dignitatem, ut ei libitum erat, pro arbitrio a se electum, annulo et virga pastoralis defuncti prælati ad se transmissis donabat, illumque de illo sacerdotio diplomate suo imperiali investitum, hoc est, illa dignitate donatum in episcopum vel abbatem consecrari mandabat, absque ulla cleri et monachorum electione. Sic Joannes XIII, Gregorius V, Silvester, Clemens, Damasus, Victor, Nicolaus II et Leo IX, imperatorum sententia, sine cleri Romani suffragiis electi fuerunt summi pontifices et sacratæ, et ab imperatoribus per annulum et virgam de papatu Romano investiti fuerant.

Tandem Gregorius VII opportunitatem nactus quod imperator sibi jura Ecclesiæ vindicaret semper ut ubique, demum accidente causa etiam quod cum Henricus IV imperator prædictus multis et maximis bellorum occupationibus implicatus ingenti pecuniæ vi indigeret, episcopatum et abbatias plerumque his qui plus ei offerebant largiebatur, vocat ad synodum Romanam Henricum, causam dicturus de criminibus quæ ei objecta fuerant. Nunc apparet antipapa Clemens III, nomine Guibertus Coquitus, CXLVIII, 175, 176, 180, 181.

Sed ad concilium Henricus non venit; imo tunc inaudita audacia et admirabili superbia, sui facinoris compotes nec dicendos colligit episcopos in civitatem Wormatiam, habitoque conciliabulo proscripserunt primæ sedis episcopum. Cum igitur dissimulare tanti facinoris malitiam non posset apostolicus, excommunicavit tam ipsum quam omnes ipsius fautores, atque omnem ipsi regiam dignitatem interdixit, et obligatos ei sacramentis ab omni debito fidelitatis absolvit. Quia (quod verecundum etiam est dicere) præter hæreticam culpam Henrici IV aderant in sancto isto concilio nuntii illius sic audentes latrare: « Præcipit dominus noster rex ut sedem apostolicam, papatum utpote eum dimittas, nec locum hunc sanctum ultra impediatis. » Proh nefas! En suum esse dixit quod solum apostolorum principi Petro Christus Dominus commisit! Quam ob causam omnis illa sancta synodus Romana III, jure indignata anathema illi conelamat atque confirmat.

Gregorius igitur ubi anathematis sententia in synodo perculit regem Henricum et omnes qui perpetrati facinoris fuissent auctores, ad omnes Christi fideles has litteras dedit quibus et sententiam excommunicationis in eosdem latam adjunxit, CXLVIII, 792.

En Epistola Gregorii VII ad universos Christianos de excommunicatione lata in Henricum IV: « Audistis, fratres, novam et inauditam præsumptionem; audistis sceleratam schismaticorum et nomen Domini in beato Petro blasphemantium garrulitatem et audaciam; audistis superbiam ad injuriam et contumeliam sanctæ et apostolicæ sedis illatam, qualem vestri patres nec viderunt, nec audierunt unquam, nec scripturarum series aliquando a paganis vel hæreticis docet emersam. . . Quapropter si beato Petro claves regni coelorum a Domino Deo nostro Jesu Christo traditas esse creditis, et vobis per manus ipsius ad æterna vitæ gaudia introitum patere cupitis, cogitandum vobis est quantum nunc de irrogata sibi injuria dolere debeatis, etc., CXLVIII, 434.

Interim eligitur in partibus Teutonicis dux Rodolphus in regem ad defendendam catholicæ Ecclesiæ unitatem propter quod magis magisque indignatus Henricus, spreto consilio et auxilio domini papæ in omnes catholicos debacchabatur inique. Tandem non finem hæc res adhuc habuerunt, etc., sed nos his finem imponere debemus, et si quis ampliora desiderat videat CXLVIII, 915, 914, 915, 916, 917, 918, et ferme totum volumen CXLVIII, in quo

congeruntur monumenta Gregorianæ de his et aliis actis S. Gregorii VII.

De Henrico IV et Gregorio VII quæstio longa tractatur in Chronicon universali Ekkeardi, CLIV, 946-1012.

Adhuc quædam de Gregorio VII papa (an 1076). Gregorius papa totus in Henricum imperatorem invehitur, et quoscunque potest ab eo verbis et scriptis averit; animum etiam Agnetis matris ipsius ab eo alienat. Principibus Saxonum qui in deditone imperatoris erant, relaxatis per eos quibus commisi erant, Saxones rebelant instinctu Gregorii VII. Ipse papa occurrens (an. 1071) imperatori in Longobardia, sub falsa eum pace absolvit. Omnes enim qui prius Hildebrandum seu Gregorium VII abjuraverant, perjurio perjurium cumulant, imperatorem abjurant, et Rodolphum ducem Burgundionum super se regem statuunt; corona ei a papa missa illi erat inscriptum: « Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. » Hunc Sigifridus archiepiscopus Moguntinæ in regem benedixit, et facta a Moguntinis seditione contra eos, Rodolphus cum archiepiscopo noctu aufugit. Hildebrandus papa omnes adversantes imperatori absolvit ab infidelitate et perjurio. Henricus mox, omnes insidias frustratus, Rodolphum adortus; eum compulsi fugere...

Hildebrandus (an. 1080), quasi divinitus revelatum sibi prædixit, hoc anno falsum regem esse moriturum; etenim scripsit episcopo Tridentino: « Festum beati Petri non prius transeundum quam in eunctorum notitia certissime clareat illum justissime excommunicatum. » Bonizo est totus Gregorio VII deditus: In secunda feria post Pascha apud S. Petrum, cum regem excommunicasset, adjecit: Omnibus vobis notum sit, quod si usque ad festivitatem S. Petri Henricus non respiscuerit, mortuus erit aut depositus. Quod si hoc non fuerit, mihi credi amplius non oportet. »

Et verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso rege conjectura secundum suum velle, super Henrico rege interpretata. Rex enim Henricus Saxonibus gravi prælio congregitur, et in congressu falsus rex Rodolphus cum multis Saxoniarum principibus exstinguitur. Ex Sigeberto Gemblac. monach., CLX, 219, 220.

Gregorius VII innumeris malis quæ contingebant ex promotionibus factis a potestate imperatoria, obviare cupiens, Romana synodo quinquaginta episcoporum considente presbyterorum et abbatum multitudine, decreta statuit: « Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter episcopos habeatur, nec ulla ei ut episcopo aut abbati audientia concedatur, insuper ei gratiam beati Petri et introitum Ecclesiæ interdiciamus. » Item: « Si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet sæcularium potestatum aut personarum investituram episcopatum, vel alicujus ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se strictum esse sciat, » CXLIX, 468.

HENRICUS IV, imperator. — Cum apud Brixiam Noricam triginta episcoporum conventus, nec non et optimatum exercitus, non solum Italiæ, sed et Germaniæ jussu regis Henrici congregaretur, factus est omnium consensus adversus Hildebrandum papam, cognominatum Gregorium VII, quem pseudomonachum totiusque vesaniæ pestiferum principem et præcipuæ sanctæ sedis invasorem affirmantes, ab apostolica sede depellendum, quamvis absentem, dijudicabant et Wigbertum Ravenensem archiepiscopum ipsi subrogandum eligebant. Hujus decreti conclusio hæc est: « Quia, inquit, illum constat non a Deo electum, sed a se ipso in fraude ac pecunia imprudentissime objectum, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui Christiani imperii perturbat regnum, qui regi catholico ac pacifico corporis et animæ intentat mortem, qui perjurum defendit regem, qui inter concordem seminatur discordiam inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter conjuges divortia, et quidquid quieti inter pie viventes stare videbatur concussit; nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti decem et novem episcoporum die sancto præteriti Pentecostes Moguntinæ congregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem, perjuriam et homicidia defendentem, catholicam et apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini in quæstionem ponentem, hæretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum, ac somniorum cultorem, manifestum necromanticum, phytónico spiritu laborantem, et idcirco a vera fide exorbitantem, judicamus canonicè deponendum et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit in perpetuum condemnandum, » CLIV, 951. Scripsit post hæc Anselmus Lucensis, etc. Vide ANSELMUS, Luc. Et in præsentè Indice, GREGORIUS VII.

HENRICUS, princeps Trevirensis, et alii principes. — *Diploma*: « Nos principes imperii N. N., universis præsentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater Ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illum eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen, temporaliter tantum præsentium super terram, plantans in ea principes tanquam arbores præelectas et rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiae, ut ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti velut germen electum, per ipsorum electionem illum qui frena Romani teneret imperii germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesiæ, per luminare majus Christi vicarium illustratum. Hic est qui materiam gladium ad ipsius nutum excutit et convertit, ut ejus præsidio pastorum pastor adjutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et honorum. Ut igitur omnis materia dissensionis et scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam et imperium auferantur, et il duo gladii in domo Domini constituti debito fœdere copulati se ipsos exercent, in utilem reformationem regiminis universi, et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filii devotionis et pacis, qui tam Ecclesiam quam imperium confovere tenemur, quidquid per Dominum nostrum Rudolphum Dei gratia Romanorum regem semper Augustum sanctissimo patri ac domino nostro Nicolao papæ III et usque successoribus et ipsi Romanæ Ecclesiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum, sive concessum, juratum, et actum, seu factum est per privilegia, vel quæcunque alia scripta quorumcunque tenorum super recognitionibus et ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam aliorum imperatorum et regum Romanorum prædecessorum regis ejusdem quam ipsius regis et specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia et reverentia per Romanos imperatores et reges Romanis pontificibus et ipsi Ecclesiæ impendendis ac possessionibus, honoribus et juribus ejusdem Ecclesiæ et nominatim super tota terra quæ est a Radicolano usque ad Ceperanum marchia Anconitana, etc., etc. Nos nostri nomine principatus in omnibus ac per omnia approbamus et ratificamus, ac iisdem omnibus et singulis et quibuscunque aliis super eisdem per eundem regem quoquo modo factis et in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum atque consensum unanimiter atque concorditer exhibemus. Et promittimus quod contra præmissa, vel aliquid præmissorum nullo unquam tempore veniemus. Sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari... Actum anno 1279, indict. vii, regnante prædicto domino nostro domino Rudolpho Romano rege, glorioso regni ejus anno vi, XCviii, 870-872.

HINC MARUS, Rhemens. archiepisc. — Duo sunt quibus principa iter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum et regia potestas. Solus enim Dominus noster Jesus Christus fieri potuit rex et sacerdos. Post incarnationem vero, et resurrectionem et ascensionem ejus in cœlum, nec rex pontificis dignitatem, nec pontifex regiam potestatem sibi usurpare præsumpsit: sic actionibus propriis dignitatibusque ab eo distinctis, ut et Christiani reges pro æterna vita pontificibus indigerent, et pontifices pro temporalium rerum cursu regum dispositionibus uterentur; quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus, et ideo militans Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus. Et tanto est dignitas pontificum major quam regum, quia reges in culmen regum sacrantur a pontificibus; pontifices autem a regibus consecrari non possunt; et tanto gravius est pondus sacerdotum quam regum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem; et tanto in humanis rebus regum cura est propensior quam sacerdotum, quanto pro honore et defensione ac quiete sanctæ Ecclesiæ, ac rectorum et ministrorum ipsius, et leges promulgando, ac militando, a rege regum est eis curæ onus impositum. Et in veteri lege cum sacerdotes in regimine regni reges ungebant et diademata capitibus illorum imponebant, legem in manibus eis dabant, ut discerent et scirent qualiter se et subjectos sibi regere, et sacerdotes Domini honorare debeant. Et quod Ozias rex præsumpsit incensum ponere quod non regii, sed sacerdotis, erat ministerii lepra est a Deo percussus, et de templo a sacerdotibus ejectus, et in domo sua est usque ad mortem reclusus, CXXV, 1071.

HUGO DE S. VICTORE, canonic. Parisiens. — Universitas autem Christianorum, sive Ecclesia duos ordines complectitur, laicos et clericos, quasi duo latera corporis unius. Quasi enim ad sinistram sunt laici qui vitæ præsentis necessitati inserviunt. Non ita dico ad sinistram quemadmodum illi ad sinistram statuentur quibus dicitur: « Ite, maledicti, in ignem æternum. » Absit a me ut honos laicos ibi statuere præsumam! Nam qui boni erunt sive laici, sive clerici ibi non erunt; et qui mali erunt, sive laici, sive clerici ibi erunt. In vero laico Christiano est etiam dextera et sinistra. Quod est ad sinistram illius in corpore de corpore est et bonum est, quamvis optimum non sit ut id quod est ad ipsius dexteram: « In dextera ejus longævitas vitæ, in sinistra autem ejus divitiæ et gloria (Prov. iii).

Laici ergo Christiani qui et terrena et terrenæ vitæ necessaria tractant, pars corporis Christi sinistra sunt. Clerici vero quoniam ea quæ ad spiritualem vitam pertinent dispensant, quasi dextera sunt pars corporis Christi. Laicis Christianis fidelibus terrena possidere conceditur. Clericis vero spiritualia conceduntur tantum, quemadmodum olim in illo populo priore cæteræ tribus quæ typum laicorum præferebant, portiones in hæreditate acceperunt. Sola tribus Levi quæ ecclesiasticos figurabat, decimis et oblationibus et sacrificiorum victimis pascitur. In laicis ergo ad quorum studium et providentiam ea quæ terrenæ vitæ necessaria sunt pertinent, potestas est terrena. In clericis autem ad quorum officium spectant ea quæ spiritualis vitæ sunt bona, potestas est divina. Illa igitur potestas sæcularis dicitur, ista spiritalis nominatur. In utraque potestate diversi sunt gradus et ordines potestatum; sub uno tamen utriusque capite distributi, et quasi ab uno principe deducti et ad unum relati. Terrena potestas caput habet regem. Spiritalis potestas habet summum pontificem. Ad potestatem regis pertinent quæ terrena sunt et ad terrenam vitam omnia facta. Ad potestatem summi pontificis pertinent quæ spiritualia sunt, et vitæ spiritualis attributa omnia. Quanto autem vita spiritalis dignior est quam terrena, et spiritus quam corpus, tanto spiritalis potestas terrenam sive sæcularem potestatem honore ac dignitate præcellit. Nam spiritalis potestas terrenam potestatem et instituere habet, ut sit; et judicare habet si bona non fuerit. Ipsa vero a Deo primum instituta est, et cum deviat a solo Deo judicari potest sicut scriptum est: « Spiritalis dijudicat omnia et ipse a nemine judicatur. » Quod autem spiritalis potestas (quantum ad divinam institutionem spectat) et prior sit tempore, et major dignitate, in Veteri Testamento manifeste declaratur, ubi primum a Deo sacerdotium institutum est; postea vero per sacerdotium, jubente Deo, regalis potestas ordinata, CLXXVI, 417, 418.

Potestas terrena pertinet ad vitam terrenam. Et omnia quæ ad terrenam vitam spectant subjecta sunt terrenæ potestati. Hæc autem omnia dupliciter pertinent ad jus terrenæ potestatis, ut videlicet ipsa terrena potestas hæc et possidentibus secundum justitiam distribuatur, et contra injustitiam impugnantium defendatur. Sicut autem prælatorum debitum est subjectis possidendam justè dispensare, et eos contra injustitiam defendere, sic subjectorum debitum est secundum instituta legum et rationabiles consuetudines prælatis et in se et in suis servitium exhibere.

Quomodo Ecclesia terrena possideat: De terrenis bonis ad terrenam vitam pertinentibus, quæ vel possident prælati in subjectis, vel subjecti possident a prælatis, quædam Ecclesiis Christi devotione fidelium concessa sunt possidenda, salvo tamen jure terrenæ potestatis. Sic enim rationale est et bonum, quia Deus noster pacis amator est, et nihil inordinatum approbare potest vera justitia. Spiritalis siquidem potestas non ideo præsidet ut terrenæ in suo jure faciat præjudicium, sicut ipsa terrena potestas quod spiritali debetur, nunquam sine culpa usurpat. Sic igitur quando hujusmodi quæ ad terrenam spectant potestatem Ecclesiis Christi conceduntur, ii quidem largitores sunt muneris, hoc solum concedere possunt in ea quod possident, quia nec subjecti in quod suis superioribus debetur ad aliam possunt transferre potestatem, nec prælati in his quæ justè a subjectis possidentur alienos possessores inducere. Hoc est ut nec prælati id quod subditorum est aliis tribuant, nec subjecti id quod prælatorum est immutare præsumant. Notandum tamen quod principes in terrenis possessionibus quas vel in subjectis, vel sine subjectis possident, Ecclesiæ aliquando concedunt solam utilitatem aliquando et utilitatem et potestatem. Utilitatem sine potestate concedunt quando fructum quidem possessionis ad usum Ecclesiæ transferri decernunt, sed potestatem justitiæ exercendæ in ipsa

possessione ad ejus jurisdictionem transire non permittunt. Aliquando et potestatem et utilitatem simul tribuunt. Ubi tamen diligenter attendendum est quod, licet Ecclesia fructum terrenæ possessionis in usum accipiat, potestatem tamen exercendæ justitiæ per ecclesiasticas personas, aut judicia sæcularia non potest exercere; potest tamen ministros habere laicas personas per quas jura ac judicia ad terrenam potestatem pertinentia secundum tenorem legum et debitum juris terreni exercent. Sic tamen ut et ipsum quod potestatem habet a principe terreno se habere cognoscat; et ipsas possessiones nunquam ita a regia potestate elongari posse intelligat, quando si ratio postulaverit et necessitas et in eis ipsa potestas debeat patrocinium et illi ipsæ possessiones debeant in necessitate obsequium. Sicut enim regia potestas patrocinium quod debet alteri non potest dare, sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasticis personis conterrita, obsequium quod regię potestati pro patrocinio debetur jure negare non potest, sicut scriptum est: « Reddite quæ sunt Cæsaris, etc. » CLXXVI, 419, 420.

JONAS, Aurelianens. episc. — Sciendum omnibus fidelibus est quia universalis Ecclesia corpus est Christi, et ejus caput idem est Christus, et in ea quæ principaliter existant eximie personæ, sacerdotalis videlicet et regalis; tantoque est præstantior sacerdotalis, quanto pro ipsis regibus Deo est rationem redditura, ut ait S. Gelasius. Et S. Fulgentius ait: « Quantum attinet ad hujus temporis vitam, in Ecclesia nemo pontifice potior, et in sæculo Christiano imperatore nemo celsior invenitur. » Qualis sit potestas et auctoritas sacerdotalis ex verbis Domini facile advertitur: « Quodcumque ligaveritis, etc. » Unde Constantinus imperator ait: « Deus vos constituit sacerdotes et potestatem dedit de vobis quoque judicandi, et ideo nos a vobis recte judicamur; vos autem non potestis ab hominibus judicari, » etc.

De officiis et ministeriis regum multa exponentur, CVI, 285-294. In his post multa legitur: « Regale ministerium specialiter est populum Dei gubernare et regere cum æquitate et justitia, et ut pacem et concordiam habeant studere. Ipse enim debet primo defensor esse Ecclesiarum et servorum Dei, ipsorum etiam officium est salutem et ministerio sacerdotum solerter prospicere, eorumque armis et protectione Ecclesiam Christi debet tueri. » S. Isidorus ait: « Principes sæculi non nunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut quod prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cœleste regnum proficit; ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem et disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur; ipsamque disciplinam quam Ecclesiæ utilitas exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat, et ut venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat.

Ex multis aliis, in quibus non videtur deberi a summo pontifice reges coargui, nec regno spoliari, etc., declaratur quod hic qui post regem populum Dei regere debent, id est duces et comites, necesse est ut tales ad constituendum provideantur, qui sine periculo ejus a quo constituuntur constitui possint, scientes se ad hoc positos esse ut plebem Christi sibi natura æqualem recognoscant, eamque clementer salvent et juste regant, non ut dominantur et affligant, neque ut populum suum æstiment, aut ad suam gloriam sibi illum subjiciant; quod non pertinet ad justitiam sed potius ad tyrannidem et iniquam potestatem. Unde sola conclusio est: « Valde enim exigit necessitas ut quia ipse rex procul dubio. » æquissimo judicio de commissō sibi ministerio rationem redditurus est, ut etiam singuli qui sub eo constituti sunt ministri diligentissime ab eo inquirantur, ne ipse pro eis iudicium incurrat divinum. Ipsi etiam ministris est denunciandum quod quidquid judicaverint in eos redundabit, etc., CVI, 290-294.

JUSTINIANUS, imperator. — Cum iste imperator nobis reliquerit *Novellas* ad religionem pertinentes et selectas leges, LXXII, 921-1110; quæ ut *Capitularia* Caroli Magni imperatoris, sunt leges partim ecclesiasticæ, partim civiles, de illo imperatore quædam referenda sunt. Nostro iudicio, quæ de illo vituperanda sunt, itidem vituperanda sunt de Carolo Magno imperatore; qui reges, etsi nolent, tamen nimis sese rebus ecclesiasticis immiscuerunt. Audiamus iudicium quod protulit Cave de Justiniano; in his, ut scitur, quisque suo sensu abundat; Baronius aliter, ut nos iudicavit.

Justinianus natus est anno 483. Avunculum habuit Justinum Augustum, a quo educatus fuit et in filium adoptatus. Nondum imperator Theodoram uxorem duxit

Eutychianæ hæresi perditæ addictam. Anno 519, a Justino imperatore magister militum factus est, et in Orientem cum exercitu missus rem contra Persas bene gessit..... Anno 527, Augustus renuntiatus, cum avunculo regnare cepit. Anno 528, edictum promulgavit quo Nestorianos et Eutychianos, tanquam hæreticos pœnis civilibus multando decrevit, eodem post quinquennium renovato. Anno 541, Origenem ipse edicto damnavit, etc., etc..... Obiit anno 565.

Non deerant olim, nec desunt hodie qui in sacratissimum principem non minus doctrina, pietate, quam potentia et rerum gestarum gloria clarum, tota calumniarum et conviciorum plastra exonerant. Nemo vero unquam iniquiori censura et inverecundia, dicunt quidam, longe infra summi principis sortem, in augustissimos. In Justiniani manes debacchatus est cardinalis Baronius, omnes in hoc eloquentiæ nervos intendens, ut ex imperatore non hominem, sed diabolum nobis exhiberet. Fuit Justinianus, inquit Baronius, homo penitus illitteratus, adeo ut nec alphabetum aliquando didicisset. Sacrilegus imperator, qui non levem persecutionem excitavit; furore percitus, mente dimotus, corruptus maligno spiritu, agitated a Satana, quique omnem in Ecclesia dissolvit ordinem, fecitque ex regno colorum ergastulum inferorum (*Annal.* ad an. 551). At vindicatur, 1° de doctrina ejus et pietate. Hæc Procopius: « Solitum Justinianum tum libros de rebus divinis agentes pervolvere, tum de iisdem colloquia cum episcopis et presbyteris in multam noctem pertrahere; in more semper ei fuisse multisante Pascha hebdomadibus corpus vigiliis et incendiis p̄ usquam asceticis macerare, semel in biduo cibum capere, non pane aliisque cibariis penitus abstinuisse, herbis tantum sale et aceto conditis atque aqua contentum. De egregio autem illius erga fidem catholicam studio audiamus Agathonem papam: « Et præ omnibus, inquit, æmulator veræ, apostolicæ fidei piæ memoria Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo, quantum pro sincera confessione Deo placuit tantum rempublicam Christianam exaltavit et usque ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto orbe diffusa laudatur. »

Ex his patet quod *Novellæ* peccant juxta Baronium quod videantur velut bullæ pontificales hinc et hinc ecclesiasticis velut negotiis sæcularibus sese immiscentes; et quod, juxta alios nihil aliud sint quam confirmationes decretorum pontificum etsi non nominentur, LXXII, 919-1110.

LEO MAGNUS (S.). papa. — Hic ambulavit ad regem Hunnorum nomine Attilam et liberavit totam Italiam a periculo hostium. Attila post cladem in campis Catalauniæ susceptam, cruentus Italiam petit. Aquileiam in limitibus Provinciæ sitam triennium obsedit; cumque rebus desperatis obsidionem solvere cogitaret, vidisset ciconias ex urbe in agrum suos pullos deserentes, auspicio motus, acrius urbem oppugnatam tandem cepit, diripuit et incendit, nulli hominum generi parcens, Flagellum Dei se vocans. Ticinum atque Mediolanum, regias urbes, excidit. Inde vastatis circum circa pluribus locis, cum Romam quoque pararet evertere, Leo Magnus papa adhortante Valentiniano imperatore obviam processit, eumque adeo mitem reddit, ut illico, promissa pace firmissima, ultra Danubium non rediturus perrexerit, territus duorum virorum minantem mortem, strictis ensibus super caput ejus nisi pontificis sancti verbis acquiesceret.....

Attila, re male gesta in campis Catalaunicis, per Pannonias in Italiam venit, regiasque civitates Aquileiam, Ticinum, Mediolanumque cepit et diripuit. Elatus deinde rerum successu Romam properabat. Jam tota civitas trepidare. Tum Valentinianus imperator Romanus, quoniam vi et armis repellere hostem nequibat, avertere periculum consilio cepit. Mittit S. Leonem Magnum et viros clarissimos dat comites. Ecce magnus Pontifex ad Attilam venit, verbis demulcet ferocem animum, iram frangit eloquentia, pacem recipere persuadeat, et discedere ex Italia compellit. Historici dicunt Attilam rogatum cur facile cessisset, respondisse territum se prodigio; nam dum Leo loqueretur, vidisse senem venerabili aspectu, habitu sacerdotali, gladio minantem nisi Leoni obtemperaret; eumque horrore concussum tanquam exhaustis viribus concidisse, LV, 280, 281.

Divinis præceptis et apostolicis monitis incitatur, ut pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ut si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, cleri sollicitudine aut ab ignorantie imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemur. Manente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, et Christi

aves, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, reverentia coarctamur, ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qui se amatorem Domini testatus est, non inveniat in nobis, qui negliger pascens toties commendatum gregem convincitur summum non amare pastorem, LXVII, 281.

LEO III, papa. — Leo III papa Carolo Augusto: Omnia quæ de singulis partibus nobis accidunt necesse est ut vestræ intimentus imperiali potestati. Præsenti si quidem anno direxerunt nobis epistolam monachi qui in sancto monte Oliveti morantur fidei contentionem continentem quæ inter se habebant. Nos vero symbolum orthodoxæ fidei illis misimus, quatenus omnes secundum hanc sanctam nostram catholicam et apostolicam rectam et inviolatam teneant fidem. Quam vero epistolam vestræ imperia i potentiæ misimus relegendam, CXXIX, 1259.

LIBERIUS, papa. — Liberius a Constantio exsilio deportatur, eo quod nolisset hæresi Arianæ consentire, et fecit in exsilio annos duos. At, elapso biennio Constantius Romam profectus est, ubi a matronis Romanis rogatus, ut eum ab exsilio redire juberet, imperator, cum episcopis suis re communicata, rediturum se eis hominem pollicitus est, si in eandem cum episcopis suis concederet sententiam Liberius itaque et audio victus et desiderio impotenti recuperandæ sedis æstuans, vim etiam et verbera passus, et Athanasium damnavit, et formulæ fidei sibi ab Arianis oblatae subscripsit, et in urbem Romam ingressus est. Quod Liberius tamen qui Arianorum sordibus labefactus videbatur, ad meliorem frugem conversus proficere catholica intrepide stetit, et Arianorum perfidiæ subscribere recusavit. patet ex variis actis. Verum quid hæremus, cum de orthodoxia Liberii certissimum argumentum nobis suppeditet Siricius papa in epistola ad episcopum Tarraconensem. In ea enim asseritur non solum Liberium magna animi fiducia, Arianorum prociacæ perditissimis illis temporibus restitisse, Arianæ fidei formulæ in concilio Ariminensi recitatæ non scribendo, ut plerique omnes scribunt, sed ulterius processisse, et concilium illud irritasse et cassasse, CXXVIII, 44, 45, 46.

LUCIUS III, papa. — Lucius papa III. cum imperator in Italiam contenderet, exiit urbe Roma, ut obviam ei proficisceretur, tractaturus cum illo (anno 1184) Christianæ reipublicæ negotia, quæ in Asia nimium ceperant labefactari. Et cepit imperator tractare cum eo super patrimonio potentis per Italiam dominæ Mathildis, quæ sub Henricis imperatoribus patre et filio multa faciebat pro Ecclesia; et jam rebus humanis excedens multa reliquerat eidem Ecclesiæ possidenda, quæ imperator ad jus imperii devocabat, CCI, 1067.

LUDOVICUS Pius imperator. — Sub hoc imperatore, seu rege, quanquam suprema pontificia dominatio in Urbe ac proinde in ejus ducatu constat ex pluribus codicibus Caroli epistolis et dicere et consiteri convenit quod dominatio imperialis Pii, Caroli et aliorum in Urbe erat consortium ejusdem supremæ potestatis pontificum. Unde licet pontifices Romani Romæ domini essent, illorum dominatio non vacabat mistura senatus populique Romani, qui sacramentum fidelitatis pontifici, ut summo principi præstabant, salva nihilominus lege seu jure civili Romanorum; atque Romanus pontifex tunc temporis erat quidem summus princeps, sed minime absolutus in republica gerenda. Nec Stephanus IV aut sanctus papa Paschalis quid novi moliti sunt in senatum et populum, cum suam ipsorum potestatem summam in urbe imperiali auctoritate niti deinceps desiderarunt; non enim id unquam consueverunt Romani pontifices, sed ipsissimam illam quæ sui prædecessores usi fuerant, S. P. Q. R. administratione nullatenus imminuta, semper roborari voluerunt. Sunt enim varia diplomata his verbis enuntiata: « Sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, CVIII, 567, 568.

Sunt vero multæ ditiones ex liberalitate principum profectæ in quibus solus Romanus pontifex, nulla senatus populique mistura absolutus princeps dominabatur; eorum quippe dominium uni Petro ejusque successoribus concessum fuerat. At cum in his dicebatur: « Quas beato Petro pro magna animæ vestræ mercede contulistis, » etc., etc.; et alias de multis talibus patrimoniis dicitur: « Quæ per diversos imperatores, patricos etiam et alios Deum timentes pro eorum animæ mercede et venia delictorum in partibus Tusciæ, Spoletino atque Corsica, sicut et Sabinense patrimonium beato Petro apostolo, sanctaque Dei et apostolicæ Romanæ Ecclesiæ concessa sunt, » XCVIII, 568.

OTTO I, rex. — De Lujus imperatoris diplomate non mirandum quod litteris aureis exaratum fuisse dicatur.

Jam donatio Ariperti Longobardorum regis eodem modo scripta erat. Dicitur quod « Aripertus donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quæ longa per tempora, a jure Ecclesiæ privata fuerat, ac ab eadem gente detinebatur, in litteris aureis exarata jure proprio beati apostolorum principis reformavit, XCVIII, 589. Diploma Ottonis I de pluribus Caroli donationibus a diplomate Ludovici Pii nonnihil discrepat, XCVIII, 594. » Attamen istud diploma quædam particularia habet, scilicet: « Insuper, addit, offerimus tibi, beate Petre, apostole, vicarioque tuo domno Joanni papæ et successoribus ejus pro nostræ animæ remedio, nostrique filii, nostrorumque parentum de proprio regno nostro civitates et oppida, cum piscariis suis, id est, Reate, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam et Marsim, et alibi civitates Teramnem, cum patrimonii suis, etc., XCVIII, 606-610.

PAULUS (S.) papa (anno Christi 757). — Iste fuit temporibus Constantini et Leonis imperatorum, etc., CXXVIII, 1136, etc.

Id consilii Constantinus ceperat adversus apostolicam sedem, ut in possessionem rediret exarchatus Ravennæ, quem Pippinus, devictis Longobardis, legitime in suam potestatem redegerat, ac Romano pontifici cum summa potestate, utique dominio possidendam concesserat. Probe autem intelligens imperatori fieri nunquam posse ut optatum finem persequeretur, quoad pontifici opes Francorum auxilium ferrent, ac nisi Longobardorum regem ad suas partes traheret, spe utilitatis allectam, ut utrumque evinceret, nihil intentatum reliquit. Ea propter legatos in Franciam misit, qui nullum non moventes lapidem, ut famam pontifices læderent, et ut retraherent Pippinum regem a foedere inito cum eodem. Eodem tempore suos Ravennæ, totoque in exarchatu emissarios habebat, qui populos ad defectionem contra pontificem excitabant. Nuptias etiam Leonis filii, quem in consortium imperii sibi asciverat, cum filia Pippini Giselde proponi jussit... At nihil avellere potuit Pippinum a catholica fide et a defensione sanctæ sedis. Quamobrem Constantinus alio se convertens Longobardorum regi accommodavit aures, qui foedere cum illo jungi adversus papam promittebat. Pacta his conditionibus stipulata, ambo junctis viribus pugnatos ut Ravennam et Hydruntum suam in ipsorum ditionem redigerent, harum primam possessionem Longobardos, alteram cum finitima regione Græcos; imperatorem continuo expediturum validissimam classem in Italiam ad prædictum finem. Quæ tamen Copronymus non fecit, sibi persuadens fore ut copiis, quas in Sicilia finitimisque locis habebat, satis essent ad Ravennam recipiendam absque Longobardorum auxiliis, quo tempore haud poterat rex Pippinus pontifici opem ferre, quippe qui bello cum ducibus sibi subditis Bajoariæ et Aquitanix detinebatur. At pontifex, consiliis ejus opportune detectis, Pippino regi ea statim aperuit, ut Longobardorum regem ipsum, ducesque Spoletinum et Beneventanum cum aliis finitimis tueri sanctam sedem compellerent, si forte adversus eam Græci arma movissent.

Hæc ut imperator percepit, nihil eorum quæ decreverat molitus est. Contra vero Longobardorum rex molestiam toto pontificatus tempore Paulo ingessit. Primo siquidem sanctæ sedi nolunt reddere civitates Bononiam, Imolam, Anconam aliasque quas redditurum se erat pollicitus, ut ejus præsidio uteretur adversus Ratchim pro regno Longobardorum secum decertantem; deinde arma in Pentapolim intulit, depopulatusque est eam; ac postremo ejecit duces Spoletino et Benevento, qui a sancta sede pendebant, aliosque intrusit, qui sibi essent subditi... At quadam inexpectata re territus Longobardus partem eorum quæ pontifici jure retinebat, Paulo reddidit, promisitque se quidquid reliquum sibi fecerat restitutum. At rex, aut ejus minister Desiderius, promissis non stetit. Unde sancto pontifici, quod vixit, rex Longobardorum molestus fuit ut novissima pontificis epistola palam facit: « Pro certo agnoscat excellentissima Christianitas vestra, quia si nobis præfati civitatum nostrarum ab eisdem Longobardis invasi fines, atque patrimonia non reddita fuerint, etiam ea quæ primum reddiderunt, invadere insidiabuntur, CXXVIII, 1145, 1146, 1147.

PETRUS DAMIANUS (S.) — « Sed cum inter cætera mala quæ no tris temporibus emergunt, ipsas quoque Ecclesias violenti homines insolenter opprimant ac prædia vel quælibet bona sacri juris invadant, nonnullos movet, utrum Ecclesiarum rectores expetere vindictam debeant, ut malis mala, more sæcularium reddant; nam plerique mox, ut eis vis inferatur injuriæ, ad indicenda protinus bella prosiliunt, armatorum enneos instruunt, sicque hostes suos acrius forte quam læsi fuerant, ulciscuntur. Quod mihi plane satis videtur absurdum, ut Iosi Domini

sacerdotes attentent quod turbis vulgaribus prohibetur; et quod verbis impugnant operibus asserant. Quid enim magis Christianæ legi videtur esse contrarium quam redhibitio læsionum? Ubi, quæso, tot sunt præconia Scripturarum? Ubi quod Dominus dicit: Si quis tibi quod tuum est tulerit, ne repetas? etc., etc.

Vita plane, quam Salvator noster gessit in carne non minus quam prædicatio evangelica nobis est et proposita tenendæ linea disciplinæ. Sicut ergo ipse cuncta mundi furentis obstacula, non per districti examinis ultionem, sed per invictam superavit inconcussæ patientiæ majestatem, ita docet mundi rabiem potius æquanimiter ferre quam vel arma corripere, vel lædenti læsionibus respondere, præsertim cum inter regnum et sacerdotium propria cujusque distingantur officia, ut et rex armis utatur sæculi et sacerdos accingatur gladio spiritus, qui est verbum Dei... Per charitatem Dei Filius de cœlo descendit, per patientiam vero diabolum superavit. His muniti virtutibus, et fundatores apostoli sanctam Ecclesiam condiderunt, et propugnatores ejus sancti martyres diversa mortium supplicia triumphaliter pertulerunt. Si ergo pro fide, qua universalis vivit Ecclesia, nusquam ferrea corripitur arma conceditur, quomodo pro terrenis ac transitoriis Ecclesiæ facultatibus loricate acies in gladios debacchantur? Porro sancti viri cum prævalent hæreticos idolorumque cultores nequaquam perimunt, sed potius ab eis pro fide catholica perimi non refugiunt. Quomodo ergo pro rerum vilium detrimento fidelis fidelem gladiis impetat, quem secum utique redemptum Christi sanguine non ignorat? CXLIV, 314-316 ...

Hæc attente legenda sunt, ne quis vel occasionem errandi sumat, vel auctorem in doctrina aberrasse existimet. Videri enim potest ipsum sensisse non posse pontificem, aut alios ecclesiasticos principes per bellum, si necesse sit, res ecclesiasticas defendere, quia Ecclesia non habet gladium temporalem, sed spiritualem tantum, unde ita vult inter regnum et sacerdotium divisa esse officia, ut et rex utatur armis sæculi, et sacerdos accingatur gladio spirituali ...

Ante vero quam hæc Damiani verba, et alia quæ satis exaggerat et indistincte profert, ad pium et verum sensum ab ipsis verbis, non alienum trahamus, veram et catholicam doctrinam breviter præmittere necesse est. Primo ergo statuendum est hic esse sermonem de principe ecclesiastico, ut talis est, seu de pontifice, ut pontifex est; nam si consideretur ut dominus temporalis, per proprium et directum dominium et jurisdictionem temporalem, quam habet in suis terris, non est dubium quin habeat idem jus belli quod habent alii supremi reges et temporales domini, quantum ad rationem justitiæ spectat, quamvis in modo tractandi res bellicas servare debeat religionem et decentiam debitam dignitati pontificali, quæ in eo est præcipua, eumque obligat ut in usu gladii temporalis modum observet dignitati pontificiæ convenientem... At de hoc puncto non tractat Petrus Damianus.

Secundo statuendum est pontificem ex vi pontificiæ dignitatis habere non solum gladium spiritualem, sed etiam aliquo modo temporalem, ut per plures Patres intellexerunt ex verbis Evangelii: « Ecce duo gladii hic. » Ecclesia etiam sic de Petro loquitur: « Tu es pastor omnium, princeps apostolorum; tibi tradidit Deus omnia regna mundi. » Ratio vero est quia potestas spiritualis nisi haberet aliquo modo conjunctam potestatem temporalem, esset inefficax et infirma, et ideo cum opera Dei sint perfecta et recte instituta, cum Petro dedit supremam potestatem spiritualem, seu spiritualem gladium, dedit etiam temporalem seu materiale quantum ad finem alterius potestatis conveniens sit. Unde Nicolaus papa dicebat ad archiepiscopum Treverensem et defensores Ecclesiæ ut spirituali et materiali gladio utantur donec ecclesiastica bona recuperent.

Hæc, eheu! revocant Castelfidardo certamen... « Castelfidardo, terre sainte, terre rougie par le sang des martyrs; champ de bataille où le vaincu a été plus grand que le vainqueur, qui ne se fera jamais bien absoudre de sa victoire; sainte colline, d'où montera à jamais vers Dieu le gémissément éternel du droit frappé. »

Hinc tertio statuendum est aliter habere pontificem, ut est pontifex, spiritualem gladium et aliter temporalem; nam spiritualem habet per se et directe; temporalem autem solum indirecte, id est, ratione spiritualis et quantum ad illius finem conveniens est. Et ideo solus ipse habet a Deo immediate spiritualem gladium, et per ipsum ad ecclesiasticas personas derivatur, quæ illum participant; in laicis vero nullo modo invenitur. At temporalis gladius per se et directe in imperatore, et temporalibus regibus seu principibus invenitur non per dominationem a pontifice, sed per alios titulos et vias, per

quas illa potestas juste comparari vel hæreditario jure obtineri consuevit. Nam potestas illa suprema quam indirecte habet pontifex in temporalibus non aufert propria jura aliorum principum, neque eos suis directis dominiis et potestate privat. Atque hac ratione solent jura dicere, pontificem ratione pontificatus, non habere jurisdictionem in temporibus, etc...

Ultimo statuendum est, quamvis pontifex ex vi suæ potestatis gladium habeat materiale modo jam explicato, non tamen debere uti illo per seipsum, nec per ecclesiasticas personas extra propriam defensionem in casu extremæ necessitatis, sed per principes sæculares, quibus præcipere potest, ut illo in suam defensionem aut justam vindictam utantur, quando necesse fuerit, etc. ... Verum hæc, juxta nos, haud clara sunt; et licet ea intelligamus de facto, quæstio de jure adhuc in ambiguitate relinquatur... Judicet lector, CXLIV, 317-320.

RUPERTUS, abb. Tuitiens. — En envoyant les apôtres, Jésus-Christ leur défend d'avoir ni or ni argent... ni bâton (*Matth. x, 9.*) et (*Marc. vi, 8.*) il leur commande de rien porter qu'un bâton. Pour résoudre cette difficulté, Rupert distingue deux sortes de bâtons, l'un des rois des nations, l'autre des disciples de Jésus-Christ. Le bâton des rois des nations est un bâton de domination, le bâton des disciples de Jésus-Christ est un bâton de charité, un bâton de devoir pastoral qui veille attentivement sur le salut des âmes. Le bâton de domination n'a point été donné aux ministres de l'Évangile de la paix; c'est cette domination que Jésus-Christ leur interdit ici en leur disant: « Ne portez ni bâton. » Il la leur défend encore plus expressément par ces autres paroles: « Les rois des nations leur commandent en maîtres, et ceux qui ont autorité sur elles prennent le titre de bienfaiteurs. Pour vous ne faites pas de même. » (*Luc. xxi, 25.*) C'est là le bâton ou la domination que Jésus-Christ interdit à ses disciples. Saint Pierre, instruit de cette vérité, défend aux pasteurs de dominer sur l'héritage du Seigneur. De même saint Paul déclare aux Corinthiens qu'il est très-éloigné de dominer sur leur foi. *CLXX, 756.* Sic sese exprimebat Rupertus, *CLXVIII, 1489, 1490*: « Nolite possidere... neque virgam; » et alias: « Præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. » Et quidem si unam tantum virgam sciremus difficilius ista quæstio solveretur. Nunc autem duæ virgæ sunt, altera regum gentium, alia discipulorum Christi. Virga regum gentium virga est dominationis; virga discipulorum Christi, virga dilectionis, virga pastoralis officii, super curam animorum sollicitè vigilantis. Illa virga quæ dominationis est, non est concessa ministris Evangelii pacis, et illa interdicitur hic dicendo « neque virgam. » Amplius autem illic: « Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos benefici vocantur; vos autem non sic. » Porro virgam disciplinæ, virgam pastoralis sollicitudinis ac vigilantiae non solum nunquam interdixit, verum etiam ab initio jussit; ab initio, inquam, id est ex quo primum pastores animarum mittere coepit. Talium namque fuerunt Moyses et Aaron. Illis utique, cum mitteret eos, non præcepit Dominus ut quidquam tollerent in via, nisi virgam tantum: « Quid est, ait apud Moysen, quod tenes in manu tua? Respondit Virga Ait: Projice eam in terram. Projecit, et versa est in colubrum, » etc. « Virgam quoque hanc sume in manu tua in qua facturus es signa. » Quid aliud præcepit huic vel fratri ejus Aaron, ut tollerent in via, nisi virgam tantum illam? Sic nimirum evangelistis omnibus, cunctis Evangelii prædicatoribus, nihil aliud præcepit in via sua tollere, nisi vigorem pastoralis curæ, nisi legem vitæ ac disciplinæ, et pro hujus rei signo interdum virgam quoque materiale in manu gestare. Porro virgam dominationis apud istum evangelistam interdixit, *CLXVIII, 1489, 1490.*

URBANUS II, papa. — Soluta autem Tolosana synodo, Raynerius Urbani legatus in Hispaniam pergens per Catalauniam transivit, ubi Raymundus Barcinonis comes, aggregatis Provinciæ optimatibus, urbem Tarraconensem sedi apostolicæ solemniter donavit ea conditione, ut eam et universa quæ ad illam attinebant, ipse et ejus posterit tenerent per manum et vocem sancti Petri, ejusque vicarii Romanæ sedis apostolici, per quinquennium persolventes ei censum viginti quinque librarum purissimi argenti, quæ donatio facta est per manum domini Raynerii Romanæ Ecclesiæ cardinalis, qui nunc, inquit Raymundus, legatione fungitur in partibus nostris, an. 1097. Hujus donationis instrumentum a Labbeo, Aguirio aliisque concitorum collectoribus editum est, *CLII, 71.*

ZACHARIAS (S.) pap. — Hic invenit totam Italiam provinciam valde turbatam, simul et ducatum Romanum, etc.... At ille, mira legatione apud Luitprandum Longobardorum regem, salutaria illa prædicavit, cujus sancti

virī admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor quas ducatu Romano abstulerat civitates, reddere promisit; et postea reddidit; hæ civitates sunt, Hortia, Polimartium, Ameria et Bleda, CXXVIII, 1049.

Rex Longobardorum Zachariæ pontifici Romano reconcensit per donationis titulum in beatum Petrum apostolorum principem, Sabinense patrimonium quod per annos prope triginta fuerat ablatum, atque Narniense, etiam et Auximenum atque Anconitanum, necnon et Numanense, et vallem quæ vocatur Magna, sitam in territorio Sutino.

In primis Amerinam civitatem, deinde Hortianam, dumque in Polimartio castro convenissent et rex Zachariam recepisset, Grimoaldus missus regis Bleranam civitatem pontifici Zachariæ contradidit, CXXVIII, 1051.

Ipsis his temporibus Ratchis, Longobardorum rex, ad capiendam civitatem Perusinam, sicut cætera Pentapoleos oppida, vehementi profectus est cum indignatione, quam et circumdatam fortiter expugnabat. Hoc audiens sanctissimus papa, continuo spe divina fretus, assumptis aliquantibus ex suo clero cum optimatibus, quantocius ad eandem pervenit civitatem, impensisque eidem regi plurimis muneribus, atque oppido eum deprecans, opitulante Domino, ab obsessione ipsius civitatis, eum amovit. Cui et salutifera prædicans, beo auctore, voluit animum ejus in speciali studio inclinare. Et post aliquantos dies idem Ratchis rex, relinquens regalem dignitatem, decore cum uxore et filiis ad beati Petri principis apostolorum conjunxit limina, acceptaque a præfato sanctissimo papa oratione clericusque effectus, monachico indutus est habitu cum uxore et filiis, CXXVIII, 1058.

Hujus temporibus, Carolomannus filius Caroli Francorum regis, vitæ præsentis relinquens gloriam atque potestatem terrenam, ad beatum Petrum apostolorum principem devotus cum aliquantibus suis advenit fidelibus, seseque eidem Dei contulit apostolo, atque in speciali habitu se fore spondeus permansurum, clericatus jugum ab eodem sanctissimo suscepit pontifice. Et inter multa a ia dona obtulit beato Petro apostolo ante Confessionem arcum argenteum, etc. Et post aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinensium finibus situm est, profectus est monasterium, in quo et suam finire vitam jure professus est jurando. Roma ejusque ducatus, a Græcis ad Romanum pontificem propter hæreticalia Leonis edicta, populis detrectantibus obedientiam imperatori hæretico, facile pervenit. Porro ducatus Romanus, de quo crebro sit mentio, et cuius rectores ab imperatoribus deligebantur, constabat ex urbe Romana cum castellis, oppidis et viculis etiam in Tusciæ partibus. Erant autem Portus, Centumcellæ Cære, Bleda, Maturanam, Surium, Nepes, Castellum Gallesii, Orta, Polimartium, Ameria, Tuder, Perugia, Narnia, Otricoli, Signia Anagnina, Ferentinum, Alatrium, Patricum, Frusino, ac Tibur. Hunc ducatum sub Gregorio II. ad arbitrium Romanæ sedis fuisse, vel ex eo constat quod Romanus exercitus, ipso imperante pontifice, seditiosos, ac Tiberium tyrannum compresserit, coegeritque Luitprandum ea loca restituere quæ in hoc ducatu usurpaverat. Igitur a temporibus Gregorii II (anno 714), et successoribus clariora supremæ potestatis temporalis indicia occurrunt, CXXVIII, 1067 (anno 708, CXXVIII, 960, ducatus Romanus, et respublica Romana gubernabantur per duces ab imperatoribus missos.

Legitur in Vita Caroli imperatoris. Gens Merovingorum, de qua Franci reges sibi creare soliti erant, usque in Childericum regem, qui jussu Stephani Romani pontificis depositus ac deponus atque in monasterium trusus est durasse putatur; hoc est, quod Zacharia papa mortuo, ut explicabitur infra, antequam jussu ejus Pippinus coronaretur, Stephanus antecessoris sui Zachariæ mandat confirmasse credendus est. Hic enim non agitur de secunda Pippini coronatione, XCVIII, 27. De his detur explicatio sequens, CXXVIII.

Carolus Martellus qui a Gregorio II acceperat titulum patriciatu Romanorum, filios habuit Carolomannum et Pippinum. Horum prior præsentis vitæ relinquens gloriam clericatus jugum accepit a summo pontifice, postea ad monasterium profectus est et ibi vitam finivit. Adhuc mansit in palatio Francorum Pippinus. Fœdera cum Francis jamdudum inierant pontifices Gregorius II et III, eaque renovaverat Zacharias papa; insuper jam pridem erat cum majores domus Franciæ summam rerum sibi arrogaverant, nihilque factum erat reliqui, præter nomen regium, descendentes a magno Clodoveo. Et Pippinus, cognomento Brevis, majorum domi novissimus, demum aliquando opus magnum aggressus est ut nempe, dignitatem, titulum et jus regium sibi asciret. Id consi-

lium ut exsequeretur firmum atque ratum eventum redderet, intellexit, quod, præter assensum regni procerum, necesse erat auctoritate apostolicæ sedis illum astruere, ne subditæ gentes mutare suo arbitratu reges sese posse arbitrarentur.

Occasio valde opportuna se offerebat ad demerendum sanctæ sedis studium rebus Pippini, qui unus Longobardos opprimere ac religionem undequaque periclitantem sustinere potuisset. Nuperrimus auctor (P. Daniel, Hist. de Fr.) Pippinum esse usum sancti archiepiscopi Bonifacii Moguntini ope ad rem gerendam tentandumque animum Zachariæ quisnam futurus esset in re. Postulat ergo Pippinus sibi decerni quis eorum juste rex debeat dici et esse, is qui securus domi sedeat, an ille qui curam totius regni et omnium negotiorum molestias sufferat. Zacharias pontifex mandat melius esse illum vocari regem apud quem summa potestas consisteret; ceteraque auctoritate sua, jussit Pippinum regem constitui. Secundum Romanum pontificis sanctionem Pippinus rex Francorum appellatus est et ad hujus dignitatem honoris unctus sacra unctione manu sanctæ memoriæ Bonifacii et more Francorum elevatus in solium, in Suessione regni civitate. Hildericus vero qui falso regis nomine fugebatur, tonsa capite, in monasterium missus est, et ultimus Merovingorum Francis imperavit. Tunc quievit terra a præliis, cum Pippinus una cum consilio et consensu omnium Francorum missa relatione a sede apostolica, auctoritate percepta, electione totius Franciæ in sedem regni cum consecratione episcoporum et subjectione principum, una cum regina Bertradona, sublimatur in regno.

Horum actuum ratio apparebit ex sequentibus: Gregorio III papæ succedit Zacharias; eodem tempore Carolo Martello regi succedit Hilpericus, vel potius Pippinus, de facto, cum Hilpericus minor fuerit quam rex otiosus. Zacharias vix ad Petri sedem evectus, cum Longobardorum rege per legatos de urbium restitutione agit; qui promittit ut jam promiserat Gregorio III; at promissis non stat. Zacharias tamen impiger et intrepidus adiit castrametatum in Spoleti finibus, nec Romam revertitur, nisi redditis patrimoniis multo antea ereptis, simulque civitatibus quatuor ante biennium ablatiis quarum ipse per se inuit possessionem, deinde Romam est ingressus. Ex his apparet Romanum pontificem tunc indignis protectore forti et valido; Pippinus erat iste; qui jam, et postea, armorum gloria, propagabat undique sanctæ sedis patrimonia, CXXVIII, 1068, 1069.

Beriani Annales aiunt: « Stephanus papa confirmavit Pippinum unctione sancta, et cum eo inunxit duos filios ejus Carolum et Carolomannum; » quare si « confirmavit, » antea inauguratus fuerat. Fuldenses annales habent: « Zacharias papa ex auctoritate S. Petri apostoli mandat populo Francorum, ut Pippinus qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hildericus rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperavit, depositus et in monasterium missus est. Pippinus vero in civitate Suessionum a sancto Bonifacio archiepiscopo in regem unctus regni honore sublimatus est, CXXVIII, 1070, 1071.

De facto Chilperici depositio et Pippini elevatio, estne Stephanus auctor, an Zacharias? Stephano II autem tribui non potest, eo quod cum Stephanus II inauguratus est, jam Pippinus regnabat. Zachariæ ergo? Minime etiam, licet idem Zacharias ignoraret qui verus esset Francorum rex; imo licet pro rege habuisse Carolum Martellum patrem Pippini indicet in Epistola ad Bonifacium archiepisc. Moguntin... data cum scriptores porro fere omnes Stephanum tandem faciunt auctorem depositionis Childerici et absolutionis Pippini a perjuria in regem, quid statuendum?

Tandem ad quid concludendum, dicemus quod Pippinus rex per auctoritatem et imperium sanctæ recordationis domni Zachariæ papæ et per unctionem sancti chrismatis per manus beatissimorum sacerdotum Galliarum et electionem omnium Francorum, tribus annis antea in regni solio sublimatum fuisse. Postea per manus ejusdem Stephani pontificis die uno in beatorum prædictorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii ecclesia, in regem et patricium unctum et benedictum fuisse. Itaque Zachariæ et Stephano Childerici depositio et elevatio Pippini ad thronum referendæ sunt. Annuit nempe Zacharias papa legalis sibi a gente Francorum missis, Burchardo scilicet Wirceburgensi episcopo et Fulrado capellano, petentibus ut quem dignum judicaret regno, eumne qui nomen regis haberet, nihil agens præterea, ut Childericus, an vero qui regni negotia omnia obiret, ut Pippinus, ipse pronuntiaret; pronuntiavitque auctoritate beati Petri apostoli, regem Pippinum, eumque

jussit a Bonifacio archiepiscopo Moguntino inungi in regem; quod in urbe Suessionum factum est. Rursus idem Pippinus post tres annos a Stephano papa in monasterio San. Dionysiano simul cum uxore Bertada, filisque Carolo et Carolomanno unctus est chrismate et coronatus, per quod in concordiam redeunt scriptores, alii Zachariæ, Stephano alii Pippini ad thronum elevationem ascribentes. Si quæ temporum discrepantia in Annalibus penes scriptores diversarum gentium occurrit, cum omnes in momento rei gestæ plenissime concordent, vel negligenda est, vel componi etiam potest si ad suos annos antea referantur diversa facta quæ rem hanc antecessere, subsequutaque sunt, CXXVIII, 1081, 1082.

ARTICULUS II. — De exercitio pontificiæ potestatis in temporalibus.

Rationes ex jure naturali. — Ni le haut domaine ni aucune loi ne peut rendre un souverain maître de l'État d'un prince ou de la propriété des citoyens sans un cessionnement préalable. Il ne peut prendre pour soi ce qui ne lui appartient pas, ni donner à l'un ce qui appartient à l'autre. Si un roi seul, ou un roi avec un corps politique, ou des corps politiques sans roi peuvent dans un temps quelconque spolier les États, spolier les propriétés de cet État, ils pourront demain ce qu'ils ont pu hier. Là-dessus on ne pourrait s'assurer dans sa position sociale.... Si le droit de propriété n'est pas sacré, la liberté est violée; car c'est la propriété qui est le rempart de la liberté. La liberté dépend à son tour la propriété.... Si celui qui possède quelque chose ce matin, peut ce soir ne posséder rien, et retomber dans la dépendance, alors plus de mœurs nationales; car les mœurs ne se forment que par la permanence des choses: il n'y aura plus aussi en même temps de société durable. Un gouvernement sage et juste doit être arrêté par des idées de morale et d'équité. (CHATEAUBRIAND, à un Pair de France.)

Rationes ex religione sacramenti. (Professio pontificia). — In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Amen. Ego N. electus ut fiam per Dei gratiam hujus sanctæ Ecclesiæ Romanæ sedis apostolicæ humilis magister, profiteor tibi, beate Petre apostolorum princeps, cui claves regni cælorum, etc...., sanctæque tuæ Ecclesiæ quam hodie tuo præsidio regendam suscipio, quod, quando vixero, ipsam non deseram, etc., sed rectæ fidei rectitudinem, totis conatibus usque ad sanguinem... et indiminutas res Ecclesiæ custodire, conservare, neque alienare, seu in feudum, censum... dare, quomolibet, ex quacunque causa et ut indiminutæ custodiantur operam dare; nihil de traditione, quam a probatissimis prædecessoribus meis canonice traditam et servatam reperi diminuerem, vel mutare, aut aliquam novitatem admittere, sed ferventer ut eorum discipulus et sequipeda totis mentis meæ conatibus quæ tradita canonice reperio servare et venerari... Ego qui supra, Dei gratia electus hujus apostolicæ sedis Romanæ Ecclesiæ episcopus, hanc professionem meam faciens, jusjurandum corporaliter tibi, beate Petre apostolorum princeps, pura mente et conscientia obtuli..... (Ex libro decimo, CV, 40-44.)

Rationes de commodo. — Grégoire VII (Hildebrand), fut le premier pape qui employa le levier de l'autorité spirituelle pour remuer et ébranler le monde. Étant moine de Cluny, Hildebrand n'avait vu régner autour de lui que la violence aveugle et brutale des grands, ou la perverse fourberie, compagne de l'ignorance. Doué d'une de ces âmes souples et superbes qui rêvent les grandes choses et savent les préparer, il espéra réformer tout cela. Il avisa donc à la papauté, et il y parvint, le 20 avril, 1073. Devenu maître de la puissance spirituelle, ce pape voulut imposer sa volonté de fer aux maîtres de la terre, et lança des excommunications afin de disposer des empires, des royaumes, des duchés, des marquisats et des comtés, et son règne ne fut qu'une lutte avec les souverains; mais il eut l'avantage d'affranchir l'Église de la servitude où les puissances de la terre voulaient la soumettre. Il mourut le 24 mai 1085. On en a dit autant de Boniface VIII dont nous donnons aussi l'histoire.

Rationes de incommodo. — « De notre camp impérial de Vienne, le 17 mai 1809. Napoléon, empereur des Français, roi d'Italie, protecteur de la Confédération du Rhin;

Considérant que, lorsque Charlemagne empereur des Français et notre auguste prédécesseur fit donation de plusieurs comtés aux évêques de Rome, il ne les leur donna qu'à titre de fiefs et pour le bien de ses États, et par cette donation Rome ne cessa point de faire partie de son empire;

« Considérant que depuis ce mélange d'un pouvoir spirituel avec une autorité temporelle, a été, comme il l'est encore, une source de discussions, et a porté trop souvent les pontifes à employer l'influence de l'un pour soutenir les prétentions de l'autre; qu'ainsi les intérêts spirituels et les affaires du ciel qui sont immuables se sont trouvés mêlés aux affaires terrestres qui par leur nature changent selon les circonstances et la politique des temps;

« Que tout ce que nous avons proposé pour concilier la sûreté de nos armées, la tranquillité et le bien-être de nos peuples, la dignité et l'intégrité de notre empire avec les prétentions temporelles des Papes n'a pu se réaliser, avons décrété, etc... — ART. 1^{er}. Les États du Pape sont réunis à l'empire français, etc... NAPOLÉON. »

His prælibatis, quæstio in examen producat.

ADRIANUS IV, papa. — Fredericus, Dei gratia, Romanorum imperator, et semper Augustus, universis civibus Tiburtinis. Universitatem vestram nosse volumus, quod, ob reverentiam beati Petri principis apostolorum, dilectissimo atque in Christo reverendo patri nostro Adriano papæ civitatem dimisimus Tiburtinam, salvo tamen per omnia jure imperiali. Hujus rei gratia omnes et singulos cives Tiburtinos a fidelitate, quam nuper nobis juratis absolvimus, attentius vobis præcipiendo mandantes, quatenus eidem venerabili Adriano papæ fideliter assistatis, devote servatis, atque sicut Domino, devote obedire studeatis, scientes sicut jam dictum est, a juramento fidelitatis quod nuper fecistis, vos absolutos, salvo in omnibus jure imperiali, CLXXXVIII, 1356.

Willelmus, rex Siciliae, contra matrem ac dominam suam sacrosanciam Romanam Ecclesiam procaciter cornua erexit, et congregato exercitu terram beati Petri hostiliter fecit invadi. Beneventanam itaque civitatem aliquandiu exercitus ejus obsedit, et burgos ejus incendit. Deinde fines Campaniæ violenter ingrediens, villam Ceperam et Castrum Babucum atque alia immunita loca nihilominus concremavit. Pro his ergo et aliis offensis prædictus Adrianus papa, Petri gladium exerens, ipsum regem excommunicationis gladio percussit, CLXXXVIII, 1355.

BENEDICTUS, S. Andreæ monachus. — Priscis temporibus imperiale decus floruit Romæ, sub cujus dominatione diversa consistebant regna, et cui cunctæ gentes propria submittebant colla. Constituit ergo consules qui quotidiano usu regni gubernacula consilio disponebant. Erant namque distributa officia per senatores et magistratus. Imperiale vero decus laudibus honoribusque ab omnibus tantummodo extollebatur. Post adventum Christi et ejus ascensionis gloriam, Romanum imperium Byzantium se contulit, quæ a Constantino Magno Cæsare Constantinopolis vocata est. Quæ quia Romano gloriabatur imperio, dicta est nova Roma, sic tamen ut antiqua Roma gloriosa præponeretur cæteris. Ibi beatus Petrus, et Paulus, doctor gentium, martyrio coronati sunt, ut sicut Roma per antiqua moenia caput erat multarum gentium in divisione simulacrorum, ita caput et domina vocaretur omnium Christianorum in unitate veræ fidei et inconfusæ Unitatis, habens principatum totius Christianitatis in accepto privilegio Christi, ubi ait: « Tu es Petrus, etc., » CL, 97.

BONIFACIUS VIII, papa. — Vide PHILIPPUS PULCHER.

CONSTANTINUS AUGUSTUS MAGNUS, imperator.

— Constantinus, præter innumera dona quæ contulit S. Silvestro papæ ad ædificandas, ornandasque ecclesias quas condidit, rursum perplura domina ibi etiam concessit, CXXVIII, 1514-1518. Inter ista sunt, domus Datiani, Cæle in Amphrodisia Pristinus, Popilia, Hortus Maronis, possessiones Sibyllæ, Timialia, Euthimica, Potinopolis, etc., Patras, Anglesis, Terega, Falisca, Nymphas, Angulas, etc., CXXVII, 1520-1522; possessiones comitum, Thracia, Fronimusa, Cyprias, Basilea, Sponsas, etc., CXXVII, 1523, 1524. Romano pontifici contulit etiam Veranum fundum, aquam Turiam, territorium Sabinense, possessionem Sutoratarum, Micinam, Thermulas, Aranas, etc., CXXVII, 1525; insuper insulam Sardiniam, Mesenum, Attilia, Duas Casas; Massam Millianam, Fundum Sutorum, massam Gargilianam, Massam Nemus, Armatonum, etc., CXXVII, 1525, 1526.

Constantinus plurimos agros in Ecclesias Dei contulit; nunc annonas in alimoniam pauperum viduarum ac pupillorum largiens, VIII, 77.

FREDERICUS, Romanorum imperator. — Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, et semper Augustus, universis civibus Tiburtinis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Universitatem vestram nosse volumus, quod ob reverentiam beati Petri principis apostolorum, dilectissimo atque in Christo reverendo patri nostro Adriano papæ civitatem dimisimus Tiburtinam, salvo tamen per omnia

jure imperiali. Hujus rei gratia omnes et singulos cives Tiburtinosa fidelitate, quam nuper nobis jurastis, absolvimus, attentius vobis præcipiendo mandantes, quatenus eidem venerabili Adriano papæ fideliter assistatis, devote serviat, atque, sicut Domino, devote obedire studeatis, scientes, a juramento fidelitatis, quod nuper fecistis, ut jam dictum est, vos absolutos, salvo in omnibus jure imperiali, CLXXXVIII, 1356.

GARNERIUS, abbas. — (Morin, *Histoire de l'origine et des progrès de la souveraineté des Papes.*) Le Pape Etienne III, pressé plus vivement que jamais par le roi des Lombards, n'avait plus d'espérance qu'en la valeur et la piété des Français. Il écrivit donc au commencement de ces nouveaux troubles, au roi Pépin et à ses enfants pour les avertir de la perfidie d'Aistulphe, leur exposer les outrages qu'il faisait tous les jours aux Romains, et pour les supplier principalement de le contraindre par leur autorité à exécuter la donation qu'ils avaient faite au Saint-Siège, de laquelle il n'avait accompli aucun article. Pépin sur ces plaintes envoya un abbé de grande autorité appelé Garnier, pour être informé de la vérité, et pour inviter les Lombards à tenir leur promesse. Garnier va trouver Aistulphe pour donner satisfaction au Siège de Rome, et lui parle ainsi : Sire, le roi de France mon maître m'a envoyé vers Votre Majesté pour la prier de ne molester plus le Pape ni les Romains, et d'accomplir sa promesse en remettant l'exarchat de Ravenne entre les mains de Sa Sainteté sous les conditions convenues avec elle et Votre Majesté, etc., XCVI, 1370, 1371.

GREGORIUS II, papa. — Sancti hujus pontificis tempore multi supremi principes singularem erga sanctam sedem venerationem testati sunt. Nam Theodon II, Bajorum dux, quem sanctus Rudbertus Salisburgensis episcopus ad catholicam fidem converterat, Germanorum omnium principum primus pietatis ergo venit Romam ad visendum D. Petrum ejusque successorem summum pontificem. Theodoni vero est præterendus pietate rex Anglorum Ina qui non modo Romam venit visum apostolorum sepulcra, sed antequam ab Urbe proficisceretur, denarium ex singulis domibus regni sui beato Petro fertur concessisse, quod diu ab Anglis *Romescol*, Latine vero *denarius Petri* vocabatur. De Eudone Aquitanie duce apostolicæ sedis auxilium contra Sarracenos implorante, deque admirabili ejus victoria post pontificiam benedictionem, de Longobardorum rege Luitprando, Cottias in erum Alpes nuper invasas restituente apostolicæ sedi, ac demum de Longobardorum Beneventi usurpationibus, etc., abeundo Anastasius loquitur, quem Gallico idiomate illustrissimus arch. Sommier exprimit, ut principum erga sanctam sedem obsequia conjunctim narret, LXXXIX, 463, 464.

GREGORIUS VI, papa. — Cum historia hujus pontificis pertineat quodam modo ad historiam Gregorii VII, ut homines, res et tempora illius epochæ recte judicentur, opportune hic exponenda videtur.

Gregorius VI, exactis tribus sacri throni usurpatoribus, Benedicto VIII, Silvestro III et Joanne XX, cleri ac populi Romani suffragiis acclamatus est summus pontifex, an. 1045.

Hic vere germanus ac legitimus pontifex a sanctissimis, iisque doctissimis ejus temporis viris habitus est, nempe ab Hildebrando postea Gregorio VII, et a Petro Damiano, aliisque similibus viris Simoniacorum hostibus implacabilibus. Non enim Gregorius ambitione, sed zelo pietatis (mediante licet pecunia), persuasit pseudopontificibus ut a sancta sede recederent. Quare Romani cives ac præsertim clerus illum tanquam Ecclesiæ Dei liberatorem, præstiti beneficii memores in summum pontificem elegerunt; et Gregorius ipse VII, in concilio Romano, anno 1080 celebrato, agnoscit Gregorium hunc legitimum pontificem. De illo pontifice Glaber auctor hujus temporis ait : « Tunc cum consensu totius Romani populi, atque ex præcepto imperatoris ejectus est a sede Benedictus, et loco ejus subrogatus est vir religiosissimus ac sanctitate perspicuus Gregorius, natione Romanus, cujus videlicet bona fama quidquid prior foedaverat, in melius reformavit. »

Sed quænam Gregorius creatus papa egerit videmus. Guillelmus Malmesburiensis qui paulo post floruit ac scripsit ait : « Erat papa Gregorius VI, magnæ religionis et severitatis. Is ita Romani apostolatus statum per incuriam antecessorum suorum diminutum invenit, ut præter pauca oppida Urbi vicina et oblationes fidelium, pene nihil haberet quo se sustentaret. Civitates et possessiones in longinquo positæ, quæ ad jus Ecclesiæ pertinebant, a prædonibus ablatae; tramites publici et strata viarum per totam Italiam a latronibus stipabantur

ut nullus peregrinus, nisi cum majori manu impune transiret.... Super ipsa corpora sanctorum apostolorum et martyrum, supra sacra altaria gladii nudabantur, et oblationes accedentium vix dum appositæ, de manibus abripiabantur, et abreptæ in comensationes et scortorum abusiones consumebantur. Gregorius VI multis ex his malis finem imposuit de suo posse.

Tandem, cum tamen Henricus III imperator, elegerit antipapam Clementem III, ipse Gregorius VI, stabilito utcumque vero pontificatu, ut Romanæ Ecclesiæ pacem diu concupitam conciliaret, utque aliis tribus, qui sanctam sedem invaserant, memorabili exemplo præiret, Sutrium ad preces Henrici profectus, in pleno concilio ibidem celebrato, se ipsum sponte pontificatu quem annis duobus et mensibus octo laudabiliter rexerat abdicavit, an 1047, et Gregorius VII electus fuit ejus loco, CXLII, 569-572.

GREGORIUS VII (S.), papa. — Henricus Teutonicorum rex, et idem Romanorum imperator, a domino Gregorio papa septimo passus fuerat quæstionem et controversiam non modicam, super annulo defunctorum episcoporum et baculo. Inoleverat enim consuetudo, præsertim in imperio, quod defungentibus Ecclesiarum prælatis, annulus et virga pastoralis ad dominum imperatorem dirigebatur. Unde postmodum unumquemlibet de familiaribus et capellanis suis investiens, ad ecclesiam vacantem dirigebat, ut ibi pastoris fungeretur officio, non expectata cleri electione. Quod dominus papa contra omnem fieri honestatem considerans, et jura in eo facto conculari ecclesiastica perpendens, semel, secundo ac tertio eundem imperatorem commouit, ut a tam detestabili desisteret præsumptione. Quem præceptis salutaribus communitum, cum revocare non posset, vinculo anathematis innodavit. Quod factum nimis indigne ferens imperator, Romanam cepit Ecclesiam persequi, et domino papæ Guibertum Ravennatem archiepiscopum, virum litteratum et locupletem nimis, suscitavit adversarium. Qui de viribus imperatoris præsumens, et de multitudine divitiarum confisus, excluso violenter prædicto venerabili viro, sedem invasit apostolicam, ita delirus et ab intellectus sinceritate deficiens, ut id se esse crederet, quod falso dicebatur. Hujus schismatis occasione mundus ad deteriora declivis omnem Dei et hominum post tergum dederat reverentiam, noxia sequens et declinans salutaria. Capiebantur pontifices, et quilibet Ecclesiarum prælati, tanquam homicidiorum rei, mancipabantur carceribus, bonis eorum confiscatis, quicumque imperatori in hac sua perversitate non erant consentientes. Nec solum ad tempus eis irrogabantur injuriæ, verum exclusis in perpetuum intrudebantur successores. Fugiens igitur papa Gregorius imperatoris indignationem, in Apuliam secesserat ubi a D. Roberto, Apuliæ duce benigne susceptus est; cujus etiam beneficio prædicti imperatoris manus evaserat. Tandem Salernum veniens, ibi diem vitæ obiit extremum, ubi et sepultus est, CCI, 229.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo quinto, indict. xiv, celebravit ipse dominus Gregorius papa Romæ synodum in ecclesia Domini Salvatoris, quæ Constantiniana dicitur, cui interfuit episcoporum et abbatum, atque diversi ordinis clericorum et laicorum copia, in qua inter cætera decreta quæ ibi gesta sunt, excommunicavit Henricum IV Teutonicorum regem. En forma sive tenor hujus excommunicationis.

« Beate Petre, apostolorum princeps, inclina, quæsumus, piæ aures tuas nobis, et audi me servum tuum quem ab infantia nutristi, et usque ad hunc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt et odiunt. Tu mihi testis es, et domina mea Mater Dei, et B. Paulus frater tuus et omnes sancti, quod tua sancta Romana Ecclesia me invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapinam arbitratus sum ad sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire quam locum tuum pro gloria mundi sæculari ingenio arripere; et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus, credo quod tibi placuit et placet ut populus Christianus tibi specialiter commissus mihi obediat, specialiter pro vice tua mihi commissæ, et mihi tua gratia est potestas a Deo data ligandi atque solvendi in celo et in terra. Hac itaque fiducia fretus pro Ecclesiæ tuæ honore et defensione, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, per tuam potestatem et auctoritatem, Henrico regi filio Henrici imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonicorum et Italiæ gubernacula contradico, et omnes Christianos a vinculo juramenti, quod sibi fecere vel facient, absolvo et ut nullus ei sicut regi serviat interdico. Dignum est enim ut qui studet honorem Ecclesiæ tuæ imminuere, ipse honorem

amittat, quam videtur habere. Et quia sicut Christianus contempsit obedire, nec ad Dominum rediit quem dimisit, participando excommunicatis, et multas iniquitates faciendo meaque monita quæ pro sua salute sibi misi, te teste, spernendo, seque ab Ecclesia tua, tentans eam scindere, separando, vinculo eum anathematis vice tua alligo et sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes et comprobent, quia tu es Petrus et super tuam petram Filius Dei vivi ædificavit Ecclesiam et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. » (Matth. xvi), CXLVIII, 72 et 790.

Eis autem qui dicunt : Regem non oportet excommunicari, licet pro magna fatuitate, nec etiam eis respondere debeamus, tamen ne impatienter eorum insipientiam præterire videamur, ad sanctorum Patrum dicta vel facta illos mittimus, ut eos ad sanam doctrinam revocemus. Legant itaque quid beatus Petrus in ordinatione sancti Clementis populo Christiano præcepit de eo quem scirent non habere gratiam pontificis. Addiscant cur Apostolus dicat : « Habentes in promptu vitæ omni inobedientiam. » (I Cor. v.) Et de quibus dicit : « Cum hujusmodi nec cibum sumere. » (I Cor. v.) Considerent cur Zacharias papa regem Francorum deposuerit, et omnes Francigenas a vinculo juramenti quod sibi fecerant absolverit. In Registro B. Gregorii addiscant quia in privilegiis, quæ quibusdam Ecclesiis fecit, reges et duces contra sua dicta venientes, non solum excommunicavit, sed etiam ut dignitate careant judicavit. Nec prætermittant quod beatus Ambrosius non solum regem, sed etiam revera imperatorem Theodosium moribus et potestate non tantum excommunicavit, sed etiam ne præsumere in loco sacerdotum in ecclesia manere interdixit. Sed forte hoc volunt prædicti viri intelligere, quod quando Deus Ecclesiam suam ter beato Petro commisit, dicens : « Pasce oves meas », reges exceperit. Cur non attendunt, vel potius erubescendo confitentur, quia ubi Deus beato Petro principaliter dedit potestatem ligandi et solvendi in cælo et in terra, nullum excepit, nihil ab ejus potestate subtraxit? Nam qui se negat non posse Ecclesiæ vinculo alligari, restat ut neget non posse ab ejus potestate absolvi. Et qui hoc impudenter negat, se a Christo omnino sequestrat. Quod si sancta sedes apostolica divinitus sibi collata principali potestate spiritualia decernens judicet, cur non et sæcularia? Reges quidem et principes hujus sæculi qui honorem suum et lucra temporalia justitiæ Dei præponunt, ejusque honorem negligendo proprium quærent, cujus sint membra, cuive adhæreant, vestra non ignorat charitas; nam sicut illi qui omni suæ voluntati Deum præponunt, ejusque præcepto plusquam hominibus obediunt, membra sunt Christi, ita et illi, de quibus supra diximus, membra sunt Antichristi, CXLVIII, 454, 455.

Si ergo spirituales viri, cum oportet, judicantur, cur non sæculares amplius de suis pravis actibus constringunt? sed forte putant quod regia dignitas episcopalem præcelat. Ex eorum principiis colligere possunt quantum a se utraque differunt. Illam quidem superbia humana reperit, hanc divina pietas instituit; illa vanam gloriam incessanter captat, hæc ad cælestem vitam semper aspirat. Et addiscant quid beatus Anastasius, papa, Anastasio imperatori de his dignitatibus scripserit, et quid beatus Ambrosius in suo Pastoralis inter has dignitates decreverit. Honor, inquit, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgore compares et principum diademati longe erit inferior, tanquam si plumbi metalium ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla et principum subniti genibus sacerdotum, et exosculata eorum dextra, orationibus eorum credant se communiri (S. Ambr. XVII, 569, 576). Hæc non ignorans Constantinus Magnus imperator, non primam sessionis sed ultimum inter apostolos elegit locum. Scivit enim quia : superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam (Jac. iv). Interea notum sit fraternitati tuæ (Herimanno episc. Metensi), quia litteris acceptis quorundam fratrum nostrorum præsulum et ducum auctoritate apostolicæ sedis licentiam dedimus his episcopis excommunicatos a nobis absolvere, qui non timuerunt se a communione regis abstinere. De ipso autem rege, omnino contradiximus ut nullus eum præsumat absolvere, quousque illius certa poenitentia et sincera satisfactio nobis per idoneos testes, fuerit notificata, ut simul inveniamus qualiter, si eum divina pietas respexerit ad honorem Dei et illius salutem eum absolvamus. Non enim nos latet quod sint aliqui vestrum, qui aliqua occasione quasi a nobis accepta, timore vel humana gratia seducti, præsumerent eum, si non contradiceremus absolvere vuluerique pro medicina vulnus adhibere; quibus si aliqui revera episcopi contradicerent,

non eos justitiam defendere, sed inimicitias exercere judicarent. Episcoporum autem, qui excommunicato regi communicare præsumunt ordinatio et consecratio apud Deum, teste beato Gregorio, sit execratio. Cum enim obedire apostolicæ sedi superbe contemnunt, scelus idolatriæ, teste Samuele (I Reg. xv) incurrunt. Nam si ille Dei dicitur, qui ad feriendam vitia zelo divini amoris excitatur, profecto esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit increpare vitam carnalium recusat. Et si ille maledictus est qui prohibet gladium suum a sanguine, id est prædicationis verbum a carnalis vitæ interfectione, quanto amplius ille maledictus est qui timore vel favore impellit animam fratris sui in æternam perditionem? CXLVIII, 455, 456.

Decuerat regiam dignitatem tuam (Epist. ad Henricum reg.) cum te filium Ecclesiæ confiteris honorabilis magistrum Ecclesiæ, hoc est beatum Petrum apostolorum principem intueri, cui si de Dominicis ovibus est, Dominica voce et potestate ad pascendum traditus es, dicente sibi Christo : « Pasce oves meas; » et : « Tibi traditæ sunt claves regni cælorum » etc.; et : « Quodcunque ligaveris, » etc. In cujus sede et apostolica administratione dum nos qualescunque peccatores et indigni divina dispositione vicem suæ potestatis gerimus, profecto quidquid ad nos vel per scripta ut nudis verbis miseris ipse recipit, et dum nos aut elementa percurramus, aut loquentium voces auscultamus, ipse ex quo corde mandata prodierint sub illi inspectione discernit. Quapropter providendum esset tuæ celsitudini, ne ergo sedem apostolicam in verbis et legationibus tuis aliqua inveniretur discrepantia voluntatis, et in his, per quæ fides Christiana et status Ecclesiæ ad æternam salutem maxime proficit, non nobis, sed Deo omnipotenti debitam non denegares reverentiam, quanquam apostolis eorumque successoribus Dominus dicere dignatus sit : « Qui vos audit me audit, etc. » Non ergo dubium est quin apostolica et evangelica doctrina cujus sedes et fundamentum Christus est, cui omni veneratione a fidelibus per eos qui in ministerium prædicationis electi sunt, suscipienda et tenenda sit. Congregata namque hoc in anno apud sedem apostolicam synodo, cui nos superna dispensatio præsidere voluit, cui etiam nonnulli tuorum inter vere fidelium, videntes ordinem Christianæ religionis jam multis labefactatum temporibus, et principales ac proprias lucrandarum animarum causas diu prolapsas, et suadente diabolo conculcatas, concussi periculo et manifesta perditione Domini gregis, ad sanctorum Patrum decreta doctrinamque recurramus, nihil novi, nihil ad inventionem nostram statuentes, sed primam et unicam ecclesiasticæ disciplinæ regulam, et tritam sanctorum viam relicto errore repentendam et sectandam esse censuimus. Neque enim alium nostræ salutis et æternæ vitæ introitum Christi ovibus eorumque pastoribus patere cognoscimus, nisi quem ab ipso monstratum qui dixit : « Ego sum ostium, » etc., et ab apostolis prædicatum, et a sanctis Patribus observatum in evangelica et in omni divinarum Scripturarum pagina didicimus, CXLVIII, 440, 441.

Ad istorum omnium intelligentiam consequendam legatur in integrum *Saxonicum Bellum*, auctore Brunone clerico Magdeburgensi, CXLVII, 491-586.

(In festo S. Gregorii VII, in Nocturnis) : Antea Heribrandus,.... mortuo Alexandro secundo, invitatus et moerens unanimi omnium consensu, decimo Kalendas Maii, anno Christi millesimo septuagesimo tertio, summus pontifex electus, sicut sol effulsit, in domo Dei; nam potens opere et sermone, ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ, fidei propagandæ, libertati Ecclesiæ restituendæ, extirpandis erroribus et corruptelis, tanto studio incubuit, ut ex apostolorum ætate nullus pontificum fuisse tradatur, qui majores pro Ecclesia Dei labores molestiasque pertulerit, aut qui pro ejus libertate acrius pugnaverit. Aliquot provincias a Simoniaca labe expurgavit. Contra Henrici imperatoris impios conatus fortis per omnia athleta impavidus permansit seque pro muro domus Israel ponere non timuit, ac eundem Henricum in profundum malorum prolapsam fidelium communione regnoque privavit, atque subditos populos fide ei data liberavit. Postrema morientis Gregorii verba fuere : « Dilexi justitiam, et odivi iniquitatem; propterea morior in exilio. Innumera sunt quæ vel fortiter sustinuit, vel multis coactis in Urbe synodis sapienter constituit, vir vere sanctus, criminum vindex et acerrimus Ecclesiæ deensor. » CXLVIII, 246, 247, 248.

Dès que parut cette Légende, dit le républicain Gregoire, elle excita l'horreur de tous les hommes attachés aux libertés gallicanes, CXLVIII, 249. Aussitôt le parlement de Paris, juge souverain en matières liturgiques, se réunit; et son avocat général, déguisant mal

la haine dont lui et son corps étaient animés contre Rome, veut faire croire que par le seul fait de la publication de l'office de S. Grégoire VII, la nation française est à la veille de secouer le joug de ses anciens rois. Il est vrai que ceci est arrivé avant même la fin du siècle dans lequel parlait l'honorable magistrat; mais il est fort douteux que la légende y ait été pour quelque chose. « On savait assez, dit l'avocat général, que Grégoire VII si célèbre par ses différends avec l'empereur Henri, est celui qu'on a vu porter le plus loin ses prétentions ambitieuses, inouïes dans les premiers siècles de l'Eglise, qui causèrent de si longs troubles, et allumèrent des guerres si cruelles de son temps.

« Mais qu'il soit permis de le dire, ajoute-t-il, on n'avait pas lieu de s'attendre de voir entrer dans son éloge, et célébrer dans un office ecclésiastique l'excès où le conduisirent enfin des principes si dangereux. Est-ce donc le chef-d'œuvre de son zèle d'avoir entrepris de priver un roi de sa couronne et de délier ses sujets du serment de fidélité? Et pouvons-nous voir sans douleur qu'on appuie sur un fait si digne d'être enseveli dans l'oubli, les titres qu'on lui donne de défenseur de l'Eglise, de restaurateur de sa liberté, et de rempart de la maison d'Israël?

« Pourquoi faut-il que les vestiges d'une entreprise, dont le temps semblait affaiblir la mémoire, reparassent aujourd'hui jusque sous nos yeux, qu'ils viennent encore exciter notre devoir et notre zèle? Souffririons-nous qu'à la faveur de ce prétendu supplément du Bréviaire Romain, on mit dans les mains des fidèles, dans la bouche des ministres de la religion, jusqu'au milieu de nos saints temples et de la solennité du culte divin ce qui tient à ébranler les principes inviolables et sacrés de l'attachement des sujets à leur souverain? »

Les évêques d'Auxerre, de Montpellier, de Metz, de Verdun, de Troyes, de Castres et autres encore signalèrent leur zèle contre ladite légende. Le parlement de Bretagne s'empressa de suivre les traces de celui de Paris. Là encore le procureur général prononça les phrases suivantes : « Permettez-moi de vous rappeler, Messieurs, que Grégoire VII est le premier de tous les Papes qui ait osé faire éclater ses prétentions sur le temporel des rois, en s'attribuant ouvertement le droit imaginaire de pouvoir les déposer et délier leurs sujets du serment de fidélité. Imagination fatale qui ne s'est que trop perpétuée au delà des monts.... Le parlement de Bordeaux requiert de prendre certaines précautions qui pourvoient à l'avenir à ce qu'il ne se glisse rien dans les livres destinés au service divin et autres livres de piété qui puisse blesser les droits du roi et troubler la tranquillité de l'Etat.... L'évêque de Verdun disait dans son mandement : « Non, que des que puisse être les fautes de l'empereur Henri IV, le Pape n'était pas en droit de lui enlever sa couronne, ni de délier les nœuds sacrés qui attachaient ses sujets à son service. Ce fait dans lequel ce Pape a si injustement excédé son pouvoir, ce fait qu'il est à présumer qu'il expia par la pénitence, ne peut être un des motifs de sa canonisation; et si l'on ne le regarde que comme un fait historique, ce n'est pas dans une légende de saint, ni au milieu d'un office divin qu'il doit être cité.

Toutes ces invectives contre la légende partaient du camp des Jansénistes et tendaient à faire prescrire aux évêques que la Déclaration du clergé de France, de 1682, devait être inviolablement maintenue et exactement observée. Ce n'était que le gallicanisme qui continuait son système d'audace.

Pendant que ces choses se passaient en France, Rome outragée dans ce qu'elle a de plus cher, l'honneur des saints qu'elle invoque, et sa propre dignité qui, n'étant pas de ce monde, ne doit pas être sacrifiée aux considérations humaines et personnelles, Rome se mit en devoir de se défendre par les armes que le Roi des rois a mises entre ses mains. Benoit XIII donnait en 1729 trois brefs énergiques, condamnant les mandements des évêques d'Auxerre, de Metz, de Troyes, de Castres et de Montpellier, et infligeait aux parlements de Paris et de Bordeaux le châtement qu'ils avaient mérité par leurs arrêts attentatoires à l'autorité du Saint-Siège et à l'honneur d'un glorieux serviteur de Dieu.

Cependant les maximes qui avaient prévalu depuis longtemps à la cour de Versailles ne permettaient pas qu'on tolérât dans les églises du royaume l'usage de la légende de S. Grégoire VII; mais d'autre part un éclat contre Rome dut aigreur le parti janséniste, qui ne demandait qu'à se ruer contre cette autorité sacrée que la couronne de France trouvait encore bonne à conserver...

ce n'était donc ni des mandements déclamatoires, ni des arrêts fanatiques qu'il lui fallait, mais tout simplement une résolution prise à l'amiable par le clergé de supprimer sans bruit la légende. Ainsi la cour l'entendit; ainsi fut-elle docilement comprise dans toute l'Eglise de France, en sorte que jusqu'à la destruction de l'ancienne société en 1789, pas une Eglise séculière ou régulier n'avait pu inaugurer le culte du grand pontife Grégoire VII.

Une adresse déplorable à Louis XV roi de France, signée de quatorze archevêques et de dix-neuf députés du second ordre, discutant la légende de S. Grégoire VII, l'appelle simplement Grégoire VII dans une occasion où il s'agit précisément du culte décerné à ce saint pontife, protestant ainsi contre le Martyrologe et contre l'autorité qui promulgue le calendrier catholique. Point de mandements individuels et passionnés; mais la résolution prise en corps, froidement et d'autorité, par l'assemblée, d'étouffer ce culte, d'arrêter l'effet des volontés apostoliques. Rome dissimula l'outrage, mais elle maintint courageusement la légende. Tout ceci se passait sous le règne de Louis XV, et dans une adresse du clergé Français à ce monarque, l'épiscopat par la bouche de l'évêque de Nîmes s'exprimait par ces fortes paroles : « Votre majesté, dont le règne est fondé sur la catholicité. » On ne pouvait désavouer avec plus de délicatesse tout ce qui s'était fait contre l'héroïque pontife qu'en rappelant en présence du roi même qu'il y avait encore quelque chose au-dessus de sa couronne : l'intérêt de la catholicité — seule allusion dans l'adresse à l'affaire de la légende de S. Grégoire VII. C'était en 1730, et avant la fin du même siècle, cette royauté qui avait voulu être inamissible était déclarée abolie à jamais. — Le successeur de Louis XV, atteint du vertige dont Dieu semblait avoir frappé ceux de sa race, après s'être vu entraîné à sanctionner des actes qui anéantissaient l'Eglise, montait sur un échafaud, sans que sa loyauté, sa vertu, ni son repentir fussent capables de sauver les principes monarchiques éclipsés pour de longues années encore, tandis que, ramené en triomphe, S. Grégoire VII reparait avec une majesté inouïe et partagera désormais avec Charlemagne le titre sublime de fondateur de la société européenne, CXLVIII, 247-269.

Si nous recherchons maintenant ce qui se passa dans plusieurs autres contrées de l'Europe, au sujet de la légende, nous rencontrons des faits analogues à ceux qui se sont passés en France à ce sujet; c'est à Naples, c'est dans les Etats de Hollande et de West-Frise, dans les Pays-Bas, en Belgique, en Autriche, en Portugal, les mêmes doutes, les mêmes tergiversations pour ou contre le contenu de cette légende relativement aux paroles de la 5^e leçon : *Contra Henrici imperatoris impios conatus, fortis per omnia athleta impavibus permansit, seque pro muro domui Israel, etc...*

On cite sous la date de 1787 une ordonnance de la régence de la Basse-Autriche, supprimant au bréviaire des chanoines réguliers divers passages de l'office de plusieurs saints papes, entre autres celui-ci dans la cinquième leçon de S. Zacharie, au 15 mars : *Consultus a Francis, regnum illud a Chilperico viro stupido et ignavo, ad Pippinum pietate et fortitudine præstantem auctoritate apostolica transtulit.* Cet office de S. Zacharie n'est pas au Bréviaire Romain proprement dit, mais fait simplement partie des offices propres du clergé de la ville de Rome.

Le 19^e siècle a bien fourni aussi quelques insultes à la mémoire du S. pontife. Sans parler des blasphèmes qui plus d'une fois, au parlement anglais, sont partis du banc des pairs ecclésiastiques contre la personne du fougueux Hildebrand, il en est dont les pays catholiques ont été le théâtre... Parlons de l'Italie.

Jusqu'en 1810, l'office de S. Grégoire VII n'avait cessé d'être célébré dans les Eglises des divers diocèses dont se composait le royaume d'Italie. — L'excommunication encourue par Napoléon, en 1809, le rendit inquiet à l'excès, et l'on sait en général combien de mesures persécutrices pesèrent sur le clergé de cette époque. Mais ce que l'on sait moins, c'est que le grand empereur, en même temps qu'il élevait sa main contre Pie VII, osa délier aussi la majesté d'un pontife, autrefois, comme assiégé et captif, mais depuis et à jamais couronné Pie VII, par celui qui le premier a bu l'eau du torrent avant d'élever la tête. » Une lettre du ministre des cultes, Bigot de Préameneu, écrite en février 1810, enjoignait aux évêques d'Italie d'imiter le silence de l'Eglise gallicane sur le nom et les actes d'Hildebrand. Plusieurs évêques d'Italie préférèrent obéir à César plutôt qu'à l'Eglise, l'archevêque de Turin entre autres, M^r Hyacinthe de

la Tour qui envoya au ministre « le mandement qu'il s'est fait un devoir de donner pour interdire l'office de S. Grégoire VII, et dont il déclare que copie est affichée dans toutes les sacristies des églises de son diocèse. La lettre est du 1^{er} mars 1810, CXLVIII, 270-275.

A peine échappé aux violences de l'aigle redoutable, qui étreignait l'Europe, mais toujours debout, à la même place, l'héroïque Hildebrand tomba en proie à ces anarchistes dont les désirs sont aussi des désirs de tyrannie. En France on vit le régicide Grégoire, dans son Essai historique sur les libertés de l'Eglise gallicane, publié en 1818, accumuler contre le saint pape et sa légende tous les blasphèmes des protestants et des jansénistes. En Espagne, au mois de mars 1822, on faisait aux Cortès la proposition de supprimer une partie de l'office de Grégoire VII, « comme attentatoire aux droits de la nation. »

Encore un outrage; ce sera le dernier que nous nommerons. Au commencement de l'année 1828, une nouvelle édition du bréviaire Romain paraissait à Paris, chez le libraire Poussielgue-Rusand. L'éditeur avait cru pouvoir y insérer l'office de S. Grégoire VII, encore ne l'avait-il placé qu'à la fin du volume, ne se sentant pas pleinement rassuré par la promesse de cette liberté religieuse garantie à tous par la Charte de 1815. Peu de jours après la publication du Bréviaire, certaines feuilles, se disant libérales, et fraternisant en toutes choses avec les Cortès espagnols de 1822, se prirent à crier à l'ultramontanisme, qui débordait chez nous, jusque-là disaient-ils, qu'on osait en 1828, imprimer et mettre en vente la légende de Grégoire VII. Leurs clameurs furent entendues, et on vit à Paris, en 1828, la légende de S. Grégoire VII, soumise par ordre de l'archevêché aux mutilations que lui inflige l'Autriche dans ses états (c'est-à-dire l'enlèvement de ces mots : « Contra Henrici imperatoris impios conatus » etc.), sans oublier la suppression charitable de l'épithète (iniqui) appliquée à Henri IV, qui se lit dans la sixième leçon, où il est dit : « Cum ab iniqui Henrici exercitu » etc., si justement assignée à Henri IV par l'Eglise. Mais depuis cette époque plusieurs éditions du Bréviaire romain ont été données, tant à Lyon qu'à Paris, et l'office de S. Grégoire VII s'y lit à sa place et dans son entier, et l'édition parisienne de 1828 va s'épuisant de jour en jour, gardant jusqu'ici la trace de cette dernière faiblesse que nous n'aurions pu taire sans partialité.

Mais franchissons quelques années. Le 4 mars 1858 fut donnée au Puy par M^{sr} Louis Jacques Maurice de Bonald, cardinal de la sainte Eglise romaine, archevêque de Lyon, primat des Gaules, cette magnifique et courageuse lettre pastorale sur le chef visible de l'Eglise, qui restera dans les annales de l'Eglise de France comme un des événements les plus graves qu'ait vus notre siècle, qui en a vu un si grand nombre. C'est en ce jour mémorable qu'on entendit professer, avec non moins d'éloquence que de doctrine, du haut de la chaire épiscopale, la foi dans l'infailibilité du Pontife romain parlant aux Eglises, et proclamer la haute mission imposée par la Providence à S. Grégoire VII, et si dignement accomplie par sa grande âme :

« L'irruption des barbares, disait le Prélat, n'était que l'image d'une invasion plus dangereuse pour l'Eglise et pour le monde civilisé; ce n'était que la figure de cette triple coalition de l'ignorance, du vice et de la cupidité, ligués pour éteindre toute lumière, flétrir toute vertu et étouffer toute justice. Le moyen âge vit cet abîme dilater ses entrailles pour englober la société tout entière. Et la société où ira-t-elle se réfugier dans sa détresse ? Encore aux pieds de la Chaire de S. Pierre. Là, elle trouvera son appui et son salut, dans un pauvre moine élevé au souverain pontificat, mais qui cachait sous le vêtement grossier du cloître, une âme dont l'élévation n'a pas été comprise, et qui le serait difficilement dans nos jours de spéculation et d'indifférence. Hildebrand mesure la profondeur de la plaie du corps social. A tout autre, les obstacles pour la guérir paraîtraient insurmontables; pour Grégoire VII, c'est dans ces obstacles mêmes qu'il puise un nouveau courage, et va ranimer l'énergie de son caractère. Armé d'une force inébranlable et d'une rectitude inflexible de volonté; cédant aussi aux maximes de ses contemporains, et à l'esprit de son temps, il entreprend une lutte terrible contre son siècle et toutes les puissances de son siècle. La science a déserté le sanctuaire; il l'y ramènera. La vertu semble être bannie de tous les cœurs; il la rétablira dans ses droits. La justice est foulée aux pieds; il la fera triompher. Il se croit envoyé pour opposer un front d'airain au vice, qu'il le trouve à l'autel ou sur le trône. Toujours

inaccessible à la crainte, toujours au-dessus des considérations humaines, Grégoire ne donnera point de repos à son zèle, jusqu'à ce qu'il ait réformé le palais des grands, le sanctuaire de la justice, le cloître des cénobites et la maison de Dieu; jusqu'à ce qu'il ait rallumé le flambeau du savoir, les flammes célestes de la piété, fait passer dans les cœurs des souverains et des prêtres, cet amour de la justice, cette haine de l'iniquité, qui de son âme, où ces vertus surabondent se répandent avec une sainte profusion, dans ses écrits, dans ses actions, dans ses paroles, dans tout son pontificat. Peu lui importent les calomnies, la persécution et la mort, pourvu qu'il abaisse toute hauteur, et fasse fléchir le genou devant les lois éternelles de la justice et de la vérité. Dans ses démêlés avec les princes de la terre, on n'a voulu voir que des empiètements injustes; on a appelé comme d'abus des saintes entreprises de ce grand pape. Que pouvait-il faire quand les peuples broyés sous la pressoir du despotisme insensé de leurs maîtres venaient réclamer à genoux, comme un dernier secours et un extrême remède à leurs maux, l'exercice sévère de sa juridiction et les foudres de ses sentences spirituelles ? Ce qui nous étonne, et presque nous scandalise, n'était aux yeux du moyen âge que l'exercice d'un juste droit, et l'accomplissement nécessaire d'une mission divine. Or, combattre pour établir partout le règne de la justice, de la science et de la vertu, qu'est-ce autre chose que de combattre pour civiliser le monde ? Ce furent là les combats de Grégoire VII, et le sujet pour lui d'une gloire immortelle. »

En lisant ces lignes si calmes, si épiscopales dans lesquelles est béni avec tant d'amour le nom de ce Grégoire que nous avons vu poursuivi avec tant d'acharnement dans les papes qui précèdent, ne semble-t-il pas au lecteur catholique qu'il se repose avec suavité dans une paix qui ne sera plus troublée. Après ce mandement, on peut le dire, la bataille est gagnée; il n'y a plus d'Alpes : Rome et la France sont unanimes à célébrer la gloire et les vertus de Grégoire, père de la Chrétienté. Tout est oublié, renouvelé, le Christ est glorifié dans son serviteur... , CXLVIII, 276-278.

HENRICUS I, imperator. — De regalibus B. Petro concessis : « In nomine Domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Henricus I Dei gratia imperator Augustus spondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni cælorum, et per le vicario tuo domno Benedicto summo pontifici et universali papæ, sicut a vestris prædecessoribus usque nunc in vestra potestate ac ditione tenuistis et disposuistis civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis suis atque viculis omnibus, etc., Portum, Centumcellas, Cerem, Pledam, Marturianum, Sutriam, Nepem, Castellum, Gallisem, Orcem, Polimarcium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis suis, Pulvensim, Narniam et Utriculum cum omnibus finibus et territoriis ad supradictas civitates pertinentibus.

Necnon et exarchatum Ravennatem sub integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis quæ piæ recordationis domni Pippini, et domni Carolus, et domni Ludovicus et Otto filius ejus, prædecessores videlicet nostri, beato Petro apostolo et prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiham, Bobinum, Cesenam, Forum populi, Forum livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiacum, Adrianis atque Gabelum; simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auxinum, Humanam, Hesim, Forum simpronii, Montemfeltri, Ulbinum, et territorium Balneense, Callis, Luciolis et Eugubium cum omnibus finibus et territoriis ad eadem civitates pertinentibus.

Item in partibus Tusciæ, Castellum felicitatis, Ubivertum, Balneum regis, Ferenti, Viterbium, Ortem, Martiam, Pledam, Tuscanam, Suanam, Populoniam, Rosellas cum Urbanis, etc. Item cum insula Corsica in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regia, et exinde in Mantuana atque in monte Silicis atque provincia Venetiarum et Isiria, cunctum Spoletanum ducatum, seu Beneventum. Item in partibus Campaniæ Sora, Arces, Aquinum, Ariminum, Teanum, Capuam, patrimonium Siciliæ, civitatem Gajetanam, etc., etc. Super hoc confirmamus Fuldense monasterium et omnem illam terram quam inter Narniam, Teramnem vel Spoletum ex regni nostri parte habuimus. Sub tuitione præterea sancti Petri et vestra vestrorumque successorum episcopium Babenbergense offerimus. Offerimus insuper... etc.

Has omnes supradictas provincias, urbes et civitates,

oppida atque castella, viculos ac territoria simulque patrimonia pro statu regni nostri cunctoque populo christiano conservando jam dictæ Ecclesiæ tuæ, beate Petre, vicarioque tuo Benedicto ac successoribus ejus usque in finem sæculi eo modo confirmamus ut in suo detineant jure principatu atque ditone, etc., etc....., *XCVIII*, 625, 626-637.

HENRICUS II (S.) imperator. — In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Henricus Dei gratia imperator augustus, spondeo ac promitto, per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni cælorum, et per te vicario tuo domno Benedicto VIII summo pontifici et universali papæ, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra ac ditone tenuistis ac disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo, et suburbanis, atque viculis omnibus et territoriis ejus, etc., etc., id est Portum, Centumcellas, etc., etc., cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, quæ piæ recordationis dominus Pippinus et domnus Carolus, et domnus Ludovicus, et Otto, et itidem Otto filius ejus, nostri videlicet prædecessores, beato Petro et prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam, etc., etc. Offerimus insuper, firmamus et corroboramus tibi beato Petro, ac vicario tuo domno Benedicto et successoribus ejus, prout bonæ memoriæ papæ Joanni suisque successoribus, ab Ottonibus prædecessoribus nostris factum est civitates, Reatem, Amiternam, etc. Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes quas piæ recordationis Pippinus rex, et postea domnus Carolus, et Ottones piissimi beato Petro Christi apostolos pontanea voluntate contulerunt, sicut in iisdem donationibus continetur, et inter sanctæ memoriæ Adrianum papam et domnum Carolum imperatorem venit, quando idem pontifex eidem de ducatus Tusculano et Spoletano, suæ auctoritatis præceptum confirmavit, scilicet modo ut annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ S. Petri persolvatur, etc., etc., *CXL*, 233-238.

HENRICUS IV, rex, an. 1068. Henricus rex adolescentiæ usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano imperio cepit incolere, principes despiceret, nobiles opprimere, inferiores sustollere, vexatui, lusibus cæterisque hujusmodi exercitiis plusquam justitiis faciendis, ut incusatus est, operam dare, filias illustrium quibuslibet obscure natis conjugare, privata præsidia, nimirum potentibus regni non satis fidens, instituere. His discordiæ seminariis contigit regi quam plurimos insidiatores tam vitæ quam regni succrescere, *CLIV*, 944.

Henricus rex manu valida Saxones petiit eisque congregatur, et victoria potitur... Rodolphus dux qui postea regnum invasit fortiter cum suis pro rege dimicasse notatus est. Habitum est concilium apud Wormaciam, ubi præsentem rege Henrico, universi pene Teutonici episcopi præter Saxonicos Hildebrandum papam abdicarunt, mittentes ad illum epistolam, post multas culpationes in illum injectas ita conclusam: « Quia ergo et introitus tuus tantis perjuriis est initiatus et Ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem novitatum tuarum periclitatur, et vitam conversationemque tuam tam multiplice infamia dehonestasti, obedientiam quam tibi nullam promissimus, nec de cætero illam servaturos esse renuntiavimus; et quia nemo nostrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum amodo eris apostolicus. » Eodem itaque anno colloquium maximum factum est apud Oppenheim, ubi pene totius regni principes subjectioni regis renuntiabant, causam prætententes, quod a duobus jam apostolicis vocatus ad satisfactionem non venisset, et pro hoc contemptu sententiam excommunicationis in Romana synodo a papa accepisset, cum ipse tamen inauditus et absens fuisset. Hac commotione coactus rex Romam humiliter, utpote veniam ab apostolico postulaturus, inimicis non sperantibus tetendit, inventoque papa in oppido Canusino ibi per triduum ante portam castris, deposito omni regio cultu, discalceatus et laneis indutus perstitit; nec prius cum multo fletu apostolicæ miserationis auxilium et consolationem implorare destitit, quam omnium qui ibi aderant precibus et lacrymis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo in communionis gratiam et sinum matris Ecclesiæ receptus est, acceptis ab eo correctionis in futurum vitæ suæ securitatibus multis. Sed ista pax facta inter regnum et sacerdotium, qualiter in brevi discerpta sit, totus jam mundus, inde nimis commotus, agnovit, etc.

Sed quia quidam dicunt, istius papæ auctoritate et consilio Rodolphum in regno sublimatum, quidam vero negant Henricum regem ab eo fuisse excommunicatum; ejusdem papæ dicta quædam super his potissime non incongruum videtur annotare. Ait enim in quadam epi-

stola ad universos Teutonici regni principes missa: « Audivimus quosdam inter vos de excommunicatione, quam in regem fecimus dubitare ac querere, utrum juste excommunicatus sit, an injuste? Admonuimus eum ut penitentiam ageret de factis suis; verum ipse indigne ferens se a quodam reprehendi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliore furore correptus, non prius cessavit, donec omnes fere Italiæ episcopos, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum eos beato Petro et apostolicæ sedi debitam obedientiam et honorem a Domino nostro Jesu Christo concessum alienare fecit. Pro his igitur causis, primum videlicet quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu simoniacæ hæresis excommunicati sunt, se abstinere noluit, deinde quod pro criminosis actibus penitentiam non dico suscipere, sed nec promittere voluit, synodali judicio excommunicavimus. » Item in alia epistola, post datam reconciliationem: « Solam, inquit, et communionem reddidi, non tamen in regno a quo eum in Romana synodo deposueram, restauravi. » Et aliquibus interpositis: « Episcopi, inquit, et principes ultramontani, audientes illum non servare quod mihi promiserat, quasi desperati de eo, sine consilio meo elegerunt sibi Rodolphum in regem. » *CLIV*, 947, 948.

Cum apud Brixiam Noricem triginta episcoporum conventus necnon et optimatum exercitus, non solum Italiæ sed et Germaniæ, jussu regis Henrici congregaretur, factus est omnium consensus adversus Hildebrandum papam cognominatum Gregorium VII, quem pseudomonachum, totiusque vesaniæ pestiferum principem et præcipue sanctæ Romanæ Ecclesiæ sedis invasorem affirmantes ab apostolica sede depellendum, quamvis absentem dijudicabant, et Vigbertum Ravennensem archiepiscopum sibi subrogandum eligebant. Hujus Decreti conclusio hæc est: « Quia, inquit, illum constat non a Deo electum, sed a seipso in fraude ac pecunia imprudentissime objectum, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui Christiani imperii perturbavit regnum, qui regi catholico ac pacifico corporis et animæ intentat mortem, qui perjurum defendit regem, qui inter concordem seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter conjuges divortia, et quidquid quietis inter pie viventes stare videbatur concussit; nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti, decem et novem episcoporum die sancto præsentis Pentecostes Moguntiæ congregatorum contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem, perjuriam et homicidia defendentem, catholicam et apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini, in quæstionem ponentem, hæretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem... judicamus canonicè deponendum et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum, *CLIV*, 951.

HENRICUS IV. — Vide GREGORIUM VII.

HENRICUS V, imperator. — Ego Henricus Dei gratia Romanorum imperator Augustus, pro amore Dei et sanctæ Romanæ Ecclesiæ et domni papæ Calixti et pro remedio animæ meæ, dimitto Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo sanctæque catholicæ Ecclesiæ omnem investituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri quæ a principio hujus discordiæ usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei sive etiam meo, ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo; quæ autem non habeo, ut restituantur fideliter juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, consilium principum et justitia, quæ habeo reddam; quæ non habeo, ut reddantur fideliter juvabo. Et do veram pacem Calixto sanctæque Romanæ Ecclesiæ et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit fideliter juvabo. Datum anno 1122.

INNOCENTIUS III, papa. — In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Cum placuit Domino nostro Jesu Christo me dominum et imperatorem totius Bulgariæ et Blaciæ facere, inquisivi antiquorum nostrorum scripturas et libros, et beatæ memoriæ imperatorum nostrorum prædecessorum leges, unde ipsi sumpserunt regnum Bulgarorum et firmamentum imperiale, coronam super caput eorum et patriarchalem benedictionem, et diligenter perscrutantes, in eorum invenimus scripturis quod beati memoriæ illi imperatores nostri prædecessores, coronam imperii eorum et patriarchalem benedictionem ab Ecclesia Romana, ab apostolicæ sedis principe apostolorum Petro et a sanctissimo Patre nostro, universali papa Innocentio III.

Et a quocunque patriarchalis benedictio et mandatum, in civitate imperii mei Trinovi, data et concessa fuerit a domino papa, faciendi et consecrandi archiepiscopos, metropolitans et episcopos et reliquas ecclesiasticas obsecutiones sacramentales, concedit imperium meum, ut plenissimam in omni tenimento et imperii mei pertinentiis habeant potestatem. Ecclesie enim omnes totius imperii mei et tenimenti, et patriarcha meus metropolitans, episcopi, archiepiscopi et cuncti sacerdotes Romanæ subsint Ecclesie, et teneant legem, et consuetudinem et observationem quas tenuerunt beatæ memoriæ imperatores totius Bulgariae et Blaciae, prisci illi nostri prædecessores, et nos eodem modo vestigia eorum imitantes. Subsignat autem imperium meum ad securitatem Chrysobolum suum, quod nunquam ab Ecclesia Romana et ab apostolica sede, principe apostolorum Petro, ipsum videlicet imperium meum discedet, neque alii imperii mei principes disgregabuntur, sed ut vocatus dilectus filius sacrosanctæ et apostolicæ Romanæ sedis principis apostolorum Petri ero. Et deinceps quascunque terras Christianorum seu paganorum meum acquisiverit imperium, sub potestate et mandato ejusdem sacrosanctæ Romanæ Ecclesie et apostolicæ sedis erunt, CCXXV, 287, 288.

LEO III, papa. — Leo, servus servorum Dei, etc., abbatum venerabilis monasterii sancti Christi martyrismi Dionysii. Quoniam expetisti a sede apostolica privilegium renovari quod hactenus antecessor noster bonæ et sanctæ memoriæ Stephanus papa ex monasteriis a te constructis confirmavit, tibi et omnibus successoribus tuis abbatibus, iterum renovare et confirmare per nostram auctoritatem in antea deberemus, et sub ditione Sanctæ Sedis Ecclesie Romanæ semper perpetua conservatione subsistere et permanere omnimodis debeant, eo videlicet ordine ut quidquid ex donatione excellentissimi filii regis nostri Caroli, vel aliorum regum, ac bonorum hominum et parentum tuorum, et ex tua proprietate et commutationibus habere et dominari modo videris, vel in antea acquirere, tu et successores tui potueris, tam in monasteriis ædificandis quam et villis, sive mancipiis, in quibuscunque pagis, locis et agris constitutis, ita stabilita et rata in perpetuum maneant et in prædictis monasteriis nullus episcoporum vel sacerdos, absque voluntate præcellentissimi filii nostri Caroli regis, vel tua, licentiam habeat missas celebrare nisi per vestram convocationem, sed proprium habentes episcopum.... et hoc auctoritate beati Petri apostolorum principis auctoritate fulcimus...., ut tradita et confirmata in futurum perseverent, statuente per hanc seriem scripturarum, atque interdicens, ut quisquis, vel cujuscunque dignitatis persona a magno gradu usque ad minimum fuerit, qui hoc privilegium irrumpere tentaverit, vel fecerit, sub anathematis vinculo, beati Petri apostolorum principis ac nostra auctoritate, esse alligatum universalis Ecclesia sciat, nisi digna satisfactione coram Deo et sanctis suis egerit poenitentiam, CXXIX, 967, 968. — Passim innumera sunt hujusmodi summorum pontificum privilegia quibus apparet redactam fuisse in usu illorum potestatem tum spiritualem, tum temporalem.

LUDOVICUS I, imperator (ann. 817). — *Pactum Ludovici I, imperatoris cum Paschali papa.* In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Ludovicus imperator Augustus, statuo et condo per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi beato Petro principi apostolorum et per te vicario tuo domno Paschali, summo pontifici, et universali papæ, et successoribus ejus in perpetuum, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis atque viculis omnibus et territoriis ejus montanis, ac maritimis, litoribus ac portibus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac viculis in Tusciae partibus, id est Portum, Centumcellas, Chere, Bledam, Manturanum, Sutrium, Nepe, Castellum, Gallisem, Hortem, Polinartium, Ameriam, Todem, Perusiam cum tribus insulis suis, id est majorem et minorem, Pulvensim, Narniam, Utriculum cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus. Simili modo in partibus Campaniæ Segniam, Anagniam, Ferentinum, Alatum, Petricum, Frisulanam cum finibus Campaniæ, necnon et Tiburim cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus, necnon et exarchatum Ravennatem cum integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, quæ piæ recordationis Pippinus rex ac bonæ memoriæ genitor noster Carolus imperator beato Petro apostolo et prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam et Amiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum,

Adrianisque et Gabelum cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, terra marique ad prædictas civitates pertinentibus. Simulque et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausinum, Hesim, Humanam, Forumsimpronii, Montemferetri, Urbinum, et territorium Valvense, Callem, Luciolis, Eugubium cum omnibus finibus ac terris ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense sicut a genitore nostro Carolo imperatore beato Petro apostolo per donationis scriptum est concessum sub integritate, quemadmodum ab Itherio et Magenaro abbatibus, missis illius, inter idem territorium Sabinense atque Reatinum definitum est. Item in partibus Tusciae Longobardorum Castellum Felicitatis, Ubivetum, Balneum regis, Ferentri, Castrum Bitervium, Orthos, Marcam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Rosellas et insulas, Corsicam, Sardiniam et Siciliam sub integritate, cum omnibus adjacentibus ac territoriis, maritimis, litoribus, portibus ad suprascriptas civitates et insulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ Forum, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum et Capuam et patrimonia ad potestatem vestram et ditionem pertinentibus sicut est patrimonium Beneventanum et Salernitanum et patrimonium Calabriae inferioris et superioris, et patrimonium Neapolitanum, et ubicunque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commissi patrimonia vestra esse noscuntur. Has omnes suprascriptas provincias, urbes, et civitates et oppida atque castella viculos ac territoria simulque patrimonia jam dictæ Ecclesie tuæ, beate Petre apostole, et per te vicario tuo spirituali patri nostro domno Paschali, summo pontifici et universali papæ ejusque successoribus usque in finem sæculi eodem modo confirmamus, ut in suo destineant jure, principatu atque ditione.

Simili modo per hoc nostræ confirmationis decretum firmamus donationes quas præ recordationis domnus Pippinus rex avus noster et postea domnus et genitor noster Carolus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt. Necnon et censum et pensionem, seu cæteras donationes quæ annualim in palatium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia Longobardorum, sive de ducatu Spoletino, sicut in suprascriptis donationibus continentur, et inter sanctæ memoriæ Adrianum papam, et domnum ac genitorem nostrum Carolum imperatorem convenit, quoniam idem pontifex eidem de suprascriptis ducatibus, id est, Tuscano et Spoletino, suæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo scilicet modo ut annis singulis prædictus census Ecclesie beati Petri apostoli persolvatur salva super eosdem ducatus nostra in omnibus ditione, et illorum ad nostram partem subjectione. Cæterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostræ confirmationis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum jure permaneat, principatu, atque ditione, ut nec a vobis, nec a filiis, vel successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem quacunque parte minuatur vestra potestas, aut vobis de suprascriptis omnibus, vel successoribus vestris inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, territoriis, atque patrimoniis, necnon et pensionibus atque censibus; ita ut neque nos ea subtrahamus neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus. Sed potius omnia quæ superius leguntur, id est provincias, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonia, atque insulas, census, et pensiones Ecclesie beati Petri apostoli et pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum recidentibus in quantum possumus nos defendere promittimus. Ad hoc, ut omnia ea in illius ditione ad utendum et fruendum atque disponendum firmiter valeat obtineri. Nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi, vel judicandi, subtrahendive aut minorandi vindicamus, nisi quatenus, ab illo qui eo tempore hujus sanctæ Ecclesie regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si quilibet homo de suprascriptis civitatibus ad vestram Ecclesiam pertinentibus ad nos venerit subtrahere se volens de vestra ditione et potestate, vel aliquam quamlibet iniquam machinationem metuens aut culpam commissam fugiens, nullo modo eum recipiemus, nisi ad justam pro eo faciendam intercessionem, ita duntaxat si culpa quam commisit venialis fuerit inventa; et in aliter comprehensum vestræ potestati eum remittamus. Exceptis his, qui violentiam vel oppressionem potentiorum passi ideo ad nos venerint, ut per nostram intercessionem justitiam accipere mereantur, quorum altera conditio est, et a superioribus est valde disjuncta. Et quando divina vocatione hujus sacratissimæ sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub

nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice aut private veniendi vel electionem faciendi, nullusque in civitatibus, vel territoriis Ecclesiæ beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hominem facere præsumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam. Et cum quem divina inspiratione et beati Patri intercessionem omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint sine qualibet ambiguitate vel contradictione more canonico consecrari, et dum consecratus fuerit legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illam amicitiam et charitatem et pacem socient sicut temporibus piæ recordationis Caroli atavi nostri seu domni Pippini avi nostri, vel etiam Caroli imperatoris genitoris nostri consuetudo erat faciendi.

Ut autem hoc ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ et nostri firmum esse credatur, firmissime per futuras generationes et sæcula ventura custodiatur, propriæ manus signaculo et venerabilium episcoporum atque abbatum, vel etiam optimatum nostrorum sub jurejurando, promissionibus, vel subscriptionibus pactum istud nostræ confirmationis roboravimus et per legatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum nomenclatorem domino Paschali papæ direximus. Ego Ludovicus misericordia Dei imperator subscripsi. Et subscripserunt tres filii ejus et episcopi 10, abbates 8, comites 15, bibliothecarius 1, et mansionarius 1, XCVII, 682-686, et XCVIII, 579-588.

LUDOVICUS PIUS, imperator. — In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Ludovicus Imperator Augustus, statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi apostolorum, et per te vicario tuo domno Paschali summo pontifici et universali papæ et successoribus ejus in perpetuum, sicut a prædecessoribus vestris, usque nunc, in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis, atque viculis omnibus et territoriis ejus montanis ac maritimis, littoribus ac portibus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis in Tusciæ partibus, id est, Portum, Centumcellas, Chere, Bledam, Manturanum, Sutrium, etc., etc., cum omnibus finibus ac territoriis ad superscriptas civitates pertinentibus, etc., etc., XCVIII, 579-583. — Simili modo per hoc nostræ confirmationis decretum firmamus donationes quas piæ recordationis domini Pippini rex avus noster, et postea dominus et genitor noster Carolus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt. Necnon et censum et pensiones, seu cæteras donationes, quæ annualim in palatium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, etc., XCVIII, 583, 584, 585. — Nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi, vel judicandi subtrahendive aut minorandi vindicamus, nisi quando ab illo qui eo tempore hujus sanctæ Ecclesiæ regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si, etc., etc., XCVIII, 584, 585, 586, 587, 588.

In hoc diplomate Ludovicus Pius non aliquod Romanæ urbis dominium sibi reservavit; nam in hoc apertissime legitur, pontifici jurisdictionem in Romanum ducatum cessisse, sibi tantummodo reservato intercedendi jure pro recurrentibus, atque pro Ecclesiæ defensione, ac tutela, quam iidem reges sibi cum attributis juribus ac privilegiis (patriciatus nempe, seu patronatus), sibi suisque successoribus reservarunt, XCVIII, 504, 505.

MATHILDIS comitissa. — *Donatio.* Anno ab incarnatione Domini 1102. Ego Mathildis, Dei gratia comitissa pro remedio animæ meæ et parentum meorum dedi et obtuli Ecclesiæ S. Petri per interventum domini Gregorii VII, papæ, omnia bona mea jure proprietario, tam quæ tunc habueram quam ea quæ in antea acquisiveram, sive jure successionis, sive alio quocunque jure ad me pertinent. Et tam ea quæ ex hac parte montium habebam, quam illa quæ in ultramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia per manum domini Gregorii VII, sicut dictum est, papæ Romanæ Ecclesiæ dedi et tradidi, et cartulam inde fieri rogavi. Sed quia cartula nusquam apparet, et timeo ne donatio et oblatio mea in dubium revocetur, ideo ego quæ supra, comitissa Mathildis iterum a præsentis die dono et offero eidem Romanæ Ecclesiæ per manum Bernardi cardinalis et legati ejusdem Romanæ Ecclesiæ, sicut illo tempore dedi per manum domini Gregorii VII, papæ, omnia bona mea tam quæ nunc habeo quam quæ in posterum, Deo propitio, acquisitura sum, et tam ea quæ ex hac parte montium quam quæ in ultramontanis partibus habeo vel habitura sum sive jure hæreditario, sive alio quocunque jure pro mercede et remedio animæ meæ et parentum

meorum. Quæ autem ista mea bona juris mei superioribus dicta cum accessionibus et ingressibus, seu cum superioribus et inferioribus suarum qualiter supra legavi in integro, ab hac die in eadem ecclesia dono et offero, et per præsentem cartulam oblationis ibidem habendam confirmo. Insuper per cultellum, etc., Præsentis cartula oblationis cunctis temporibus firma permaneat atque persistat, etc., XCVIII, 651-662.

MELCHIADES, papa. — In epistola quam Hispanis episcopis direxit, eos rogando et obsecrando instruxit, ut primo semper omnia diligenter inquirant, et cum justitia et charitate definiant, neminem ante verum et justum judicium condemnent, nullum suspicionis arbitrio judicent, sed primum probent, et postea charitative sententiam proferant, et quod sibi fieri nolunt, alteri non inferant, et episcopos non judicent aut condemnent absque Romanæ sedis auctoritate; quod si fecerint irritum erit et facientes condemnabuntur; quia hoc privilegium ipsi Romanæ sedi a temporibus apostolorum servari statutum est, quia, quamvis cunctorum apostolorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, ut aliis præmineret, et causas et interrogationes, quæ ad querelam venirent, prudenter diserneret, CXXIX, 1180.

DAMASUS (S.), papa. — Hic constituit possessionem Papyrianam territorio Ferentino cum adjacentibus antiquis; possessionem Antonianam in territorio Casin., CXXVIII, 73.

Generatim etiam apud catholicos creditur, quod cum Carolus Magnus donationes fecit Romano pontifici per plurimum comitatum solum de his ei concessit redditum et quosdam census ad bonum spiritualis regiminis (il re les lui donna qu'à titre de fiefs et pour le bien de ses Etats, et par ces donations, Rome et contrées données ne cessèrent point de faire partie de son Empire), cum sæpe sæpius dicitur in his concessionibus, servata potestate imperiali.

NICOLAUS III, papa. — Anno 1278. Nonis Junii Nicolaus III suis litteris inseruit privilegia Ludovici, Ottonis, et Henrici I eaque Rudolpho transmisit: « Ne, aïens, per hæc nos aliquod novum petere, vel a tuis prædecessoribus imperatoribus Romanis insolitum existimes postulare, ad tuam conscientiam plenius serenandam qualiter illa cæteri prædecessores tui Romani imperatores expresserunt, qualiter illa ad Romanam Ecclesiam pertinere sub expressis terrarum distinctionibus declararunt, tibi de verbo ad verbum tenores privilegiorum ipsorum imperatorum, sicut in archivis Romanæ Ecclesiæ reperimus sub bulla nostrâ transmittimus. »

Mulla etiam Conradus minoritæ Rudolphi oratori communicavit, regi eidem Romanorum ad pleniorum fidem referenda. Præterea formam ei præscripsit aliis litteris qua uti deberet in privilegio. Etenim quæ a Rudolphi legatis Lugduni ann. 1274 et quæ anno 1275 ab ipso Rudolpho Lausanæ erat adhibita coram Gregorio X, quia civitates, exarchatus nominatim haud recensebat, causa erroris fuerat ea siquidem juxta ejus ætatis morem ecclesiasticas ditiones ita exprimebat. « Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissæ Mathildis, comitatus Brittenorii exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Massa Trabaria cum adjacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam Ecclesiam pertinentibus. »

Nicolaus igitur III inter Mathildis et Pentapolis, hæc adjungenda transmisit: « Civitas Ravennæ et Æmia, Bonifium, Cæsena, Forumpopuli, Forumlivii, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, etc. » Et post alia multa: « Omnia igitur supradicta tam propriis seu specialibus provinciis, terrarum, civitatum, atque locorum expressa vocabulis, quam etiam non expressa et quæcunque alia pertinent ad Romanam Ecclesiam de voluntate et conscientia, consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, renuntiamus et restituimus; ne non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficacius intelligi, de novo concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentio et dissensio materia firma pax et plena concordia inter Ecclesiam et imperium perseveret, XCVIII, 863.

ORDERICUS VITALIS, monachus. — Anno ab incarnatione Domini 1084, Henricus Teutonicus rex, Saxones, Alemannos et alias gentes coactervavit, Italiam violenter ingressus, Romam obsedit et expugnavit, Gregorium VII de sede apostolica expulit, et Witbertum, Ravennatum metropolitam ei nefarie subrogavit. Tunc Gregorius Bevenentum secessit, et maxima dissensio in urbe orta est, quæ magnum filii Ecclesiæ detrimentum generavit, et ad multorum perniciem diu permansit.

Gregorius qui Hildebrannus, in baptismo dictus fuerat, zelo veritatis et justitiæ inflammatus, omne scelus

arguebat, nullique contra rectitudinem pro timore seu favore parcebat. Inde persecutionem et exilium ab indomitis et jugo Domini contrariis pertulit, nec tamen ab eis qualibet arte vinci usque ad mortem potuit. Henricum ergo sæpe admonuit, corripuit, ad postremum excommunicavit, quia divinæ legis erat prævaricator incorrigibilis. Nam princeps præfatus uxorem suam reliquit, et sordidis adulterii voluptatibus, ut porcus luto gaudens, inhæsit. Idem rex sæpe proceres suos, quorum uxores, seu filias, seu prædia concupiscebat, ad curiam suam fraudulenter accersebat, et occulte præmissis satellitibus suis, in via securos perimebat. Gregorius papa Henricum sapius admonitum, et in facinoribus pertinaciter resistentem, judicio synodi excommunicavit, et sub anathemate obduratum potestate regni damnabiliter usurpata exspoliavit, et Conradum comitem auctoritate apostolica per plurimorum manus præsulum in regem consecravit. Privatus itaque Henricus per unum annum, in domo propria conticuit, et comitatu quem hæreditario jure a parentibus susceperat politus delituit. Sed auxilia multa, sumptibus de thesauro, quem copiosum olim congesserat, dapsiliter datis, procuravit. Deinde multis millibus complicum aggregatis, commune decretum contempsit, publicis hostis rebellavit, contra Conradum regem pugnavit, ipsumque dejectum jugulavit, et exercitum ejus varia clade quassavit.

Henricus itaque, hac victoria elatus, imperium quod amiserat invasit, rebelles coercuit, magnisque sibi viribus adactis, Romam obsedit, totumque conatum contra Gregorium papam exercuit. Inquirentibus vero cur tam horrenda contra caput Ecclesiæ præsumperat, hanc tantæ discordiæ causam inter se et papam esse, cum cachinno asserebat quod medicus ægrotum nimis acriter curare impatientem nisus fuerat.

Obsidionem ergo validam rex effrenis Romæ applicuit, Romanos minis et viribus terruit, muneribus et promissis lenivi; et his modis cives alliciens, urbem obtinuit. Deficientibus itaque Romanis, Gregorius papa Apuliam expetiit, ibique a Normannis honorifice susceptus, quatuor annis habitavit, et manlata vitæ filius Ecclesiæ propinans finem laborum peregit. Tunc Henricus Augustus Witbertum Ravennatum metropolitanum, quem Clementem nuncupaverunt, in ovile Domini contra fas intramisit, et hac de causa gravis in mundo et diutina dissensio multos duplici morte mulctavit. Mediolanenses et Moguntii et multi alii, qui Witberto favebant, Gregorianos omnes anathematizabant, et armis quoque crudeliter impugnabant. Econtra Gregorius cum suis errantes Witbertinos ad unitatem Ecclesiæ revocabat, et redire contententes secundum jus ecclesiasticum excommunicabat.

Tunc legati Romanorum venerunt cum litteris apostolicis ad Robertum Wiscardum, qui ex omni ducatu Apuliæ et Calabriæ fortem exercitum Normannorum et Longobardorum contraxerat, et auxilium ejus pro papa Gregorio contra Henricum Alemannorum regem imploraverunt. Robertus primum anxius, ait tandem : « Semper obsecundare Deo, qui per communem Ecclesiæ catholicæ pastorem alloquitur, oportet. Auxiliante Deo, jussioni papæ obediam. »

Post hæc verba bellicosus miles cum paucis commilitonibus mare mox ingressus est, Deoque ducente in Apuliam profectus est; et inde assumptis armatorum cœtibus Romam aggressus est. Henricus imperator, ut comperit quod Robertus dux Constantinopolitanum imperatorem jam superaverit, valde timuit, et occiduas regni sui partes repetiit. Attamen appropinquanti Roberto, turgentibus Romani convenerunt, et cum armis obviam processerunt. Sed repulsi sunt, et Robertus ferro et flamma sibi aditum Romæ patefecit, nec ullus civium postea contra eum mulire ausus fuit. Deinde pervenienti ad turrinam Crescentis papa cum clero obviam exiit.... Iratum dæcem contra Romanos papa lenivit, acceptoque consilio, de turri Crescentis cum clero sequaci exivit, et comitante duce cum valida manu ductus Albam adivit. Hanc itaque urbem Ascanius Julius Æneæ filius condidit, et Constantinus Augustus sancto Silvestro papæ dedit. Dux autem apostolica benedictione accepta, iter ad mare acceleravit et trans pontum cœtus suos festinanter, ut eis juraverat, expetiit, CLXXXVIII, 516, 517, 518, 521, 522, 523, 524.

OTTO, imperator.—*De regalibus beato Petro concessis.* Otto I imperator confirmat ditiones et civitates Ecclesiæ Romanæ a prædecessoribus suis factas nonnullasque addit : « In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti, ego Otto Dei gratia imperator, una cum Ottone glorioso rege filio nostro, divina ordinante providentia spondemus atque promittimus per hoc pactum

confirmationis nostræ tibi beato Petro, principi apostolorum et clavigero regni cœlorum, et per te vicario tuo domno Joanni summo pontifici XII, papæ, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate ac ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis suis, atque viculis omnibus, et territoriis ejus montanis ac maritimis, littoribus ac portibus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis Tusciæ partibus, id est Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Nepem, castellum Gallisen, Ortem, Pollinartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis, etc., etc., XCVIII, 804, 805, 806. — Insuper tibi offerimus, beate Petre apostole, vicarioque tuo domno Joanni papæ et successoribus ejus pro nostræ animæ remedio, nostrique filii et nostrorum parentum de proprio regno nostro civitates et oppida cum piscariis suis, id est Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam et Marsim et alibi civitatem Teramnem cum pertinentiis suis. Has omnes suprascriptas provincias, urbes, etc., ecclesiæ tuæ jam dictæ, beate Petre apostole, et per te vicario tuo, Joanni summo pontifici, ejusque successoribus usque in finem sæculi eo modo confirmamus, ut in suo detineant jure, principatu atque ditione. Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes quæ piæ recordationis domnus Pippinus rex, et postea domnus Karlus excellentissimus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt; necnon et censum vel pensionem quæ annuatim in palatium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, sive de ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis donationibus continetur, et inter sanctæ memoriæ Adrianum papam et domnum Karlum convenit, quando idem pontifex eidem de his ducatus præceptum confirmavit, salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem subjectione inde apparet quod cæteræ omnes ditiones erant supremi juris pontificum cum quædam conditiones huic parti imponuntur; quæ ut alia videnda, XCVIII, 806, 807, 808, 809, 810

PHILIPPUS PULCHER, rex Francorum.—Si le règne de Philippe le Bel occupe une place à part dans l'histoire de la France au moyen âge, c'est qu'à ce règne appartient la tentative à la fois la plus astucieuse et la plus hardie pour s'affranchir de toutes les lois, soit qu'elles reposassent sur des liens sacrés, soit qu'elles dussent leur origine au droit traditionnel de la nation. A cette époque nous voyons la royauté lutter contre la papauté pour ne rien reconnaître au-dessus d'elle, fût-ce un avertissement donné au nom de Dieu, puis combattre les grands vassaux, afin de ne plus trouver d'égaux à ses côtés.

Gui de Dampierre, comte de Flandre, fut le représentant le plus illustre de la résistance des grands vassaux. Celle de l'autorité religieuse fut revendiquée par l'Ordre de Cîteaux. Il y avait relation, amitié et souvenirs de part et d'autre dans l'esprit d'opposition aux idées du temps, pour rester unis chacun dans son ordre, religieux ou civil.

Au mois d'octobre 1285, date de l'avènement de Philippe le Bel, quoique éloignés du moment où le roi de France confisquera violemment le comté de Flandre à Gui de Dampierre, etc., nous voyons poindre sur le trône la soif la plus insatiable et la plus démesurée du pouvoir. Philippe le Bel veut des dîmes, l'Ordre de Cîteaux, quoique par anciens privilèges dispensé d'en payer aucune, paye les siennes, avec quelque composition toutefois. En 1292, Philippe le Bel réclama à l'ordre de Cîteaux une ancienne dime qui lui avait été imposée par Grégoire XV pour le roi de France, il y avait dix-sept ans. L'abbé de Cîteaux réclama... en 1294. Cependant sur la demande de Philippe le Bel, l'Ordre de Cîteaux lui accorda une dime de deux années pour préserver des horreurs de la guerre et des vexations des Anglais les monastères, etc... Par le moyen de cette dime les Anglais sont repoussés. Mais Philippe a toujours besoin d'argent. Gui de Dampierre est conduit prisonnier au Louvre, et des impôts extraordinaires sont imposés par Philippe le Bel sur les biens meubles et immeubles, soit des clercs, soit des laïques. Toute la France s'en émeut. Ici l'Ordre de Cîteaux prit le premier la défense des immunités ecclésiastiques, alléguant que par privilèges des papes, ils étaient exempts de ces sortes d'impôts imposés par l'autorité royale. Qu'en cette circonstance l'Ordre de Cîteaux ait compris la gravité de la situation en s'opposant ouvertement aux volontés de Philippe le Bel; qu'appelé à choisir entre le devoir qui parlait à sa conscience et le péril qui menaçait sa personne et ses biens, il ait courageusement préféré la

peril. on ne peut en douter. Déjà, en 1128, cet Ordre avait montré une semblable fermeté envers Louis VI. Donc en 1296, un chapitre général fut convoqué. On répondit d'abord à la monition qui avait été adressée par un prélat, ami de Philippe le Bel, qui était Pierre Barbet, archevêque de Reims, que l'Ordre de Cîteaux était prêt à se soumettre à toutes les taxes qui seraient établies à raison de ses biens ou pour la défense de la patrie, mais qu'il repoussait énergiquement les impôts extraordinaires que le siège pontifical n'avait pas approuvés.

« Jura (disent-ils) maxima dono Dei hominibus a superna clementia sunt collata, sacerdotium videlicet et imperium. Istud præest divinis, imperium autem humanis præsiidiis. Alibi vocantur duo luminaria magna, sicut sol et luna ita ut luminare majus sit jurisdictio spiritualis et luminare minus jurisdictio temporalis; et sicut aurum est pretiosius plumbo et sol luna nobilior, ac divina terrenis nobiliora seu digniora, sic sacerdotalis dignitas excedit regalem, et minor non habet judicare majorem nolentem et invitum. Rex ergo sacerdotes invitos et recuentes, cum suo imperio non subsint, ad subventionem compellere non habet; cum res ecclesiasticæ sint mortificatæ et a temporalis jurisdictione exemptæ, et dicta subventio naviter sapiat decimæ de quibus rex se non habet intromittere..... præterea si ad dictam subventionem tenerentur sacerdotes et clerici, conferrentur cæteris hominibus deterioris conditionis, et sequeretur inexpugnabile vitium, quod sub rege christianissimo sacerdotes durius tractarentur quam sub rege Pharaone, sub quo, omnibus servituti subjectis, soli sacerdotes et eorum bona erant libertate donati. »

Voilà donc que le chapitre de Cîteaux ose dire à l'archevêque de Reims que Philippe le Bel se montre plus dur que Pharaon; il le répéta dans la mémorable protestation qu'il adressa à Rome. Le légat du Pape en France convoque un concile à Paris, le 22 juin 1296; le clergé se plaignait quelque peu des procédés de Philippe le Bel. Mais avant que Boniface VIII le souverain pontife eût reçu les décisions de ce concile, fut droit aux plaintes de l'Ordre de Cîteaux, en frappant d'interdit Pierre Barbet, archevêque de Reims, et en publiant le 18 août 1296 la célèbre bulle « Clericis laicos. » On sait que Boniface VIII y prononçait l'excommunication des clercs qui paieraient les dîmes sans l'assentiment préalable du pape, et la bulle « Clericis laicos » fut confirmée par la bulle « Ineffabilis amoris, » où Boniface VIII reprochait au roi de France d'avoir perdu un bien précieux, c'est-à-dire l'amour de ses sujets, et annonçait qu'il était prêt à souffrir les persécutions, l'exil et même la mort pour la liberté de l'Eglise.

La réponse de Philippe le Bel commençait par ces mots : « Antequam essent clerici, rex Franciæ habebat custodiam regni sui, » et ce qui suivait était de ce genre et dans le même ton. Philippe le Bel à force d'intrigues rendit timide Boniface VIII qui naguère était si fier dans ses Bulles, « Clericis laicos, » etc... Sur une députation de 25 prélats dévoués à Philippe le Bel Boniface VIII tomba désarmé; il se plaignait vivement même de la défection de Gui de Dampierre, duc de Flandre, et il offrait au roi de France tous les biens de l'Eglise et sa propre personne, etc. Dès ce moment la réconciliation du pape et du roi de France est complète. Des impôts à percevoir sont permis par le pape à Philippe le Bel.... etc.... Le grand accord existe entre tous....

Mais l'Ordre de Cîteaux fait le récit le plus navrant de la triste position par la levée incessante de dîmes sur dîmes qui l'opprime. Le duc de Flandre voit également la main de Philippe le Bel s'appesantir sur lui. La saisie du comté de Flandre est prononcée à deux reprises. Gui de Dampierre, comte de Flandre, porte ses plaintes au pape. Boniface VIII se fit remettre, en recevant toutes ces nouvelles, une déclaration par laquelle les fils du comte de Flandre lui reconnaissaient le droit de prononcer souverainement sur leurs réclamations et sur leurs griefs. Le pape prononce au palais de Saint-Pierre la sentence d'arbitrage qu'il a refusé d'ajourner plus longtemps. Cette sentence arbitrale du pape ne renfermait aucune réserve en faveur du comte de Flandre.... l'affaire était comme interjetée, pour apaiser plus tôt toutes les difficultés.... Gui de Dampierre réclame plus fort que jamais la protection d'Edouard I^{er}, roi d'Angleterre, pour que justice lui soit rendue de Rome.... Mais de nulle part il n'y a pour lui de réponse favorable. L'influence de Philippe le Bel domine fortement à la cour de Rome dans cette affaire de Gui de Dampierre. Enfin c'est au moment où la cause du comte de Flandre, Gui de Dampierre, paraît à jamais perdue, que l'on voit

pointre les difficultés qui doivent séparer Boniface VIII du roi de France.

Après de grandes discussions politiques, l'alliance de Boniface VIII et de Philippe le Bel se rompit sans retour.

Au moment où Boniface VIII refuse à Philippe le Bel d'approuver un traité qu'il vient de faire avec Albert d'Autriche, les ambassadeurs flamands à Rome, comprenant admirablement la situation des choses, prennent l'initiative de la grande lutte qui se préparait; ils invoquent les droits de la Flandre opprimée, comme le champ le plus noble et le plus légitime où la souveraineté pontificale réunissant le pouvoir temporel au pouvoir spirituel pût combattre les injustices et les usurpations du roi de France. Le Mémoire qu'ils soumièrent au pape dans ce but est l'un des documents inédits qui répandent le plus de lumières sur l'histoire des dernières années du pontificat de Boniface VIII.

Ce Mémoire commence par faire le récit le plus navrant des misères où se trouve la Flandre par suite des vexations, tortures de toute espèce qu'y exerce Philippe le Bel qui, non content de se venger sur Gui de Dampierre, comte de ces provinces, s'en prend encore à ses sujets.... Le Mémoire rappelle que Philippe le Bel a refusé en conciliation de se rendre à l'appel que lui avait notifié le Saint-Siège; qu'il a rompu des traités jurés avec serment avec le roi d'Angleterre pour traiter amiablement avec le comte de Flandre; et finit par conclure qu'au moment présent il n'y a plus de juge à chercher pour cette grave affaire qu'auprès du Saint-Siège apostolique, regardé justement seul juge compétent en pareille matière.

Quod autem sanctissimus Pater pontifex sit iudex in præmissis competens, et non alius, probatur.

1^o Quia idem summus pontifex iudex est omnium tam in spiritualibus quam in temporalibus, inter illos qui alios habent iudices sæculares. Est enim Christi omnipotentis vicarius... et plena est sibi hujusmodi vicaria commissa, quæ explicite et expressim commissa est suis successoribus in persona Petri; idem est successor per omnia jura terreni et cælestis imperii : « Quodcumque ligaveris, » etc.; et juxta illud : « Ecce duo gladii, » etc., et juxta illud : « Constitui te super gentes. » Et quamvis reges temporalem exerçant jurisdictionem, et homines subditi sint regi tanquam præcellenti et ducibus ab eo missis, hoc tamen datum est a Petro, et concessum a Deo, summo principe, cujus Dei, non pueri hominis, ipse pontifex vices gerit in terris; et sic cum omnis potestas a Domino Deo sit, apparet quod jurisdictio quorumlibet, tam temporalium quam spiritualium, sibi sicut soli vicario ejus, plenarie sit data, et sicut dominus papa non perdit ordinariam jurisdictionem, si prælaturam, ecclesiasticam committit alicubi, sed adiri potest per simplicem querelam ab omnibus, ut dicunt jura, sicut et in aliis potestatibus erit, quia ab ipso sunt, quia sive lex dat hæreditatem, sive datam approbat, dare videtur, juxta illud divinum : « Per me reges regnant, » etc. De hac summa et plenissima potestate, quia resideat in summo pontifice, nulla debet esse dubitatio apud quoscumque fideles.

Secunda ratio est quod contra illos qui iudices non cognoscunt, sine hæsitatione aliqua erit iudex summus pontifex, unde imperatorem, quo nullus inter principes sæculares est superior iudicat et deponit summus pontifex. Rex etiam Franciæ qui nullum superiorem recognoscit, per venerabilem tamen pontificem iudicatur et deponitur propter demerita. Et ideo de Romano pontifice dictum est : « Constitui te super gentes et regna, » et iudicem eum esse oportet ita super magnum sicut super parvum, et aliquis potest esse acephalus qui non supra se iudicem habeat constitutum; alias perirent jura et justitia, si non esset qui ea redderet.

Tertia ratio est, quia jam comes ad hanc sedem legitime appellavit, cum de jure constet quia omnis oppresus libere appellare potest ad Romanam sedem. Deficit autem in proposito casu iudex, quia rex superiorem non cognoscit....

Quarta ratio est quia notorie et patenter peccavit rex Franciæ in comitem, et notum est quod ad summum pontificem spectat quemlibet corripere de peccato....

Quinta ratio est propter sacrilegium commissum in exustione ecclesiarum, occisione clericorum et religiosorum, quod crimen ecclesiasticum est et coram iudice ecclesiastico debet tractari; præterea quod pro filia comitis detenta specialiter est implorandum iudicium ecclesiasticum ratione pietatis et libertatis cui favent jura, et maxime, si nubere intendat, ponenda est in loco tuto et securo, ne per timorem dicat sibi placere quod odit....

Sexta ratio est, quia antequam ad tot et tanta illicita procederet dominus rex contra comitem, et incepisset domino comiti injuriari et super ipso comitatu, comes requisivit sibi per regem concedi iudicium parium, quod in hoc erat competens, quod idem rex sibi facere denegavit, pluries requisitus, et licet aliquando promississet servare justitiam per iudicium parium, tamen ad ultimum id ei denegavit, et ideo successit justitia ecclesiastica, et ipse rex, jure quod habebat in comitatu ratione feodi fuit privatus, nec potest dominus rex dicere se iudicem super his, quia in causa sua iudex esse non potest.

Imploratur ergo iudicium contra reges et suos, etc... Similiter dominus papa noster potest regem Franciæ compellere ad pacem cum comite... hoc docuit semper ille summus magister et verbo et opere, qui semper dicebat : « Pax vobis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. » Quæ verba sunt attendenda, quia mandatum important, quod exsequendum est per vicarium, et hujusmodi hæreditas relieta non est refutanda, nec negligenda, sed manu tenenda et approbanda.

On ne peut douter combien agréablement fut reçue à Rome cette déclaration solennelle où l'on invoquait l'autorité pontificale placée par Dieu au-dessus de toutes les nations et armée des deux glaives trouvés à la montagne des Oliviers, c'est-à-dire de la puissance spirituelle et de la puissance temporelle, non-seulement comme l'unique refuge des opprimés contre les princes qui ne reconnaissent aucun juge au-dessus d'eux, mais aussi comme le pouvoir suprême investi du droit de déposer le roi de France et l'empereur. Bientôt ce Mémoire reçut une éclatante sanction. Le pape parut au milieu du grand jubilé de l'an 1300 avec les doubles insignes de l'autorité spirituelle et temporelle et répétant à haute voix : « Ecce duo gladii ; hic vides, o Petre, successorem tuum ; tu, salutifer Christe, cerne tuum vicarium. » Toute l'Europe était accourue à Rome et le nombre des pèlerins qui se pressaient aux portes des saintes basiliques avait effacé les plus pompeux souvenirs de la cité, deux fois reine du monde. C'était à la fois la manifestation d'un immense enthousiasme religieux et la manifestation de la puissance dont l'autorité pontificale restait armée aux yeux des peuples.

Boniface VIII a envoyé l'évêque de Pamiers ordonner au roi de France de rendre la liberté à Gui de Dampierre ; mais Philippe le Bel ne répond qu'en jetant dans une prison le légat du pape, etc.. Boniface VIII, en même temps qu'il accueille les plaintes du comte de Flandre, se souvient des plaintes non moins vives et non moins fréquentes de l'Ordre de Cîteaux. Le 4 décembre 1301, il suspend tous les privilèges accordés au roi pour la levée des dîmes. Le lendemain deux autres bulles sont publiées. Par la bulle « Ausculta filii, » il expose la puissance dont il est dépositaire, comme vicaire de Jésus Christ, comme successeur de saint Pierre : « Constituit nos Deus super reges et regna ad evellendum, destruendum, dissipandum atque ædificandum sub ejus nomine et doctrina, Filii charissime, nemo tibi suadeat quod superiorem non habes. » Mais il ne faut pas croire, comme l'ont trop souvent répété les historiens modernes, que la papauté dût être aux yeux de Boniface VIII la réunion, ou pour mieux dire, la confusion des deux pouvoirs exercés simultanément. Boniface VIII disait lui-même qu'on ne pouvait lui attribuer une si grande ignorance ou un si grand aveuglement que de ne pas connaître la séparation des deux pouvoirs : « Scimus quod duæ sunt potestates ordinatæ a Deo. Quis ergo debet credere quod tanta fatuitas, tanta insipientia fuerit in capite nostro. » L'empereur et les rois exerçaient seuls la puissance temporelle ; à eux l'usage, l'action, le domaine des faits. Le droit, toutefois, restait subordonné à l'autorité spirituelle, appelée à distinguer ce qui était juste de ce qui était injuste, et investie d'une juridiction incontestable, *radice peccati*, soit qu'il convint de rappeler un chrétien obscur à la pénitence, soit qu'il fallût briser la couronne des princes les plus puissants. Cette théorie s'appuyait sur ce principe alors universellement admis, que la société reposant sur la religion, celle-ci était à la fois modératrice pour les princes et protectrice pour les peuples, à qui elle offrait l'égalité vis-à-vis du tribunal suprême qui représentait sur la terre celui de Dieu.

La bulle « Ausculta, filii » offre d'ailleurs un intérêt tout spécial pour les questions précédemment discutées, les deux griefs qui s'élevaient contre le gouvernement de Philippe le Bel, savoir : d'une part, l'oppression de Gui de Dampierre, c'est-à-dire celle des grands vassaux ; d'autre part, l'oppression du clergé et des ordres religieux. La bulle « Ausculta, filii, » parvenue au roi, fut publiquement brûlée, par son ordre, le dimanche 11 février,

1301 : « Combustæ sunt apostolicæ litteræ, in ipsius regis et magnatum præsentia ; quod an ullo hæretico, pagano aut tyranno legimus esse factum. » Les états-généraux sont convoqués par le roi pour le 10 avril 1301. Un Mémoire plus ou moins respectueux est adressé au pape ; le clergé même y adhéra. Boniface VIII répondit soit directement, soit par la bouche des cardinaux, aux plaintes des trois ordres dont se composaient les états-généraux. En ce même temps il donne une grande bulle qui défend aux évêques de quitter dorénavant leurs diocèses. Au mois d'août un grand consistoire se tient à Rome, présidé par le pape, en présence de l'évêque d'Auxerre, envoyé du roi et des députés du clergé. — Boniface VIII avança en propres termes qu'il avait le droit de déposer Philippe le Bel, et sembla prédire très-prochaine la défaite de l'armée française sous les remparts de Courtrai, dont la nouvelle arriva peu de jours après ce consistoire, et le triomphe dès lors de la Flandre, qui amena l'insurrection du Languedoc.

Boniface VIII avait convoqué un concile à Rome, en novembre 1302. Malgré les menaces de Philippe le Bel, on y vit 4 archevêques, 30 évêques et abbés supérieurs de divers monastères, tels que Cîteaux, Cluny, etc. De suite après leur départ, Philippe le Bel donna à ses baillis l'ordre de prendre possession des biens des prélats et des abbés qui s'étaient rendus à Rome. Cette mesure paraît avoir été principalement dirigée contre l'ordre de Cîteaux. Au même moment, l'évêque de Tournai, obéissant aux instructions secrètes de Philippe le Bel, ordonnait à toutes les autorités ecclésiastiques de la Flandre de cesser les fonctions de leur ministère.

Dans ces conflits incessants, le 14 juin 1305, dans une assemblée convoquée à l'église de Notre-Dame, Philippe le Bel reçoit, non plus comme roi, mais comme champion de la foi et défenseur de l'Eglise (Henri VIII invoqua aussi ce titre au XI^e siècle) l'acte d'accusation où Guillaume de Plasian reprochait au pape d'avoir voulu réunir la puissance temporelle et la puissance spirituelle. Les députés des trois ordres de l'Etat entendirent l'énumération de tous les chefs d'accusation, la plupart si infâmes qu'on ne peut les reproduire. Puis Philippe le Bel, petit-fils de Louis IX, dont ce même Boniface VIII avait proclamé la béatification, déclara que bien qu'il eût voulu, fils respectueux, cacher au peuple la nudité de Noé, il se trouvait obligé, par la conscience, de déférer au vœu formé par Guillaume de Plasian pour la convocation d'un concile qui jugerait le pape. Les évêques présents adhérèrent après un peu d'hésitation. Une seule voix s'était élevée avec courage pour défendre l'honneur de la papauté et pour protester contre l'usurpation sacrilège des droits et des libertés de l'Eglise ; ce fut celle de l'abbé de Cîteaux. Le roi l'en punit ; il fut traîné aux tours du Châtelet. Boniface VIII voulut honorer le dévouement de cet abbé, Jean de Pontoise ; il lui accorda deux privilèges qui passèrent à ses successeurs : le premier était de sceller en cire blanche, le deuxième était de placer sur son sceau l'image du pape assis dans la chaire de saint Pierre et revêtu des ornements pontificaux. Boniface VIII expliquait ce privilège par ces paroles mémorables adressées à Jean de Pontoise : « Mecum sedisti, mecum sedebis »

Boniface VIII ne vécut plus que peu de temps après ces faits. Ses contemporains l'avaient accusé d'ambition et d'avarice, il s'était réhabilité aux yeux de la postérité en offrant au martyr un front chargé de 86 années. A peine la tombe est-elle ouverte pour lui, que le comte de Flandre et l'abbé de Cîteaux l'y suivirent. Il semblerait que le dernier représentant de la puissance temporelle de la papauté ait entraîné avec lui les derniers représentants de la puissance des grands vassaux et des ordres religieux.

Pour Philippe le Bel, il faut descendre jusqu'aux dernières années de sa vie pour trouver les traces d'une réparation dictée, soit par le remords, soit par la crainte d'une insurrection générale ; il n'avait pu cesser de molester l'ordre de Cîteaux et les autres par des dîmes les plus vexatoires ; on en voit une biennale imposée en mai 1304, et une autre dime d'un cinquième, faite en 1305. Enfin un document conservé aux archives de Lille nous apprend que le roi exempta au mois de septembre 1312 l'Ordre de Cîteaux de toutes les dîmes qui pourraient être levées à l'avenir. C'était un peu tard, car déjà en 1303, on lit dans les statuts de cet Ordre. Cum ordo sit in magnis debitis, et diversis creditoibus obligatus. Et le 20 mars 1313 il annonce dans une lettre qu'il veut venir en aide à l'abbaye de Clairvaux, jadis si célèbre par la pompe et l'éclat des cérémonies religieuses mais déjà menacée d'une ruine complète. « Monastio

rius inter cætera monasteria præclarum et nobile, tot et tantorum onere debitorum opprimitur, quod nisi de celeri remedio provideatur, eidem monasterio servientes per loca varia dispergere miserabiliter oportebit; et per consequens in eo divinum officium, quod ibidem hactenus tam devote, tamque solemniter celebratum extitit, omnino destrui, ipsumque monasterium ad irreparabilis desolationis miseriam devenire. »

Et c'est Philippe le Bel lui-même, qui, avant de mourir, traçait ainsi la triste histoire de son règne!!! C'était la même plainte suprême et prolongée « senio et ægritudine longa tracti. » qu'était vraie pour l'abbé de Cîteaux, l'abbé de Clairvaux, pour le comte de Flandre et pour le pape. Telle était l'histoire triste et malheureuse de la fin du XIII^e siècle, de ce siècle remarquable entre tous ceux du moyen-âge par sa science et sa gloire, ses vertus et son génie, CLXXXV, 1833-1920. (*Études sur l'histoire du XIII^e siècle, ou Recherches sur la part que l'Ordre de Cîteaux et le comte de Flandre prirent à la lutte de Boniface VIII et de Philippe le Bel*, par Kervyn de Lettenhove.

PLACIDUS, ignotæ sedis episcopus. — « Qua in re potestatem in Ecclesia terreni principes habere debeant. » Qua in re intra Ecclesiam terrenæ potestates locum habere debeant, et utrum sua auctoritate, an illius evocatione, notandum ex verbis S. Gregorii dicentis: « Sancta Ecclesia ad pravorum hominum, qui humiles premunt, duritiam dissolvendam, nonnunquam, quia propria virtute non sufficit, terreni principis opitulationem quærit. Quod dum terreni principes agunt, non sibi, sed Deo deserviunt. In electione igitur pastorum sanctæ Ecclesiæ tunc vires suas exercere, ut Deo deserviant, terreni principes debent, cum de electione, ut assolet, inter partes discordia nascitur, et imperio sacerdotum compesciri potest, tunc iudicium sacerdotum juvare et pravos homines insectari omnimodis debent. Quod etiam in ipsa apostolica sede legimus, ubi dum dissidentes populi hos ordinassent Eulalium et Bonifacium rogati a sacerdotibus et populis catholicis, Placidus Augustus eum filio suo Bonifacium statuerunt; Eulalium vero de Urbe expulerunt. Sed pro hac re non Ecclesiam suo juri subdidit, sed magis ei servitium suum dederunt; quia postmodum in electione Romani pontificis nullum jus quæsierunt. Simili etiam modo in episcopis et abbatibus catholici imperatores facere debent, si ab Ecclesia evocati fuerint. Si vero Romanus imperator catholicus non fuerit, non modo ejus adiutorium Ecclesia quærere non debet, sed magis contraire in omnibus. Quod si in tantum superbierit, ut alium quasi virtute vel auctoritate sua episcopum Romæ ordinari faciat, non ipse habendus est episcopus, sed magis ille, quem catholica Ecclesia sibi elegit. Imperatori autem hoc agenti omnes catholici, Deum timentes, non solum non servire, sed etiam ut prævalent, resistere debent, scientes pro hoc se mercedem æternam a Deo suscepturos, si illud caste et zelo Dei faciant, sicut e contrario peccatum, si negligant.

« De Gregorio VII, papa. » Hujus rei moderni temporis exemplum habemus, quia cum Romanus imperator, catholice fidei resistens, suum episcopum ibi misisset, omnes catholici eum respuentes anathematizaverunt; Gregorium vero VII catholice ordinatum dilexerunt, et eum B. Petri vicarium confessi sunt. Cujus doctrinam Deus etiam post mortem ejus confirmans, portas inferi usque Ecclesiæ prævalere nequaquam permisit, CLXIII, 666.

« Quia non solum nobis, sed etiam imperatori præstamus, si ei ad malum non consentiamus. » Beatus Ambrosius, cum vasa Ecclesiæ tradere compelleretur, ait (Serm. contra Auxent. XVI, 1007-1008.): Ego, si de me aliquid compelleretur et posceretur, aut si fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris esset, libenter offerrem. Templo Dei nihil possum decerpere, nec tradere. Illud custodendum, non tradendum acceperam. Deinde consulere me etiam imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat autem vocem liberi sacerdotis: si vult sibi esse consultum, recedat a Christi injuria. Plena sunt hæc verba humilitatis, ut arbitror, plena affectus estus quem imperatori debet sacerdos. « Nunc ista consideremus, et sequentes exemplum sancti Patris Ambrosii, absit ut radamus hæreditatem Christi, absit ut tradamus hæreditatem beati Petri apostoli, cui Christus dicere dignatus est: « Tibi dabo claves regni cælorum. » Qui hanc hæreditatem, jubente Salvatore, omnibus suis successoribus in perpetuum tradidit, ipse Petrus et omnes præsules, Patres nostri, Spiritum sanctum episcopis tradentes, baculum et anulum eis dederunt, ut per corporale signum, spirituale utique demonstrarent. Nunc autem absit ut

laici et sæculares, vanæ gloriæ servientes et avaritiæ, quod spiritale est, nostra permissione tradere audeant. Quid enim eis superest, nisi ut manus imponant? Quod si hoc non opere solum, sed et verbo ipso nefas esse creditur, quanto magis a tanta nequitiâ cessandum est! Valde enim tenendum est quod idem beatus Ambrosius subsequitur et dicit: « Christus templum suum ingreditur, et flagellum prendit, et eicit de templo nummularios. Non patitur namque in suo templo esse eos qui vendant cathedras, non patitur in suo templo pecuniæ esse venuculos. Quid sacræ cathedræ, ni honores? Quid sunt columbæ nisi simplices mentes fidelium, vel animæ fidem candidam et puram sequentes? Ergo ego inducam in templum quem Christus excludit? Jubet enim exire, qui dignitates vendit et honores; jubet enim exire qui vendere vult simplices mentes fidelium, CLXIII, 678, 679.

RUDOLPHUS rex Romanorum. — *Diploma*. Sanctissimo in Christo patri et domino Nicolao papæ III, Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ad perpetuam rei memoriam. Summa reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum sacerdotii et imperii divina institutione proveniens, vinque suam exinde muniens, humanum genus salubriter gubernavit in posterum, et reget Deo propitio in æternum. Hæc sunt duo dona Dei, maxima quidem in omnibus a superna collata clementia, videlicet auctoritas sacra pontificum et regalis excellentia potestatis. Hæc duo Salvator noster mediator Dei et hominum Jesus Christus sic per seipsum actibus propriis et dignitatibus distinctis exercuit, ut utraque ab ipso, tanquam ex uno eodemque principio manifeste procedere omnibus indicaret.

Ab eo igitur solo vivo et vero Deo recognoscentes omnia a quo reges et regna sumpsere principia, et sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ beneficia erga nos innumera recolentes plenè excitamur affectibus, ea quæ possumus illi retribuendo rependere a qua nobis et nostris prædecessoribus regibus Romanorum tam grandia, tam excellentia dona conspiciamus esse tributa.

Præfati itaque prædecessores, inter cætera quæ ipsi Romanæ Ecclesiæ confirmarunt, dimiserunt, seu etiam concesserunt totam terram quæ est a Radicophano usque Ceperano, marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, terram comitissæ Mathildis, comitatum Brietenorii, exarchatum Ravennæ, Pentapolim, massam Trabariam, cum adjacentibus terris, et omnia alia bona, terras, possessiones et jura ad Romanam ecclesiam pertinentia in multis privilegiis imperatorum, a tempore Ludovici expressa sive contenta, ipsi beato Petro cælestis regni clavifero, ejusque successoribus et Romanæ Ecclesiæ dimiserunt, renuntiaverunt, restituerunt, et confirmarunt, et ad omnem scrupulum removendum, prout melius valeret et efficacius posset intelligi, contulerunt, concesserunt et etiam donaverunt sicut in eorum privilegiis seu litteris continetur.

Nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentiæ culmen assumpti, ut de susceptis donis innumeris, quæ de manibus dictæ Matris accepimus, non minoris recognitionis debitum solveremus, prædicta omnia in præsentia recolendæ memoriæ Gregorii papæ X recognovimus, ac ea omnia et singula ipsi pro Romana Ecclesia, se suisque successoribus recipienti, confirmavimus, innovavimus, et de novo concessimus, atque donavimus, ipsa nihilominus proprio præstito corporaliter juramento firmantes, etc....

Et quia decet regales actus in omni claritate procedere, ut omnem obscuritatem, quam frequenter generalitas consuevit inducere, nostra tollat regalis expressio, ac jura ipsius matris Ecclesiæ per nostram declarationem, quam decernimus esse perpetuam, plenarie solidentur, recognoscimus, fatemur, et oraculo præsentis edicti ad æternam memoriam declaramus, civitatem Ravennatensem et Æmiliam, Bobium, etc., etc., ad beatum Petrum cælestis regni claviferum, et ad vos patrem beatissimum dominum Nicolaum papam III, et ad successores vestros Romanos pontifices, et ad ipsam Ecclesiam Romanam pleno jure ac integre, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, in solidum pertinere, ac vestri et ipsius Romanæ Ecclesiæ, pleni juris, ditionis, ac principatus existere, XCVIII.

Et ad omnem dubitationis scrupulum in posterum abolendum, et ut nostra devotio erga ipsam matrem Ecclesiam clarius enitescat, prædicta omnia et singula, tam propriis seu specialibus provinciarum, terrarum, civitatum, atque locorum expressa vocabulis quam etiam non expressa, prout melius valet et efficacius intelligi, ipsi beatissimo Petro et vobis, sanctissime pater, Nicolæ III papa, et per vos successoribus vestris Romanis pontificibus, et ipsi Romanæ Ecclesiæ, de novo libere et plenarie

concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentio et dissensio materia, firma pax et concordia p'ena inter Ecclesiam et imperium perseverent, XCVIII, 863-868 et 844 863.

SILVESTER (S.) papa. — In S. Sylvestri papæ Vita et in Vita aliorum episcoporum Romanorum frequentissime occurrunt donationes cujusque generis et speciei, post donationes Constantini Magni, factæ sedi apostolicæ seu aliis locis specialiter religioni consecratis. Sic in Vita S. Stephani III pap. dicitur, quod de omnibus receptis civitatibus donationem in scriptis a beato Petro atque a sancta Romana Ecclesia, vel omnibus in perpetuum pontificibus apostolicæ sedis misit possidendum, CXXVII, 218.

In Vita S. Adriani pontificis dicitur: « Sicut in eadem donatione contineri monstratur. » Ejusdem donationis exemplar super corpus B. Petri positum est, CXXVII, 218.

Ita majorem in dies venerationem sanctæ sedis conciliavit divina providentia, temporalem potestatem splendoremque illius in omnium oculis augendo. Fideles divinum summis laudibus consilium efferebant in hoc. Et apostolica sedes paternam semper hæreditatem cum fide servavit; frumentum in ea centuplicavit, CXXVII, 950.

De donationibus probandis sufficeret unicum et antiquissimum documentum, scilicet Carta Cornutiana, publica auctoritate signata; ex illa concludi potest solemnes, per quinque sæcula, ab anno 471 sequentia, fuisse donationes factas ecclesiis honorum tam mobilium quam immobilium, CXXVII, 971.

Notum est istud Clodovæi et successorum ejus: « Sceptra dedit Christus mihi, Christo reddo coronam. » Etenim piissimorum principum, hoc studium fuit ut regia insignia Christo Domino regum subderent ac dedicarent, etc., CXXVII, 502.

STEPHANUS II, papa. — Stephanus II difficillimis temporibus creatus est pontifex; ipso enim pontificatus ejus initio, Aistulphus Longobardorum rex, rupto fœdere quo cum Ecclesia Romana pepigerat, ipsam Romam petere decrevit, quo tempore imperatoris obsequium Romani nondum deseruerant. Pontifices enim Romani, post sua latifundia invasa et hæresim Leonis imperatoris, ejus et Constantini Copronymi imperium coluerunt, et reipublicæ curam non deseruerunt, et Romana civitas, licet calamitatibus belli ab Aistulpho rege vexata, ejusdem Constantini imperium cognoscebat... Cum Aistulphus rex Romam obsideret, ut eam suæ ditioni subderet, ac Romanæ Ecclesiæ civitates invaderet, Stephanus litteras ad Pippinum misit quibus ad sibi auxilia mittenda sollicitaret. Tunc Pippinus rex legationem ad Aistulphum regem Longobardorum misit, petens ut propter reverentiam beatissimorum Petri et Pauli in partibus Romæ hostiliter non ambularet, et superstitiones ac impias et contra legis ordinem causas quas antea Romæ nunquam fecerat, propter ejus petitionem facere non deberet. At Aistulphus hoc facere contempsit, et Pippinus omnes Francos convocat ad arma contra Aistulphum et eos ad flumen Vidulam ad se venire jubet. Bellum ergo undique parabatur contra regem Aistulphum, sed ob gravem et periculosum morbum Stephani papæ expeditio tantisper retardata fuit. Verum Stephano mox insigni miraculo sancti Dionysii martyris intercessione sanatus, Pippinum ejusque filios, Carolum et Carolomanum ac uxorem Bertradam, in reges Francorum unxit. Bis itaque Pippinus in regem unctus est, primo a S. Bonifacio apostolicæ sedis legato, ut videtur in Zachariæ papæ actis, secundo a Stephano papa. Qui eos inungens reges, eos Romanorum patricios dixit.

Post hæc, satisfactione ab Aistulpho nulla obienta, Pippinus, cum toto exercitu Alpes transgrediens, in ipsi montium faucibus, eundem Aistulphum prælio vicit, fugatumque insequens Papiæ obsedit. Tunc pontifex novam timens Christiani sanguinis effusionem, cum eo egit; et accepto ab Aistulpho juramento, obsidibusque pro restituenda Ravenna aliisque civitatibus, Romam reversus est, et Pippinus rex victor cum suis in Gallias. Mox Stephanus papa questus est ad Pippinum quod Aistulphus rex promissis minime staret, nihilque cum Ecclesiæ Romanæ, tum reipublicæ Romanorum reddidisset. In litteris ait pontifex de Aistulpho: « Nec unius palmi terræ spatium beato Petro, sanctæque Dei Ecclesiæ, vel reipublicæ Romanorum reddere passus est, etsi illi, nempe Pippinus et filii propria voluntate, per donationis paginam, beato Petro, sanctæque Dei Ecclesiæ et reipublicæ civitates et loca restituenda confirmassent. » Equibus verbis colligere est, cum ventum est ad pacem, inter Stephanum et Aistulphum, legem hanc a Pippino huic fuisse impostam, ut ablata cum Ecclesiæ Romanæ, tum reipublicæ

Romanæ restitueret, non vero imperio Romano, ut perperam quidam volunt.

Imo Aistulphus rex rursus, ingenti comparato exercitu, ipsam urbem Romam obsidione cinxit. Tunc Pippinus cum exercitu in Longobardos movit, Aistulphum ad Alpiam angustias fugatum Papiæ obsedit, nec veniam unquam rupti fœderis ei roganti tribuere voluit, quousque Ravennam, cum universo exarchatu, Pentapolimque ac viginti civitates iis provinciis comprehensas, Romano pontifici tradidisset. Et ab hoc tempore plenam in rebus civilibus administrationem pontifices Romani tam Romæ quam in exarchatu Ravennatensi exercuerunt nisi rebellionem et aliis motibus aliquando impedirentur. En quod Romani, ab eo tempore quo Pippinus exarchatum Ravennæ principi apostolorum ejusque successoribus concessit, Constantini Copronymi imperatoris hæretici qui eos adversus Longobardos defendere non poterat, dominationem penitus excussere, et rempublicam instituere, cujus caput Romanus pontifex, defensor vero ac protector Pippinus Francorum rex dicti sunt. Hinc quando Stephanus II in suis litteris de Aistulpho et de vexatione urbis Romæ sermonem habet, nusquam meminit imperatoris, et Romanos populum suum appellat. Iisdem loquendi formulis utuntur Paulus papa Stephani successor, Adrianus I. Aistulphus contra pactum quasdam civitates, ad mortem usque, quas donatio Pippini complectebatur retinuit, ut Faventia incola, Ferraria, Auximum, Ancona, Humenæ, Bononia, etc., et postea summo pontifici æqualiter restitutæ sunt hæc civitates cum earum territoriis et finibus, CXXVIII, 1119-1133.

Pacta inita sunt, ut ex dictis apparet, et solemnibus juramento firmata, inter Stephanum papam et Pippinum regem circa defensionem et tutelam Romanæ Ecclesiæ; sed non concessa fuit a Stephano jurisdictio Pippino in urbem Romanam et ducatum Romanum. Duo iterum conventa sunt inter Stephanum et Pippinum: alterum quod Stephanus conferret Pippino singularem, insignem et æmini antea collatum honorem patriciatus Romanorum, vi cujus Pippinus susciperet tutelam, defensionem et advocacionem Romanæ Ecclesiæ, patrimoniorum beati Petri, omniumque jurium et plenarum justitiarum apostolicæ sedis; et alterum quod Pippinus in vim talis protectionis omnibus viribus miteretur ut sua jura redderentur Ecclesiæ, et exarchatus Ravennæ a manibus Longobardorum eriperetur et Romano pontifici traderetur. Primum clare ostenditur ex epistola Stephani ad Pippinum: « Quod nullus de vestris parentibus, inquit, meruit suscipere, vos suscepistis, et princeps apostolorum præ cæteris regibus et gentibus vos suos peculiare faciens, omnes suas causas vobis commisit, et vos reddetis rationem Deo, quomodo pro justitia ipsius janitoris regni colorum decertaveritis. » Alterum similiter ex litteris Stephani constat: « Etenim dum vestris mellifluis obtutibus præsentati sumus, omnes causas principis apostolorum in vestris manibus commendavimus, quoniam quidem inspirati a Deo aurem nostris petitionibus accomodare dignati estis, et vos beato Petro polliciti estis ejus justitiam exigere et defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ procurare. » Et: « Velociter et sine impedimento quod beato Petro promisistis per donationem vestram, civitates et loca, atque omnes obsides et captivos beato Petro reddite, vel omnia quæ ipsa donatio continet. »

Hæc sola fuere pacta inter Stephanum et Pippinum constituta, et non alia, neque ullam uspiam verbum reperire est in illorum epistolis de concessio imperio in Urbem aut ducatum Pippino. Frequens sermo est de jurejurando et promissione facta Stephano a Pippino decertandi pro Ecclesia Dei, et reddendi, sive donandi exarchatum Ravennæ Romanæ Ecclesiæ, sed nunquam verbum est de somniata illa jurisdictionis concessione, quam quidam volunt. Quid plura? Si Stephanus conferendo patriciatum Pippino aliquid illi jus contulisset in urbem Romanam, in litteris ad eundem Pippinum datis potuisset ne amplius uti iis vocibus et terminis quibus testatum faceret suum plenum dominium super Urbe superque civibus Romanis? Et tamen loquitur de reipublica Romanorum sua, de populo suo, de Romana civitate sua: « Cunctus, ait Stephanus, namque noster populus reipublicæ Romanorum magno dolore et amarissimis lacrymis una nobiscum tribulantur, » etc., etc. Qui loquendi modus evidens argumentum est, non alienatæ, aut divisæ jurisdictionis, sed integre a papa retentæ semper et conservatæ. Sed et ipsi primi Francici imperatores de tutela quidem et defensione Romanæ Ecclesiæ in actis suis locuti sunt, nunquam vero de sibi a papa concessa jurisdictione in urbem aut ducatum Romanum, CXXVIII, 1133-1136.

[Additamenta ad Stephanum II.]

Anno 753, mense Octobri, Stephanus II papa, imperatore Constantinopolitano iubente, ad Aistulphum Longobardorum regem profectus, exarchatum Ravennatem et reliqua loca ab eo invasa repetiturus. Quod cum frustra attentasset, Pippinum regem adit, atque primum die 6 Januarii an. 754 Pontigone promissione de auxilio ferendo accepta, in conventu publico Carisiacensi pactum de defensione Ecclesiæ Romanæ atque de coronatione Pippini filiorumque ejus iniit, quo Pippinus ea quæ Aistulphus Græcis abstulerat se Romanæ Ecclesiæ collaturum promisit. Conditio ista his verbis expressa erat : « A Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Burdone, inde in Berceto, deinde in Parma, deinde in Regio, et exinde in Mantua atque in Montesilicis, simulque universum exarchatum Ravennatum sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum, et Istriam, necnon cunctum ducatum Spoletinum sive Beneventanum. » Bellum tamen magna cum difficultate susceptum, eum tantum ad finem gestum et anno 753 finitum est, ut Longobardi Pentapolim, Narnias et Cecanum, Tusciæ atque Campaniæ Romanæ urbes ab ipsis invasas et reliqua unde populus Romanus conquiretur redderent; quibus, bello reparato, anno 756. Comiaculum accessit. Unde confecta Pippini donatio has civitates complectebatur : Ravenna, Ariminum, Pensaurum, Concam, Fanum, Cesinas, Sinogallias, Æsim, Forum populi, Forum Livii cum Sassubio, Montem Feltri, Acerrem, Agiomontem, Montem Lucati, Serram, Castellum sancti Marini, Bobium, Urbinum, Calles, Luciolis, Eugubium et Comiaculum; sed et Faventiam, ducatum Ferrariæ, necnon, Imolam, Bononiam et Gabellum simul traditas fuisse ex subsequentibus patet; nec unquam pontificem ulterius quid apud Pippinum impetrasse reperimus. Annis duodeviginti post, Desiderio primum fuso, Spoletini, Reatini, incolæ ducatus Firmani, Auximani, Anconitani, et habitatores castelli Felicitatis ad Adrianum papam se contulerunt, et Carolus rex, Romæ Adriano restitutionem exarchatus a Desiderio invasi pollicitus, præterea donationem Pippini Carisiacensem confirmavit, quibus promissis, Adrianus papa anno 774 vel 775 partem exarchatus recepit, reliquam vero, scilicet Imolam, Bononiam, Gabellis, Faventiam, ducatum Ferrariæ, Comiaculum, Forumlivii, Forum populi, Cesenam, Bobium, Tribunatum decimum, archiepiscopo Ravennate ren lente, et castellum Felicitatis a duce Clusino invasum, nonnisi anno 775 vel 776 recuperare potuit. At vero Adrianus ad ulteriora progressus, inde ab anno 777 terras flagitare cepit, nec ab ipso, nec a Stephano Paulove umquam possessas, sed quas pontificibus, a regibus Longobardorum aliisque olim ereptas, atque ex donatione Carisiacensi sibi restituendas contendeat. Primo inde ab anno 777 civitates aliquot in Tuscia Longobardorum sitas, ducatus Spoletinum et Beneventanum, Corsicam et patrimonium Sabinense, tum Terracinam occupatam rursusque amissam, Cajetam, Neapolim, et patrimonium partium earum affectabat, obtinuitque a Carolo anno 781 Romæ præsentis filii ejus Pippino et Ludovico in reges Longobardorum et Aquitaniæ consecratis, concessionem patrimonii Savinensis pro luminariorum concionationibus atque alimoniis pauperum; quod tamen nonnisi anno 783 a missis Carolo B. Petro traditum est. Eodem tempore vel certe anno 787, civitates in Tuscia Longobardorum, Suana Tuscana, Bitervum, Balneum regis et cætera, scilicet Castellum Felicitatis, Urbs velus, Ferentum, Orta, Marca restitutæ sunt. Quibus Populonium et Rosellas necnon civitates in partibus Beneventi tum Capuam addi annis 787 flagitabat; obtinuit que in tertio Carolo itinere Romano promissionem de tradendo Benevento, irritam tamen, quod rex Grimoaldi ducis favore ductus episcopia quidem monasteria curies publicas et civitates absque incolis papæ contradi, eorum habitatores tamen in Grimoaldi fide persistere concessit. Is Adriani expostulationibus Caroliq. favoribus finis exstitit; nam nec ultra Adrianum aliquid obtinuisse, nec successorem ejus Leonem tertium anno 808 ex pacto Carisiacensi Corsicam insulam efflagitantem meliori fortuna usum fuisse reperimus. Constat igitur, Carolum ea quæ Desiderio Ticinum adhuc tenente, et eventu belli ambiguo, in pacto Carisiacensi renovato pontifici promiserat, integram servare nec voluisse nec potuisse, ea fortasse ratione ductum, quod pontifices jura sua in territoria singula ad meridiem lineæ descriptæ posita, prout tenebantur et polliciti esse videntur, probare nequiverunt.

Carolo igitur obeunte, res ita comparata erat, ut pontifices sub imperio Francorum, 1° ex antique jure urbem

Romam cum ducatu suo, id est, Campaniam cum Maritima usque ad Ceperanum et Terracinam et Tusciam Romanorum, scilicet civitates Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutriam, Nepem, Castellum, Gallisum, Ortum, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum insulis tribus, Narniam et Utriculum; 2° ex donatione Pippini et Caroli exarchatum Ravennatem, Pentapolim et Æmiliam cum civitatibus supra memoratis; 3° ex pacto Carisiacensi et jure Carolo regi probato territorium Savinense, civitates in Tuscia Longobardorum supra memoratas (fortasse additis Populonio atque Rosellis), et jura in ducatu Beneventano sibi tradita possiderent; affectarent vero, nec tamem evincere potuissent; 4° plurima a meridie a Lunis cum insula Corsica per Surianum, montem Bardonis, Bercetum, Parmam, Regiam, Mantuam, Montem Silicis porrectæ, præcipue Corsicam, Populonium et Rosellas, ducatos Spoletinum et Beneventanum, Capuam, Cajetam, Neapolim, cum patrimonii ibidem sitis, partim a Francis partim a ducibus Beneventanis, partim a Græcis possessa. Quibus a Ludovico imperatore nihil præter curtem legalem in Germania additum est. Unde confirmationem quæ sub nomine ejus circumfertur commentitiam esse, haud dubie apparet, non solum propter vitia formæ, sed qua insulæ Sardinia et Sicilia atque Campaniæ Beneventanæ pars cum civitatibus Sora, Arce, Aquino, Arpino, Theano, Capua, et patrimonium Beneventanum, Salernitanum, Neapolitanum, et Calabria superioris et inferioris, quæ nec in potestate Francorum essent, papæ concedi dicantur, Chartæ exemplar omnium quæ exstant vetustissimum exstat in codice Vaticano, sæculo XII exarato, XCVII, 679, 680, 681.

ZACHARIAS (S.) papa — Foedera cum Francis jam dudum inierant pontifices Gregorius II et III, cum Pippinus, frater Carolomanni, ambo filii Caroli Martelli, cum consuluisset utrum frater dignior regio fastigio illi videretur, isne qui otio languens, nihil ad communem populorum utilitatem afferet, an qui dies noctesque de regni salute atque custodia cogitaret? Zacharias se omnino extimare regem illum eligendum qui regni commodis et incolumitati serviret populorum, rogatusque decretum interposuit, ut regem Pippinum substituerent.

Quod sic habetur in notitia in S. Zachariam pap. : « Carolomannus filius Caroli Francorum regis, præsentis vitæ relinquens gloriam atque potestatem terrenam, ad beatum Petrum apostolorum principem devotus, cum aliquantis suis advenit fidelibus, seque eidem Dei contulit apostolo, atque in speciali habitu se fore spondens permansurum, clericatus jugum ab eodem sanctissimo suscepit pontifice, Et inter alia multa dona obtulit beato Petro apostolo ante consessionem arcum argenteum majorem, pensantem libras septuaginta et post aliquantum temporis ad beati Benedicti quod in Aquinensium situm est profectus est monasterium, in quo et suam finire vitam professus est jurando », LXXXIX, 906.

Bertiniani annales ad an. 749, de regno in Pippinum conferendo Burchardum et Fulradum missos egisse produnt; « Burchardus Witzeburgensis episcopus ac Fulradus capellanus missi fuerunt ad Zachariam papam interrogandum de regibus in Francia qui illis temporibus non habentes regalem potestatem... Si bene fuisset an non. Et Zacharias papa mandavit Pippino ut melius esset illum regem vocari qui potestatem haberet, quam illum qui sine regali potestate manebat, ut non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo apostolicam jussit Pippinum regem fieri; » et ad an. 750. « Pippinus secundum morem Francorum electus est in regem, et unctus per manum sancti memor. archiepiscop. Bonifacii, et elevatus a Francis in regno, in Suessionis civitate. Hildericus vero, qui falso rex vocabatur, tonsuratus est, et in Sithiu monasterium missus. » Item Fredegarii continuator, ad an. 751, scripsit : « Et quidem terra quievit a præliis. Quo tempore una cum consilio et consensu omnium Francorum missa relatione a sede apostolica auctoritate percepta, præclarus Pippinus electione totius Franciæ in sedem regni cum consecratione episcoporum et subjectione principum, una cum regina Bertradona, ut antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno. » Et Annales a Pithæo editi sic habent; « An. 752 ab incarnatione Domini, Zacharias papa ex auctoritate beati Petri apostoli, mandat populo Francorum ut Pippinus, qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate fruereetur. Itaque Hildericus rex qui ultimus Merovingorum Francis imperavit depositus et in monasterium missus est. Pippinus vero in civitate Suessionum a sancto Bonifacio archiepiscopo unctus, regni honore sublimatus est. »

Pippino idem pontifex Zacharias concessit potestatem

nominandi episcopos regni Francorum, ut medicam afferret manum abusus atque excessibus eorum temporum cum ad electiones deveniri contingeret. Id vero est factum dum adhuc erat majordomus; quippe indultum eiusmodi accepit in concilio Suessionensi, quod fuit celebratum, an. 744, ante annos octo quam regni solium ascenderet. « Pippinus exposita necessitate hujus regni Zachariæ Romano papæ, in synodo cui Bonifacius martyr interfuit, ejus accepit consensum ut acerbitati temporis, industria sibi probatissimorum, decedentibus episcopis moderetur. » Lup. ahh. Ferrar. epist. 81, ad Amul. Lugd., LXXXIX, 966, 967, 968.

ZOSIMUS, pap. — Quamvis Patrum traditio apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque eadem sedes servaverit, et currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomini a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet exsolvat; tantam enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut et ligata solveret, et soluta vinciret par potestatis data conditio in eos, qui sedis hæreditatem ipso annuente meruissent; habet enim ipse cum omnium Ecclesiarum, tum hujus maxime ubi sederat, curam; nec patitur aliquid privilegii aut aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa sui nominis firma et nullis hebetata motibus constituit fundamenta, et quæ sine suo periculo temere nullus incessat. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus sit caput, et sequentia omnium majorum studia firmaverit, ut tam humanis quam divinis legibus et disciplinis omnibus firmetur Romana Ecclesia, cujus locum nos regere ipsiusque potestatem nominis obtinere non latet vos. Sed nostris, fratres charissimi, et quemadmodum sacerdotes scire debetis; tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia, nihil egimus quod non ad vestram nolitiam nostris ultro litteris referremus, etc., XX, 676.

Priusquam hunc absolvamus Indicem, apponere hic statuimus tum summi Pontificis ad episcopos, tum episcoporum ad Summum Pontificem Allocutiones, quæ nostram thesim, his præsertim temporibus, maxime corroborant.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ IX

*Allocutio habita in Consistorio, die
9 Junii 1862,*

Adstantibus etiam patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, solemniis sanctorum martirum in Japonia et Michaelis de Sanctis canonizationis causa Romæ congregatis.

VENERABILES FRATRES,

Maxima quidem lætitia affecti fuimus, venerabiles fratres, cum sanctorum honores et cultum, Deo benè juvante, septem et viginti invictissimis divinæ nostræ religionis heroibus hesterno die decernere potuerimus, Vobis lateri nostro adstantibus, qui egregia pietate ac virtute præditi, et in sollicitudinis nostræ partem vocati in hac tanta temporum asperitate strenue dimicantes pro Domo Israel summo nobis solatio et consolationi estis. Utinam vero dum hujusmodi perfundimur gaudio, nulla mœroris, luctusque causa nos aliunde contristaret. Non possumus enim non vehementer dolere et angere, cum videamus tristissima, et nunquam satis deploranda mala ac dârna, quibus cum permagno animarum detrimento catholica nunc Ecclesia, et ipsa civilis societas miserandum in modum premitur ac divexatur. Optime enim noscitis, venerabiles fratres, terribitum sane bellum contra rem catholicam universam ab iis hominibus conflatum, qui inimici crucis Christi sanam non sustinentes doctrinam, ac nefaria inter se societate conjuncti quæcunque ignorant, blasphemant, ac pravis cujusque generis artibus sanctissimæ nostræ religionis, et humanæ societatis fundamenta labefactare, imo si fieri unquam posset, penitus evertere, omniumque animos mentesque perniciosissimis quibusque erroribus imbuere, corrumpere et a catholica religione avellere moliantur. Nimirum callidissimi isti fraudum artifices, et fabricatores mendacii non cessant monstrosa quæque veterum errorum portenta jam sapientissimis scriptis toties profligata ac depulsa, gravissimoque Ecclesiæ judicio damnata e tenebris excitare, eaque novis, variis ac fallacissimis formis verbisque expressa exaggerare, et modis omnibus usquequa-

que disseminare. Hac funestissima ac diabolica prorsus arte rerum omnium scientiam contaminant, deturpant, mortiferum ad animarum perniciem virus diffundunt, effrenatam vivendi licentiam, et pravas quasque cupiditates fovent, religiosum ac socialem ordinem invertunt, et omnem justitiæ, veritatis, juris, honestatis et religionis ideam extinguere conantur, et sanctissima Christi dogmata, doctrinam irrident, contemnunt, oppugnant. Horret quidem refugitque animus, ac reformidat vel leviter attingere præcipuos tantum pestiferosque errores, quibus hujusmodi homines miserimis hisce temporibus divina et humana cuncta permiscent.

Nemo vestrum ignorat, venerabiles fratres, ab hujusmodi hominibus plane destrui necessariam illam coherrentiam, quæ Dei voluntate intercedit inter utrumque ordinem, qui tum in natura, tum supra naturam est, itemque ab ipsis omnino immutari, subverti, deleri propriam, veram germanamque divinæ revelationis indolem, auctoritatem, Ecclesiæque constitutionem et potestatem. Atque eo opinandi temeritate progrediuntur, ut omnem veritatem, omnemque legem, potestatem et jus divinæ originis audacissime denegare non metuant. Siquidem haud erubescunt asserere, philosophicarum rerum, morumque scientiam, itemque civiles leges posse et debere a divina revelatione, et Ecclesiæ auctoritate declinare, et Ecclesiam non esse veram perfectamque societatem plane liberam, nec pollere suis propriis et constantibus juribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis esse definire, quæ sint Ecclesiæ jura et limites, intra quos eadem jura exercere queat. Hinc perverse comminiscuntur, civilem potestatem posse se immiscere rebus, quæ ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent, atque etiam impedire, quominus sacrorum antistites et fideles populi cum Romano pontifice supremo totius Ecclesiæ Pastore divinitus constituto libere ac mutuo communicent, ut plane dissolvatur necessaria et arctissima illa conjunctio, quæ inter membra mystici corporis Christi, et aspectabile suum caput ex divina ipsius Christi Domini institutione esse omnino debet. Nihil verotiment omni fallacia ac dolo in vulgus proferre, sacros Ecclesiæ ministros, Romanumque Pontificem ab omni rerum temporalium jure ac dominio esse omnino excludendos.

Summa præterea impudentia asserere non dubitant, divinam revelationem non solum nihil prodesse, verum etiam nocere hominis perfectioni, ipsamque divinam revelationem esse imperfectam, et idcirco subiectam continuo et indefinito progressui, qui humanæ rationis progressionis respondeat. Nec verentur proinde jaclare, prophetias et miracula in sacris Litteris exposita et narrata esse poetarum commenta, et sacrosancta divinæ fidei nostræ mysteria philosophicarum investigationum summam, ac divinis utriusque Testamenti libris mythica contineri inventa, et ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, horribile dictu! mythicam esse fictionem. Quare hi turbulentissimi perversorum dogmatum cultores blaterant, morum leges divina haud egere sanctione, et minime opus esse, ut humanæ leges ad naturæ jus conformentur, aut obligandi vim a Deo accipiant, ac propterea asserunt, nullam divinam existere legem. Insuper inficiari audent omnem Dei in homines mundumque actionem, ac temere affirmant, humanam rationem, nullæ prorsus Dei respectu habito, unicum esse veri et falsi, boni et mali arbitrum, eandemque humanam rationem sibi ipsi esse legem, ac naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficere. Cum autem omnes religionis veritates ex nativa humanæ rationis vi perversa derivare audeant, tum cuique homini quoddam veluti primarium jus tribuunt, ex quo possit libere de religione cogitare et loqui, eumque Deo honorem et cultum exhibere, quem pro suo libito meliorem existimat. †

At vero eo impietatis et impudentiæ deveniunt, ut cælum petere, ac Deum ipsum de medio tollere conentur. Insigni enim improbitate ac pari stultitia haud timent asserere, nullum supremum sapientissimum providentissimumque Numen divinum existere ab hac rerum universitate distinctum, ac Deum idem esse ac rerum naturam, et idcirco immutationibus obnoxium, Deumque reapse fieri in homine et mundo, atque omnia Deum esse, et ipsissimam Dei habere substantiam, ac unam eandemque rem esse Deum cum mundo, ac proinde spiritum cum materia, necessitatem cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo, et justum cum injusto. Quo certe nihil dementius, nihil magis impium, nihil contra ipsam rationem magis repugnans fingi et excogitari unquam potest. De auctoritate autem et jure ita temere effutiunt, ut impudenter dicant, auctoritatem nihil aliud esse, nisi numeri, et materialium virium summam, ac jus in

materiali facto consistere, et omnia hominum officia esse nomen inane, et omnia humana facta juris vim habere.

Jam porro commenta commentis, deliramenta deliramentis cumulantes, et omnem legitimam auctoritatem, atque omnia legitima jura, obligationes, officia conculcantes nihil dubitant in veri legitimique juris locum substituere falsa ac mentita virium jura, ac morum ordinem rerum materialium ordini subjicere. Neque alias vires agnoscunt, nisi illas quæ in materia positæ sunt, et omnem morum disciplinam honestatemque collocant in cumulandis et augendis quovis modo divitiis, et in pravis quibusque voluptatibus explendis. Atque hisce nefariis abominandisque principiis reprobam carnis spiritui rebellis sensum tuentur, fovent, extollunt, illique naturales dotes ac jura tribuunt, quæ per catholicam doctrinam conculcari dicunt, omnino despicientes monitum Apostoli clamantis: « Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis [Ad (Rom. viii. 13)]. » Omnia præterea legitimæ cujusque proprietatis jura invadere, destruere contendunt, ac perperam animo et cogitatione confingunt et imaginantur lus quoddam *nullis circumscriptum limitibus*, quo reipublicæ statum pollere existimant, quem omnium jurium originem et fontem esse temere arbitrantur.

Dum vero hos præcipuos infelicissimæ nostræ ætatis errores doleat ac raptim perstringimus, recensere omittimus, venerabiles fratres, tot alias fere innumera-biles falsitates et fraudes vobis apprimè notas ac perspectas, quibus Dei hominumque hostes rem tum sacram tum publicam perturbare et convellere conituntur. Ac silentio prætermittimus multiplices gravissimasque injurias, calumnias, convicia, quibus sacros Ecclesiæ ministros, et hanc apostolicam Sedem dilacerare et insectari non desinunt. Nihil loquimur de iniqua sana hypocrisi, qua funestissimæ in Italia præsertim perturbationis ac rebellionis duces et satellites dictitant, se velle Ecclesiam sua gaudere libertate, dum sacrilego prorsus ausu omnia ipsius Ecclesiæ jura et leges quotidie magis proculcant, ejusque bona diripiunt, et sacrorum antistites, ecclesiasticosque viros suo munere præclare fungentes quoquo modo divexant, et in carcerem detrudunt, et religiosorum ordinum alumnos, ac virgines Deo sacras et suis cœnobiis violenter exturbant, suisque propriis bonis spoliant, nihilque intentatum relinquunt, ut ipsam Ecclesiam in turpissimam redigant servitutem, et opprimant. Ac dum singularem certe ex optatissima vestra præsentia voluptatem percipimus, vos ipsi videtis, quam libertatem nunc habeant venerabiles fratres sacrorum in Italia antistites, qui strenue constanterque præliantes prælia Domini minime potuerunt cum summo animi nostri dolore, adversantium opera, ad nos venire, et inter vos versari, atque huic adesse conventui, quod summopere optavissent, quemadmodum infelicis Italiæ archiepiscopi et episcopi suis litteris summi erga nos, et hanc sanctam Sedem amoris et obsequii plenissimis significaverunt. Neminem etiam ex sacrorum in Lusitania antistitibus hic adesse cernitis, ac non parum dolemus, inspecta difficultatum natura quæ obstiterunt, quominus ipsi Romanum iter aggredi possent. Recensere autem omittimus tot alia sane tristia et horrenda, quæ ab hisce perversarum doctrinarum cultoribus cum incredibili nostro ac vestro, et omnium bonorum luctu patrantur. Nihil item dicimus de impia conspiratione, et pravis cujusque generis molitionibus ac facinosis, quibus civilem hujus apostolicæ Sedis principatum omnino evertere ac destruere volunt. Juvat potius hac de re commemorare miram prorsus consensionem, qua vos ipsi una cum aliis venerabilibus fratribus universi catholici orbis sacrorum antistites nunquam intermisistis et epistolis ad nos datis, et pastoralibus litteris ad fideles scriptis hujusmodi fallacias detegere, refutare, ac simul docere, hunc civilem sanctæ Sedis principatum Romano Pontifici fuisse singulari divinæ providentiæ consilio datum, i lumque necessarium esse, ut idem Romanus Pontifex nulli unquam principi aut civili potestati subjectus supremam universi Domini gregis pascendi regendique potestatem auctoritatemque ab ipso Christo Domino divinitus acceptam per universam Ecclesiam plenissima libertate exercere, ac majori ejusdem Ecclesiæ, et fidelium bono, utilitati et indigentis consulere possit.

Quæ hactenus lamentati sumus, venerabiles fratres, luctuosum plane exhibent spectaculum. Quis enim non videt pravorum dogmatum iniquitate, ac tot nequissimis deliramentis et machinationibus magis in dies christianum populum misere corrumpi, et ad exitum impelli, et catholicam Ecclesiam, ejusque salutarem doctrinam ac veneranda jura et leges, sacrosque ministros oppugnari,

et idcirco omnia vitia et scelera invalere ac propagari, et ipsam civilem societatem exagitari?

Nos itaque apostolici nostri ministerii probe memores, ac de spirituali omnium populorum bono et salute nobis divinitus commissa vel maxime solliciti, cum « aliter » ut sanctissimi decessoris nostri Leonis verbis utamur « nobis commissos regere non possimus, nisi hos, qui sunt perditores et perdit, zelo fidei Dominicæ persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, quæ possumus, abscindamus » [Epist. 7 ad Episc. per Ital. c. 2 Edit. Baller.], in hoc amplissimo vestro consensu apostolicam nostram attollentes vocem omnes commemoratos præsertim errores non solum catholicæ fidei ac doctrinæ, divinis ecclesiasticisque legibus, verum etiam ipsi sempiternæ ac naturali legi et justitiæ, rectæque rationi omnino repugnantes et summopere adversos reprobamus, proscribimus atque damnamus.

Vos autem, venerabiles fratres, qui estis sal terræ, et Domini gregis custodes, ac pastores, etiam atque etiam excitamus et obtestamur, ut pro eximia vestra religione et episcopali zelo pergatis, veluti adhuc cum summa vestri ordinis laude fecistis, omni cura, sedulitate et studio fideles vobis traditos ab hisce venenatis, pascuis arcere, et qua voce, qua opportunis scriptis tot perversarum opinionum monstra refellere et profligare. Optime enim scitis de summa re agi, cum agatur de sanctissimæ fidei nostræ, ac de catholicæ Ecclesiæ, ejusque doctrinæ causa, de populorum salute, et humanæ societatis bono ac tranquillitate. Itaque quantum in vobis est, ne desinat unquam a fidelibus avertere tam diræ pestis contagia, id est ab eorum oculis manibusque perniciosos libros et ephemerides eripere, ipsosque fideles sanctissimis augustæ nostræ religionis præceptionibus assidue imbueri et erudiri, ac moneri et exhortari, ut ab hisce iniquitatis magistris tanquam a facie colubri effugiant. Pergite vestras omnes curas cogitationesque in id potissimum conferre, ut clerus sancte scienterque instituatur, omnibusque virtutibus fulgeat, ut utriusque sexus juventus ad morum honestatem, pietatem, omnemque virtutem sedulo formetur, ut salutaris sit studiorum ratio. Ac diligentissime advigilate et prospicite, ne in humaniores litteras, severioresque disciplinas tradendas aliquid unquam irrepat quod fidei, religioni, bonisque moribus adversetur. Viriliter agite, venerabiles fratres, et ne animo unquam concidatis in hac tanta temporum perturbatione et iniquitate, sed divino auxilio omnino freti, ac *sumentes in omnibus scutum inexpugnabile æquitatis et fidei, atque assumentes gladium spiritus, quod est verbum Dei*, ne intermittatis omnium catholicæ Ecclesiæ, et hujus apostolicæ Sedis hostium conatibus obsistere eorumque tela retundere et impetus frangere.

Interim vero dies noctesque, sublatis ad cælum oculis, non desistamus, venerabiles fratres, clementissimum misericordiarum Patrem, et Deum totius consolationis, qui de tenebris facit lucem splendescere, quique potens est de lapidibus suscitare filios Abraham, in humilitate cordis nostri ferventissimis precibus indesinenter orare et obsecrare, ut per merita Unigenii Filii sui Domini nostri Jesu Christi velit christianæ et civili reipublicæ auxiliariam porrigere dexteram, omnesque disperdere errores et impietates, ac divinæ suæ gratiæ lumine omnium errantium mentes illustrare, illosque ad se convertere et revocare, quo Ecclesia sua sancta optatissimam assequatur pacem, et ubique terrarum majora in dies incrementa suscipiat, ac prospere vigeat et efflorescat. Ut autem quæ petimus et quærimus facilius consequi possimus, ne cessemus adhibere primum deprecatricem apud Deum Immaculatam sanctissimamque Deiparam Virginem Mariam, quæ misericordissima et amantissima nostrum omnium mater cunctas semper interemit hæreses, et cujus nullum apud Deum præsentius patrocinium. Petamus quoque suffragia tum sancti ejusdem Virginis sponsi Josephi, tum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omniumque cœlitum, et illorum præsertim, quos nuper sanctorum fastis adscriptos colimus et veneramus.

Antequam vero dicendi finem faciamus nobis temperare non possumus, quin iterum testemur et confirmemus, summa nos uti consolatione, dum jucundissimo vestrum omnium conspectu fruimur, venerabiles fratres, qui tanta fide, pietate et observantia nobis et huic Petri cathedræ firmiter obstricti, ac ministerium vestrum implentes majorem Dei gloriam, et animarum salutem omni studio procurare gloriamini, quique concordissimis animis, atque admirabili sane cura et amore una cum aliis venerabilibus fratribus totius catholici orbis episcopis et fidelibus vestræ et illorum curæ commissis gravissimas nostras angustias et acerbitates modis omnibus lenire et

sublevare non desinitis. Quocirca hac etiam occasione amantissimi æque ac gratissimi animi nostri sensus erga vos, et alios omnes venerabiles fratres, et ipsos fideles amplissimis verbis palam publiceque profiteamur. A vobis autem exposcimus, ut cum ad vestras redieritis dioceses velitis eisdem fidelibus vestræ vigilantia conceditis hos animi nostri sensus nostro nomine nuntiare, illosque certiores facere de paterna nostra in illos charitate, deque apostolica benedictione, quam ex intimo corde profectam, et cum omnis veræ felicitatis voto conjunctam vobis ipsis, venerabiles fratres, et eisdem fidelibus impertire vehementer lætamur.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO IX PONTIFICI MAXIMO

Sacerorum antistites sacris Solemnis sanctorum novensilium martyrum XXVI Japonia et Michaelis de Sanctis Romæ adstantes die festo Pentecostes anni 1862.

BEATISSIME PATER,

Ex quo apostoli Jesu Christi sacro Pentecostes die Petro Ecclesiæ capiti in oratione adhærentes, Spiritum sanctum acceperunt, et divino ejus impulsu acti cunctarum fere nationum viris in Urbe sancta congregatis, unicuique sua lingua potentiam Dei mirabilem annuntiarunt, nunquam, ut credimus, ad hanc usque diem tot eorumdem hæredes, iisdem recurrentibus solemnibus, venerandum Petri successorem, orantem circumsteterunt, decernentem audierunt, regentem roborarunt. Quemadmodum vero apostolis media inter nascentis Ecclesiæ pericula nil jucundius accidere potuit, quam divino Spiritu recens afflato assistere primo Christi in terris Vicario; ita nec nobis præsentibus inter Ecclesiæ sanctæ angustias, antiquius sanctiusve aliud esse potuit, quam quidquid inest venerationis pietatisque erga Sanctitatem tuam pectoribus nostris, ad pedes Beatitudinis tuæ deponere, simul et unanimitè declarare, quanta prosequamur admiratione præclaras, quibus supremus Pontifex noster eminet virtutes, quantoque animo iis quæ Petrus alter docuit, vel quæ tam firmiter stata ratæque esse voluit, adhæreamus.

Coram nostra novus inflammat ardor, vividior fidei lux mentem illuminat, sanctior animam corripit amor; linguas nostras flammis illius sacri ignis vibrantes sentimus, quæ Mariæ, cui assidebant apostoli, mitissimum cor ardentiori pro hominum salute desiderio incendebant, ipsos vero apostolos ad magna Dei prædicanda impeliebant.

Plurimas igitur agentes Beatitudini tuæ gratias, quod nos ad pontificium solum difficillimis hisce temporibus accurrere, te afflictum solari, nostrosque tibi, cleri item ac populi nostræ curæ commissorum animi sensus aperire permiseris, tibi uno ore unaque mente acclamamus, omnia fausta, cuncta bona apprecantes. Vive diu, Sancte Pater, valeque ad catholicam regendam Ecclesiam. Perge, ut facis, eam tuo robore tueri, tua prudentia dirigere, tuis exornare virtutibus. Præi nobis, ut bonus Pastor, exemplo, oves et agnos cœlesti pabulo pasce, aquis Sapientiæ cœlestis refice. Nam tu sanæ doctrinæ nobis magister, tu unitatis centrum, tu populis lumen indeficiens a divina Sapientia præparatum. Tu petra es, et ipsius Ecclesiæ fundamentum, contra quod inferorum portæ nunquam prævalebunt. Te loquente, Petrum audimus, te decernente, Christo obtemperamus. Te miramur inter tantas molestias totque procellas fronte serena et imperturbato animo sacri muneris partibus fungentem, invictum et erectum.

Dum tamen justissima in his gloriandi nobis suppetunt argumenta, non possumus quin simul oculos ad tristia convertamus. Undequaque enim menti nostræ se sistunt immania eorum facinora, qui pulcherrimam Italiæ terram, cujus tu, beatissime Pater, colamen es et decus, misere vastarunt, ipsumque tuum ac sanctæ Sedis principatum, ex quo præclara quæque in civilem societatem veluti ex suo fonte dimanarunt, labefactare, ac funditus evertere conantur. Nam neque perennia sæculorum jura, neque diuturna regiminis pacifica possessio, neque tandem fœdera totius Europæ auctoritate sancita et confirmata impedire potuerunt, quominus omnia susdeque verterentur, spretis legibus omnibus, quibus hactenus suffulta stabant imperia.

Sed ut ad nostra propius accedamus, te, beatissime Pater, iis provinciis, quarum ope, et dignitati sanctæ Sedis, et totius Ecclesiæ administrationi æquissime providebatur, nefario usurpatorum hominum scelere, qui

non habent nisi velamen malitiæ libertatem, spoliatum cernimus. Quorum iniquæ violentiæ cum Sanctitas tua invictissimo animo obstiterit, plurimas ei gratias, Catholicorum omnium nomine, censemur rependendas.

Civilem enim sanctæ Sedis principatum ceu quiddam necessarium ac providente Deo manifeste institutum agnoscimus; nec declarare dubitamus, in præsentibus rerum humanarum statu, ipsum hunc principatum civilem pro bono ac libero Ecclesiæ animarumve regimine omnino requiri. Oportebat sane totius Ecclesiæ caput Romanum Pontificem nulli principi esse subjectum, imo nullius hospitem; sed in proprio dominio ac regno sedentem suimet juris esse, et in nobili, tranquilla, et aima libertate Catholicam fidem tueri, ac propugnare, totamque regere ac gubernare christianam rempublicam.

Quis autem inficiari possit in hoc rerum humanarum, opinionum, institutionumque conflictu necessarium esse ut servetur extrema in Europa medius, tres inter veteris mundi continentes, quidam veluti sacer locus, et Sedes augustissima, unde populis principibusque vicissim oritur vox quædam magna potensque, vox nempe justitiæ et veritatis, nulli favens præ cæteris, nullius obsequens arbitrio, quam nec terrendo compescere, nec ullis artibus quisquam possit circumvenire?

Qui porro vel hac vice fieri potuisset, ut Ecclesiæ antistites securi huc ex toto orbe accurrerent cum Sanctitate tua de rebus gravissimis acturi, si ex tot et tam diversis regionibus gentibusque confluentes, principem aliquem invenissent his oris dominantem, qui vel princeps ipsorum in suspitione haberet, vel illis, suspectus ipse, adversaretur? Sua sunt etenim et christiano, et civi officia; haud quidem repugnantia inter se, sed diversa tamen; quæ adimpleri ab episcopis quomodo possent, nisi perstaret Romæ civilis principatus, qualis est pontificum, juris alieni omnino immunis, et centrum quodammodo universalis concordia, nihil ambitionis humanæ spirans, nihil pro terrena dominatione motiens?

Ad liberum ergo Pontificem Regem venimus liberi, Ecclesiæ rebus utpote pastores, et patriæ utpote cives bene et æque consulentes, neque pastorum, neque civium officia posthabentes.

Quæ cum ita sint, quisnam principatum illum tam veterem, tanta auctoritate, et tanta necessitatis vi conditum, audeat impugnare? Cui, si vel jus illud humanum, in quo posita est principum securitas populorumque libertas attendatur, quænam alia potestas possit comparari? Quæ tam venerabilis et sancta? Quæ sive pristinis, sive recentioribus sæculis monarchia vel republica juribus tam augustis, tam antiquis, tam inviolabilibus possit gloriari? Quæ omnia si semel et in hac sancta Sede despecta atque proculcata fuerint, quisnam vel princeps de regno, vel republica de territorio possint esse securi? Ergo, sanctissime Pater, pro religione quidem, sed et pro justitia, juribusque, quæ sunt inter gentes rerum humanarum fundamenta, contendis atque decertas.

Sed de hac tam gravi causa vix nos decet amplius verba proferre, qui te de ipsa non tam disserentem quam docentem sæpe sæpius audivimus. Vox etenim tua, quasi tuba sacerdotalis, toti orbi clangens proclamavit, quod « singulari prorsus divinæ Providentiæ consilio factum sit, ut Romanus Pontifex, quem Christus totius Ecclesiæ suæ caput centrumque constituit, civilem assequeretur principatum » [Lit. Ap. 26 Mar. 1860, p. 3, 5. Allocutio, 20 Jun. 1859, p. 6. Encycl. 19 Jun. 1866, p. 4. Allocutio, 17 Dec. 1860]; ab omnibus igitur nobis esse pro certissimo tenendum non fortuito hoc regimen temporale sanctæ Sedi accessisse, sed ex speciali divina dispositione illi esse tributum, longave annorum serie, unanimi omnium regnorum et imperiorum consensu, ac pene miraculo corroboratum et conservatum.

Alto pariter et solemniter eloquio declarasti. « Te civilem Romanæ Ecclesiæ principatum ejusque temporales possessiones ac jura, quæ ad universum catholicum orbem pertinent, integra et inviolata constanter tueri, et servare velle; imo sanctæ Sedis principatus beatique Petri patrimonii tutelam ad omnes catholicos pertinere; teque paratum esse animam potius ponere quam hanc Dei, Ecclesiæ, ac justitiæ causam ullo modo deserere » [Epist. Encycl., 19 Jan. 1860, p. 7, 8]. Quibus præclaris verbis nos acclamantes ac plaudentes respondemus, vos tecum et ad carcerem et ad mortem ire paratos esse; teque humiliter rogamus, ut in hac constantia, ac firmissimo proposito maneat immobilis, angelis et hominibus invicti animi et summæ virtutis spectaculum factus. Id etiam a te postulat Christi Ecclesia pro cujus feliciore regimine Romanis Pontificibus civilis principatus providentissime fuit attributus, quæque adeo sensit ejusdem

tutelam ad ipsam pertinere, ut Sede olim apostolica vacante, gravissimis in angustiis, temporales Romanæ Ecclesiæ possessiones omnes Constantiensis concilii Patres, uti ex publicis patet documentis, in unum administrarent; id postulant Christi fideles per omnes terrarum orbis regiones dispersi, qui libere ad te venire, libereque conscientiæ suæ consulere gestiunt; id denique ipsa civilis deposcit societas, quæ ex tui regiminis subversione sua ipsa nutare sentit fundamenta.

Sed quid plura? Tu tandem aliquando scelestos homines et bonorum ecclesiasticorum direptores justo iudicio damnans omnia quæ patrauerant « irrita et nulla » proclamasti [Allocutio, 26 Sept. 1859, p. 7]; actus omnes ab iis intentatos « illegitimos omnino et sacrilegos » esse decrevisti [Allocutio, 20 Jun. 1859, p. 8]; ipsosque talium facinorum reos pœnis et censuris ecclesiasticis obnoxios jure ac merito declarasti. [Litteræ Apostolicæ, 26 Martii 1860].

Hos tam graves tui oris sermones, tamve præclara gesta nostrum est reverenter excipere, iisque plenum assensum renovare. Sicuti enim corpus capiti, cui jungitur membrorum compagine unaque vita, in omnibus condolet, ita nos tecum consentire necesse est. Tibi in omni tua ac acerbissima afflictione, sic conjungimur, ut quæ tibi pati contingat, eadem et nos, amoris consensu, patiamur. Deum interea supplices invocamus, ut tam iniquæ rerum perturbationi finem ponat, Ecclesiamque Filii sui sponsam, tam misere expoliatam ac oppressam pristino decori ac libertati restituat.

Sed mirum nobis non est tam acriter, et infense Sedis apostolicæ jura impeti et impugnari. Jam enim a pluribus annis, eo devenit nonnullorum hominum insania, ut non amplius singulas Ecclesiæ doctrinas rejicere, vel in dubium revocare conentur; sed totam penitus veritatem Christianam, Christianamque rempublicam funditus evertere sibi proponant. Hinc impiissima tentamina vanæ scientiæ, falsæque eruditionis contra sacrarum Litterarum doctrinas, ipsarumque inspirationem; hinc malesana sollicitudo juventutem Ecclesiæ matris tutelæ subtractam quibusvis sæculi erroribus, vel seclusa sæpius omni religiosa institutione, imbuendi; hinc novæ eæque perniciosissimæ de sociali, politico æque ac religioso rerum ordine theoriæ, quæ impune quaquaversus sparguntur; hinc multis familiare, in his præsertim oris, Ecclesiæ auctoritatem spernere, jura sibi vindicare, præcepta proculcare, ministros vilipendere, cultum deridere, ipsos de religione errores, imo ecclesiasticos quoque viros in perditionis viam misere abeuntes laudare ac in honore habere. Venerabiles antisites ac Dei sacerdotes exauctorantur, exulare coguntur, aut in carceres detruduntur; quinimo ante tribunalia civilia pro constantia in sacro ministerio obeundo, contumeliose pertrahuntur. Gemunt Christi sponsæ suis expulsæ tectis, inedia fere consumptæ, vel cito consumendæ; viri religiosi ad sæculum inviti remeare coguntur; sacro Ecclesiæ patrimonio violentæ manus injiciuntur; pessimorum librorum, ephemeridum, et imaginum colluvie, fidei, moribus, veritati, ipsi verecundiæ continuum asperrimumque bellum inferunt.

Sed qui talia moliantur optime norant in sancta Sede, velut in arce inexpugnabili, robur ac vires omnis veritatis ac justitiæ inesse, quibus retundantur hostium impetus; ibi esse speculam, ex qua vigiles summi Custodis oculi paratas insidias a longe conspiciunt, suis annuntiandas commilitonibus. Hinc odium implacabile, hinc insanabilis livor, hinc continuum scelestissimorum hominum studium, ut sanctam Romanam Ecclesiam ejusque

Sedem depriment, ac si fieri nunquam posset, prorsus excendant.

Quis, beatissime Pater, talia conspiciens, vel etiam recensita audiens sibi temperet a lacrymis? Justo igitur dolore correpti oculos ac manus ad cœlos levamus, divinum illum Spiritum toto mentis affectu Implorantes, ut qui hac die olim nascentem Ecclesiam sub Petri regimine sanctificavit et reboravit; eam nunc, te pastore, te duce, tutetur, ampliet, ac glorificet. Testis sit votorum quæ nuncupamus, Maria per te Immaculatæ titulo hoc ipso in loco solemniter aucta; testes hi sacri cineres quos veneramur sanctorum Romanæ Ecclesiæ patronorum Petri et Pauli; testes venerandæ exuviæ tot pontificum, martyrum ac confessorum, quæ hanc ipsam, quam premimus terram, sanctam reddunt; testes tandem præcipue nobis astent sancti isti, qui cœlitum ordini hac ipsa die supremo tuo iudicio ascripti, hodie Ecclesiæ tutelam novo titulo sunt suscepturi, primasque omnipotenti Deo preces pro tua quoque incolumitate suis de altaribus oblaturi.

Astantibus igitur istis omnibus, nos episcopi, ne illud impietas vel ignorare simulet, vel audeat denegare, errores quos tu damnasti, damnamus, doctrinas novas et peregrinas, quæ in damnum Ecclesiæ Jesu Christi passim propalantur, detestamur et rejicimus; sacrilegia, rapinas, immunitatis ecclesiasticæ violationes, aliaque nefanda in Ecclesiam, Petrique Sedem commissa reprobamus et condemnamus.

Hanc vero protestationem, quam publicis Ecclesiæ tabulis ascribi petimus, Fratrum etiam nostrorum qui absunt nomine, tuto proferimus; sive eorum qui, tot inter angustias, vi detenti domi hodie silent ac plorant, sive qui gravibus negotiis, aut adversa valetudine impediti, nobiscum hodie adesse nequiverunt. Jungimus insuper nobis fidelem nostrum clerum ac populum, qui eodem ac nos in te amore, eadem pia reverentia animati, suum in te studium, qua precibus sine intermissione fuis, qua opibus in Obulo S. Petri mira, ut plurimum largitate oblatis luculentissime comprobarunt; probe scientes sacrificiis suis id quoque corari, ut dum necessitatibus supremi Pastoris consulitur, simul et ejusdem libertati servandæ prospiciatur.

Utinam ad communem hanc totius orbis Christiani, imo omnis socialis ordinis causam in tuto locandam universi populi conspirarent!

Utinam intelligerent erudirenturque reges et sæculi potestates, causam Pontificis omnium principum regnorumque esse causam, et quo tendant nefarii adversariorum ejus conatus, ac tandem *novissima providerent!*

Utinam resipiscerent infelices illi aliquot ecclesiastici et religiosi viri qui vocationis suæ immemores debitam Ecclesiæ præsulibus obedientiam denegantes, atque ipsum quoque Ecclesiæ magisterium temere usurpantes, in viam perditionis abierunt!

Hoc a Domino tecum flentes, beatissime Pater, enixe atque ex corde exoramus, dum ad tuos sacros pedes provoluti, a te robur celeste expetimus, quod apostolica ac paterna benedictio tua valet impertire. Sit hæc copiosa et ex intimis penetralibus cordis tui largiter effluens, ut non tantum nos, sed absentes quoque dilectissimos fratres itemque fideles nobis commissos irriget ac perfundat. Sit talis quæ nostros et totius orbis dolores leniat et demulceat, infirmitatem sublevet, operam ac laborem secundet, feliciora demum Ecclesiæ sanctæ Dei tempora accelleret.

Romæ hac die 8 mensis Junii anno Domini 1862.

SERIES DECIMA QUARTA.

Hucusque de dogmatibus disseruimus; sed priusquam addeamus moralia, hic apponere decrevimus Indices de hominum Novissimis, quæ ad dogmaticam simul ac moralem scientiam pertinent. Itaque in hac Serie decima quarta vicissim exhibemus Indices de Morte et de illius certo simul ac incerto die; de Judicio post mortem particulari et privato; de Cælo et cœlesti Beatitudine; de Inferno et æternis damnatorum suppliciis; de Purgatorio ac de suffragiis quibus justorum animæ in eo detentæ adjuvari possunt; de Cultu defunctorum; de Antichristo ac de signis quæ illum præcedere, concomitare et subsequi debent; de Fine hujus mundi ultimo; de Resurrectione mortuorum suprema, et de Judicio generali, in quo omnes simul homines ante tribunal Summi Judicis constituentur.

CXXVI.

INDEX DE MORTE,

ORDINE LOGICO REFERENS QUIDQUID SCRIPSERE PATRES DE EJUS NATURA, CAUSIS ET EFFECTIBUS, ETC.

MONITUM.

In hoc Indice omnium utilitati et præsertim eorum qui verbi divini nuntiandi munus expleant, vel regimen habent animarum, bene consulentes, SS. Patrum sententias de re tam magni momenti, non solum quoad sensum, sed persæpe quoad verba recensere volumus, et vicissim agimus. — I. De mortis natura, causis et effectibus. — II. De certitudine et incertitudine mortis. — III. De bene moriendi mediis, præcipue ex justorum vel malorum mortis consideratione desumptis. — IV. De aliquibus bonæ vel malæ mortis præclaris exemplis.

CAPUT PRIMUM. — Mortis natura, causæ et effectus.

TERTULLIANUS. — Mors discretio corporis et animæ, II, 756. Ejus regnum nihil operatur quam carnis dissolutionem, 862. Mors est quæ carnem et sanguinem non modo corrumpit verum etiam consumit, 869. Etsi varii exitus mortis, nullus ita levis ut non vi agatur, 739. Ipsa illa ratio operatrix mortis, vis est, *ibid.* Mortes immaturæ et atroces operæ dæmoniorum, 748. Mortis imago somnus, 724. Mors quam putas profectio est, I, 1264. Non ex natura hominem secuta est, sed ex culpa, ne quidem naturali, 758. Immatura morte præventos eo usque vagari islic, putabant ethnici donec reliquatio compleatur ætatum, 746.

S. CYPRIANUS. — Mors non est exitus sed transitus et temporali itinere decurso ad æterna transgressus, IV, 597.

LACTANTIUS. — Mors est naturæ animantium dissolutio, VI, 321. Mors æterni doloris perpassio; animarum pro meritis ad æterna supplicia damnatio, 321. Mortes duæ propositæ sunt, una pertinens ad corpus qua secundum naturam fungi necesse est, altera ad animam quæ scelere acquiritur, 769. Corpus fictum ex ponderoso et corruptibili elemento corrumpendum et occidendum, 771, 772. Velut humor fracto vase diffusus, anima evanescit a corpore dissoluto, 773. Mors secuta est hominem secundum Dei sententiam, 324.

S. HILARIUS Pictav. episc. — Mors somno significari solet, X, 361, 451. Mortis sedes maris profundo designatur, 273. Mors ex peccati lege consequitur, 404. Mors non est interitus animæ sed discessio ejus a corpore, 411. Mors desiit postquam in Deum est grassata, 478. Mors sanctorum somnus, 700, 701. Morte anima ab onere atque consortio infirmis et periculossæ carnis exiit, 651.

S. ZENO. — Corporis sui impedimenta prætermittit justus altitudinem cæli ascensurus, XI, 405.

S. AMBROSIIUS. — Mors absolutio est animæ et corporis et quædam hominis separatio, XIV, 543; XVI, 1321. Magis peccati fuga quam morientis est detrimentum, XIV, 140, 1173. Acerbitatis non mortis esse sed culpæ, 556. Mors non est mala solutio, quia esse Christo melius est, *ibid.* Mors omnifariam bonum est, 546. Quid igitur accusamus mortem quæ aut vitæ prelium luit aut abolet ejus dolorem atque cruciatum, *ibid.* Mors vitæ testimonium est, 556. Mors honesta redemptio vitæ est etiam de coloris aut innoxie firmamentum, 1056. Per eam non adimitur vita sed ad meliora transfertur, 358. Per vitam ad mortem est transitus, per mortem ad vitam reditus, 555. Justis mors portus quietis est, nocentibus vero naufragium, *ibid.* Justis non natura finis sed culpæ est, 1174. Mors stipendiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est, 556. Non idem naturæ meritorumque finis; nec virtutis gratia cum corpore occidit, XVI, 1310. Christiani multo majora quam gentiles de mortuorum habent solatia, 1312. Mors non sæculi hujus absolvit ærumnis, 1313. Mors ærumnarum omnium malorumque perfugium est et fida statio securitatis ac portus quietis, 1320. Alii pro mortuis tertium diem et trigesimum, alii septimum et quadragesimum consueverunt, 1386.

S. HIERONYMUS. — Corpus terra suscipit, anima Christo redditur, XXII, 598. Cum bestiis ac jumentis corporum una conditio est, 903. Mors sanctorum somnus est, XXIV, 304. Mors dicitur domina, 291. Dominus mortem non facit sed peccatum, 884, 885. Mors extremum malorum est, XXV, 1004. Nullus miserius homine, antequam vinceretur mors, XXII, 590. O mors quæ fratres dividis, et amore sociatos crudelis ac dura dissocias, 590. Christi

morte, mortua es, devorasti et devorata es, XXII, 590. Regnavit ab Adam usque ad Moysen, *ibid.*

S. AUGUSTINUS. — Mors separatio animæ a corpore, XXXVI, 556, 893. Mors corporis etiam pœnalis, XLV, 1222. Mors pœnalis quæ animam dissolvit a corpore, 1595. Mortem pœnam esse nolunt quidam philosophi, XLI, 587. Mortem corporis etiam peccante nullo, in paradiso futuram fuisse contendit Julianus, XLV, 1585. In paradiso non honorum mortuorum requiem, sed cruciatus morientium intulit Julianus, 1575. Mors pœnalis et peccato debita secundum Julianum non nisi æterna, 1222. Mors corporis quæ usitata merito peccati accidit, 1596, 1603, 1604. Mors non est malum secundum Pelagianos, XLIV, 610. Mors dormitio propter futuram resurrectionem quasi evigilationem, XXIII, 572. Mors a morsu nomen accepit, XLV, 1617. Somnus vocatur, XXIX, 2063. Mors privatio est tantum nomen habens non essentiam, XLV, 1616. Si nihil est quomodo videre, tenere, insultare, vinci et damnari possit, 1618. Morituum Adam sive peccasset sive non peccasset Pelagiani docent, 1613, 1614. Non naturæ conditio sed pœna peccati est 1667. In arbore facta non fuit sed inventa per hominem, XXXIX, 1757. Mors est vere debitum, XI, 1159. Ut moriantur homines pœna peccati est, XLV, 1616. Mors duplex. XLII, 890, 900; XLV, 1171. Mortes duæ, alia corporis quæ honorum est et malorum, alia animæ per peccatum, XLV, 1584. Mors prima animam nolentem pellit a corpore, 1873. Ipsa mors hominis indicat eum sine morte fuisse futurum, nisi peccasset, XXXIV, 552. Mortis causa, infirma membrorum compago, XLI, 710. Mors seminata est a serpente, XXXVI, 933. Mors diabolus, non quia ipse mors, sed quia per ipsum est, 556. Mors ex peccato, XXXIII, 373; XXXIV, 353; XLI, 377, 378, 380, 387, 391, 396, 403; XLIV, 111, 197, 406, 826. Mortem non esse ex Deo, XXXII, 919. Mortis corporalis aculeus, peccatum, XLV, 1604. Mors peccatum dicitur quia est pœna peccati, XLII, 296, 297. Primi hominis factum est peccato ut moreremur, XLIV, 992. Mors regnavit in mundo propter originale peccatum, XLV, 1221, 1224. Mors secutura non fuisset, si peccatum non præcessisset, XL, 160. Mors justa vindicta peccati, plus tamen clementia Dei quam severitatis ostendens, XXXIV, 134. Mortis dies cujusque est novissimus dies, XXXVIII, 952. Mors vehiculum ad regnum, XL, 668. Per temporales mortalium mortes Deus utilitatem timoris sui populis imponit, XLII, 412. Mortibus corporalibus etiam eorum qui non commiserant peccata vindicavit aliquando Deus, 660, 661, 662. Mors in morientibus omnibus mala est, in mortuis autem quibusdam mala, quibusdam bona, XLV, 1575. Beatitudinis principium est laborum meta, XXXII, 4471. Morituri sint an non, quos iudicii dies vivos reperit, XLII, 1215. Morituros non esse qui novissimo Christi adventu fuerint superstites, XL, 1161.

FASTIDIUS Britann. episc. — Per mortem boni de malorum consortio et persecutionibus liberantur: malos vero supplicium exspectat et pœna, L, 588.

S. PROSPER. Aquitan. — De peccato mors et omnia quæ sunt mortis oriuntur, LI, 181. Causæ diversæ mortis et cur diversa ætate ignotæ, 708. Divitias et majorum nobilitatem et patriam et pulchritudinem mors aufert, 496. Circumspice eos qui ante te similibus splendoribus fulsere; ubi insuperabiles imperatores? ubi exercituum duces, satrapæ tyranni? non omnia pulvis? non omnia favillæ? *ibid.* Respice sepulcra et vide quis servus, quis dominus, quis pauper, quis dives? *ibid.*

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Duræ mortis durior janua, LII, 380. Mors corporum facit vitam de temporali sempiternam, 484. Mors inter homines reparatio pietatis fit, 503.

GENNADIUS Massil. — Mors corporalis est pœna peccati non autem et peccatum quod mors est animæ, LVIII, 990.

VIGILIUS Tapsens. — Mors est, cum diversarum rerum consensu vitam facientium, velut per dissidium quoddam ab invicem, discessio, LXII, 351. Igitur mors non consumit juncta sed dividit et origini suæ utrumque restituit, *ibid.*

EUGYPIUS abb. Afric. — Mors corporis corruptibilitas est, LXII, 589. Corpus corrumpitur vel ætate vel morbo vel variis afflictionibus donec veniat ad ultimam quæ mors vocatur, 589.

CASSIODORUS. — Mors est animæ corporisque facta resolutio, LXX, 1301. Anni hominis fugitivis herbarum, ætatibus comparantur, 646.

VITÆ SS. Patrum. — Post mortem omnia oblivioni tradita, LXXIII, 459. Prima philosophiæ definitio meditatio mortis, 297. Mors temporalis proprie non est mors, 511.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Mors ab anima dividit carnem, LXXV, 652, 653, 654, 912, 913.

COLUMBANUS abbas. — Cadaver nudum vermibus et putredine dissolvendum limus suscipit, LXXX, 38. In morte luxus, jocus, libido, luxuria concituerunt, 257.

S. JULIANUS Tolet. episc. — Mors in hominibus de peccati propagine venit, XCVI, 461. Primus homo pœna mortis post peccatum juste damnatus, *ibid.* Mors sic dicta quod sit amara vel a morsu primi hominis appellata, 462. Tria genera mortis, acerbæ, immaturæ, naturalis, *ibid.* Quamvis mors bonum non sit, bona bonis est, 463. Mors depositio sarcinæ gravis, id est corporis, 466.

ALCUINUS. — Corporis mors est dum propter necessitatem quamlibet corpus deseritur ab anima, C, 522. Mortis regnum adveniente gratia destructum, 452. Mortis nomine etiam veniunt diabolus et peccatum, 431.

RABANUS MAURUS. — Peccatum mortis causa, CIX, 877. Mors vitæ amaræ prævalet, 984. Cum peccato in omnes homines mundumque introivit mors, CXI, 1559. In fine mundi destruetur, CVIII, 1138.

HAYMO Halberst. episc. — Mors corporis est exhalatio et transitio animæ, CXVI, 841.

LANFRANCUS Cantuar. archiepisc. — Mors bonis multum prodest, CL, 166, 167. Morte diabolus intelligitur, 167. Mortis causæ peccatum, 213, 214, 271, 272. Mors amara, 230.

S. BRUNO Carth. inst. — Mors dicitur tenebræ, CLII, 879. Dominia mortis, fames, esuries, febres, et quantacunque miseriæ, CLIII, 58. Caput et completio omnium miseriarum mors, 58.

GUIBERTUS abbas de Novigento. — Moriendi nobis necessitas indicta ex peccato, CLVI, 644. Si peccati non incessisset eventus nullius passionis aut mortis intervenire potuisset occurus, 645.

S. ANSELMUS Cant. arch. — Sapientiæ et justitiæ Dei repugnat hominem mori si non peccasset, CLVIII, 401. Justo iudicio decretum ut homo qui peccaverat pœnam peccati evitare non posset, 368, 401, 402. Mors est principium quietis, laborum meta, peremptoria vitiorum, 795, 796, 797. Corpus in abjectissimum pulverem dissolvitur, 720.

S. IVO Carnot. episc. — Si homo obediens permansisset, ad cælestem patriam sine carnis morte transisset, CLXI, 976. Mors miseris sine morte fit, *ibid.*

RUPERTUS abbas Tutiensis. — Mors duplex animæ et corporis, CLXVIII, 1473. Mors misericorditer impensa est a Deo, 585. Mortem corporis præcessit mors animæ 906. Mors a diabolo inventa est, 1622. Sed mortalitas Dei providentia imposita, CLXX, 590. Etiam post reparationem Redemptoris mors hominem invadit, ut non illi, sicut et dæmonibus, misera sit æternitas, 390, CLXVII, 1668.

HUGO a S. VICTORE. — Diabolus auctor mortis imperium mortis habere dicitur, CLXXV, 616. Mors tribus invalescit modis, naturali, accidentali et crudeli, 784.

S. BERNARDUS Clarævall. — Mors justa peccati pœna, CLXXII, 934. Opus diaboli, peccati pœna a Christo superata, CLXXXIII, 484. Mortem et peccatum duos hominis hostes Christus profligavit, 116, 117.

ROBERTUS Pullus Cardinalis. — Nisi primus homo peccasset, pœnam mortis nullum meruisset, CLXXXVI, 746. Variis morbis consumitur corpus, 754.

PETRUS Lombardus. — Quod anima peccato Deum deseruit volans, coacta est deserere corpus nolens, CXCII, 301. Morituri sunt qui adveniente Christo vivent, 504. Mortis regnum sola Christi gratia destruit, CXCII, 1388, 1389. Mors victa non penitus interempta, 1403. Mortem Deus non fecit sed homo sibi per peccatum accersivit, 1406, 1407. Mors non ex ipsa lege sed hominum vitio, 1420. Lux sapientiæ a peccante homine recessit et morte damnatus est, 294. Si nulla esset mortis amaritudo nulla esset martyrum fortitudo, CXCI, 301.

RICHARDUS de S. VICTORE. — Luctus, dolor, clamor mors non erunt in futura æternitate, CXCVI, 861.

PHILIPPUS de HARVENG. — Mors transitus est, CCIII, 126. Mori nihil aliud est quam quod fuerat jam non esse, 127.

THOMAS Cisterciensis. — Moriendi varius modus, CCVI, 169. Mors hominis triplex, 104, 105, 106. Tres sunt nuntii mortis, casus, infirmitas et senectus, 695.

PETRUS Blesensis. — Mors est peregrinationis terminus, finis miseriæ, laborum meta, janua patriæ et primitiæ præmiorum, CCVII, 473.

CAPUT II. — Mors certa et incerta.

TERTULLIANUS. — Mors ubique et conscientia mortis et testimonium ubique, I, 618. Mortium frequentia plerumque vastant, 330. Cuncta moriuntur ut reviviscant, 521. Mortem timemus quam evadere non possumus, 615.

S. CYPRIANUS. — Moriendi conditio una, IV, 550. Mors omnibus communis, 457, 458. Sine ullo discrimine generis humani, cum iniustis moriuntur et iusti, 592.

LACTANTIUS. — Homo creatus mortalis, terreno et fragili corpore fingitur, VII, 21. Quod ideo solubile et mortale est, *ibid.* Non inexpugnabile contra morbos et ictus extraneos *ibid.* Mori debet homo, quia deus non est, 22. Falso dicitur quod nemo nisi senex mori debeat, *ibid.* Incertitudinem horæ mortis adstruit, 23. Si mors certæ constituta esset ætati, fieret homo insolentissimus et humiliatate omni careret, *ibid.*

S. HILARIUS. — Mors in eos tantum in quos est decreta legitima est, X, 318.

S. AMBROSIIUS. — Mors æqualis est omnibus, indiscreta pauperibus, inexcepta divitibus, XVI, 1317. Nemo se redemit a morte, non dives, non ipsi reges, imo ipsi gravioribus subjacent, 1373. Quis exceptum se putet esse debere a conditione moriendi qui non sit exceptus a conditione nascendi, 1291. Pecuniæ pretio mors differri non potest et pariter inopem divitemque dies supremus eripit, 1292. Mors nec amara egentibus, nec gravior divitibus, nec injusta senioribus, nec ignava fortibus, 1326. Non est lugenda, quia communis est et cunctis debita, 1315.

S. HIERONYMUS. — Ætatis nostræ momenta per singulos actus minuuntur, XXII, 601, 602. Omnia morti obnoxia, 610. Reges, duces, civitates, regna mors vastat, trahit, rapit, *ibid.* Considera totius orbis ruinas, gentes gentibus et regnis regna collisa; alios necari, alios absorberi fluctibus; illos nasci, istos mori, 601, 602. Totius mundi homines qui nunc vivunt in brevi spatio defuturi sunt, *ibid.* Quotidie morimur, quotidie commutatur, et tamen æternos nos esse credimus, 602. Sentisne quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robustæ ætatis, quando senex factus sis, 602? Quod dicto, quod scribitur, quod relego... de vita mea tollitur, *ibid.* O miserabilis humana conditio et sine Christo vanum omne quod vivimus, 597! Transactum omne est homini, cui vitæ finis advenerit et irrecusabilis mortis necessitas, 598. Transibit præsens ætas, sequentur sæcula post ventura, 475. Vicina est mors in foribus; veimus, nolimus, senescimus, 557. Homines et jumenta in favillam et cinerem dissolvuntur, 904. Non fato sed voluntate Dei, dies mortis præstituta singulis, XXIV, 590. Nullus homo qui vivat et non videat mortem, XXV, 957. Intelligendum est quod florens ætas cito concidat, XXIV, 412. Tunc ubi decora illa facies, ubi totius corporis dignitas, XXII, 597. Falluntur qui gaudent in corporis sanitate et putant adolescentiam atque pueritiam esse perpetuam, XXIX, 412. Nec potentia, nec divitiis, nec felicitate gaudendum; cito omnia illa auferenda sunt, XXV, 290.

S. AUGUSTINUS. — Homo sic conditus erat ut non haberet moriendi necessitatem; peccato autem sic mutatus est naturæ status ut hominem necesse sit mori, XLV, 1112. Homo in moriendi necessitatem contrusus est, XXXIII, 547. Mors omnibus statuta, XXXVIII, 1480; XXXIX, 1506, 1513. Debitum est quod nemo evadit, XXXVIII, 1192. Corpus meum non ad me pertinet, 1191. Carcer meus ad tempus, catena mea ad tempus, *ibid.* Conditioni mortis et legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo, XXXVIII, 1105. Moriendi necessitas ab ipso exortu peccati, 489; XLIV, 113. Convenit iudicio Dei ut peccator moriatur, nec tamen operi ejus convenit mors, XLV, 1354; 1355. Reatus moriendi apparet in motu carnis non voluntario, XXXIV, 422. Homines morti obnoxii qui per baptismum a peccato solvantur, XI, 379; XLIV, 181. Mors prima, id est, corporis in omnes homines transit, XLV, 1170. Mors prima communis omnibus, non secunda, XLI, 398. Prima omnibus necessario subeunda, secunda solis malis parata, XXXIX, 1513. Mors carnis pertinet ad ignem illum per quem uniuscujusque opus probatur, XLI, 745. Mori necesse est et nemo vult, XXXVI, 238. Mors sola hic certa, XXXVIII, 590. Incerta cetera omnia, XXXVI, 428. Mortis diem magna misericordia Deus nobis abscondit, 352; XXXVIII, 241. Mortis diem incertum Deus voluit, XXXVII, 1501; XXXIX, 1876. Latet ultimus dies ut observentur omnes dies, XXXVIII, 241. Mortis dies incertus sed vicinus, 241, 839. Paucorum dierum est tota vita hominis, XXXVI, 375. Sæculum quandiu volvitur, intelligas punctum esse, 234. Vita hominis longissima, aura est matutina, 361. Festinatur tota vita mortalium et quæ videtur prolixior vapor aliquando diuturnior, 996. Vita potius umbra vitæ quam vita, XXXIX, 1538. Vita nostra mors est, XXXVII, 1889. Vita mors verius quam vita, XXXIX, 1522. Vita hominis crescendo decrescit, XXXVIII, 122, 237. Diu vivere quid est nisi ad finem currere, 633. Vivere ex quo incipit homo, incipit mori, XLI, 383. Vita ista tibi

debet esse tanquam stabulum viatori, non tanquam domus habitatori, XXXVI, 326. Nemo exit de vita nisi per mortem, XLI, 553. Vitæ incertus finis, XXXVIII, 76, 1111. Agamus Deo gratias quia vitæ hujus ultimum diem et brevem esse voluerit et incertum, 688. Dominus domus cum vult dicit: Migra, non cautionem tecum fecit et placito se obstrinxit ad certum tempus, XXXVI, 429. Quod homines necessario corpore morituri sint, non parvum de Christi gratia beneficium, XI, IV, 113.

CASSIANUS. — Mors omni ætati insidiatur, XLIX, 1180.

ANTONINUS Honoratus (Constantinien. episc.). — Mundus et omnia quæ in mundo sunt solvenda, L, 568. Vita corporis tui in potestate est Dei tui, qui tibi confestim auferre potest carnem si dereliqueris fidem, 569.

S. PROSPER Aquit. — Mors nemini citius vel tardius accidit quam Deus voluerit, LI, 159. Homo omni momento morti obnoxius, 708.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Hominem tempus deserit, mutat ætas, hebetat infantia, juvenus præcipitat, senectus frangit, LII, 326. Mori naturæ est, deperire necesse est, 482. Unde et quando et quo modo et per quem mors venerit ignoratur, *ibid.* Omnia elementa pereunt et peritura, 483, 484. Ad mortem non tam voluntas quam necessitas ducit, 503. Venit finis vitæ, tempus mortis, jam te apparitio suprema constringit, jam iudicium vocat, 544. Mors destructionis regina, 523. Suis ductibus vel consiliis captivat, vastat, interlicet omnes quos natura præsentem perducit ad vitam; ducit reges, trahit populos; non flecti precibus, non lacrymis molliri, non viribus unquam ista potuit superari, 523.

SALVIANUS. — Ecce morieris, egressurus de domo corporis tui, nesciens quo iturus, quo abducendus; ad quam pœnalitatem et quam tetra rapiendus, L, III, 224.

S. PATRICIUS episc. Hiber. — Irridendus est quisquis mundi hujus caducam fragilitatem et cito perituram carnis voluptatem diligit et quærit, LIII, 833.

S. LEO Magnus. — Meditatio sollicitissima debet esse Christiani sapientis, ut, quoniam dies breves istius vitæ et incerta sunt spatia, nunquam sit mors improvisa morituro, LIV, 450.

MAXIMUS Taurin. — Quod moriamur decreto priorè statutum est, LVII, 568.

FAUSTUS Rhegiens. — Quando vel qua hora de hoc sæculo rapiamur scire non possumus, LVIII, 877. Ultimo die superveniente tabernaculum nostri corporis deposituri sumus, *ibid.*

S. CÆSARIUS episc. Arelat. — Anima intra carneos et fragiles parietes habitat, LXVI, 67.

CASSIODORUS. — Vita hominis umbra quæ discedente corpore per quod fit, ipsa quoque evanescit ac disperit, LXX, 1017. Homo quasi pulvis vento flante transfertur, 1016.

VITÆ SS. Patrum. — Ars nulla est qua mortem effugiamus, LXXIII, 459. Quoniam modo quispiam in incertæ mortis expectatione, cujus adventus vitari non potest et incertus est, securo animo erit? *ibid.* Ergone mors aliquando me corripit, *ibid.* Morte functus in nihilum dissolvatur, *ibid.* Non vitæ annos sed bene mortis annos quisque computet, 510.

S. GREGORIUS MAXIMUS. — Morti omnes obnoxii, justus et impius, LXXV, 880, 881; LXXVI, 178. Homo singulis vitæ momentis ad mortem pergat, LXXV, 984. Hoc ipsum nostrum vivere, quotidie a vita transire est, 984. Præsens vita incerta est et tanto mors subrepens timeri debet quanto nunquam prævideri valet, 1008, 1009. Quotidie flagella urgent, repentini casus opprimunt, LXXVI, 1080. Eo momento quo non cogitatur, mors repentina advenit, 1081. Omne quod transit breve, etiamsi tardius, terminari videatur, LXXV, 1031. Tempestas qua non putat hora peccatorem opprimet, LXXVI, 53. Mortis dies ignoratur ut semper esse proximus credatur, 988. Tempus mortis ignoratur ut bene operari festinetur, *ibid.* Præfixi dies singulis ab æterna Dei præscientia nec augeri possunt nec minui, LXXV, 1013. Hiems est vita nostra, 425. Est ventus transiens, 440. Quandiu vivimus aurora est, non perfectus dies, 478, 479. Vitæ suæ initium vel finem nemo novit, 496; 497. Vita in carne flos in feno est, 983, 984. Præsentis vitæ decursus maris et fluvii comparatione exprimitur, 991. Tota vita punctus est, 1105. Vitæ spatium unde crescere creditur, decrescit, 321, 322. Perfecta est vita mortis imitatio, 1052. Diu cum rebus nostris durare non possumus, LXXVI, 52.

COLUMBANUS abbas. — Morte et occasu omnia transeunt et non stant, LXXX, 236. Vita multos decipit, seducit et excæcat, 240. O vita, dum fugis, nihil es; dum videris, umbra es; dum exaltaris, fumus es, 240! De momento in momentum cum incertis ætatis mœæ concurro

ad mortem, 242. Vita via est aliis longa, aliis brevis, aliis lata, aliis angusta, omnibus irrevocabilis, *ibid.*

TAIO Cæsaraug. episc. — Per momenta tempus deficit, LXXX, 756. Ipsi ætatis suæ augmentis ad detrimentum miser homo compellitur, 756. Semper deficit unde se proficere in spatium vitæ credit, *ibid.*

S. ISIDORUS Hispal. — Quam vita sit brevis et misera considerandum, LXXXIII, 735. Vita suis incrementis deficit, 735. Dum non mori quis existimat tollitur, 736. Divites repente hora qua nesciunt improvise exitu rapiuntur, 737. Doctus pariter et indoctus moriuntur, 593.

S. EUGENIUS Toletan. episc. — Id solum post mortem manebit quod bene, quod recte, quod juste feceris, LXXXVII, 360. Vita transit, finis urget, ecce mortis nunius, 364. Ab omnibus in morte homo est relinquendus, 364.

BEDA VENERABILIS. — Improvisa mors carnis habitaculum irrumpens rapit dominum, XCII, 105.

S. JULIANUS Toletan. episc. — Unicuique innumerabiles mortes comminantur, XCVI, 466.

S. PAULINUS patriarch. Aquil. — Cuncta vana et caduca sunt, XCIX, 244. Cum mors venerit, omnia vana cognoscuntur, 221. Omnia oblectamenta vitæ adveniente morte transeunt, *ibid.* Nemo hominum novit diem exitus sui, 243. Non omnes in senectute moriuntur, sed in diversis ætatibus, *ibid.* Omni momento diei et noctis mors imminet, *ibid.*

JONAS Aurelian. episc. — Qui pœnitenti veniam spondit, peccanti diem crastinum non promisit, CVI, 256. Diem ultimum nunquam possumus prævidere, *ibid.* Certa mors manet omnibus, 256.

RABANUS MAURUS. — Ipsum quod loquimur, dictamus, et scribimus, de vitæ parte prætervolat, CIX, 858. Homo ante se senem intelligit quam juvenem non esse miretur, *ibid.* Caro fenum flosque præteriens, *ibid.* Humana fragilitas cursus sui terminum transire non potest, 828. Considerandum ut vivas paucis diebus etsi ad senectutem perventurus sis, CX, 107.

S. LUPUS abb. Ferrar. — Certissimum teneo et recens natum cito posse mori et senem diu non posse vivere, CXIX, 440. Utilius est ipsam temporis incerti brevitem cum luctu quam lætitia ducere, *ibid.* Vita hæc brevis et incerta est et juniores nobis quotidie moriuntur, 518. Ad mortem sine intermissione properatur, 375.

S. PASCHASIUS Radbert. abb. Corbeiens. — Mori hominum omnium est, CXY, 962.

ARRO Vercellensis episc. — Mors in omnibus mundi locis funera cumulat, CXXXIV, 176.

S. PETRUS DAMIANUS. — Homines sive potentes sive inopes eandem habituri sunt finem, CXLV, 818.

RADULPHUS ARDENS. — Unicuique dies mortis suæ instat propinquior, CLV, 1669. In juventutis fortitudine non confidendum, *ibid.* Quam multos subita mors prævenit, *ibid.* Deus mortis nostræ terminum ignorari voluit, ut semper mors expectetur, 1669.

S. ANSELMUS Cantuar. arch. — Nihil certius morte, nihil hora mortis incertius, CLVIII, 741. Instabile et transitorium est quidquid amor mundi parturit, *ibid.* Corpus cujus sanitati, commoditati et voluptati cura est, in putredinem et in abjectissimum pulverem dissolvitur, 720. Pereunt et jactantia verborum et ornatus vestium et varietas deliciarum, *ibid.* Hominem invitum mori necesse est, 370, 371. Mors nulli hominum parcat vel docto, vel diviti, vel humili, 700, 701, 702. Nulla vis quemquam de hac vita expellere potest quoadusque Deo placuerit, 911, 912. Finis sæculi est unicuique hora exitus sui, 620, 621. Quanto diutius vixit aliquis tanto brevius victurus est, 1063, 1066, 1090. Vita præsens finem habet et nescit homo quando ultima dies, ad quam indesinenter die ac nocte propinquat, adveniat, 159, 171.

S. BRONNO Astens. et Sign. episc. — De semita mortis non revertimur cum semel quis moritur, CLXIV, 612. Impii et cogitationes eorum in interitu dissipantur, 612, 613. Impii cum se vivere sperant, non superstites erunt, 300, 301. Hoc potest dici quia fuit vel futurum est sed non quoniam est, 832. Potentes omnibus affluentes cadunt et moriuntur, 1002, 1003.

ROPERTUS abbas Tuitiensis. — Mortem nullus effugit, CLXVIII, 1473. Mortis tempus accelerat, 998, 999. Omnes morti obnoxii; quisquis es, vade ad sepulcra mortuorum, ipsa respondebunt et indicabunt tibi, CLXX, 362. Quotidie mortui sepeliuntur a viventibus utique morituris, 362.

HILDEBERTUS Cenom. episc. — Morti debentur nos et nostra, CLXXI, 1021. Hac conditione homo intrat in mundum ut exeat, 1028. Omnes morte cogimur..... serius,

ocius sors exitura, 1044. Quidquid ætatis retro est mors tenet, 1047. Tota vita unus dies est, 733.

S. BERNARDUS Claræ-Vall. — Mors vanitatis et brevitate arguit omnia, CLXXXII, 843. Bona mundi morientem non sequuntur, *ibid.* Vita qua vivimus magis mors; nec simpliciter vita sed vita mortalis, CLXXXIII, 250. Mors adolescentiæ non parcat, CLXXXII, 621. Mors senibus in januis, adolescentibus in insidiis, 843. Ex quo incipimus vivere incipimus mori, CLXXXIII, 250. Quid in incertum tibi dies et annos numeras, 541?

PETRUS LOMBARDUS. — Vita hominis vesper, CXCI, 294. Mors est spiritus hominis vadens de hoc mundo et non rediens ad corpus in hoc mundo, 736. Magna hominis miseria, nolle mori et mori, 303.

ADAMUS Præmonstratensis. — Vita hæc peregrinatio est, CXCVIII, 234. Desinit esse qui fuit, eumque edax et consumprix deglutit mors, 267. Vita currit cito ad mortem, 267. Exinanitio corporis post mortem, 308. Certus sum quia oportebit me hinc exire, sed nescio tempus, modum vel locum, 431. Homo solum quod vento rapitur, *ibid.* Post mortem corpus erit vermis, post vermem pulvis, 435.

PETRUS CELLENSIS. — Mors certa, hora mortis incerta, CCII, 1131.

PHILIPPUS DE HARVENG. — Mors jura vel pondera non metitur, CCIII, 1113. Felices et infelices invadit, 1114. Mors velle vivere et non posse, *ibid.* Velle mori et non posse mors est, *ibid.* Vita præsens plena mortibus, 127.

PETRUS Cantor. — Hunc ipsum diem qua vivimus cum morte dividimus, CCV, 354. Omni hora domui tuæ dispone, 353. Licet certius sit, morte nihil incertius, 356. Mors subitanea, intempestiva et incerta, *ibid.* Omne caducum et transitorium, 332.

PETRUS Blesensis. — Pari sententia omnes ætates et conditiones mors involvit, CCVII, 472. Jus mortis non mutatur imperio vel favore, 475.

CAPUT III. — Bene moriendi MEDIA, præsertim ex bonorum vel malorum mortis consideratione desumpta.

TERTULLIANUS. — Timenda mors ob judicium subsequens, I, 614. Mortis metus non tantus est quantum tormentorum, 625. Per mortis imaginem fidei initiaris, spem meditaris, discis mori et vivere, discis vigilare dum dormis, II, 724. Mortis contemptum docet philosophia, I, 533. Mortis dolor vacare debet cum constet de resurrectione mortuorum, 1263. Non scires autem malam mortem si non scires aliquid timendum post mortem, 613. Mors Christiano utilis et suavis, Deo disponente, II, 133. Mortis Christiani et gentilis differentia, 745. Omnia finiri post mortem vel nihil superesse vulgus existimat, 791, 795.

S. CYPRIANUS. — Mors contemnenda est Christiano, IV, 793. Mors contemnenda cui Christus occisus est, *ibid.* Finem mortis doloribus quem tormenta non dabant, coronæ dederunt, 246. Pretiosa mors quæ emit immortalitatem, 247. Beata mors quæ accepit coronam de consummatione virtutis, *ibid.* Dei servus in agonis promissi certamine coronatus, *ibid.*, ad immortalitatem gloriosæ mortis transit, 329. Perversum est Deo accersenti non statim parere, 596. Quid ergo oramus et petimus ut adveniat regnum cælorum si captivitas terrena delectat? 595. Ejus est mortem timere qui ad Christum nolit ire, 584. Prævaricatores, qui mortuos lugent ut perditos, 596. Gaudendum potius quam dolendum cum chari de sæculo exeunt, 586. Expuncta morte ad immortalitatem venimus, 585. Contra tot impetus mortis incussis animi virtutibus congregari, quanta pectoris magnitudo est? 592. Magna sublimitas est inter ruinas generis humani stare erectum, nec cum eis, quibus spes in Deum nulla est, jacere prostratum, *ibid.* Mors pressuras et pœnas et lacrymas mundi aufert, 586. Bene morienti vera pax, fida tranquillitas, stabilis et firma et perpetua securitas, 585. Mors ergo optanda non timenda, 268. Ad refrigerium morte justii vocantur, 592.

LACTANTIUS. — In morte suscipienda summum virtutis officium est, VI, 768. Mors non exstinguit hominem, sed ad præmium virtutis admittit, *ibid.* Nemo mortem subit nisi spe vitæ longioris, 381. Bona vel mala mors, quia ex præteritis actibus est ponderanda, 410.

S. HILARIUS. — Animas e corpore excedentes statim excipit aut quies aut pœna, IX, 323, 675. Anima justorum a corpore excedens in Dei susceptione requiescit, 343. Humanæ vitæ ac mortis finis est resurrectio, et certissimum nostræ militiæ stipendium est incorrupta æternitas, X, 428. Homo post legem mortis futurus est æternus, IX, 650. Mors a sanctis pluribus concupita, *ibid.* Illi morosam corporum dissolutionem desentes, *ibid.* mortem optabat Propheta, 840. Non proderit exaudium esse nisi beatis locis quieturus excedat e corpore, 841,

842. Mors fidelibus consortium Christi acquirit, 646. 647. Post mortem, peccatores ultorem Deum sentient, quem inter iniquitatum opera non cogitabant, 343. Peccatorum sors post hanc vitam, 406. Metum mortis aufert fides.

S. ZENO. — Justi et impii statim post mortem, aut præmium et quidem æternum aut æternam pœnam pro meritis accepturi, XI, 460. Dignus gloriosi exitus finis, 405. Cum mors quæ putatur metuenda gustatur, tunc animæ in æternum manentis gloria beatis in sedibus, repromissa felicitas exhibetur, nullas deinceps ærumnas mundi censura, 386. In Domino morituri sunt qui probis moribus per gradus divinorum observantiæ præceptorum, quotidie spiritualis itineris gloria, feruntur in cœlum, 432.

S. AMBROSIIUS. — Mortem non esse metuendam exemplo Christi, XV, 1487, 1488. Mortem non esse terribilem quæ naturæ finis, non pœna est, 1727. Non mors ipsa terribilis est, sed metus et opinio de morte, quam prorsus quisque pro sua conscientia perhorrescit, XIV, 555. Non enim habemus quod in morte metuamus, si nihil quod timendum sit vita nostra commisit, *ibid.* Si fortis es, contemne mortem; si imbecillis es fuge, et Christum qui vita est sequere, XV, 1699. Si volumus Christum non timere, stemus ubi Christus est, *ibid.* Mors corporis non metuenda fortibus, desideranda sapientibus, miseris expetenda, 1709. Justus nullo timore mortis commotus, XIV, 1174. Sola mors requies viro, 546. Ubi resurrectionis fides non mortis est species, sed quietis, XV, 1684. Dominus soporem mortis vertit in gratiam voluptatis, 1639. Proprior est saluti qui moritur ut resurgat, quam ille qui vivit ut moriatur, XIV, 1036. In Christo mori arduum et gloriosum, 1127. Gloriosius est pro Christo mori quam regnare in hoc sæculo, 543. Post mortem neque peccator pœnam suæ improbitatis evadit, neque justus æquitatis suæ præmiis defraudatur, XV, 1285, 1286. Mors nec perpetua fidelibus, nec improvisa sapientibus, XVI, 1326. Quanti mortem morori, quanti mortem formidini prætulere judicantes graviores metum mortis quam mortem, 1351. Laudabilis mortis cum occasio datur, rapienda est illico, *ibid.* Non fugienda mors quam Christus non dedignatus est, 1327. Sit quidam quotidianus usus in nobis affectusque moriendi, 1325, 1326. Quid est quod ingemiscamus pro mortuis, cum jam reconciliatio mundi apud Deum facta est per Dominum Jesum? 1101. Non est dicenda mors quæ Christo mortuum socians, lucrum efficit morienti, XVII, 714. Illa est autem vera mors quæ etiam viventem hominem peccatorum mortem constringit, *ibid.*

SULPICIIUS SEVEBUS. — Felix excessus, cum a labe peccati melioris vitæ conversatione purgatos, sede sua nos Christus excipiet, XX, 224. Occurrent martyres et prophetæ, gaudebunt angeli, lætabunturque archangeli, victusque Satanæ cruento licet ore pallebit, *ibid.*

S. HIERONYMUS. — Omnis vita sapientium meditatio mortis, XXII, 598. In animo habendum est quod aliquando futuri sumus, *ibid.* Nullus intrepidus incertusque de sententia absque pavore præstolatur, XXV, 291. Mortem tanquam longe positam aspiciamus, XXII, 1056. Pareremus nobis viaticum quod longo itineri necessarium est, 557. Homo Christo deditus potest mori, non superari, XXIII, 60. Considera, o homo, dies tuos breves et quia cito esse soluta carne cessabis, 1060. Dies mortis melior die nativitatibus, 1061. Ubiunque ceciderimus mortis tempestate subversi, ibi jugiter permansimus, 1102. Mortis terribilis dies, quia quod in die judicii futurum est omnibus, post mortem in singulis impletur, XXV, 965. Dies Domini, dies exitus uniuscujusque de corpore, *ibid.* Qui quotidie recordatur se esse moriturum contemnit præsentia et ad futura festinat, XXX, 376. Ad evitandam malam mortem, convertatur ad Deum jejuniis, fletu et plangentibus necesse est, XXV, 967. Viri sancti timent mortem propter incertum judicii et sententiæ, XXIV, 390. Justum intelligeres non emori sed emigrare, et mutare amicos, non relinquere, XXII, 597. Justus consummati operis percipit coronam, 468. Ille jam securus et victor te amicam aspicit de excelso et favet laboranti et juxta se locum præparat, 686. Lugeatur mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, quem Tartarus devorat, 468. Non lugendum de morte illius quem cœlum recepit, 472. Non invidendum gloriæ ejus plangentibus et lacrymis, *ibid.* Adversum mortis duritiam et crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur quod brevi visuri sumus eos quos dolemus absentes, 686. Nos dolendi magis qui quotidie stamus in prælio peccatorum, vitiis sordidamur, accipimus vulnera et de otioso verbo rationem reddituri sumus, *ibid.*

S. AUGUSTINUS. — Mortem horret non opinio, sed natura, XXXVIII, 936, 1360, 1371, 1373. Est dulce quoddam via-

culum corporis et ligatus est homo et solvi non vult, 1366. Naturæ prima et maxima vox ut homo mortem fugiat, XLI, 630. Mortem omnes homines sicut animalia refugiunt, XLI, 630; XL, 676. Mortis metus posteris Adæ congenitus, XLV, 1550. Mortis timorem Deus fecit propter disciplinam, XXXVII, 1162. Mortis timor tormentum, XLV, 1570, 1571. Mors plus timetur quam labores, 1571. Mortis vitandæ causa quantum homo laboreat, XXXVIII, 706. Mortis timor maxime pungit quando nobis bene est, 258. Quid agendum ut non moriamur, 881. Mors est, quæ si volueris non erit, XXXIX, 1513. Mors animæ timenda magis quam corporis, XXXVIII, 430, 880. Non timenda mors temporalis sed æterna, 1280. Ejus nobis amara mors cujus vita dulcis est, XLI, 635. Mortis quam vanæ timore teneantur homines, XXXVIII, 881. Mori videntes et nihil aliud agentes nisi serius mori, non agunt ut non moriantur, *ibid.* Mortis diem omnes differre conantur, XXXIII, 544. Mors accelerata quibusdam est utilis, XXXIV, 780. Mortis genus non quidquam bonis facit, quod obesse possit post mortem, XLI, 471. Unde homo moriatur non cures sed quo iturus sit post mortem, XXXVII, 1945. Qui tanta agis ut paulo serius moriaris, age aliquid ut nunquam moriaris, XXXVIII, 1387. Qui morte imminente turbantur, intueantur Christum ipsum eadem de causa turbatum, XXXV, 1798. Mortem carnis omnes refugiunt, de morte animæ pauci curant, 1747. Mortis corporalis metus facit reos, XLV, 1603. Tota hominis vita contra mortem intrepida fieri potest, XXXIII, 74. Mortem corporis non metuit sapiens nec dolores, XXXII, 971. Salius est unam mortem perpeti moriendo, quam omnes timere vivendo, XLI, 25. Neque enim facit malam mortem nisi quod sequitur mortem, 26. Mortis metum vincere non parva virtus, XLIV, 183. Nec mortem nec mortis genus metuendum esse, sua morte ostendit Christus, XL, 664. Mortem timemus licet finiat infirmitatem, XXXVII, 1268. Mortem nemo invocatur verbis sed mala vita, XXXVI, 473. Quanquam Christo inhærere cupiamus, mori tamen nolumus, 842.

Mors æquo animo ferenda, XXXV, 1402. Patienter ferenda exemplo Christi, XXXVI, 831. Deo jubente recusanda non est quocumque temporis, XXXIV, 361. Domus ista tibi locata est, non donata, XXXVII, 1945. Mors non est vitanda peccato sed pro justitia perferenda si facultas datur, XLI, 501. Mortem sapiens debet ferre patienter, sed quæ aliunde accidit quam a seipso, 630. Amor Dei facit ut mors contemnatur imo et desideretur, XXXII, 1338; XXXVII, 1843. Optandum est ad Christum subveniente morte velocius properare, XLIV, 650. Peregrinationem nostram tanto ardentius finire cupimus quanto fruimur Deo vel per speculum vel in ænigmatibus, XXXIV, 30. Mors ex misericordia Dei in bonos usus convertitur, XLIX, 613, 614. Mors malis mala est, XLI, 378. Mortem malam non facit aut probat nisi quod sequitur mortem, XXXVIII, 612; XLI, 25, 26. Morientibus quidquid obest ex vita non ex morte contingit, XXXIII, 649. Morienti comes erit aut vita aut pœna, XXXVIII, 811. Mors non est mala putanda quam bona vita præcesserit XLI, 25. Non est in hominis potestate quo exitu hanc vitam finiat, sed est in hominis potestate quomodo vivat ut securus vitam finiat, XXXVIII, 1400. Mori in peccato summum malum, XXXV, 1678. Non potest male mori qui bene vixerit, XXXVIII, 1162; XL, 676. Sic vive ut moriens pro iudice patrem, pro ministro sævo angelum tollentem in sinum Abrahamæ, pro carcere paradysum invenias, XXXVIII, 658. Morientis statim post veram conversionem Deus non adnotat facultatem, sed coronat voluntatem, 151. Mors bona, sed in eis quorum casta, pia, fidelis, innocens vita, XXXIII, 389. Inter mortem justorum et peccatorum magnum discrimen, XXVI, 521. Quid sit mors non vident impii, cum vident etiam sapientes morientes, XXXVI, 551. Secundum animam intelligenda est mors aut pessima aut optima, 522. Mors sanctorum pretiosa, XLI, 381. Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tanquam stipendium vita æterna, XXXIII, 881. Mors in futuro sæculo non erit, XLI, 683.

Semper cogitandum de sola ultima hominis perfectione, XXXIII, 74. Inter strepitus inquietosque conventus atque discursus, cum morte familiaritas non habetur, *ibid.* Mors cogitanda quoties lecto decumbimus, XI, 1061. Mortis cogitatio cupiditatem coercet, XXXIX, 2152. Percutitur hac animadversione peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei, 2153, 2221. Morituro dicenda oratio, XI, 1152. Morienti delectabile est et salutare de Christi humanitate loqui et satiari, 1153. Mortem communem non lugere philosophicum, 1199. Mortem ob serenitatem conscientie non timere, omnibus mundi deliciis præstat, XXXII, 1471. Morti justorum

assistunt angeli et auxilium præbent; impios pessimi spiritus de corpore extractos ignibus tradunt, 1472. Morte mala non perire qui piis operibus dediti sint, XL, 1319, 1320, 1321. Intus mortui multi ambulant, et viventes portant funera sua, XXXIX, 1785. Sancti hinc migrantes cælum petunt, XL, 918, 954, 981.

CASSIANUS. — Homo debet motus animi refrenare et injuriarum oblivisci, tristitiasque respuere, dolores quoque a detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturus, XLIX, 266. Quotidie singulisque momentis justus accersendum esse se credit, *ibid.*

FASTIDIUS Britann. episc. — Ab omni peccato cavendum, cum non ignoretur peccatoribus judicium et in præsentem esse et in futuro servari, L, 389.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Mortuum quoties quis viderit, toties se morti ejulat destinatum; sic de morte non potest non dolere mortalis, LII, 380. Merito ad Dei amicitias sublimatur, qui propter Deum humanas despicit mortes, 481. Misera et sibi inimica mortalitas dolet se mori, ne resurgere possit oppugnat, 411. Orandum est ut veniens Christus nos inveniat tales quales regni sui cupit et præcipit esse consortes, 390. Mors est desperationis domina: Ecce, inquit, domina tua, animam tuam in nihilum redigens, carnem tuam putredine, ossa tua vetustate consumens, 523. Da lusibus infantiam, da deliciis adolescentiam, da voluptatibus juventutem, da senectutem mihi, *ibid.* Mors filia incredulitatis: quasi non moriturus, quasi evasurus mortem, sic de vita disponis; homo, te decipit fides; tu fidei credis qua ut tollat præsentia, futura promittit, *ibid.* Semper homo bona facere tum cœpit, quando mors faciendi tempus ademit, 545. Confusionem futuri judicii pertimescit homo, in quo jam non poenitendi tempus est, *ibid.* Plus de conscientia quam de gehennæ erubescit incendio, *ibid.* Quando instat periculum mortis, ad animæ consilium, ad cordis compunctionem, ad misericordiæ suffragium, ad confessionis advocacionem recurrendum est, *ibid.* In articulo mortis locus etiam poenitentiae, LII, 637. Justus recipit in morte pro doloribus regnum, pro opprobrio gloriam, pro contumeliis honorem, pro despectu gratiam, pro poenis immortalitatem, 388. Injustis vero pro voluptatis obsequiis, astant ministeria poenarum, *ibid.*

SALVIANUS Massiliensis. — Avarus in lectulo mortis jam non de elemosynis offerendis, sed immemor sui de locupletando hærede suspirat, LIII, 224. Ille potius videat nullum animasua propinquiorem, nullum chariorem, *ibid.*

MAXIMUS Taurinens. — In hac vita brevi nobis vita prævidenda æterna, LVII, 455, 456. Per bona opera, videlicet jejunium, elemosynas et orationem ad mortem quisque se præparare debet, 456.

S. FAUSTUS Rhegiens. — Si in Domino mori velimus diem mortis nostræ et terribile ac metuendum judicium jugiter studeamus cogitare, LVIII, 876. Quam utile sit peccatori ut cogitet horam illam quando erit de hoc sæculo migraturus, *ibid.* Attendendum est quam dura erit examinatio ante tribunal Christi, *ibid.* Ut moriamur in Domino, conscientias nostras purgemus elemosynis, orationibus et portum poenitentiae intrare festinemus, 877. Putredines peccatorum caret unusquisque, vulnera delegal, concupiscentiam vincat timore æternæ mortis commotus, 888, 889. Dum tempus est nos condemnemus, nos accusemus quotidie Judici, 889.

S. PAULUS Nolanus. — Vita præsens spernenda ut futuram assequamur, LXI, 670. Mors justis nunquam dicenda sit immatura, quia anima ejus Deo placita, 210, 211. Pium est contristari de avulsione charorum, sed sanctum lætificari spe et fide promissionum Dei, 211, 212. Desideremus nostros ut præmissos, sed non desperemus recipiendos, 212. Mors puerorum et lacrymas meretur et gaudium, 676, 677.

EUGYPIUS abb. Afric. — Ante mortem agendum quod prosit post mortem, LXII, 1020.

S. FULGENTIUS Ruspensis. — Ex hujus vitæ sine pendet illius vitæ initium in qua quidquid retribuitur non finitur, LXV, 557. Qui in dilectione iniquitatis finit istam vitam non potest pervenire ad vitam, *ibid.* Qui in hoc tempore indulgentiam noluerit quærere, nullatenus post mortem poterit invenire, *ibid.* Nemo securus præsentem vitam terminat, nisi priusquam vitam finiat, ab iniquitate discedat, 572. Tempus mortis non erit remissionis sed retributionis, 555. Non ibi misericordia justificabit impium, sed justitia discernet justum et impium, 556. Necessesse est ad futuræ messis gaudium perveniat qui præsentem tempore in bonæ operationis semine perseverat, 559. Perniciosissimus inimicus quisquis male vivens qui vitam non mutat antequam finiat, 556. Sicut boni actus faciunt carnem cum anima cœlesti beatitudine perfrui,

sic opera mala faciunt æterno igni animam cum carne torqueri, *ibid.*

S. BENEDICTUS monach. institutor. — Mortem quotidie sub oculos suspectam habeamus LXVI, 296. Sic vivendum quasi hodie moriendum. *Comm.* 325. Non manebo in hoc mundo nisi præsentem hac die, *ibid.* Judicium Dei pavendum, 266, 267. Vitam æternam omni concupiscentia spirituali desiderare oportet, 296. *Comm.* 325.

VITÆ SS. Patrum. — Præ oculis habeamus ultimam diem et momentis singulis æternorum dolorum supplicia formidemus, LXXIII, 265. Mors justis non timenda quia mundum et ea quæ in mundo sunt odio prosequuntur, 450. Metuenda malis quia a præsentibus divelli nequeunt, *ibid.* Erit tempus quando iniquitas cessabit, 265. Multum de exitu animæ in memoriam tradendum est, 374. Nemo in illa hora nos comitabitur nisi opera nostra, *ibid.* Qualis timor et tremor obtinendi, cum illam et horrendam horam peritimerunt Hilario et alii anachoretæ! 575. Octoginta annos, o humilis anima, habes serviens Christo et times exire! *ibid.* Meditatio mortis vincit pusillanimitatem, 1019.

S. GREGORIUS Maximus. — Omnia sua morientem sequuntur præmia, LXXV, 1040. Qui considerat qualis erit in morte, semper timidus sit in operatione, 1032. Pene mortuum se considerat quia moriturum minime ignorat, *ibid.* Moriens poenam rerum ducit, quamvis omnia pro quibus culpa perpetrata est, relinquatur, LXXVI, 52. Veniet tempus ut evigilet peccator et tunc cognoscat quam vacuum fuerit quod in somno tenuerat, *ibid.* Peccatoris oculos mors aperit, 52, 53. Mors electos luci restituit, reprobis lucem tollit, 489. Mors justorum in adiutorium bonis, malis in testimonium, 1261. Qui de sua spe et operatione securus est, cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit, 1124. Peccator, maxime in fine vitæ, quam duris nexibus teneatur, cognoscit, LXXV, 1046. Justis quotidie prospiciunt diem quando districtus judex venturus est, LXXVI, 305. Justis mortem timent etiam ob culpas non commissas, *ibid.* Timore mortis a levibus culpis purgantur, 306. Anima justorum in articulo mortis faciem Dei aspicit, *ibid.* Justis quo propinquiores morti eo ferventiores, LXXV, 684, 685. De vita brevi et fugitiva reprobi transiunt ad æterna supplicia, 783. Justus moriens lætitia interna maxime gaudet, LXXVI, 506. Omni jam rerum mutabilium vicissitudine atque obumbratione calcata, veritati æternitatis inhæret, *ibid.* Cum illa novissima inimica destruetur mors, tunc nullum habebimus adversarium, nullum metuemus inimicum, LXXIX, 631. Post mortem nihil aut impunitum aut irremuneratum Deus relinquit, 76. Cæcitas eorum qui præsentem vitam quasi patriam, et non viam attendunt, LXXV, 1157, 1158; LXXVI, 1079, 1080. Vitæ brevi succedit æternitas pro meritis vel beata vel misera, 999. De obitu justis hominis gaudendum quod ad æterna gaudia pervenerit, LXXVII, 1280. De vita tolluntur iniqui subito et repente quia finem suum cogitando prævidere nesciunt, LXXVI, 507. Curvabuntur per sententiam Judicis qui nunc curvari negligunt per humilitatem cordis, 521.

COLUMBANUS abbas. — Sapiens non quid est, sed quid erit videt, LXXX, 236. Debet unusquisque vivere quasi quotidie moriatur, *ibid.* Quid tuum est, præter animam? 237. Mors finem dat voluptatibus, *ibid.* Citra cælum mors, ultra cælum ignis æternus, 258. Timenda humana vita tam fugitiva, 240. Ad bene moriendum sursum desideremus, sursum sapiamus oportet, 244.

TALIO Cæsarug. — Qui diem æternitatis jam videt agere diem suæ mortalitatis sustinet, LXXX, 756. Horam ultimam Dominus voluit esse incognitam, 910. Ad illam sine intermissione se præparet quisque necesse est, *ibid.* Vir sanctus de vicina morte trepidat et simul exultat, 911. Quod pro vita æterna agitur, post mortem servatur, 910. Dolor mortis peccata diluit, 909. Patientiam auget, *ibid.*

S. ISIDORUS Hispalens. episc. — Mori hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo, LXXXIII, 756. Unusquisque terminum vitæ suæ considerare debet, *ibid.* Iniquus moriens multos a culpa terrore tormenti retrahit, 737. Exitus impii formidabilis, *ibid.* Angeli apostatæ pravos homines excipiunt morientes, 738. Iniquus post mortem ducitur cruciandus, justus vero dormit post laborem securus, 654. Pertimescit justus ne dignus supplicio sit, 738. Periculosa est securitas in hac vita malorum et honorum dolor tranquillus, 653, 654.

S. EUGENIUS Toletan. episc. — Id solum post mortem manebit quod bene, quod recte, quod juste feceris, LXXXVII, 360.

VALERIUS abbas. — Animæ justorum ab angelo susceptæ in amoenissimum locum post mortem portabuntur,

I. XXXVII, 431. Justus mortem non timet fide Domini fultus, 468.

BEDA VENERABILIS. — Sic vivendum quotidie quasi die alia judicandum, XCII, 104. Extremus dies metuendus qui praevideri non potest, 107.

S. JULIANUS episc. Tolet. — Laborat ne moriatur homo moriturus et non laborat ne peccet homo in aeternum victurus, XCVI, 463. Cum a corpore anima separatur angelos ibi adesse fatendum est, *ibid.* Mors corporis non timenda Christianis, 467. Amplectamur diem mortis qui nos paradiso restituit et regno, 470. Non desperatione frangendum est cum imminente morte turbatur, 472. Si nulla esset mortis vel parva molestia, non esset martyrum gloria, *ibid.* Orationi in fine insistere necesse est morientem et se commendare fratrum precibus, 472, 473. Diabolus extremæ vitæ nostræ suis laqueis innectere nititur, *ibid.* Sed fugit ex loco ubi audit nomen Domini, *ibid.* Multi in hora exitus sui, ab insidiante diabolo fraternalis precibus liberati sunt, *ibid.* Animæ sanctorum post transitum ad cælum vadunt, peccatorum vero in infernum ducuntur, 473.

S. PAULINUS patriarch. Aquil. — Semper ante oculos versetur ultimus dies, XCIX, 243. Justo morienti occurrit angelorum chorus, omniumque sanctorum in illius miscetur amplexus, *ibid.*

ALCUINUS. — Animæ dum deserunt corpora, gaudium bonæ, malæ tormenta habent, C, 898. Para te, ut ubi dies illa quæ tibi modo appropinquat tibi advenerit, te paratum inveniat, 690, 691.

S. BENEDICTUS Anianens. — Semper ante oculos vertetur ultimus dies, CIII, 698. Esto talis in operibus bonis qualem te vis futurum postmodum, *ibid.*

JONAS Aurelian. episc. — Mors ipsa cum venerit vincetur, si priusquam veniat timeatur, CVI, 257. Pœna exspectat in suis facinoribus deprehensos, *ibid.* Tremor eos quatit, pallor ora perfundit, *ibid.*

S. LORUS, abbas Ferrar. — Post mortem erit ratio de tuis annis, mensibus, horis et momentis, CXIX, 560. Pro hac vita brevissima noli tibi sempiternam miseriam comparare, *ibid.*

HINCMARUS, Rhemens. archiepisc. — Justi morientes beata requie suscipiuntur, CXXV, 911. Quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse dum vivit pro se, 912.

S. BRUNO, Herbipol. episc. — Peccatorum mors pessima, CXLII, 446. Mors vero sanctorum pretiosa, 422. Transitus gloriosus qui membra Christi imitatores sui capitis facit, *ibid.*

S. PETRUS DAMIANUS. — Mors corporalis principium vitæ æternæ, CXLIV, 673. Justus cum spiritibus ignitis emicat post mortem. Mors damnatorum teterrima, CXLV, 745. Illis mors sine morte, finis sine fine et defectus sine defectu, *ibid.* Anima egrediens de corpore, anxietatibus magnis coartatur, 737, 738. Recolens vetita quæ commisit, manere satagit, ire compellitur, 738. Totius transactæ vitæ cursum velut unum brevissimum deputat itineris passum, *ibid.* Erubescit quia propter illam substantiam quæ verbibus erat obnoxia, illam neglexit quæ choris Angelicis erat inserenda, *ibid.* Illi animæ damnatæ adest horrenda dæmonum turba, 738. Intolerabili terrore conculitur, impetus violentia perturbatur et de carnis ergastulo violenter evellitur, *ibid.*

LANFRANCUS Cant. archiepisc. — Peccator in morte imparatus invenitur, CL, 344, 345, 344.

CANUTUS I, rex Angl. — Docemus ut quilibet homo semper finem dierum astare sibi arbitretur, CLI, 1177.

S. BRUNO Carth. iust. — Mors bonis suavissima, malis amarissima, CLII, 1246.

GUBERTUS abbas de Novigento. — Subito post mortem salvationis vel damnationis sententia profertur, CLVI, 610, 611.

GOFFRIDUS abbas Vindocin. — Malam vitam mors bona non sequitur, CLVII, 246. Vita præsens ob futuram contentenda, 184. Mors non differenda quæ facit fructum meliorem, 43.

THIOFRIDUS abb. Epternaceus. — Felix homo qui ante carnis mortem carni moritur, CLVII, 323. Homo in morte nascitur ad requiem et gloriam, 324.

WEENERUS abbas S. Blasii. — Morientis impii anima amaro terrore conculitur et mordacis conscientie stimulis laceratur, CLVII, 1159. Meditatio mortis concupiscentie motus comprimit, *ibid.*

S. ANSELMUS Cantuar. archiep. — Misero mors in desiderio est, CLVIII, 795. Mortem non timere ob conscientie serenitatem omnibus hujus vitæ bonis præstat, *ibid.* Tria mortis timorem auferunt, conscientie serenitas, fidei firmitas, spei certitudo, 792. Dissolvi a mortali corpore beatitudo est, 810. Mors electorum pretiosa, 795. Angeli

assistunt morti electorum et eorum hostibus sese apponunt, *ibid.* Anima justi egrediens de corpore videt omnia opera sua, 732, 733. Et ideo gaudet, *ibid.* Mox eam angelus accipit qui eam in vita custodivit, *ibid.* Eam ante thronum Dei locat, *ibid.* Ei occurrunt alii angeli gratulantes, *ibid.* Vir justus pro novissimis suis obsecrat, 641. Quanta pace obdormit, qui in Domino obdormit, 995, 996. Anima peccatoris de corpore exire coacta ab angelis Satanæ excipitur, 735, 736. Igneis catenis ad inferni tormenta rapiunt, *ibid.* Illi occurrit timor timori, dolor dolori, 720. Omnibus tremendæ mortis hora, propter examen horridum, judicem districtum et adversarios proccaces, 720, 721.

SIGEBERTUS, Gemblacens. — Vita in laboribus consummata, in morte cælesti gloria coronatur, CLX, 674.

S. BRUNO, Astens et Signiens. episc. — Justorum exitus jucundus et felix, CLXIV, 899, 900. Mortem in desiderio habent, 832. In cælum angelicum annumerari cupiunt, 450. Exitus iniquorum malus, 942. Spiritus bonis auferitur ut quiescant in pace, malis ut crucientur, 1096, 1097.

RUPERTUS, abbas Tuitiensis. — Mors Christianis læta, CLXVII, 539. Mors sanctorum gloriosior quam vita, 1484. Homines mundani mortem timent, causam mortis non considerantes, CLXIX, 79. Mors potius optanda quam fugienda, 175, 176. Mortis adventus quam formidabilis, 355, 356. In morte hominum astant spiritus teterrimi insidiantes, 355.

HILDEBERTUS Cenom., episc. — Mors unius cujusque dies Domini, CLXXI, 465. Mortem omne vivens horret, etiam sancti timent et etiam ipse Christus timuit, 1001, 1002. Moritur impius in cumulo vitiorum et justus in cumulo meritorum, 542. Qualis quisque in morte reperietur, talis judicabitur, 851, 852.

GOFFRIDUS abbas, Admontens. — Mortis memoria purificat animam, CLXXIV, 687. Homini morienti insidiantur dæmones, 920. Dæmon etiam falsa crimina objicit ut desperatio obtineatur, 1101. In hora mortis cum malignis hostibus conflictus est habendus, 129. Ideo oratio fiat indesinenter ad proterendas immundorum spirituum fallacias, *ibid.* Adveniente morte quisquis peccata sua confitetur salvandus, 22. Ad misericordiam Christi recurrendum est, *ibid.* Qui auxilium gratiæ præbet, 23, 703, 1101.

HONORIUS, Augustodunensis. — Non subita morte moriuntur quise semper cogitant morituros, CLXXII, 1156. Quocumque moriuntur mali, mala et subita morte moriuntur, utpote non cogitant se esse morituros, *ibid.*

S. BERNARDUS, Claravall. — Sancti viri mortem habent in desiderium, CLXXXIII, 91, 903, 904, 1132, 1133. His non damnum offert sed lucrum, 906. Mortem pretiosam tria faciunt; quies a labore, gaudium de novitate, securitas de æternitate, 687. Bona mors justorum propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem, CLXXXII, 241. Dilectis Domini mors janua vitæ, initium refrigerii, CLXXXIII, 619. Manet eos horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriæ magni Dei, *ibid.* Mors peccatorum pessima, Tria mala patiuntur, ignem vermes et conscientiam, 747. Mala mors peccatorum in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis ignisque duplici contritione, CLXXXII, 241. O anima sola ingrediens incognitam penitus regionem, occursantia tibi catervatim ruere teterrima monstra videbis! CLXXXIII, 619. Quis tuebitur a rugientibus præparatis ad escam? *ibid.* Hora mortis horrenda, 216. Paveo gehennam, paveo judicis vultum, 852. Contremisco ab ira potentis a facie furoris, *ibid.* Horreo vermem rodentem... et ignem torrentem, *ibid.* Anxietas animæ post separationem a corpore, 216. Memoria mortis in decursu vitæ semper retinenda, CLXXXII, 431. Dum tempus est, fletibus præveniam stridorem dentium, dura vincula et pondus catenarum prementium, stringentium, urentium nec consumentium, CLXXXIII, 852. Mors sanctis novæ legis optabilis antiquis vero exosa, CLXXXII, 233, 234, 235. Separatio ab amicis morte durior, 906.

PETRUS Lombardus. — Qui bene vivunt bene moriuntur, CXI, 304. Mali timent mortem propter separationem animæ a corpore, 466. In hora autem mortis iniquitas sola timenda 467. Christus mortem timuit infirmitatem humanam representans, 227. Mors cita male agentibus compendium, CXCI, 1575.

ADAMUS, Præmonstratensis. — Mors bona effectus bonæ vitæ, CXCVIII, 199. Prævisio mortis timorem inicit, 307. Hora exitus terribilis, 308. Timeo hostem accusantem, conscientiam attestantem, judicem ferientem, *ibid.* Illa hora Jesus Christus in auxilium invocandus est, *ibid.*

PETRUS Cellensis. — Citra mortem præparandum unde

post mortem sit feliciter vivendum, CCII, 1132. Remedia mitigatoria mortis sunt : confessio peccatorum, pœnitentia contra aereas potestates, propugnaculum sanctæ crucis et viaticum corporis Domini, *ibid.* Insuper oleum inunctionis ad fovendam lampadem conscientiæ et removendas mortis tenebras, patrocinium Dei, auxilium omnium sanctorum et oratio fratrum, 1133. Quantæ utilitatis sit mortis consideratio, 1133, 1134.

Petrus Cantor. — Eleemosyna præparandum ad mortem, CCV, 290. Formare animum necesse est tanquam ad extremum ventum fuisset, 332.

Gaufridus, Sanctæ Barbaræ subprior. — Felix decesus qui est ingressus vitæ præmiumque laboris, CCV, 818. Petendum est precibus ut felix mors a Deo obtineatur, 818, 819.

Thomas Cisterciensis. — Mors pœnitentium et justorum, CCVI, 672, 673. Mors reproborum, *ibid.*

Petrus Blesensis. — De morte amicorum vel parentum consolationem potiusquam mœrorem habere oportet, CCVII, 485, 488, 472, 473, 474.

Alanus ab Insulis. — In amici morte magis dolendum pro periculo animæ quam pro seclusionem hujus vitæ temporalis, CCX, 138. Imminente morte, non dolendum sed præparandum ad mortis instantiam per mentis constantiam, 138. Desiderium vitæ æternæ te invitet ad mortem, *ibid.* Faciamus ut quantum decrescit de temporali vita, tantum crescat de æterna, 135. Mortis timor contemptu terrenorum et spe cœlestium propulsandus, 134, 135. Mors amara mundanis, 258. Mors bona justis, 258.

Innocentius III. — Peccator in die mortis videt Christum præsentem ad confusionem, CCXVII, 736. Justus vero illum videt ad exsultationem, *ibid.*

CAPUT IV. — Bonæ vel malæ mortis exempla.

Lactantius. — Mors Decii persecutoris ignominiosa ultioni divinæ attributa, VII, 201. Mors crudelissima Valeriani persecutoris qui, cute abstracta, inter acerrimos cruciatus obiit, 205, 306, 482, 649. Galerius feritate et barbarie insignis persecutor, insanabili plaga a Deo percutitur, 420, 250. Maximini persecutoribus miserabilis interitus, 271, 374.

Rufinus Aquil. presbyter. — Probrosa Arii mors blasphemis et fœtida mente digna, XXI, 485

S. Augustinus. — Quidam adolescens, quem gravitas morum ornaverat et pudor, dissolvi desiderans inter

psallendum in Domino obdormit, XXXIII, 694, 697.

Auctor *Vitæ Patrum*. — Consideratione mortis conversa mulier pie moritur, LXXIII, 1048. Mortua corrumpit mulier vetitum locum habitu dissimulato ingrediens, 337. Pius transitus ad vitam, 460, 461, 462. Cujusdam divitis miserabilis interitus, 1012. Mors calumniam inferentis et sustentis, 1135, 1140.

S. Warnaharius. — Interfectorum S. Desiderii justa punitio, LXXX, 198.

Audoenus Noviom. et Rothom. episc. — De homine miserabiliter mortuo qui se perjuraverat, LXXXVII, 580. De exitu illius qui agrum ecclesiæ invaserat; divinitus in actu criminis percussus, *ibid.* Juvenis patrem criminans a dæmone correptus et percussus, 582, 585.

Alcuinus. — De homine qui interiit miserabiliter, propter furtum quod fecerat in Ecclesia Dei, CI, 722.

Abso Dervens. abbas. — Vir quidam qui bonæ suæ erogaverat beatæ immortalitatis inter sanctos præmium accipit, CXXXIV, 630.

Bernardus Scholiast. — Matronæ lugenda mors, CXLI, 162, 163.

Arnoldus Emmeram. — De duodecim viris qui juraverant contra jus, multiplices pœna consumptis, CXLI, 1010.

Petrus Damianus. — Mors terribilis cujusdam comitis, CXLV, 435. Exemplum præclarum hominis calicem Dominicum alienantis et ab ecclesia subtrahentis, 573. De illo quem, adulterio commisso, malignus spiritus interverit, 616.

Guibertus abbas de Novigento. — Ob malam conversationem duo monachi fulmine tacti, CLVI, 886.

Sigebertus Gemblacensis. — Quidam vir a dæmone miserabiliter ludificatur perit subita et æternali morte propter innocentis occisionem, CLX, 780.

Herbertus Turrium Sardinæ archiepisc. — De quodam converso feliciter mortuo, CLXXXV, 1301. — Pii sacerdotis felix obitus, 1348. Puella in ægrotis juvandis diligentissima, in morte illustris fuit, 1353.

Petrus Venerabilis. — De morte viri, ad ultimum facta confessione, CLXXXIX, 856, 857. De alterius obitu, facta confessione, 857.

Herbertus de Boseham. — Aliquorum militum sacrilegorum punitio, CXC, 1304, 1305, 1306.

Aelredus abbas Rievall. — De miserabili morte proditoris, CXC, 762, 763.

CXXVII.

INDEX DE JUDICIO

POST MORTEM CUJUSQUE HOMINIS PARTICULARI ET PRIVATO,

IN QUO VARIE EXPENDUNTUR SS. PATRUM SENTENTIÆ CIRCA ILLIUS CIRCUMSTANTIAS.

Dei judicium multiplex in sacris litteris declaratur, unum discretionis, et alterum damnationis; unum occultum, et aliud manifestum. « Occultum judicium est pœna qua nunc unusquisque hominum aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conversionem; aut si contempserit vocationem et disciplinam Dei, excæcatur ad damnationem. Judicium manifestum, est illud quo venturus Dominus judicabit vivos et mortuos, omnibus fatentibus eum esse a quo et bonis præmia, et malis supplicia tribuentur; sed tunc illa confessio non ad remedium malorum, sed ad cumulum damnationis valebit. » (S. Augustinus, in Joan.). Judicium occultum in hac vita peragitur; manifestum post mortem fiet, cum unicuique necesse erit in conspectum Domini venire, et singularum cogitationum, verborum, operumque omnium rationem reddere, demumque judicis præsentem subire sententiam. Id porro duobus diversis temporibus fiet, primo statim post uniuscujusque hominis mortem; secundo in fine mundi. Primum judicium particulare est ac privatum: cum enim unusquisque nostrum e vita migraverit, statim ad Dei tribunal sistitur, ibique de omnibus justissima quæstio habetur, quæcunque aut egerit, aut dixerit, aut cogitaverit, cum hic mortalem vitam ageret. Alterum generale erit, cum uno die, uno in loco, omnes simul homines ad tribunal summi Judicis stabunt, ac omnibus omnium sæculorum hominibus spectantibus et audientibus, singuli sententiam in se latam excipient, statimque reprobi a sinistris Judicis in terra stantes, in ignem æternum cum diabolo et angelis ejus detrudentur; electi vero, Christo obviam rapti in aera, cum ipso in regnum æternum, ipsis ante mundi constitutionem paratum convolabunt, sicque in cœlis semper erunt cum Domino. De judicio particulari et privato, de quo hic, cum nullus Patrum ex professo tractaverit, et præterea cum de illo in *Judicibus de Symbolo ac de Judicio supremo* agatur, ad illos Indices lectorem revocamus, et optata reperiet.

CXXVIII.

INDEX DE CÆLO

LOGICE EXHIBENS QUIDQUID SCRIPSERE PATRES DE ILLIUS EXSISTENTIA

ET SEDE, AC DE BEATITUDINE CÆLESTI.

MONITUM.

In hoc Indice, ut optata facilius Lector reperiat, quindecim statuimus capita, ordine logico disposita, scilicet. — I. Definitio nominis. — II. Definitio rei. — III. De notione beatitudinis in genere. — IV. De beatitudine cœlesti, et in quo consistat. — V. Quanti facienda, et quantum concupiscenda et expetenda cœlestis hæc beatitudo. — VI. Quibus danda et quibus deneganda. — VII. De beatitudinis tempore. — VIII. De regni cœlorum sede. — IX. De via ad cœlum. — X. Sermones de cœlo. — XI. Homiliæ de cœlo. — XII. Expositio psalmorum de cœlo tractantium. — XIII. Explanatio evangeliorum de cœlo. — XIV. Tractatus de cœlo. — XV. De cœlo physice considerato. Quæ vero ad cœlestem Hierarchiam spectant, in *Indice de Angelis*; quæ ad intercessionem sanctorum, in *Indice de Cultu sanctorum* reperientur.

CAPUT PRIMUM. — Definitio nominis.

Quæ sit origo nominis *cœlum*, cur hoc nomen in Scriptura sacra diverso modo accipiatur, Raban. Maur., CXI, 263. — Cœlum unde sic appellatur, Lactant., VI, 182, 706; S. Ambros., XIV, 135, 136, 137, 132. — Nomen cœli quid in Genesi significetur, Rupert. Abb., CLXVII, 199. — Quomodo intelligenda sit vox *cœlum*, S. Hieronym., XXVI, 547; S. Aug., XL, 1027. — Quis sit sensus spiritualis, sensus materialis hujus vocis, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 981. — Paradisi litteralis et mystica significatio pulchra, Raban. Maur., CXI, 334. — Vox *cœlum* a *celando* venit, S. Aug., XL, 1028; S. Bernard., CLXXXIII, 492. — *Cœlum* dictum est quod intra se *celet* omnia, Aurelius Cassiodor., LXX, 816. — *Cœlum* a *cernendo* dictum, Rupertus abb. CLXVIII, 226. — *Cœlum* dicitur, quasi *casa ilios* (*ἡλίου οἶκος*), id est domus solis; quasi *vas cœlatum*, quia est stellis insignitum, Honorius Augustodun., CLXXII, 141. — Cœlum juxta Hebræos ex aquis sortitur vocabulum, S. Hieronym., XXII, 659, 660. — Vox *cœlum* triplici modo sumitur, S. Hieronym., XXVI, 300. — Varie sumitur, Rupert. abb., CLXVIII, 1516; Alanus de Insulis, CCX, 214. — De variis *cœli* nominibus, S. Aug., XL, 1013. — Acceptionibus, id., XLIV, 132; Innocentius III, CCXVII, 521. — Cœlum cœlorum ipse Deus, S. Aug., XL, 1030. — Sanctorum hæreditas, S. Hilar., IX, 392. — Merces fidei, S. Aug., XXXV, 1830. — Merces æterna, id., XLIV, 222. — Præmium omnium sanctorum, id., XLI, 518. — Vita æterna, id., XLIV, 117, 118, 715. — Regnum omnium sæculorum est regnum cœleste, S. Bruno Herbipolens., CXLII, 516. — Domus Domini, vita perpetua, *ibid.*, 123. — Verum cœlum supra omne cœlum, quod non solum cœlum cœli est, sed cœlum cœlorum, Hugo a S. Victore, CLXXV, 184. — Cœlum cœli et cœli cœlorum quid, S. Bernard., CLXXXIII, 915 *et seqq.* — Cœlum cœli dicitur locus beatorum, Rupert. abb., CLXVII, 204. — Cœlum cœlorum in quo habitat Rex angelorum, Honor. Augustodun., CLXXII, 146. — Cœlum primum quis teneat, quisne secundum et tertium, Richard. S. Vict., CXCVI, 365. — Cœlum tertium quodnam sit ad quod se raptum dicit Paulus, Richard. a S. Victore, *ibid.*, 76; Petrus Lombard., CXCII, 80. — Cœlum cœli quod non cernimus, S. Aug., XXXII, 826, 850. — Spirituale cœlum hominibus incognitum ubi est habitatio angelorum per novem ordines dispositorum, Honor. Augustodun., CLXXII, 146. — Cœli inclinati sunt quando Deus inclinata deitate homo factus est, Petrus Lombard., CXCI, 1255. — Cœlum cœlestis Jerusalem, S. Bruno Herbipol., CXLII, 177. — Quid intelligatur per civitatem Jerusalem mystice et allegorice, Hugo a S. Victore, CLXXVI, 1140; S. Bruno Astens., CLXV, 891. — Quæ sit cœlestis Jerusalem et quænam pax in ea regnet, Hugo S. Victor., CLXXVI, 1159. — De præparatione materiæ civitatis Dei, Henric. de Castro Marsiaco, CCII, 255. — De caractere, titulo et testimonio quibus cives suos insigniri voluit Christus, *ibid.*, 263. — De fundamento civitatis Dei, *ibid.*, 283. — De poris civitatis Dei, *ibid.*, 291. — De nomine civitatis

Dei, *ibid.*, 298. — De libertate, dominatione et gloria civitatis Dei, *ibid.*, 304. — Merces donarii, retributio regni cœlestis, Hugo a S. Victore, CLXXV, 797. — Cœlorum virtutes variæ quid mystice, Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 53. — Cœlum moraliter, Vener. Guibert., CLVI, 33, 52. — Cœlum Scriptura sacra, *ibid.*, 170; Godefrid. abb., CLXXIV, 562; Garnerus, CXCIII, 32. — Cœli sublimitas supernarum potestatum, *ibid.*, 30. — Cœlestis vita, *ibid.*, 34. — Angelica natura, Vener. Godefrid., CLXXIV, 483. — Cœli spiritus cœlestes et angelici, S. Gregor. Magn., LXXVI, 438; Beda Vener., XCIV, 186; Garnerus, CXCIII, 34. — Electi, S. Gregor. Magn., LXXVI, 438. — Cœlum, angeli, prælati, contemplativi, Spiritus, Hugo a S. Victore, CLXXV, 635, 636. — Sublimitas vita sanctorum, Garnerus, CXCIII, 33. — Cœli mentes perfectorum, *ibid.*, 36. — Sancti, S. Bruno, Herbipol., CXLII, 77, 153, 444. — Cœlum, Angeli, S. Hilar., IX, 429; S. Aug., XL, 1028. — Cœlum, sancti, *ibid.*, 579; S. Ambros., XIV, 147; XV, 1368; S. Aug., XL, 1028; XLI, 698. — Cœlum, electorum ecclesia, S. Aug., XXXV, 2419, 2422; S. Greg. Magn., LXXVI, 553, 631, 1282. — Cœlum, ecclesia, Garnerus, CXCIII, 31; Beda Vener., XCII, 106. — Cœli, in ecclesia quinam, S. Bernard., CLXXXIII, 920. — Regnum cœlorum prædicatio Evangelii est, S. Hieronym., XXVI, 89, 90. — Cœli, apostoli, S. Gregor. Mag., LXXVI, 53; Rupert., abb., CLXVIII, 55, 56; CLXIX, 957; CLXX, 81. — Garnerus, CXCIII, 33. — Apostoli et prophetæ, S. Bruno Carthus., CLII, 708; S. Bruno Herbipolens., CXLII, 100, 153. — Cœli dicuntur prædicatores, S. Gregor. Magn., LXXV, 579, 863, 864; LXXVI, 420, 550, 1225. — Cœli quilibet sancti doctores, Garner., CXCIII, 35. — Justi dicuntur cœli, S. Gregor. Mag., LXXV, 1004, 1100; S. Bruno Herbipolens., episc., CXLII, 77, 153, 444. — Cœlum is dicitur qui vitam angelorum custodia integritatis exercet, S. Ambros., CV, 1364. — Cœlum cœli mens pura concordissime cum Deo una, S. Aug., XL, 915. — Cœlum, anima Justi, S. Gregor. Magnus, LXXVI, 508, 935, 1282; S. Bernard., CLXXXIII, 917; Garner., CXCIII, 31. — Cœli, populi Judaici sacerdotes, Pharisæi, legis doctores, Garnerus, id., 33. — Cœlum justi cœlo visibili excellentius, S. Prosper, LI, 327. — Cœlum erat Paulus, cœli erant Jacobus et Joannes, S. Ambros., XVI, 1020. — Cœli dicuntur pauperes evangelici, S. Greg. Magn., LXXV, 1100, 1101. — Cœlorum ornamenta sunt virtutes prædicantium, id., LXXVI, 1224. — Ipse Dominus Jesus perpetuum hominis erat cœlum, S. Ambros., XIV, 1020. — Cœlorum tonitrua sunt perfecta desideria electorum, S. Greg. Magn., LXXVI, 89. — Cœli sunt corda sanctorum, Stephan. Tornacens., CCXI, 736. — Qualiter anima sancta cœlum dicitur, S. Bernard., CLXXXIII, 912.

Vita æterna designatur per terram Chanaan, S. Bruno Carthus., CLII, 1191. — Per dexteram Dei exprimitur, S. Gregor. Mag., LXXVII, 99. — Gloria cœlestis nomine cedri signatur, id., LXXVI, 1648. — Designatur per hortum meum, Aurelius Cassiodor., LXX, 1092. — Per sabbatum æterna requies significatur, S. Bruno, CLII, 791, 792. — Sinum Abrahamæ paradysum significare multi-

plicium doctorum sententijs definitum. S. Hildefons., XCVI, 476 — Mansiones cœli dicuntur speluncæ, Rupert., CLXVIII, 562.

Quid intelligatur per vocem *Paradisus*; S. Bruno Ast., CLXV, 876.

Paradisus generale nomen est locus omnis ubi feliciter vivitur, S. Aug., XXXIII, 834; Alcuin., C, 969; Aurel. Cassiodor., LXX, 987. — S. Bruno, Herbipalens., CXI, 52. — *Paradisus*, vita beata, S. Aug., XXXIV, 202, 214. — *Paradisus*, regni Dei possessio, S. Hilar., IX, 255, 256. — *Paradisus* terra viventium, S. Bruno, Herbipalens., CXLII, 83, 209; Aurel. Cassiodor., LXX, 192, 1006. — *Paradisus* voluptatis, voluntas Dei, Guibert. abb., CLVI, 65. — Voluptati locus, Deus, Vener. Guibert, *ibid.* — *Paradisus* terrenus plantatus ad similitudinem cœlestis, Rupert. abb. CLXVII, 268. — De differentia paradisorum, S. Hildefons., XCVI, 474. — Quatuor fluminum nomina quæ a paradiso egredi leguntur totamque terram irrigare mystice interpretantur, S. Bruno Astens., CLXV, 971. — Quis sit paradisus de quo Salvator latroni penitenti dicit: Hodie mecum eris in Paradiso, Garnerus, LXXIII, 1250. — Militia cœli quid sit, S. Gregor. Magn., LXXVI, 214. — Cœlorum concentus quid, *ibid.*, 532-534.

CAPUT II. — *Definitio rei.*

Cœlum, sedes Dei vivi, Tertullian., I, 377. — Cœlum illud habitatio Dei non quod videtur, sed Jerusalem quæ edificatur in sanctorum angelorum et hominum glorificatione, S. Prosper, LI, 367, 368. — *Beatitudo* cœlestis est imperium Christi, Vener. Godefrid., CLXXIV, 658. — Regio sanctorum quæ, Raban. Maur., CXI, 1048; CXII, 1025. — Regnum cœlorum et locus justorum, S. Greg. Magn., LXXVI, 1168. — Cœlum, terra vera viventium, S. Ambros., XXII, 11, 12. — Cœlum, patria Christiani, Tertullian., II, 260; S. Cyprian., IV, 601; S. Greg. Mag., LXXVI, 1118; Alcuin., CI, 1307. — Sion, civitas omnium electorum, Rupert. abb., CLXIX, 16, 17. — Terra exercitium hominis, cœlum corona, S. Ambros., XVI, 1132. — Cœlum præmium laboris post hanc vitam, Rupert., CLXIX, 659, 660. — Majorem beatitudinem regnum Dei dicimus, Eadmerus monachus, CLIX, 633. — Vera vita futura est quam nec mortis, nec mœroris metus consumptus est, etc., Columban., LXXX, 295. — Vera vita quæ sine addito dicitur et sine fine et sine ulla miseria erit, S. Prosper, LI, 349. — Vita in qua æterna claritas summæ veritatis et contemplatio conditoris appareat, Beda Ven., XCIV, 161. — Vita æterna, honor verus sine termino, voluptas vera sine fastidio, requies vera sine fine, Radulphus. Ardens., CLV, 1134. — Gaudium cujus plenitudo nullo cujuslibet inquietudinis tactu minuitur, æternitas nullo unquam termino dissolvitur, Beda Vener., XCIV, 165. — Præmium Deo servientium est vita æterna, beatitudo æterna, æterna ludicunditas, Eadmer. monach., CLIX, 621. — Tabernaculum Dei in quo ipse sanctissimus revelatur, S. Bruno Astens., CLXIV, 761. — Cellaria Dei sunt æterna beatitudo, Aurel. Cassiodor., LXX, 1657 *et seqq.* — Vita æterna ipse Deus est, S. Aug., XXXIX, 1388. — Vita æterna Christus, *id.*, XLIV, 175. — *Beatitudo* hæreditati comparatur, Aurel. Cassiodor., LXX, 436. — *Beatitudo* sempiterna, S. Leo, LV, 92. — Sanctorum cœlestis præmium, *ibid.*, 32. — Consummatæ beatitudinis deliciæ, *id.*, X, 370, 371. — Hæreditas æterna sors dicitur, Petrus Lombard., CXII, 261. Festivitas indesinens, sæculum futurum, Raban. Maur., CX, 1031-1032.

Paradisus interpretatur amœnissimus locus et felicissimæ jucunditatis æterna securitas, Aurel. Cassiodor., LXX, 987. — Hortus deliciarum, Alcuin., C, 949. — *Paradisus* non est locus corporalis, Honorius Augustodun., CLXXII, 1157. — *Paradisus* est locus divinæ amœnitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatus, Tertull., I, 320; II, 297. — *Paradisus* sanctorum æterna regio, S. Hilar., IX, 257, 258. — Sors et regnum hæreditatis Christi, *ibid.*, 835. — *Paradisus* vita est æterna, Alcuin., C, 1103. — *Paradisus*, mons Dei, S. Hieronym., XV, 273. — *Paradisus*, terra viventium, Aurel. Cassiodor., LXX, 192, 1106. — Regio nostra, paradisus, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1118. — *Paradisus* litteralis et mystica significatio pulchra, Raban., CXI, 334. — Sonat hortum, ecclesiam terram viventium, *ibid.* — *Paradisus* est habitatio sanctorum in cœlo, ubi visione Dei fruuntur, S. Bruno Astens., *id.*, 307. — *Paradisus* super cœlestis, regio beata et gloriosa, plena voluptatis et gloriæ suavitatis et lætitiæ, gratiæ et benignitatis, S. Petrus Damian., CXLIV, 858. — *Paradisus* spiritualis mansio beatorum, quam æterna sapientia perfecit ab initio, ubi ipsa divinitas ab eis facie ad faciem contuetur, Honorius Augustodun., CLXXII, 1157. — *Paradisorum* genera tria sunt, voluptuosa dulcedo visibilium, sincera puritas spiritualium,

deliciosa veritas supercœlestium, Hugo a S. Victore, CLXXVII, 807. — Vita æterna, laboris merces, S. Aug., XXVIII, 422. — Merces est et tamen gratia, *id.*, XXXIII, 881; XL, 282. — Dierum longitudo, vita æterna, *id.*, XXXVII, 1169. — Regnum Dei salus est hominum, Wenerus abb., CLVII, 1068. — Regnum est Deus Pater et talem regni in se continet potestatem, S. Petrus Chrysolog., LII, 404. — Palmæ victoriam electorum designant, Alcuin., C, 1133. — Regnum cœlorum comparatur margaritis, S. Petrus Chrysolog., LII, 531. — Decem virginibus, S. Greg. Mag., LXXVI, 1118. — Thesauro abscondito, *ibid.*, 1120. — Spoliis, S. Bruno Carthusian. Institut., CLII, 1308. — Resurrectione Domini vita æterna significata Eugypcius, abb., LXXII, 690.

CAPUT III. — *De beatitudine perfecta in genere.*

Beatitudo quid sit, S. Aug., XXXVIII, 1401. — In quo consistat, S. Bernard., CLXXXIII, 472. — *Beatitudo* vera quæ sit, S. Prosper, LI, 436, 536. — In quo consistit, Alcuinus, C, 629; CI, 850; Hildebert. Cenoman. episc., CLXXI, 176. — Felicitatis summæ plenitudo quid requiratur, S. Aug., XLV, 1498; Richard. a S. Victore., CXCVI, 923. — Gloria vera, quæ, S. Bernard., CLXXXIII, 47. — Quæ sit vita beata et ubinam habenda sit, S. Aug., XXXIII, 795. — *Beatitudinis* habende voluntas una omnium, sed de ipsa beatitudine varietas magna voluntatum, *id.*, XLII, 1018. — Homo non potest non velle etiam beatitudinem quam majorem intelligat, S. Anselm., CLVIII, 344, 345. — Qui vult aliquid propter beatitudinem non vult aliud quam beatitudinem, *ibid.* — Vult esse beatus quanto altius hoc esse posse cognoscit, *ibid.* — Cur cum omnes beatitudinem velint id eligatur potius quo ab ea receditur, S. Aug., XLII, 1020. — Voluntas beatitudinis non est beatitudo, S. Anselm., CLVIII, 541, 542. — *Beatitudo* in animo non est ut contendeant stoici, S. Aug., XXXIII, 439. — *Beatitudo* est adipisci summum bonum, *id.*, XXXII, 1254, 1260. — Summum bonum id dicitur quo cuncta referuntur, *id.*, XXXIII, 438. — In fruitione veri et summi boni consistit beatitudo, S. Aug., XLI, 233, 703. — Sita est in sola possessione veri et boni, S. Ambros., XIV, 611; XV, 1296. — In sola veri inquisitione eam ponebant academici, S. Aug., XXXII, 908. — *Beatitudo* est gaudium de veritate, *ibid.*, 795. — Perfecta cognitio veritatis qua fruendum est, *ibid.*, 976. — *Beatitudo* honorum omnium summa et cumulus, *id.*, XXXVI, 72. — *Beatitudo* inhæsiō summo bono, *id.*, XLII, 950. — *Beatitudo* hominis Deus vel notitia Dei, *id.*, XXXIII, 840. — *Beatitudinis* finis cognoscere Deum, S. Hieronym., XXII, 369. — Beatus esse non potest nisi qui notitiam Dei habeat et imitationem, S. Aug., XLI, 233. — *Beatitudo* summa Deum cognoscere, S. Bernard., CLXXXII, 810, 811. — Trinitatem nosse vita æterna est, *id.*, CLXXXII, 799, 800; LLXXXIV, 375, 376. — Beati vere et perfecte beati qui Deum vere et perfecte amant, CLXXXIV, 375, 376. — Homini non sufficit nisi Deus, S. Anselm., CLVIII, 780, 781. — *Beatitudo* omnis a Deo, S. Ambros., XLV, 1262. — *Beatitudo* hominum et angelorum ex Deo solo, S. Aug., XLI, 217, 220, 269, 279, 280, 290, 349, 656. — Hoc agnoverunt et Platonici, *ibid.*, 279, 290. — *Beatitudo* est ipse Deus, *id.*, XXXII, 848, 965, 968; XXXIII, 505; XLII, 163, 554; Petrus Lombard., CXCI, 333; S. Anselm., CLVIII, 711, 712. — Finis æterna Dei presentia sive possessio, Hildebert., CLXXI, 662. — *Beatitudo* hominis fruitio Dei, S. Aug., XXXII, 787. — *Consecutio* Dei, *ibid.*, 1315, 1319. — *Inhære*re Deo, *ibid.*, 795. — Gaudere de Deo, ad Deum, propter Deum, *ibid.* — *Beatitudinis* summa est Deum videre, Alcuin., C, 385, 386, 486. — Merces summa frui Deo et aliis in ipso, S. Aug., XXXIV, 32. — *Beatitudo* hominis a multis ad unum currere et apud unum manere, *id.*, XXXVIII, 587. — *Beate* vitæ adesse debet veritas et amicorum cognitio sine metu deceptionis, *ibid.*, 1404. — *Beatitudo* non est sine justitia, S. Anselm., CLVIII, 344, 345, 346. — *Conditiones* duæ ad beatitudinem, fruitio boni incommutabilis et securitas de non amittendo illo, S. Aug., XLI, 328. — *Beatitudinis* privilegium perfectum non potest obtinere quod æternitatis non circumvallat infinitas, S. Ambros., XVII, 1002, 1003. — *Æternitas* et securitas ad beatitudinem requiruntur, S. Aug., XXXVIII, 1404; XLI, 327, 360, 370, 433. — *Beatitudo*, æternitas, veritas, felicitas, *ibid.*, 369. — Vita æterna, sola beata, S. Prosper, LI, 448, 449. — Vita æterna sola vita dicenda, Aurel. Cassiodor., LXX, 857, 858. — Vita beata non est nisi æterna, S. Aug., XXXVII, 1402, 1403; XL, 25; XLII, 605. — Vita vera non est nisi quæ æterna et beata, *id.*, XXXV, 1573; XXXVIII, 519, 1402, 1403. — Vita sine ullo additamento sola vita æterna est et beata, *id.*, XXXVII, 1555. — Etsi multa bona una tamen est vita

æterna, S. Ambros., XV, 1621. — Beatitudinis perfectæ immortalitas sola potest implere mensuram, id., XLII, 607, 1022. — Beatitudo fallax et falsa in qua misera futura aut ignoratur aut timetur, id., XLI, 371. — Beatus non est qui timet ne amittat quod possidet, id., XXXII, 965. — Qui præscit se in miseriam casurum, id., XLIV, 952, 953. — Beatitudinis non secunda possessio amorem Dei destruit, id., XLI, 371. — Donum perfectum omnibus dandum in glorificatione, S. Fulgentius, LXV, 164. — Illa magna et vera beatitudo quæ in futuro sæculo sanctis promittitur, Eugypcius abb., LXII, 861. — Gloria sola et secunda quæ in cælis expectatur, S. Bernard., CLXXXIII, 529. — Carnalis cogitatio de futura felicitate, S. Aug., XXXVIII, 1189. — Vita temporalis est in fide, vita æterna erit in specie, id., XXXV, 1727. — Vita beata fructus præsentium, vita autem æterna spes futurorum, S. Ambros., XVI, 107. — Illi beati et vere beati sunt quorum rex Christus est, qui æterna ejus visione perfrui merentur et gloriam ejus conspiciere, Raban. Maur., CIX, 195. — Felicitas in futuro sæculo qualis speranda, S. Aug., XXXVIII, 34, 36, 155, 1384. — Merces æterna promissa quid, S. Aug., XLIV, 222. — Cæli mysterium doceat me Deus ipse qui condidit, non homo qui seipsum ignoravit, S. Ambros., XVI, 974. — Beatitudo non in divitiis, non in potestatibus et honoribus, non in nobilitate generis aut decore, aut pulchritudine, nec in corporis salubritate posita, id., XIV, 927. — Beatitudo est sufficientia in qua nulla est indigentia, S. Anselm., CLVIII, 395, 396. — Status congregatione omnium bonorum perfectissimus, *ibid.*, 597, 598. — Beati dicuntur qui habent quicquid desiderant, *ibid.*, 597. — Qui habent quod volunt et recte volunt, Petrus Lomb., CXCI, 1368. — Pax æterna, beatitudo finalis, S. Aug., XLI, 656, 657. — Bonum vita est, sed æterna, S. Ambros., XIV, 586. — Hæc est vita æterna vivere sine pœna et habere gloriam, id., XVII, 212. — Felicitas sita est in æternitate, veritate, charitate, S. Aug., XXXIII, 744. — Dissolvi a corpore et esse cum Christo beatitudo est, S. Anselm., CLVIII, 810-813. — Beatus enim dicitur cui nihil deficit; sanctis autem cum Christo nihil defuturum est, S. Bruno, CLIII, 451. — Beatitudo futura, finis expectationis justorum, finis prophetiæ et legis, finis totius sanctitatis, S. Bruno Carthusian., CLII, 809.

CAPUT IV. — De beatitudine cælesti.

sententiam, *ibid.*, 750. — Miraculis Antichristi semita lucebit, *ibid.*, 737. — Tantis signis et prodigiis in sanctitatis ostensione elevatur, ut argui ab homine ejus facta non valeant, *id.*, LXXV, 1117. — In fine mundi sæviet, sed ad breve tempus, *id.*, LXXVI, 449. — Signis (ex) quæ faciet metuendus quam ex penis quas intulit, *ibid.*, 650. — Quanta commotio ex miraculis Antichristi, *ibid.*, 709. — Tantis signis et prodigiis utitur Antichristus ut miraculorum potentia quasi quodam ignis lumine resplendere videatur, *ibid.* — Quia commotum caput illius miraculis clarescere nititur, recte ejus sternutatio splendor ignis vocatur, *ibid.* — Electi turbabuntur et titubabunt prodigiis visis Antichristi, *ibid.*, 712. — Potestas nequitiae explendæ superbiae Antichristi accedet, *ibid.*, 718. — Neque hasta neque thorax subsistere poterit, ut si supernum adjutorium desit, et prædicantium acumen obtundat, et longanimitatem patientiam destruat, *ibid.*, 727. — Extollet se supra Deum Antichristus, *ibid.*, 487. — Aperte monstratur apud Apostolum: Extollens se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, (*II Thess. II, 4*), quia appetendo dudum Dei similitudinem, quasi juxta Deum erigere se voluit, sed in superbia culpa crescendo, jam de supra omne quod dicitur et colitur Deus extollit, *ibid.* — Signa multa operaturus est Antichristus, S. Hieronymus, XXIV, 212. — Et seipsum constituet ac vocabit Deum, et se coli jubebit et Dei filium; et dabitur ei potestas ut faciat signa et prodigia, Lactantius, VI, 794. — Sic magna voce David proclamavit: « Exsurge, Domine, non prævaleat homo. » Ipse enim est homo pessimus, quem humana non potest sustinere conditio, in quo tanta erit versutia vel potestas ut sola Domini virtus ejus possit superare nequitiam, Cassiodorus, LXX, 86. — Prædicatio ejus et potestas tenebit a mari usque ad mare, ab Oriente usque ad Occidentem, et ab aquilone usque ad septentrionem, Alcuinus, CI, 1293. — Faciet quoque signa multa et miracula magna et inaudita, *ibid.* — Faciet ignem de caelo terribiliter descendere, arbores subito florere et crescere vel arescere, *ibid.* — Faciet mare turbari et subito tranquillari; naturas etiam in diversis figuris mutari et cætera quoque mirabilia, innumerabilia et stupenda, *ibid.* — Faciet mortuos in conspectu hominum resuscitari, « ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, » *ibid.* — Dubitabunt perfecti et electi cum viderint tanta et talia utrum ipse sit Christus qui in fine mundi secundum Scripturas venturus est, annon, *ibid.* — Eriget se tribus modis contra fideles, id est, terrore, muneribus et miraculis, *ibid.*, 1294. — Dabit credentibus in se copias auri et argenti (tempore enim ejus absconditi thesauri revelabuntur), *ibid.* — Quos muneribus corrumpere non poterit, terrore superabit, quos autem terrore non poterit vincere, signis et miraculis seducere tentabit, *ibid.* — Antichristus in omni virtute resurrectionis, et signis miraculorum, et prodigiis mendacibus ad salutem, vel quia videbitur, nec revera operabitur, et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quod charitate veritatis non receperunt, B. Lanfrancus, CV, 344. — Ideo mittet illis Deus operationem erroris, operatorem Antichristum, ut credant mendacio, ut judicentur, damnentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati, diabolo, *ibid.* — Quid faciet cum venerit? Sabbatum custodiri jubebit, S. Ivo episc. Carnot., CLXI, 265. — Quia enim mori se et resurgere simulat, haberi vult in veneratione Dominicum diem, *ibid.* — Antichristi insidiosus miraculis generabitur dubietas in cordibus fidelium, Rev. Garnerus, CXLIII, 264, 265.

VIII. — *Beatitudo sive felicitas Antichristi coram hominibus.* — Beatus usque adeo videbitur hominibus Antichristus, ut etiam Deus putetur, S. Augustinus, XXXVI, 126. — Impleturus est Antichristus totam nequitiam impietatemque quam omnes pseudoprophetae inchoaverunt, *ibid.*, 127. — Semita Antichristi miraculis lucebit, S. Gregorius Magn., LXXVI, 737. — Potestas explendæ nequitiae superbiae Antichristi accedet, *ibid.*, 718. — Incedet Antichristus feliciter, *ibid.*, 529. — Antichristus universis sæculi pompis abundabit, Cassiodorus, LXX, 575. — Non tantum auro locuples erit sed et numerositate gentium et dominatione terrarum, miraculorum quoque ostensione gaudebit, honoris etiam pravi sectatione jactabit, et cæteris vitiis plenissimus erit, quæ Ægypti nomine videntur intelligi, *ibid.*, 576. — Tum obtinens Antichristus temporaliter mundi gloriam, mensuras hominum et honoris culmine et signorum potestate transcendit, Hinemarus, CXXV, 279. — Superba Antichristi celsitudo per brachium signata, *id.*, CXCIII, 193.

IX. — *Persecutiones sævæ Antichristi in electos Dei.* — Gladius diaboli recte appellatur Antichristus, id est vi-

bulatio temporalis, S. Gregorius Magn., LXXVI, 726. — Graves patientur persecutiones tempore Antichristi Judæi conversi, *ibid.*, 921. — Includi autem propheta in medio domus suæ præcipitur, quia Antichristi tempore ab eis gentibus quæ in infidelitate remanserint plebs conversa Judæorum duris persecutionibus angustatur, *ibid.* — Persecutione ultima Antichristi malis Christianis fidei lumen auferetur. « Auferetur ab impiis lux sua, » *ibid.*, 484. — Credentibus et viventibus male fidei lumen auferetur, maxime persecutionis Antichristi tempore, *ibid.* — Neque eos nunc Dei lumen illustrat, qui iniquitatis suæ malitiam fidei nomine palliant, *ibid.* — Antichristum quamvis sævitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum brevitatem coangustat, *ibid.*, 449. — Tormentis cruciabit martyres Antichristus et signis coruscabit, *ibid.*, 650. — Pensemus quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr et corpus tormentis subicit, et tamen ante ejus oculos tortor miracula facit, *ibid.* — Cujus virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciatur, signis coruscatur, *ibid.* — Desolationis autem abominatio Antichristus, quia bellis et cædibus terram cum piaculo desolaturus sit, S. Hilarius, IX, 1054. — Inter hæc discipuli vento ac mari differuntur, et totis sæculi motibus, immundo spiritu adversante, jactantur, *ibid.*, 1002; S. Cyprianus, IV, 335, 392. — Virtus et constantia fortiorum periclitabuntur et nisi Deus opem ferat deficient, S. Gregorius Magn., LXXVI, 727. — Ubi tunc infirmi erunt, si fortes sicut palææ reputantur? *ibid.* — Tunc erueret templum Dei conabitur, et justum populum persequetur, et erit pressura et condilio qualis nunquam fuit ab initio, Lactantius, VI, 794. — Prima persecutio violenta, cum proscriptionibus et tormentis Christiani ad sacrificandum cogentur. Altera persecutio fraudulenta, quæ per hæreticos et falsos fratres acta est. Tertia superest per Antichristum ventura, quia nihil est periculosius; quia et violenta erit, et fraudulenta, Rufinus, XXI, 685. — Antichristus Charybdis sanguinis, Prudentius LIX, 837. — In ore habebit blasphemam maledictionem, cum se Dei filium mentietur; amaritudinem, quando resultatoribus suis poenam mortis indicet, et ad supplicia jubebit pervenire qui cum tanquam Numen contempserint adorare, Cassiodorus, LXX, 88. — Inter initia persecutio tantum violenta, altera, etc.; ... novissima superest quæ erit violenta nimis ex potestate regni singularis, et deceptiosa miraculis, *ibid.* — Antichristus persequens Ecclesiam inducitur eo modo: « Et ego te servabo ab hora tentationis quæ ventura est in orbem universum. » Alcuinus, C, 1112. — Tempore Antichristi tanta erit tribulatio quanta non fuit ab initio sæculi, *ibid.* — Dura quippe erunt corporum vulnera, sed graviora adversariorum jacula, *ibid.* — Juos non signis illudere poterit in conspectu omnium mirabili morte cruciatos crudeliter necabit, *ibid.*, CI, 1294. — Tunc erit talis tribulatio qualis non fuit super terram ex tempore quo gentes esse cœperunt usque ad illud tempus, *ibid.* — Tunc omnis Christianus qui inventus fuerit, aut Deum negabit, aut sive per ferrum, sive per ignem fornacis, sive per serpentes, sive per bestias, sive per aliud quodlibet tormentorum genus interibit, si in fide permanserit, *ibid.* — Antichristus interfectis nobilibus filiis id est, his qui ex diversis nationibus et linguis in Christo credentes, a Deo sunt generati, inducturus est persecutionem ut omnes sanctos interficiat, Rabanus Maurus, CVIII, 1171. — Christianis potissimum persecutionem inferet Antichristus, Guibertus, CLVI, 700. — Perpicuum est Antichristum non contra Judæos, non contra gentiles bella facturum, sed juxta etymologiam sui nominis Christianos pervasurum, *ibid.* — Quam vastitatem facturus sit in Ecclesia describit, S. Bruno Sign., CLXV, 673. — Persecutio Antichristi quod magna futura sit: « Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus, » etc., Rupertus abb., CLXVII, 1802. — Antichristus inducet magnam tribulationem, *ibid.*, CLXIX, 1064. — Severissime persequetur Ecclesiam, Ven. Godefridus, CLXXIV, 170. — Crudelitas Antichristi, Petrus Lombardus, CXCI, 139, 148. — Persecutio Antichristi, Robertus Pullus, CLXXXVI, 977. — Tribulatio in diebus Antichristi ventura, et tyrannis diabolica imperio Christi refrenanda, Richardus a S. Victore, CXCVI, 769. — Furor crudelitatis tempore Antichristi magis sæviet, *ibid.* — Sancta Ecclesia ubique patietur crudelitatem persecutionis effusione sanguinis, *ibid.* — Omnes per virtutum eminentiam alti, et fluctibus persecutionum quassati se fide et opere a malis dividunt, *ibid.* — Tempus erit, quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt usque ad tempus illud, *ibid.*, 770.

X. — Quo tempore durabunt calamitates tentationesque Antichristi. — Dies dimidii ibi, ubi Antichristus, S. Am-

brosius, XIV, 1001. — « Sol enim obscurabitur, stellæ cadent, hoc est, justi Dei; cum hæc videris crede adhuc tardare Christum; » ubi enim Christus ibi fides clarior: ubi Antichristus, ibi dies dimidii, *ibid.* — Antichristi persecutio tribus annis et mensibus erit, S. Augustinus, XII, 678. — Hæc persecutio novissima qua futura est ab Antichristo sicut jam diximus quia et in hoc libro superius (*Apoc.*, x et xi) et apud Daniele prophetam (*Dan.*, xii) positum est, tribus annis et sex mensibus erit, *ibid.* — Quia parvo tempore permittitur exaltari, ut quoad modicum gloriari sinitur eo in perpetuum atrocius puniatur, S. Gregorius Magn., LXXV, 1009. — Cum de memoria terreni nominis gloriam laudis suæ extendere nititur, atque opinione transitoria lætatur, *ibid.*, 1052. — Citius laudem terrenæ potestatis amittat, et omne gaudium sui nominis perdat, *ibid.*, 1053. — Sæviet Antichristus in fine mundi, sed ad breve tempus, *ibid.*, LXXVI, 630. — Durabit hæc terribilis tribulatio tribus annis et dimidio, in toto mundo; « Tunc abbreviantur dies propter electos, » Alcuinus, CI, 1294. — Cum hic Antichristus diaboli filius, et totius malitiæ pessimus artifex, per tres annos et dimidium totum mundum vexaverit, ... ad ultimum veniet iudicium Dei, *ibid.*, 1297. — De quibus nihil est expectandum quod jam non videatur, nisi solutio Satanæ, et publica calcatio sanctæ civitatis mensibus quadraginta diebus; quæ futura est per Antichristum caput omnium iniquorum, S. Agobardus, CIV, 69. — Alioqui scire possent homines illius ævi tempus iudicii, si post tres semis annos inchoatæ persecutionis Antichristi confestim sequeretur, Hincmarus, CXXV, 798. — S. Hieronymus exponens sententiam Danielis: Beati, inquit, qui, interfecto Antichristo, supra mcccxx dies id est, tres semis annos dies 45, præstolantur, quibus est Dominus atque Salvator in sua voluntate venturus, *ibid.*, 280. — Regnum ejus per tres annos cum dimidio, Robertus Pullus, CLXXXVI, 979.

PARS III. — Signa subsequentia Antichristi regnum, et finis persecutionum ultimarum.

I. — Apparitio supremi Judicis confundit impium. — Christus solus debellaturus est Antichristum signis et ostensione sanctitatis elatum, S. Gregorius Magn., LXXV, 1117. — Vidit Job quod in fine mundi Satan quem sacra Scriptura appellat Antichristum tanta virtute principatur, ut argui ab homine ejus facta non valeant, *ibid.* — « Quis arguet coram et viam ejus? » Quis etenim, nisi deus, cujus adjutorio electi, ut resistere valeant, fulciuntur? *ibid.* — Hæc bestia post adventum Redemptoris quid aliud quam latibulum suum ingreditur, ut in antro proprio demoretur? *ibid.*, LXXVI, 428. — Contra Leviathan Dominus hastam quippe vibrare est æternam ei mortem ex districta animadversione præparare, *ibid.*, 730. — Conterendus sine manu Antichristus, *ibid.*, 710. — Oliveti in monte consumendus juxta quosdam Antichristus, S. Hieronymus, XXIV, 291. — Indicium adventus futuri cum abominationem desolationis stantem in loco sancto videbunt, tunc claritatis reditum intelligendum, S. Hilarius, IX, 1054. — Qui in ipsa elevatione sua per adventum iudicis veri, deficiet, S. Gregorius Magn., LXXVI, 528. — Hic est autem qui appellatur Antichristus, sed seipsum Christum mentietur, et contra verum dimicabit, et victus effugiet, et bellum sæpe renovabit, et sæpe vincetur; donec quarto prælio, confectis omnibus impiis debellatus et captus, tandem scelerum suorum luat poenas, Lactantius, VI, 797. — Sed et cæteri principes ac tyranni, qui contriverunt orbem, cum eo victi, adducuntur ad Regem qui increpabit eos, et coarguet, *ibid.*, 798. — Antichristus subruetur a Christo. Sic iterum veniet Christus ut Antichristum subruat, liberetur orbis, paradisi patria reddatur, mundi perpetuetur libertas sæculi servitus tota tollatur, S. Petrus Chrysologus, LII, 613. — Et sicut lucente nox subvertitur, ita coruscante Salvatore Antichristus effugatur, S. Maximus Taurin., LVII, 225. — Exstincta clade generali, ad futurarum rerum ordinem venit: quoniam interfecto Antichristo, Domini regnum æternum venturum est. Permittitur enim terris præcurrere scelestum malum, ut gratius regnum Domini suscipiatur optatum, Cassiodorus, LXX, 94. — Sicuros excitat Deus adversus Antichristum, Rabanus Maurus, CVIII, 1173. — Suis manu conteretur (D. viii, 15) quem Dominus interficiet spiritu oris ejus, etc., etc. (*II Thess.*, 1, 8), per adventum Judicis non angelorum bello, non sanctorum certamine, solo oris spiritu morte æterna ferietur, Hincmarus, CXXV, 280. — Antichristus in sua sublimi elevatione deficiet per adventum veri Judicis, Rev. Garnerus, CXCIII, 193.

II. — *Jesus Christus occidendo Antichristum spiritu oris, finem regno ejus et potentiae imponet.* — Interficietur Antichristus spiritu oris Christi, S. Augustinus, XXXIII, 908. — Et tunc revelabitur ille iniquus quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, *ibid.* — Conterendus sine manu Antichristus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, S. Gregorius Magn., LXXXI, 652. — Sine manu conteretur, quia non angelorum bello, non sanctorum certamine, sed per adventum Judicis solus oris spiritu aeterna morte ferietur, *ibid.* — Scimus tantum istud, illam sane novissimam persecutionem quae ab Antichristo futura est, praesentia sua exstinguet Jesus, S. Augustinus, XLI, 616. — Nec mora, ille evaginato gladio, in frustra concidit, ceciditque christus ille, qui magis Antichristus nominari debet et mortuus est, dispersique sunt omnes qui cum eo erant, Gregorius Turon., LXXI, 557. — Super eum apostolus Paulus scribit dicens: « Quem Dominus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui, Alcuinus, CI, 1297. — Tanta erit eminentia adventus splendoris Christi, ut praefulgore divini luminis, sordibus ventris per excessum emissis, totus coinquinatus, sic praefulgore timore pereat, *ibid.* — Tradunt doctores, ut ait Gregorius papa, quod Michael archangelus illum in monte Oliveti perimet, in papillione et solio suo, in quo loco unde Dominus ascendit ad caelos, *ibid.*, 1298. — Si Michael Dei faciem venientis ad Judicium praeveniens eum interfecerit, non sua, sed Dei virtus erit et jussio, *ibid.* — Quem Dominus utique Jesus interficiet spiritu oris sui et destruet illuminatione adventus sui, Rabanus Maurus, CVIII, 1171; B. Lanfrancus, *ibid.*, 343. — Antichristo interfecto, consummata erit victoria Verbi Dei, Rupertus, CLXIX, 1497. — destructio Antichristi, Petrus Lombardus, CXCI, 139-148. — Interficiendus est Antichristus aut a Christo aut a Michaelle, Robertus Pullus, CLXXXVI, 979.

III. — *Jesus Christus occidendo Antichristum et eum eradicando de facie terrae, quam brevis ejus gloria, quanta stultitia fuerit denotabit.* — Manifestum perditionis indicium est quando affectatis iniquitatibus subsequens favet effectus, et nulla contrarietas impedit quod mens perversa conceperit S. Gregorius Magn., LXLVI, 368. — Angelus et homo lapsi, quia Deo similes esse per potentiam, non per justitiam, voluerunt, sic casus Antichristi per superbiam, *ibid.*, 486. — Elevatus Antichristus in sublime stultus apparebit, qui in ipsa elevatione sua per adventum veri Judicis deficiet, *ibid.*, 528. — Quidam volunt telam quae ordita sit super omnes gentes Antichristum intelligi, qui Oliveti in monte consumendus sit quod et in Danielis ultima diximus visione, S. Hieronymus, XXIV, 291. — Quadraginta dies poenitentiae ante judicium concessi incantatis et characteratis, ab Antichristo seductis, Alcuinus, CI, 1298. — Debemus etiam firmissime credere quod cum Antichristus occisus fuerit, non statim veniet dies judicii nec statim ad judicium Dominus veniet, sed sicut intelligimus ex libro Danielis quadraginta dies poenitentiae, etc., *ibid.* — Quantum temporis spatium postea fiat post poenitentiam hanc expletam nullus est qui sciat, *ibid.* — In dispensatione Dei manet, qui judicabit saeculum per ignem, ea hora qua praefixit esse judicandum ante saecula, *ibid.* — Documenta S. Augustini et Hieronymi de hora judicii ultimi post occisionem Antichristi, *ibid.* — S. Augustinus, *In Epist. Nolumus vos ignorare de dormientibus*, multa luculentissime de spatio temporis ab intermissione Antichristi ad horam judicii ultimi declarat, *ibid.* — S. Hieronymus in expositione septem tubarum ad

Evervinum, dat nobis de die et hora ultimi judicii magnae scientiae documenta, *ibid.*, et B. Lanfrancus, CL, 343.

IV. — *Ultimae damnationi destinati Antichristus ejusque asseclae.* — Et quoniam traditus in concupiscentiam cordis sui et damnationi ultimae destinatus, etc.; S. Augustinus, XXXVI, 126. — Tenebrae sunt locus Antichristi, in quas cum iniquis detrudetur, S. Gregorius Magn., LXXV, 1054. — Haec sunt tabernacula iniqui, et iste locus ejus qui ignorat Deum, videlicet indicans quia is qui nunc Deum ignorando extollitur, tunc ad propria tabernacula pervenit quando eum sua iniquitas in supplicia demergit, *ibid.* — Et locum suum quandoque inveniet tenebras qui dum hic de falsa gauderet, luce justitiae, locum tenebat alienum, *ibid.* — Dominabitur in fine mundi, nunquid producis Luciferum in tempore suo, et vesperum super filios terrae consurgere facis? *id.*, LXXVI, 520. — Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris quo bestia et pseudopropheta, et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum, S. Augustinus, XLI, 679. — Et exprobrabit his tyrannis facinorosa ipsorum, et damnabit eos ac meritis cruciatibus tradet, Lactantius, VI, 797. — Dubium non est perire scelestam potestatem, cujus damnandum constat auctorem, Cassiodorus, LXX, 91. — Post completam nequitiam Antichristus damnationis aeternae mercedem in fine percipiet, Rabanus Maurus, CVIII, 1175. — In fine mundi diabolus qui seducebat gentes mittendus est in stagnum ignis et sulphuris ubi est bestia Antichristus cum impiis membris suis et persecutoribus et pseudoprophetae sine dubio haeretici, et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum, *id.*, CXI, 1147. — Causa perditionis Antichristi vel cujuslibet reprobis non a Deo, Hincmarus, CXXV, 465. — Scitum est quod qui dicit aut subintelligere susurrando contendit quoniam Antichristus vel quilibet reprobis ex Deo habeant causam perditionis vel operatione ipsius pereant, non catholicus sed insanus est, *ibid.* — Suscitatio a mortuis Antichristi sicut et aliorum hominum, 282. — Si omnes resurgere debent, et ille homo qui in nomine suo veniet Antichristus, *ibid.* — Si aliquid aliis reprobis, Antichristi scilicet membris passio Christi contulit, nec capiti denegavit, *ibid.* — Exacerbabit Dominum peccator id est, ad iracundiam concitabit sua, indicibili superbia quod proprie de Antichristo datur intelligi, S. Bruno Herbipol., CXLII, 73. — Antichristus irritat Dominum quando se sua fallacia non solum terrenum regem sed etiam rerum omnium praedicabit Deum, sed hoc ei erit ad ruinam, ideo, ut falsus Deus, flammis dignis puniatur, *ibid.* — Propterea Deus destruet te in finem; evellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo, *ibid.*, 209. — In finem autem qui destruetur, aeternis suppliciis deputatur, *ibid.* — Radices erant Judaei Antichristi consentanei, et ideo radicem hujus populi cum ipso esse evelendam dicit Psaltes, *ibid.* — Nec Antichristus nec ministri ejus habebunt portionem in regno beatorum, cum sanctis Domini, *ibid.* — His qui Antichristi opera faciunt, Deus servat dolorem Patris, qui simul cum eo damnati eadem patientur tormenta, S. Bruno Astens., CLXIV, 625. — Omnibus iniquis opera ejus et doctrina placebunt, et quicumque ei crediderint, simul cum eo ad inferna ducentur, *ibid.*, 626. — Maledictio Antichristi, memoria illius de terra pereat, Rupertus CLXVIII, 1041. — Increpatio et comminatio Antichristi et membrorum ejus, Petrus Lombardus, CXCI, 501. — Deletio et irrisio Antichristi, *ibid.*

CXXXIII.

INDEX DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

ORDINE LOGICO REFERENS CIRCA ILLUD DOGMA VARIAS SS. PATRUM SENTENTIAS.

MONITUM.

In hoc Indice omnia quae a SS. Patribus de mortuorum resurrectione scripta sunt, ad quatuor capita reducuntur, scilicet. — I. Errores qui de resurrectione mortuorum invaluerunt. — II. Resurrectio mortuorum est dogma fidei. — III. Quando et quomodo fiet haec resurrectio. — IV. Quae in corporibus qualitates vel immutationes, et quomodo erunt in gloriam justis, reprobis vero in confusionem.

I. — *Errores qui de resurrectione mortuorum invaluerunt.*

TERTULLIANUS. — Nulla philosophia de carnis re-

surrectione consentit, II, 521. Platonici et Pythagorici vindicantes immortalitatem animarum, modum tamen et qualitatem immortalitatis ignoravere, 796. Omnia post

mortem finire, Epicurus alique philosophi ethnici asseruerunt, 795. Hymæus et Philetus resurrectionem jam factam esse affirmabant, 820. Nostram indirecte negant resurrectionem Marcionitæ, asserentes Christi carnem non esse veram carnem, 796, 797. Appelles et Valentinus veram carnem latebantur sed non humanam, sideream nempe et cœles em, *ibid.* Soli animæ destinata resurrectionem quidam hæretici dicunt, 848.

LACTANTIUS. — Juxta Lactantium duplex erit resurrectio mortuorum : prima fidelium, id est, eorum qui in Dei religione fuerint versati, altera impiorum, id est, infidelium, VI, 801, 802. In prima excitabuntur fidelium animæ ad sua corpora recipienda, 801. Il quorum peccata vel numero vel pondere prævalebunt in pœnam damnabuntur et amburentur igne, 802, 803. Justi vero illum ignem non sustinebunt, *ibid.* Tunc Deus constituet civitatem sanctam in medio terræ, ubi regnabit mille annis, cum justis illis qui præerunt viventibus veluti iudices, 808, 809, 810. Post mille annos altera fiet resurrectio, id est, impiorum qui Deum verum vel nescierunt vel abnegarunt; omnes mittentur in cruciatus æternos cum principe dæmoniorum, 813, 814, 815. Justi, renovato mundo, felices ac beati in similitudinem angelorum in conspectu Altissimi semper versabuntur et in æternum servient, *ibid.*

Poetæ et philosophi affirmant resurrectionem sed modo derisorio, testante Lactantio, 806. Juxta Millenarios, illud regnum justorum testantur vaticinia Sibyllæ, 807, 808. De signis illam resurrectionem præcedentibus, 812.

S. ZENO. — Gentilibus resurrectio improbabilis videbatur, XI, 372. Hic videtur S. Zeno resurrectionem vindicare adversus hæreticos, probabiliter Seleucianos, Hermianos vel certe contra Marcionistas, 370, adn. 1. Priscillianistæ etiam qui in hac ætate vivebant pungi a Zenone potuerunt, 371, adn. 1. Pythagoras alique philosophi et poetæ, de transmigratioe animarum disserentes, resurrectionis modum ignoravere, 373. Epicurus et Democritus eam tollebant, utpote animam immortalem negantes, *ibid.*

S. PHILASTRIUS episc. Brixien. — Docitheus judæus genere dicebat secundum carnem solum esse vivendum in lege Domini, de ea non sperans resurrectionem futuram, XII, 1118. Sadducæi epicuream dementiam potius quam divinæ legis jura sectantes eam negabant, 1118, 1119.

S. AMBROSIUS. — Sunt hæretici qui aerium aut phantasticum corpus aut Domini fuisse aut nostrum futurum esse, aut metempsychosin mentiuntur, XVII, 555. Affirmant hoc nostrum corpus paulatim in auras tenues dissolvendum post resurrectionem, 546. Gentiles resurrectionem, 546. Gentiles resurrectionem corporum negabant, qui ex saxis Hydri dentibus nasci homines posse crediderunt, XVI, 1355.

S. HIERONYMUS. — Marcionis error et blasphemiæ de resurrectione, XXIII, 587. Opinio Origenis qui asserit corpus nostrum in resurrectione futurum aerium, nulla propria carne indutum, 575, 576. Opinio hæreticorum, in quorum parte sunt Marcion, Apelles, Valentinus et Manes qui penitus et carnis et corporum resurrectionem negabant, utpote salutem tantum animæ tribuentes, 576. Asserebant nos frustra ad exemplum Domini resurrecturos, cum ipse Dominus in phantasmate resurrexerit, *ibid.* Sententia Joannis Hierosolymitani qui corpus a carne distinguit, 379. Verbotenus resurrectionem carnis fatebantur animo negabant, XXII, 747, 748.

S. AUGUSTINUS. — Resurrectionem immerito negant Platonici, XLI, 392, 393. Resurrectionem non credent Sadducæi, XLII, 368. Resurrectionem jam esse factam Hymæus et Philetus apud Paulum existimabant, XXXIII, 206. Resurrectionem non putant futuram Seleuciani, sed quotidie fieri in generatione filiorum, XLII, 41. Resurrectionem corporum futuram negabant Manichæi, 820, 247. Alio modo quam Sadducæi, 331. Non resurrectionem sed revolutionem ad islam mortalitatem promittebant suis auditoribus Manichæi, 826. Resurrectionem repellunt Origeniani, 33. De resurrectione non consulendi philosophi nec qui inter antiquos excellerunt, 503. Inter ipsos Christianos reperitur aliquando qui contradicat resurrectioni, XXXVI, 944. Resurrectionem mortuorum dolo negant Pagani, XXXV, 2345. Hanc philosophi ex elementorum pondere impugnant, XL, 645. Corpora terrena in cœlo esse non posse dogma philosophorum, XLI, 390, 773. Corpus immortale et æternum esse post mortem absurdum videbatur philosophis, 389.

S. NICETAS episc. Aquil. — Multi sunt hæreticorum qui distortent fidem resurrectionis, vindicantes solius animæ salutem, negata carnis resurrectione, LII, 872.

GENNAIUS Massiliensis. — Est opinio Millenariorum et Stephani et Gobari, ut duplex futura sit resurrectio mortuorum, prima justorum et secunda peccatorum, LVIII, 982 not., 1016. Putabat Origenes corporales substantias in resurrectione penitus delapsuras, not. 1016.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Euty chius Constantino-politanæ urbis episcopus affirmavit corpus in resurrectione futurum impalpabile et aerium, LXXV, 1077.

HAYMO Halberstatensis episc. — Philosophi et gentiles non credebant resurrectionem futuram, CXVII, 770. Multi fideles apud Macedones et Thessalonicenses in eodem errore versati, *ibid.*

S. BRUNO Carthus. insitutor. — Quidam hæretici affirmabant corpora in fine mundi adhuc integra posse resurgere, ea vero quæ essent dissoluta in cineres nunquam resurgere, CLIII, 408.

ALANUS ab Insulis. — Waldenses hæretici hunc fidei articulum circa resurrectionem multis rationibus expugnare conabantur, CCX, 326.

II. — Resurrectio mortuorum est dogma fidei.

TERTULLIANUS. — Carnis restitutio facilior quam institutio, II, 810. Quam Deo maxime possibilis ostenditur, I, 522. Quid novi tibi eveniet, qui non eras, factus es, cum iterum non eris, fies? 524. In ea re non magis dubitandum de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat composuit animatum, *ibid.* Redde si potes rationem qua factus es, et tunc require qua fies. Causa et necessitas resurrectionis, congruentissima Deo destinatio iudicii, II, 813. Conveniret hominem ex utriusque substantiæ concretione confectum, in utraque exhibendum et iudicandum, *ibid.* Resurrectio probatur ex toto ordine revolvibili rerum, II, 810; I, 524, 525. Tam dictis quam factis Novi et Veteris Testamenti, II, 833, 841, 842 et seqq. Præsertim ex locis Ezechielis, 836; Isaïæ, 839; S. Matthæi, 846, 847. Apostoli, 851, 852, 853 et seqq. Exemplis confirmatur lucis et siderum orientium et occidentium, temporum et fructuum, I, 524, 525; II, 812. Ex Pythagoræ de transmigratioe animarum opinione, I, 521. Platonis, *ibid.* Phœnicis orientalis avis qui semetipsum fuerans renovat, II, 811; et Mithræ, II, 55. Anima mortalis resurrectionem consecutura est, 819. Resurrectionis vocabulum non aliud rem vindicat quam quæ cecidit, 491. Resurrectio janua regni cœlestis et fiducia Christianorum, 795. Spes resurrectionis fastidium est mortis, I, 585. Resurrectio carnis durius creditur quam una Divinitas, II, 797. Illam sæculum, nec cum errat ignorat, 796. Ab ethnicis non est improbanda, 585. Carnis resurrectio a Judæis, simplici et nota jam fide recepta, sine ulla qualitatis quæstione, 849. Platonici animam in corpora remeabilem affirmant, etsi non in eadem, etsi non in humana tantummodo, 796. Restituetur omne humanum genus ad expungendum quod in isto ævo, boni seu mali meruit, I, 527.

S. CYPRIANUS. — Resurrecturos credimus mortuos, IV, 434. Plangimus mortuos, quid faceremus si mori tantummodo sine resurrectione præciperet Deus? *ibid.* Spes resurrectionis non debet sentire quancunque jacturam, *ibid.*

S. HILARIUS Pictav. episc. — His corporibus dissolutis et casu mortis contractis, pro voluntate artificis restauratio afferetur, IX, 285. Secundum Dei voluntatem resurgentium corporum instauratio est futura, *ibid.* Scimus et animæ et corpori salutem a Deo esse datam, 402. Resurrectionis possibilitas, 317, 318. Resurrectio ei non est difficilis, cui prima inchoatio fuit facilis, 411. Resurrectionis nostræ spem in Christo resurgente specularum, 489. Resurgentes nos ex mortuis in Christo resurgente contuemur, 415. Resurrectionem nostram in resurrectionem nostri in Christo corporis specularum, 681. Cum resurrectionem annuntiamus, mortua cum vitiis suis infidelium corpora contradicunt, 672. Aternitatis spes nobis insita; ut animæ, ita erit carnis aternitas, 401, 402. Resurrectio firma fide speranda est, 945. Cum Jesus Lazarum ex mortuis excitaverit, ideo nullam esse resurrectionem non indicavit, 477. Resurrectionis sperandæ fides in lege continetur, 1046, 1047. Ut decreta doceretur, Moyses cum Christo transfigurato visus est, 1014, 1013. Resurrectio divinæ magnificentiæ bonitas absoluta, 468. Omnis caro redempta in Christo, ut resurgat necesse est, 569.

S. ZENO. — Resurrectionis dogma a Patribus crebro vindicatum, quod quidam a Christianis Ethnicorum sermonibus in dubitationem adducebantur, XI, 370. Adnot. I. Christianus resurrectionem futuram et audit et sperat, 371, 372. Pythagoras alique philosophi aliquo modo resurrectionem corporum admittent, 373. Si anima immortalis est, ideo in corpus denuo adducenda, 378. Chri-

stianus non dubitare debet in statum pristinum mortuos excitari, 370. Facilius reformari quod fuerit quam institui quod ante non fuit, *ibid.* Exemplo occasus et ortus solis et stellarum astruitur resurrectio, 380, 381. Et lunæ, quæ paulatim decrescens moritur ut reviviscat, *ibid.* Phœnicis, *ibid.* Grani frumenti quod conditum terra interit ut efflorescat, 381, 382.

S. AMBROSIUS. — Resurrectionem mortuis imperare divinæ solius est potestatis, XV, 1630. Multo divinius est illud quam peccata donare, 1339. Naturale est omnibus animantibus nasci et mori, resurrectionis vero Deus homini præcipue contulit gratiam, ut mortuus reviviscat, XIV, 1076. Resurrectio non facile nisi a perfectioribus et fundatioribus capi potest, XV, 1846. Resurrectio non incredibilior quam miracula Moysis et alia quæ in Evangelio memorantur, XVI, 1335. Cur miremur renasci posse quod fuit cum videamus natum esse quod non fuit, 1333. Resurrectio futura corporis nostri probatur ratione, universitatis exemplo, et testimonio rei gestæ, 1328. Ratio demonstrat corpus, sicut animam, præmium vel pœnam actuum suorum habere debere, 1328, 1329. Universitatis exemplum desumitur ex omnibus productionibus terræ, quæ moriuntur ut resurgant, 1329. Naturæ est resurgere nascentia omnia, contra naturam est interire, 1330. Exemplis docemur resurrectionem credere, vermis indici, camæleonis et phœnicis, XIV, 258. Si sic de animalibus, Deus sanctos suos perire in æternum non patitur et resurgentem hominem voluit reparari, *ibid.* De frugibus et arboribus terræ renovandis divina est providentia, de hominibus autem, num nulla cura? XVI, 1350. Non ergo miretur quomodo fiet resurrectio et quomodo putrefacta solidentur, 1329. Si dicto Dei elementa consurgunt, cur dicto mortui non resurgant, *ibid.* Res gesta probat, nam de facto mortui resurrexerunt, *ibid.* Christus plures suscitavit, ut nos exemplis uberioribus crederemus, XVI, 1338, 1339.

Admittenda est resurrectio, ut demonstrata Veteris Testamenti testimonia, 1355 *et seqq.* Et Novi Testamenti, 1337, 1338. Resurrectionem promisit Christus et ei credere debemus, 1340. Oportet carnem resurgere quæ remunerationem suorum est adeptura gestorum, 556. Et hæc est series et causa iustitiæ, ut quoniam corporis animeque communis est actus, utrumque in iudicium veniat, utrumque aut pœna dedatur aut gloria renovetur, 1340. Si prævaricator servetur ad pœnam, cur justus non perpetuaretur ad gloriam; si vermis non moritur peccatorum, cur moreretur caro justorum? *ibid.* Omnes qui sacrosanctæ Ecclesiæ copulati divini nominis appellatione censentur, prærogativam resurrectionis et delectationis æternæ consequentur, XVI, 1349. Resurrectionem sancti speraverunt, 1354. Juvat hoc credere, sperare delectat; non credidisse pœna est, sperasse gratia, *ibid.* Quem dolorem non soletur resurrectionis gratia? quem non excludat mœrorem, si credas nihil perire morte? 1315. Quanto istius vitæ nos tæderet, si sine fine futuros nobis labores hujus corporis cerneremus? 1351. Resurrectio mortuorum data est ut culpa deficeret et tamen perpetuaretur natura, XIV, 547. Grave sacrilegium in resurrectionem non credere, XVI, 1344. Quia negata nostra resurrectione negatur et Christi resurrectio, *ibid.*

ZACCHÆUS Christianus. — Cum iudicii tempus advenit, defunctæ quælibet animæ recepturæ sunt corpora, XX, 1091. Resurrectio Deo possibilis, qui omnia creavit, reparare omnia potest, *ibid.* Comparatione arborum et germinantium quæ singulis annis aut mutantur aut pereunt ut reviviscant demonstratur, *ibid.* Quod homines facile suscitandi sint eruitur ex Ezechiele, 1163. Aliis Scripturæ sacræ testimoniis, 1164.

S. HIERONYMUS. — Non potest perire caro quæ in Christo renata est, XXIII, 389. Corpora vera et incorrupta et immortalia resurrectura consistunt, XXIV, 628. De resurrectione generali non dubitat Hieronymus, 349. Argumentum validum ex Scriptura sacra desumptum ad eam probandam, *ibid.*, XXVI, 164. Resurrectio credita a Judæis et a Christianis, XXIV, 346, 347.

S. AUGUSTINUS. — Resurrectio carnis possibilis suadet, XXXVI, 751; XL, 194, 195, 342, 346, 347, 659. Resurrectio infidem facere debet creatio, XXXVIII, 713. Et quod Christus præstitit, 727. Christus resuscitavit quosdam ut ad resurrectionem generalem præpararemur, XXXV, 1746. Productio arboris ex parvulo grano non minus aut amplius miranda, quam terræ sinus reddens corpora resurrectioni futuræ integra, XXXIII, 372. Tam facile est omnipotentiae Dei quæque recentia, quam diuturno tempore dilapsa cadavera suscitare, *ibid.* Resurrectio est solius creaturæ rationalis, XL, 650. Resurrectionis promissio, tot aliis Dei promissionibus jam impletis, confirmatur, XXXVIII, 1145. Resurrectionis

commendata est fides, cum filii non dupli, sed totidem redditi sunt Jobo, quot habuerat, XXXIII, 549. Elias et Elizeus mortuos suscitaverunt, 521. Impossibilitas resurrectionis ab infidelibus objecta, ab ipsis eorum philosophis destruitur, XLI, 794. Ex opinionibus Platonis et Porphyrii veritas resurrectionis carnis elicitur, 795. Mirabilius est animos incorporeos terrenis corporibus illigari, quam corpora terrena cœlestibus sublimari, 755. Resurrectionem esse posse, ac reapse futuram esse comprobatur, XL, 627, 1165. Idque tum ex promissis Dei tum ex animarum æternitate, 1027. In nulla re sic contradicitur fidei Christianæ, quam in resurrectione carnis, XXXVII, 1154. Resurrectio contra hæreticos astruitur, XXXII, 601, 1077, 1170; XXXV, 1554, 1580; XXXVIII, 712, 713, 1131; XXXIX, 1600, 1603, 1609, 1626, 1629; XLI, 754, 771, 795, 796. Astruitur contra Manichæos, XLII, 847. Jam resurreximus mente, fide, spe, charitate; restat ut resurgamus corpore, XXXVI, 899. Resurrectio corporum promittitur, XXXV, 1352. Resurrectio promissa, morti corporis est contraria, XLIV, 112. Resurrectionem carnis resurrectio spiritus præcedit, 252. Resurget caro per mortem animæ, XXXVIII, 427. Resurrectio carnis futura est omnium hominum, XI, 272. Resurrectio ex omnipotentia et veritate Dei demonstratur, XXXIX, 1961. Ex creatione et seminum vivificatione, *ibid.* Qui grana seminum mortem et putrefacta vivificat, per quæ in hoc sæculo vivas, multo magis te ipsum resuscitabit ut vivas in æternum, 1662. Resurrectionem futuram res creatæ testantur, *ibid.* Sicut herba quæ ante vixit et moritur, rursus reviviscit ex pulvere; sic etiam et nostrum corpus reviviscit ex pulvere, 1962. Resurrectio Christi pignus nostræ, *ibid.* Dominus voluit resurgere ut nos tali exemplo animati, resurrectionem ex mortuis certissime crederemus, *ibid.* Quam qui non credit futuram, non credit etiam Christum resurrexisse, *ibid.* Non dubitandum de eo quod promisit Christus, *ibid.* Resurrectio beneficium et gratiæ, XL, 660. Gratiæ mirabilior est virtus justos a morte ad æternam beatitudinem reviviscere, quam in mortis experientiam non venire, 160.

CASSIANUS. — Resurrectio generatio nuncupatur, utpote regenerans ad vitam, L, 113.

S. PROSPER Aquitanus. — Christus resurrexit ut spes omnium fidelium hoc non dubitaret implendum quod in capite præcessisset, LI, 377, 402. Hæc spes resurrectionis nullis terrenda adversitatibus, nullis terroribus obscuranda, sed usque in finem vitæ, fortiter custodienda, 577.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Citius resuscitatur defunctus a Deo quam dormiens ab homine, LII, 298. Bene credis, si te per Deum credis resurgere ea morte posse, cui resurgunt semper elementa, 360. Caro quæ corrupta est et perit, per Deum resurget, 375. Resurrectio est tota spes fidei Christianæ, 522. Et quis dubitat quod resurgant, vivant, regnent occisi martyres? 314. Necesse est ut oves quæ sunt ad mortem secutæ, sequantur ad vitam. Homo, non te turbet fides, spes te longior non fatiget, *ibid.* Quod sepultum est in morte, surget in gloria, 666.

S. NICETIAS episc. Aquil. — Resurrectio dicitur, quia Deus omnia de sepulcris corpora suscitabit, LII, 865. Si occasum corporis times, memento quia resurrectio est, 866. Si resurrectionem non credis, frustra in Deum credis, 874. Repelluntur hæretici qui vindicant solius animæ salutem, *ibid.*

S. MAXIMUS Taurinensis. — Resurrectio mortuorum fuit præcipuus Filius Dei carnis sumenda finis, ut carnem perpetuitate donaret, LVII, 439, 440. Credenda est carnis resurrectio, cum religionis nostræ finis et summa credendi est, *ibid.* In fide resurrectionis tota spes Christianorum consistit, 776, 777. Hoc fixum magis in nobis debet, nos aliquando cum hinc exierimus, ad corpora nostra esse redituros, 913.

AURELIUS Prudentius. — Resurrectio mortuorum ostenditur ex cura sepulcris debita, LX, 698.

S. PAULUS NOLANUS. — Resurrectio mortuorum Christi redivi exemplo comprobatur, LXI, 222. Dei verbum resurrectionem carnis in vitam æternam et spondit docens et probavit resurgens, *ibid.*, 440, 441. Moriendo per fidem huic mundo, vivificemur Deo, 204.

PRIMASIUS ADRUMETANUS. — Si caput resurrexit, necesse est ut cætera quoque membra sequantur quia Christus primus in incorruptibilitate resurrexit, LXVIII, 514.

GREGORIUS Turonensis. — Vivere nos post mortem credimus per futuram resurrectionem, LXXI, 865. Quæ probatur a Gregorio contra presbyterum sadducæe malignitatis infectum veneno, 540, 541, 542. Omnia ad fidem resurrectionis mundo manifestata sunt, *ibid.* Si resurrectio futura non est, quid proderit justis bene agere,

quid nocebit peccatoribus male? 545. Decidant cuncti in voluntatibus suis... si resurrectio futura non erit, 543. Miraculo confirmatur, 788, 789.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Procul dubio omnibus constat quod plus sit creari quod non erat, quam reparari quod erat, LXXV, 738, 739. Quid difficile ut per resurrectionem pulvis in membra redeat, dum Conditoris potentiam quotidie cernimus, qui ex grano ligna mirabiliter et adhuc mirabilius fructus ex lignis creat, 739, 740. Quia rationabiles sumus conditi, spem resurrectionis nostræ, ex ipsa debemus rerum specie et contemplatione colligere, 1077. Quid mirum, si tenuissimum pulverem nostris oculis in elementis redactum, cum vult Deus, in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat, *ibid.* Resurrectionem futuram utrumque Testamentum prædicat, LXXVI, 1031, 1032. Fides resurrectionis luculentius et egregie astruitur, LXXV, 1076. Fiduciam nostram roborat multorum, Christo resurgente, resurrectio mortuorum, LXXV, 1076; LXXVI, 1528, 1529. Multa in rerum natura non minus nos latent, quam resurrectio, LXXVI, 1032, 1033. Hominis generatio majus miraculum quam resurrectio, 1033. Sola est in miraculis ratio, potentia facientis, 1054. Christum ostendit exemplo quod nobis promisit in præmio, 1172. Vocanti Deo respondebimus, quando ad summæ incorruptionis jussum incorruptibiles surgemus, LXXV, 993. Quia in largitatem divinæ misericordiæ pensare quis valeat, quod ad tantam perducit gloriam, hominem post culpam, 996. Citra resurrectionis fidem cætera frustra creduntur, LXXVI, 1034.

TAIO, Cæsaraug. episc. — Christus ostendit resurrectionem ut nos resurgere posse confidamus, LXXX, 783. Quidam impossibilitatem resurrectionis proclamant, quod carnem et ossa in pulverem redigi conspiciant, 983. Quid tamen mirum, si hominem ex pulvere resuscitet, qui simul omnia ex nihilo creavit? *ibid.* Astruitur resurrectio multis Scripturæ sacræ testimoniis, LXXX, 983, 984, 985. Resurrectio non intellectu discutienda, sed fide veneranda, 984, 985. De resurrectionis gloria disputas et discutiendo dubitas, qui tam multa mysteria, in universis naturæ rebus, sine discussione credidisti? 984. Si ex semine arboris, quod videri non potest produci potest, cur de pulvere carnis humanæ diffiditur, quia ex eo reparari forma valeat quæ non videtur? *ibid.*

S. ISIDORUS Hispalensis. — Si id resurgere dicitur quod cecidit, caro ergo nostra in veritate resurget sicut in veritate cecidit, LXXXIII, 1230. Omnium hominum erit resurrectio. *ibid.* Eam testantur maxima Patrum turba, *ibid.*

S. HILDEFONSUS episc. Toletan. — Resurget corpus secundum Christianorum fidem quæ fallere non potest, XCVI, 142.

JONAS Aurelianensis episc. — Non ambigendum de resurrectione mortuorum, utpote utriusque Testamenti et Patrum testimoniis demonstrata, CVI, 265, 266, 268. Mortuus, quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum, 266. Non perit Deo terrena materies de qua mortalium creatur caro, *ibid.* Probatur ex naturæ mirificis rebus, 268. Quid mirum si ossa, nervos, carnem capillosque Deus reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia in magna mole arboris restauret? *ibid.*

RABANUS MAURUS arch. Mongunt. — Si spes resurrectionis non esset, homo miserabilis et incomprehensibilis esset, CX, 287. Si Christus resurrexerit et nos resurgendi, *ibid.* Multis et manifestis rationibus et exemplis resurrectio prædicatur, 288, 289, 290, 859, 860. De definitione rectæ fidei et ecclesiasticorum dogmatum circa resurrectionem mortuorum, CXI, 97, 98.

S. LUPUS abbas Ferrar. — Resurrectio mortuorum confirmatur, CXIX, 624.

REMIGIUS Antissiodorensis. — In fine sæculi, omnes sive vivi in corpore reperti sive de terræ pulvere suscitati resurrectionem consequentur, CXXXI, 868.

S. BRUNO Herbipolensis episc. — Resurgere duobus modis Christianus dicitur, scilicet a morte vitiorum et in illa resurrectione in qua justi æterna præmia accipiunt, CXLII, 104.

S. ODILO abbas Cluniacensis. — Certissima fiducia est, Christianorum divinitus promissa resurrectio mortuorum, CXLII, 1104. — Resurrectionem corporum ut futuram Dominus sua resurrectione demonstravit, *ibid.* Nunc resuscitandum est in anima per fidem ut etiam corpore ad æternam lætitiæ resurgamus, 1003.

LANFRANCUS Cantuariensis arch. — Resurrectionem futuram probat ex verbis Apostoli, CL, 207, 208. Sine resurrectione mortuorum nihil prodest baptismus, nihil prosunt dolores et certamina Christianorum in hac vita, 209, 210. Resurrectio quædam generatio est, 321, 322.

S. BRUNO Carthusianorum institutor. — Resurrectio

demonstratur per necessarias rationes et inconvenientia quæ proveniunt ex resurrectione negata, CLIII, 209. Item per potentiam Christi, *ibid.* Et per legem naturæ, 210, 211. Resurrectio Christi causa est et figura nostræ resurrectionis, CLIII, 386.

S. ANSELMUS Cant. arch. — Plena felicitate frui non poterunt animæ donec incorruptibilitate corporum suorum poliantur, CLIX, 590.

IVO Carnot. episc. — Resurrectorem carnem nullo modo potest dubitare Christianus, CLXI, 972. — Bonus et maios resurrectio attinget, 74.

S. BRUNO Signiensis episc. — Dogma resurrectionis ex testimonio Job plenissime asseritur dicentis spem illius repositam in suo sinu, CLXIV, 618, 619. Arguitur etiam hujusmodi veritas ex eo quod impij in propria carne in æternum cruciabantur; dicente Job de damnato: Devorabit eum ignis qui non exstinguetur, affligetur relictus in tabernaculo suo, 622. Postquam enim a corpore separatur anima, nisi divino oraculo usque ad tempus omnibus constitutum, nunquam ad illud revertitur amplius, 1000.

RUPERTUS abbas Tuitiensis. — Resurrectio duplex animi et corporis, CLXX, 175. Illa jam facta in Christo, in omnibus facienda est, CLXVII, 629. Resurrectio necessaria, 1667. Et male a Sadducæis negata, CLXIX, 99, 100.

GODEFRIDUS abbas Admontensis. — Cujuslibet corpus sicut fuit socius meriti in vita, erit et præmii in cælis, CLXXIV, 801, 802. Nostra resurrectio omnibus est certa vel ad vitam vel ad damnationem, 606.

HERVÆUS Burgidolensis monachus. — Omnis spes credentium in hoc est quæ a mortui resurgent, CLXXXI, 972.

S. BERNARDUS Clarævallis abb. s. — Fides astruitur corporeæ resurrectionis, CLXXXIII, 210.

PETRUS Lombardus. — Resurrectio Christi generalis nostra resurrectio, CXCI, 1314, 1315. Resurrectionis commendatio, 1678, 1679, 1680.

BONACURSUS ex hæretico catholicus. — Ex testimoniis tam Veteris quam Novi Testamenti probatur resurrectio, CCIV, 782, 783.

ERMENGAUDUS. — Waldenses corpoream resurrectionem destruentes multis refelluntur auctoritatibus, CCIV, 1266, 1267.

III. — Quando et quomodo fiet resurrectio mortuorum?

TERTULLIANUS. — Mortuum suscitari nihil aliud est quam integrum fieri, II, 878. Resurgere non est nisi ejus quod cecidit, 491. Resurget caro et quidem omnis, et quidem ipsa, et quidem integra, 885. Quid est credere resurrectionem nisi integram credere? 878. Quocumque modo solum corpus resurget, I, 525. Ubi cumque resolutus fueris, quæcumque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te, 525. Sine defectibus resurgemus, II, 878. Si caro de dissolutione reparabitur multo magis de vitiatione revocabitur, *ibid.* Vitiatio corporum accidens res est; integritas propria, *ibid.* Caro et sanguis omnis resurgunt ex æquo in qualitate sua, 868. In resurrectione eadem corpora animæ sunt recepturæ in quibus decesserunt, 746. Resurrectio post Antichristi eradicationem agitabitur, II, 855. Fiet ultimo tempore et primo æternitatis limine, I, 526. Semel tantum resurgendum quia Deus ita voluit, 525. Nec mors jam nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc nec alii post, 527.

S. HILARIUS Pictav. episc. — Resurget idem corpus, IX, 361. Non aliud corpus quamvis in aliud resurget, 280. Corpus non amisit originem, sed profecit ad honorem, *ibid.* De mutatione potius quam creatione novum erit, 285, 286. In resurrectione corporum, substantia non abolebitur, sed gravitas terrena, 974. Resurrectione glorificati corporis solida erit et inde mutabilis natura, 659. Corpora in formam, soliditatemque membrorum cogentur, 467. In sua forma resurrecturæ sunt feminæ, 1046. Sine illecebris erunt, *ibid.* Corpora in statura viri perfecti suscitanda, 947. Inutile est quærere quæ tum species corporum, quæ alimonia sit futura, 944, 945, 946. De resurrectionis conditionibus, nihil Scripturis prophetalibus contineri, publica opinio est, 1045. Resurrectionis tempus adveniet quando gentium crediturarum consummabitur plenitudo, 700. Resurrectionis tempus matutina misericordia, 841. Resurrectionis gloria et tempore cæteros anteibunt apostoli, 1058.

S. AMBROSIUS episc. Mediol. — Manente corporis veritate corpus in incorruptionem immutabitur, XIV, 949. Similitudo nobis angelica promittitur non substantia carnis negatur, XVII, 535. Catholicum et rectum est utrumque sexum in carnis resurrectione sine sexus operibus confiteri, *ibid.* Vera carnis resurrectio sine operibus

carnis erit, *ibid.* In virum perfectum qui Christus est resurgemus, 536. Nec post resurrectionem comessuri sumus atque bibitori vel aliis hujusmodi necessitatibus fungi, 557, 558, 559. Refellitur sententia philosophorum qui dicunt nostras animas in corpus ferarum, variorum animantium transire, 1552, 1553. Repugnat hominem cui subjecta sunt animantium genera cæterorum, in subjectum sibi animal meliore sui parte demigrare, 1335. Integritas corporis reparabitur iis, quos mare hauerit, bestię devoraverint, XVI, 1330, 1551. Tandiu suspensa erit resurrectio, quandiu omnes credant prædestinati ad vitam, XVII, 468.

S. HIERONYMUS. — Hoc quod in homine moritur hoc et vivificatur, XXIII, 585. Resurrectionis veritas sine carne et ossibus, sine sanguine et membris intelligi non potest, 282. Aut coronandus in corpore quod caste egit et juste aut condemnandus in corpore quod voluptatibus iniquitatisque servivit, 585. In resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nunc utimur, licet auctior gloria, 261. Resurrectionis vocabulum significat non aliud mori, aliud suscitari corpus, 385. Elias et Enoch cum eadem carne sua in cælum translati sunt, 380, 381. In virum perfectum et in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus, XXII, 902.

S. AUGUSTINUS. — Caro resurget ipsa quæ sepelitur, XXXVIII, 1192, 1217. Resurgemus omnes in propriis corporibus, XXXIX, 1965, 2175, 2181, 2182, 2192, 2193. In resurrectione caro erit spiritalis et tamen caro, XLI, 783. Erunt tunc corpora spiritalia, manentibus tamen omnibus membris, XXXIII, 550. Membra corporis alia ad usum, alia ad speciem, XXXVIII, 1145, 1146. Nec interiora membra, nec ipsa corda latebunt post resurrectionem, 1145. Resurgent omnes in propriis corporibus ac sexu, XL, 1185. Non sexum sed fragilitatem mutant, XXXIX, 2191. Resurget caro sine defectu, XXXVIII, 1151. Resurgent piorum corpora sine omni vitio, eadem tamen quoad substantiam carnis, XL, 274. In statura et effigie corporis nihil erit indecorum, 293. Terrenum corpus quomodo erit in cælo, XXXVIII, 1140. Facile levabitur in cælum corpus, si non premat spiritus sarcina peccatorum, 1211. Post resurrectionem corpus sumere cibos poterit sed non indigebit, XXXII, 372. Manducandi potestas, sicut in Christo, non necessitas, XXXVIII, 1159.

Caro hominis quæ in alterius cibum carnemque transferit, illi reddetur cujus primitus fuit, XL, 273. Superflua quomodo redibunt ad corpus, *ibid.* Difficultates variæ circa quantitatem corporum resurgentium, XLI, 776, 777. In qua magnitudine quisque resurrecturus est, 785. Ad Domini corporis modum omnium mortuorum corpora resurrectura sunt, 777. Resurgent fetus abortivi, sed integrabitur quod nondum erat integrum et instaurabitur quod fuerat vitiatum, XL, 272, 273. Homo bimembris non resurget unus homo sed homines duo, *ibid.* Corpora quibuslibet modis dissipata in integrum restituentur in resurrectione, XLI, 782. Parvuli ante vel post baptismum mortui resurgent, sed plena ætate, XXXIII, 730; XXXVIII, 1140.

S. MAXIMUS Taurinensis. — Hoc corpus quod in sua natura caducum est in integram membrorum suorum soliditatem et in statum pulchritudinis decorisque renovandum, LVII, 943. Sancti, cum resurgent, primigeniam integritatem et gloriæ plenitudinem obtinebunt; hac in spe confirmati sumus quia in Christo verum esse hominem cognoscimus, 944, 945.

GENNADIUS Massiliensis. — Resurrectio mortuorum omnium hominum sed una et insimul et semel, LVIII, 982. Non secundum Origenem immutatio erit, id est, aliud novum corpus pro carne, 982 *not.* 1016. In resurrectione sexus forma non mutabitur, 998. Vir resurget in forma viri, femina in forma feminae, *ibid.* Resurgent etiam abortivi deformati, *not.* 1015. Resuscitata corpora expertia corruptionis, propriam non amittent naturam, *not.* 1016. Qui reperientur vivi in resurrectione dicuntur ab eruditissimis viris, anima manente in corpore, immutandi ad incorruptionem et immortalitatem, 983.

S. FULGENTIUS Ruspensis. — Sexus masculinus aut femineus sicut in creatione fuit, in resurrectione permanebit, LXV, 688, 508. Caro et anima justorum immutandæ sed eadem permansuræ, 702.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Caro nostra post resurrectionem eadem per naturam et diversa futura est per gloriam, LXXV, 1079. Job credidit carnem nostram in integrum statum reducendam, *ibid.* Caro inhærendo spiritui servatur in perpetuum; spiritus inhærendo carni servatur in Deum, LXXVII, 321. Resurrectionis tempus a Job prævisum et prænuntiatum, LXXVI, 354. Christi resurrectio ad triduum, nostra ad finem mundi dilata, LXXV, 1075.

TAIO Cæsaraugust. episc. — Erit caro nostra subtilis sed palpabilis quia non amittet essentiam veracis naturæ, 985. Erit eadem per naturam, diversa per potentiam, *ibid.*

S. ISIDORUS Hispalens. — Non erit prima resurrectio justorum et secunda peccatorum, ut fabula est somniorum, sed una omnium, LXXXIII, 1250. Eadem caro corruptibilis quæ cadit, tam justorum quam injustorum incorruptibilis resurget, *ibid.* Qui in fine mundi reperientur vivi, subito ad immortalitatem immutandi sine morte præcedente, juxta multos eruditos viros, *ibid.* Resurrectio in ætate juventutis, quæ profectu non indiget, 594. Resurrectio in mensuram ætatis plenitudinis Christi futura, *ibid.*

S. HILDEFONSUS episc. Tolet. — In resurrectione nihil peribit de humana carne, XCVI, 142. Omnipotens Deus mirabiliter atque ineffabiliter, ex toto quo caro constat, illud in resurrectione, mirabili celeritate restituet, *ibid.* Quod sanctorum corpora spiritalia resurgent, non tamen spiritus erunt, 143.

S. JULIANUS episc. Toletan. — Diem resurrectionis nullus hominum nescit, XCVI, 497. In ictu oculi erit resurrectio mortuorum, 503. Errorem sequuntur qui dicunt duas esse futuras resurrectiones, 504. Ad omnes homines pertinebit resurrectio, immutatio vero tantum ad sanctos, *ibid.* Quod non aerium corpus sed caro quam gerimus sine ulla corruptione resurget, *ibid.* In ætate vel statura futuri sunt resurrecturi homines quam habebant tempore juventutis vel quam habuissent si vixissent, 505. Viri et feminae in proprio sexu resurgent. Nulla resurgentes cibi ac potus vel vestimentorum cura sollicitabit, 508. Homo ex quo incipit in matris utero vivere, ex tunc creditur ad resurrectionem ultimam pertinere, 509. Homines qui nascuntur monstra resurrectionem obtinebunt, sed adempta monstri forma, 510. Corpora aliquo modo dispersa vel diversa laniatione truncata integritatem obtinebunt, *ibid.* Utrum cum vitiis et deformitatibus impiorum resurgant corpora non investigandum, 513.

ALCUINUS. — Sanctorum resurrectio post Antichristianam persecutionem inducitur, C, 1149. In fine sæculi erit resurrectio non animarum sed corporum, CI, 50.

RABANUS MAURUS. — Ordo exponitur et tempora quando futura est resurrectio mortuorum, CX, 287, 288.

HAYMO Halberstatensis episc. — Deus resuscitabit corpora propriis spiritibus animata, CXVII, 600. In proprio resurget unusquisque hominum corpore, *ibid.* Qui vivi reperiantur in fine sæculi subito morientur subitoque resurgent, 773. Velocitas resurrectionis, 772.

REGINO Prumiensis. — Homines in sua propria carne resurgent, CXXXII, 228, 248.

S. ANSELMUS Cantuar. arch. — Homo cum corpore in quo vivit in hac vita restaurabitur, CLVIII, 401, 402. Talis debet restitui qualis futurus erat si non peccasset, 402.

S. BRUNO Signiensis episc. — In generali resurrectione omnium hominum corpora perfecta, omnibusque partibus integra ad clangorem tubæ a monumentis resurgent, CLXIV, 598, 596. Hoc asserit contra hæreticos negantes corpora futura integra, 598.

HUGO a S. Victore. — Sancti qui adveniente Christo reperientur vivi mira celeritate per mortem ad immortalitatem transibunt, CLXXVI, 601. Resurrectio erit in vera carne, 602. Quia Christus discipulis dubitantibus carnem suam eadem esse ac antea monstraverit, *ibid.* Si in aërio corpore surrexero, jam non ero ego qui resurgo, 601. Membrorum omnium quocumque modo dissipatorum reformatio promittitur, 603. Resurgent omnes tam magni corpore quam vel erant vel futuri erant juvenili ætate, 605.

ROBERTUS PULLUS. — Duo nimirum faciet resurrectio: quæ viventibus defuerant, supplebit; quæ post mortem quolibet modo dissipata sunt, restituet, CLXXXVI, 983. In resurrectione quædam resumenda, quædam relinquenda, 987. Quisque resurrecturus non minus habebit quam decet aut plus, *ibid.* In ea corporis statura resurgent homines quam quisque anno tricesimo suæ ætatis aut habuit aut habiturus erat si vixisset, 988.

PETRUS LOMBARDUS. — Resurrectionem futuram Judæi credebant sed eo modo ut ibi nubarent et generarent, CXCI, 1689. Fiet resurrectio in summa celeritate, *ibid.* Qui in fine mundi erunt vivi non resurgent nisi præcedente morte, *ibid.* Resurgemus in virum perfectum, ita ut cuique nihil desit, et nihil plus addendum sit, CXII, 202. Et ea ætate qua Christus surrexit, 201.

ALANUS ab Insulis. — Corpora nostra a quibus separabuntur animæ eadem suscitabuntur CCX, 325.

IV. — *Quæ in corporibus qualitates vel immutationes et quomodo erunt in gloriam justis, damnatis vero in confusionem.*

TERTULLIANUS. — Sancti, in resurrectione, superinduti substantia propria æternitatis; profani vero et qui non integri ad Deum in pœna aque jugis ignis, I, 527. In regno Dei caro reformata et angelificata, II, 672. Post resurrectionem caro habitum angelicum susceptura est, 854. Ordine meritorum resurgent mortui, I, 854. Omnes ab initio defuncti suscitabuntur et recensentur et reformabuntur pro singulorum meritis, 378. Liberabuntur membra ab officiis suis et necessitatibus, II, 882, 883, 884. Sine concupiscentiis et motibus inordinatis resurgemus, 879. Caro manebit impassibilis, 880. Incorruptibilis, *ibid.*

LACTANTIUS. — Caro post resurrectionem insolubilis erit atque mansura neque cruciatibus neque igne defectura, VI, 801.

S. HILARIUS Pictav. episc. — Resurrectio erit omnium, sed non omnium erit gloriosa, IX, 468. Christus sanctos conformes gloriæ corporis sui faciet, 469. Resurget omnis caro, sed non omnis demutabitur, 481. Omnis caro redempta in Christo, ut resurgat necesse est, non tamen omnibus gloriæ et honor est promiscuus resurgendi, 360. Resurrectione demutabuntur tantum qui cum Christo per fidem commortui sunt, 355. Resurrectio impiorum ad pœnam erit, IX, 258. Corpus eorum pulvi et luto comparatum, 258. Et in naturam tantum pœnalis substantiæ reservatum, *ibid.* Os eorum vagum, obtritum, ventilatum, dispersum et inquietum manet, *ibid.* Tum confundetur impius quisque et pudore dedecoris sui et comparatione honoris alieni, 334. Confundendi, non in cœlestia currentes sed ad terrena sua et originalia revertentes, 715. Resurgent terreni et in dedecoris corpore, 744, 745. Resurrectio eorum aquæ fetidæ ac terræ liquefactæ comparata, 370. Resurrectio sine demutatione impiorum, salus in nihilum, 360. Plebs sancta, omni corruptione et infirmitate depulsa, superinduta cœlesti honore, 469. Jam non incrementis corporum, escarumque alimentis, infirmitatumque casibus vitæ humanæ demutatio tolerabitur, sed æternitas cunctis quæ naturæ suæ virtute ipsa se continens, id est, quæ se ipsa alat conservetque donabitur 465. Christus, cum rursus per societatem carnis in nobis sit, absorpta morte immortalem vitam æternamque reddet, *ibid.* Habitabimus cœlestem civitatem et Ecclesiam spirituum in Domino fundatorum, 682. Corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam erit resurrectio, 286. Itaque resurrectio justorum non ambigenda qui substantiæ angelorum similes erunt, 948. Justorum corpora, lilia spirantia, flos semper efflorescens, 948, 949. Resurrectio gloriosa, nuptiæ, 1061. Quidquid in nobis fiet æternum est, cum beatitudinis sensu, 258. In quo sita illa demutatio corporum, 361. Infirmitas corporum detrahetur, lapsus et lacrymæ, *ibid.* Incorruptio corruptionem devorabit; mortem potestas immortalis absorbet, *ibid.* Resurrectione donati nullius egebunt ad corporis animæque substantiam, 876, 877. Post resurrectionem beatitudo perfecta, sine desiderio, sine timore hostium, sine molestiis, 393, 394, 876. Recte perfecteque viventium merces, ut in novam cœlestemque substantiam, ex hac corruptibilis corporis materia transferantur, 949. Renascamur ideo per novæ nativitatis profectum et in beatam illam ac Deo placentem iteratæ reparationis nostræ speciem reformemur, 286.

S. ZENO. — Duplex forma resurgendi, prima sanctorum qui sub Juce Christo in beatitudinem adducentur; secunda impiorum qui destinantur ad pœnam, XI, 382. Caro resurget jam pura, jam libera, jam morte superior, jam cœlestia aspirans, et veritatem quærens, spiritualia desiderans, 383.

S. AMBROSIIUS. — Ordine meritorum resuscitabimur, XVI, 1349. Omnes resurgemus, sed reviviscendi gratia dispar, dispar conditio, 1341. Flos resurrectionis immortalitas est, flos resurrectionis incorruptio est, 1329. Ea requies est expetenda cui futuræ resurrectionis voluptas perpetua succedet, ubi nulla criminum series, nulla illecebra delictorum, 1351. Ad clarificationem, justii omnes in resurrectione transformabuntur, XVII, 534. Mors de terra est, resurrectio vero de cœlis, si tamen immutetur ad gloriam, 293. Impii resurgent sed ad hoc ut pereant, 271. Sancti vero immutabuntur in claritate, *ibid.* Merito dissimiles erunt in gloria, 268. Resurrectionis tempore omnia vincula solventur diaboli, et triumphus omnis illius jam non exsistet, XIV, 1082. Jam nunc renovemur in gratia, ut renovata caro summat fulgorem lucis æternæ, XVI, 1349.

ZACCHÆUS Christianus. — Divinæ clementiæ species reparare placuit, ut honorum corpora splendor exornet et malorum confusio deformitatis obscuret, XX, 1092. Justi in gaudia æterna surgent; multiplicatum perinde supra solem ex Dei conspectu, lumen infundet, 1094. Secundum diversos justitiarum gradus, splendorem solis habituri sunt, *ibid.* Ita singuli indeptæ felicitatis honoribus perfruentur, ut nec altior efferatur, nec spernatur inferior, *ibid.* Manebit perpetuo blanda temperies, et inæstimabilia illius beatitudinis gaudia, præteritorum recordatio nulla vexabit, 1095. Etiamsi præsentis mundi usum abolitio futura non tolleretur, transisse tamen gauderent justii potius quam dolerent, *ibid.* Quid illis splendor cœlestium dignitatum, quid æternarum divitiarum habituræ sint gratiæ? 1164, 1165. Hoc certum accipias nil illis necessarium, nil defuturum, sed omnium omnibus Deus lætitiarum inæstimabilium novitate generabit quod dignum præsentis suæ possessione judicetur, 1165.

S. HIERONYMUS. — Resurrectio mortuorum incorruptibilis et jugiter permanens erit, XXII, 827. Similitudo ad angelos, non hominum in angelos demutatio, sed profectus immortalitatis et gloriæ est, XXIII, 382. Sanctus et peccator erunt simili resurrectione perfecti, nec inter se variabunt tempore, sed alius ad præmia, alius ad supplicia pertrahetur, XXIV, 646. In eo peccator maledictus erit quod incorrupto corpore pœnas patietur æternas, 646.

S. AUGUSTINUS. — Resurgens caro commutabitur et fiet ipsa corpus cœleste et angelicum, XXXVII, 1217. Et corpus spiritale, 1142. Corpus nostrum quomodo post resurrectionem futurum spiritale, XXXIII, 628; XXXV, 2061, 2062; XL, 674. Corpus in spiritum esse mutandum nonnulli putant, XXXIII, 618. Qui putant tunc corpus spiritale fieri, cum mutatur in spiritum, refelluntur, 945. Opinionem hanc quæ sequantur in commoda, 619. — Putat Augustinus, etsi non plena fiducia, corpus tum spiritale dicendum, ob ineffabilem quamdam facilitatem, 629. Resuscitatum hoc corpus mortale transfertur in habitudinem angelicam et in cœlestem qualitatem, XXXVII, 1682. Corporum spiritualium qualitates, Augustino velut indubitata, quod detracta sit eis mortalitas, corruptio, ponderis gravitas, XXXIII, 623.

Corpus sanctorum post resurrectionem immortale, XLIV, 115. Omnes incorrupti resurgent, sed ex his etiam justii immutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla posset nocere corruptio, XXXIII, 947. Corpus sanctorum post resurrectionem erit omnino incorruptibile, omnino immortale, omnino ad movendum agile et facile, XXXVIII, 1157. Stabilitas corporum post resurrectionem, XXXII, 605. In beatorum corporibus erit claritas, et diversa species claritatis quia diversa sunt merita charitatis, XXXVIII, 1138. In beatorum corporibus pulchritudo erit, omnibus absoluta, 1146. Resurrectione vita nostra similis angelorum erit, carens operationibus corruptionis et indigentia, 1623, 1631. Nihil resistet spiritui nostro, XXXVII, 1688. Corpus cœleste, Christi instar, clausis ostiis poterit domum intrare, XXXVIII, 1264. Credere debemus talia corpora nos habituros, ut ubi velimus, quando voluerimus, ibi simus, 1140, 1145. Totius hominis in melius commutatio resurrectione perficienda, XL, 193, 194. Corpus melius erit post resurrectionem quam fuit primorum parentum in paradiso, XXXII, 601.

Resurrectio corporis aliis in bonum, aliis in malum, S. Augustinus, XXXVIII, 709; XXXVII, 1672; XXXIV, 144. Non ad passiones dolorum, sicut impii, resurrecturi sumus nec ad gaudia carnalium desideriorum, XXXVIII, 1059. Resurgent mali incorrupti integritate membrorum sed corrumpendi dolore pœnarum, XXXIII, 947. Erit corporum quædam firmitas, sed firmitas corruptibilis, *ibid.* Quomodo erunt incorruptibilia, si dolebunt; aut quomodo corruptibilia, si mori non poterunt, XL, 275. In resurrectione distabit gloria meritorum, XXXIII, 947. Post resurrectionem totus homo deficalus inhærebit incommutabili veritati, 909. Perfruetur hac primum felicitate, ut incipiat nec velle ultra peccare, nec posse, XXXIX, 1964. Cessante omni miseria, omni mœrore, totum innocentia, totum felicitas possidebit, *ibid.* In pectoribus hominum, charitas angelorum quibus admisti homines, jam cœlesti recepta carne, sine carnis infirmitate fulgebunt, *ibid.* Nullum ulterius patientur de sempiterna Domini sui virtute fastidium, nullum sub perenni laudum suarum exultatione defectum, *ibid.*

S. PROSPER Aquitanus. — Resurrectio generatio dicitur quæ sanctos ad incorruptionem beatæ æternitatis creavit, LI, 414.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS — A gloria angeli refertur

species nostræ resurrectionis, LII, 411. Homo restituetur ipsa corporis angeli claritate, 419. Ibi caro possidebitur a spiritu, non caro spiritum possidebit, ubi deperit corruptio, culpa, crimen, 522. Innocuis resurgentibus, terror et mors impios possidebunt, 419. In resurrectione sancti videbunt quidquid est divini luminis, honoris et gloriæ, 664, 665. Tunc laborans messor quod in semine non videt, videbit in messe, et qui in sulco deflet, gaudebit in fructu, 514. Resonet ergo in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ mentis transmitatur auditum, 522. Orandum ut nos moriamur vitiis, sepeliatur temporalibus pompis ut æternitati resurgamus in Christo, 431, 432.

S. NICETAS episc. Aquil. — Resuscitata corpora sanctorum amplius jam mori non metuunt, LII, 872. Vivent cum Christo in cælo, hæc spes propter quam nascimur, credimus et renascimur, 873. Sit animus semper in cælo, spes in resurrectione, desiderium in promissione, 874.

PATRICIUS Hibernorum apost. — Post resurrectionem electis trina visio: corporalis, qua corpora cernentur; spiritalis, qua similitudines corporum in spiritu et non fallacphantasia inspicient; intellectualis qua puro mentis oculo in Spiritu Deum videbunt et suas animas, et virtutes intimas et spiritus angelicos, LIII, 858.

S. MAXIMUS Taurinensis. — Justi habebant carnem sine terra, corpus sine doloris sensu, animam sine metu, vitam sine fine, ætatem sine tempore, lucem sine morte, beatitudinem sine fine, LVII, 945. Resurrectio iustis in præmio est, 596. Infideles vero, et peccatores, et qui Dei præcepta non faciunt, ad hoc resurgere debent, ut immortalis eorum facta caro æternis incendiis deputetur, 777, 778.

GENNADIUS Massiliensis. — Eadem caro corruptibilis tam justorum quam injustorum incorruptibilis resurget, LVIII, 982. Quæ poenam sufferre possit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis, 983.

JULIANUS Pomerius. — Incorruptio et immortalitas dabitur corporibus miserorum, nec ipsos consumet immortalis poena, sed puniet, LIX, 420. Beata incorruptione et immortalitate justorum corpora donabuntur, ut et ipsi in gloria et in ipsis gloria æterna permaneat, 420. Post resurrectionem, corporales oculos nihil visibilis creaturæ latebit, quia incorruptibilium corporum visus nique incorruptibilis erit, *ibid.* Humanæ substantiæ ad Conditoris sui similitudinem sublimatæ, omnia bona quæ naturaliter peccato corrupta sunt, reparabuntur in melius, 422. Corporibus immortalitate donatis auferenda est tarditas, non integritas; necessitas, non voluntas, ut ibi sine temporis mora aut ponderis sui sint ubi esse voluerint, 427. Futura vita creditur beate sempiterna et sempiternæ beata, ubi est certa securitas, secunda tranquillitas, felix æternitas, æterna felicitas, 420. Humana natura sui gloriam Conditoris et suam perfecte beatificata visura est, 427.

S. FULGENTIUS Ruspensis. — In resurrectione immutabuntur iusti non vero iniusti, LXV, 688. Corporibus impiorum non auferetur corruptio et ignobilitas et infirmitas in quibus seminantur, 688. Diversi gradus gloriæ in resurgentium corporibus, 807. Primus gradus ad virgines, secundus ad continentes, tertius ad conjugatos ostenditur, 507, 508. Iusti in retributione. Angelis æquales futuri, 283. Corpus spiritale erit, non quia ipsum corpus spiritus erit, sed quia, vivificante Spiritu, immortale atque incorruptibile permanebit, 702.

S. GREGORIUS MAGNUS. — In resurrectione erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritalis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ, LXXV, 1077. Ad gloriam resurrectionis tota intentione festinandum, LXXVI, 1204.

TAIO Cæsaraugust. episc. — In resurrectione electi omnes a reprobis divisi gaudebunt, LXXX, 987. Iuqui omnes n'ione extrema percussi confundentur, 987.

S. HILDEFONSUS episc. Tolet. — Reproborum corpora resurgent quidem, sed cum vitiis et deformitatibus suis perenniter punienda, XCVI, 143. Sancta corpora in diversitate sua, hoc solum quod decebit habebunt, *ibid.*

JULIANUS episc. Toletanus. — Quam subtiliores in resurrectione motus corporis, XCVI, 520. Post resurrectionem ea visione Deum videbimus qua nunc eum angeli vident, 522. Oblivionem pariter et recordationem habebimus, *ibid.* Libertate multo plus firmiori quam in hac vita, omnes sancti usuri sunt, *ibid.* Existet diversitas meritorum et præmiorum, in qua tamen nullus sit alii invisurus, 523.

ALCUINUS. — Corpus resurget incorruptione atque immortalitate vestitum, CI, 52. Quamvis caro non sit spiritus non tamen carnalibus subjacebit vitiis, *ibid.*

JONAS Aurelian. episc. — Resurgent iusti et iniusti, sed iusti ut immutentur; iniusti vero de corruptione ad perpetuam et ineffabilem corruptionem, CVI, 268. Omnibus satagendum ut resurrectio nobis ad gloriam non ad opprobrium proveniat, 269.

RABANUS Maurus archiep. Mongunt. — Qui gloria resurrectionis innovati, sine ullo mortis metu, sine ulla labe corruptionis, perpetua Dei visione fruuntur, CX, 289. Sancti in resurrectione scient plenius, quid boni contulerit Dei gratia, 144. Resurgent et impii unusquisque cum sua carne, ut cum diabolo et angelis ejus puniantur, CX, 144. Diversitas et qualitates corporum in resurrectione futura, 410, 411, 412. Si tanta est consolatio resurrectionis, pereat contristatio mortuorum, 131.

HAYMO Halberstatensis episc. — Justorum dotes gloriosiores; damnatorum vero ignominiosissima deformitas, CXVII. Post resurrectionem humana creatura ita perfecta erit ut in melius aut deterius ultra mutari non possit, CXVIII, 881. Aliquid secretorum non latebit perfecte beatos, CXVIII, 881. Electorum incorruptibilitas, libertas et beatitudo, 882. Incorruptorum gloria corporum quam maxime enitebit, 881. Tantus erit futuræ lucis splendor, quantum corporeus ferre non possit aspectus, *ibid.* Electi cunctos bonos recognoscent, *ibid.* Electi gloriosi elevabuntur ad superna cum Domino, reprobi vero remanebunt in imis inferni partibus, CXVII, 772.

ATTO Vercellensis episc. — Qualitates corporum gloriosæ, CXXXIV, 404, 405. Varia erunt resurgentium merita, 405.

LANFRANCUS Cantuariensis arch. — In resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum, CL, 211. Iusti immutabuntur in incorruptelam, quia regnum Dei incorruptela, 213. Injusti incorrupti quidem erunt integritate membrorum, sed corrumpendi dolore poenarum, 213.

S. BRUNO Carthusianorum institutor. — Tuba in resurrectione invitabit sanctos ad palmam, impios deteret ad poenam, CLIII, 409. Vere resurgemus impassibiles, *ibid.* Licet omnes resurgant, diversificabuntur tamen in gloria resurrectionis, 211. Dotes corporis in sanctis mirificæ, 211, 212.

S. ANSELMUS Cantuar. arch. — Quod magnam velocitatem habuerint corpora in resurrectione, patet ex verbis Apostoli *in ictu oculi*, CLIX, 589. Animos non tardiores vel graviore corpora efficiant, 590. Libertas et impassibilitas electorum, 590, 591.

GODEFRIDUS abbas Admontensis. — Post resurrectionem glorificabitur corpus, CLXXIV, 663, 955. Si corpus, quale nunc portamus, Dominus restitueret, nullum gaudium nobis imo magis luctum ejus receptio conferre posset, 955. Tanta libertate et gloria remunerabitur anima, ut ubicunque ipsa voluerit, absque impedimento statim adfuerit corpus, 294, 315.

HUGO a S. VICTORE. — Resurgent sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla corruptione, onere, difficultate, CLXXVI, 604. Quantam celeritatem et facilitatem possidebunt, 604. Concordia carnis et spiritus post resurrectionem, 605. Non inquirendum est quomodo erit in reprobis corpus incorruptibile si dolere poterit; aut quomodo corruptibile si non poterit, 605. Vana philosophorum argumenta de agilitate corporum, quia nunquam explicabunt quantum distat corpus inter præsentem statum et immortalitatem futuram, 606. Insuper omnipotentia Dei contradicunt, *ibid.*

HERVÆUS Burgidolensis monachus. — In resurrectione diversæ gloriæ sanctorum, CLXXXI, 987, 988. Aliter enim ibi lucebit virginitas, aliter lucebit castitas conjugalis, aliter ibi lucebit sancta viduitas, *ibid.* Sic unusquisque apparebit qualis meriti fuerit, 987. Injusti habebunt incorruptionem carnis in qua doleant, non in qua moriantur, 994. Iusti vero incorrupti et transformati, 994, 995.

S. BERNARDUS Clarævallis abbas. — Caro seminata in morte refloret in resurrectione, CLXXXII, 979. Septem dotes erunt in corporibus sanctorum pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas et diuturnitas, CLXXXIV, 355. Fuscæ explicabunt, 356, 357, 358. His dotibus contrarios defectus habebunt damnati, 363, 364.

ROBERTUS PULLUS. — In transfiguratione exemplum futuræ nostræ claritatis Christus ostendit, CLXXXVI, 988. Sancti alii aliis erunt in resurrectione præstantiores, 989. Qualitates illorum, 989, 990. Levitas magna corporum quæ in nube ascendent, de diversis mundi partibus venientia, 990.

PETRUS Blesensis. — In resurrectione, corpus mortale, animale, ignobile terrenum et luteum configurabitur corpori claritatis Christi.

CXXXIV.

INDEX DE JUDICIO UNIVERSALI ET ULTIMO.

DIVISIO.

I. De iudicio in genere et de certitudine illius. — II. De nominibus et figuris iudicii. — III. Errores de ultimo iudicio. — IV. De tempore et loco iudicii. — V. De circumstantiis iudicium præcedentibus. — VI. De iudice et de qualitatibus adventus illius. — VII. De diversis ordinibus qui erunt in iudicio seu, alijs verbis, de iis qui sunt iudicaturi, iudicandi ac etiam non iudicandi. — VIII. De modo et qualitatibus iudicii, de sententia iudicis necnon de rebus quæ illam subsequuntur. — IX. Appendix, seu quæstiones quædam ad iudicium pertinentes.

I. — De iudicio in genere et de certitudine illius.

Tertulliani liber de Spectaculis, I, 661. Ejusdem Apologeticus, *ibid.*, 523. Ejusdem, libri adversus Marcionem, II, 523. — Incerti auctoris carmina, *ibid.*, 1090. — S. Hilarii tractatus in Psalmos, IX, 362. — Theonii Afi liber de septem regulis XVIII, 17, 18. — C. V. Aquilini Juvenci Evangelicæ Historiæ liber IV, XIX, 302. — Sulpicii Severi epistola I ad sororem suam, XX, 223. — Rufini Aquileie sis presbyteri commentarius in symbolum, XXI, 369 *et seqq.* — S. Hieronymi commentarius in Ecclesiasten, XXIII, 1040, 1041. Ejusdem operum Mantissa. Regula monachorum, XXX, 417. — S. Augustini in Joannis Evangelium tractatus, XXXV, 1771. Ejusdem enarratio in Psalmos, XXXVI, 117, 944, 945; XXVII, 1233. Ejusdem, sermo XXI, XXXVIII, 151; XXXIX, 1846, 2153, 2207, 2209, 2210; XL, 189, 305, 774; XLI, 542, 346, 637, 662, 683, 699. — S. Petri Chrysologi sermones, LII, 364. — Salviani Massiliensis presbyteri de gubernatione Dei, lib. I, LIII, 35. — S. Patricii confessio, *ibid.*, 802. — S. Maximi Taurinensis homilia de secundo adventu Christi, LVII, 223. — D. Eugypii thesaurus ex S. Augustini operibus, LXII, 132. — Vigilii Tapsensis de Trinitate, lib. XI, *ibid.*, 302. — S. Eleutherii Tornacensis episcopi sermones, LXXV, 83. — S. Fulgentii de virtute prædestinationis, lib. III, *ibid.*, 667. Ejusdem de fide liber unus, *ibid.*, 702. Ejusdem contra Fabianum fragmenta, *ibid.*, 750. — Facundi episcopi epistola, LXVII, 872. — Fulgentii Ferrandi epistolæ et opuscula, *ibid.*, 941. — S. Cæsarii homilia, *ibid.*, 1075. — Victoris episcopi evangelicarum harmoniarum interpretatio, LXVIII, 334. Ejusdem commentaria, *ibid.*, 692. — S. Gregorii Turonensis Historia Francorum, LXXI, 195. — De Vitis Patrum, lib. I, LXXIII, 472, 860. — S. Gregorii papæ moralium libri, LXXV, 585; LXXVI, 202, 698, 1205, 1148. — Aluli expositio Veteris et Novi Testamenti, LXXIX, 1173. — S. Columbani instructiones, LXXX, 246. — Venantii Fortunati Miscellanea, LXXXVIII, 322. — S. Aldelmi fragmentum de die iudicii, LXXXIX, 298. — S. Bonifacii Moguntini archiepiscopi sermones, *ibid.*, 843, 854. — Bedæ Venerabilis. De die iudicii, XC, 575. Ejusdem Dubia et Spuria, XCIII, 530, 534. Ejusdem hymni de die iudicii, XCIV, 537, 633. — Petri diaconi homiliarius, XCV, 1474. — S. Hildefonsi liber de virginitate, XCVI, 85. — B. Alcuini abbatis opera exegetica, C, 1151. — Theodoli liber de ordine baptismi, CV, 227. — Candidi opusculum de Passione Domini, CVI, 80, 81. — Rabanus Maurus, I, CVII, 809, 995, 1096. — Rabani Mauri commentarium in Ecclesiasten, CIX, 1049. Ejusdem homiliæ, CX, 329. Ejusdem descriptio iudicii extremi, id., CXII, 720. Ejusdem de adventu Christi carmen, *ibid.*, 1618. Haymonis expositio in epistolas S. Pauli, CXVII, 694. Ejusdem enarratio in Zachariam, *ibid.*, 292. Ejusdem homiliæ, CXVIII, 18, 203. — Joannes Scoti liber de divisione naturæ, CXXII, 873, 980. — Ratramnus Corbeiensis. De fide Phariseorum ad iudicium, CXXI, 310. — Remigii Antissiodorensis enarrationes in Psalmos, CXXXI, 172. Ejusdem homilia, *ibid.*, 865. Ratherii Phrænesis, CXXXVI, 390. — S. Odilonis credulitas, CXLII, 1036. — S. Petri Damiani carmina et preces, CXLV, 979. Ejusdem sententiæ scripturarum de die iudicii, *ibid.*, 739. Othloni versus de die iudicii, CXLVI, 208. — Samuelis Marochiani liber de adventu Messiæ præterito, CXLIIX, 347. — Guilmundi confessio de S. Trinitate, *ibid.*, 1499. — Radulphi

Ardentis homilia de secundo adventu, CLV, 1572, 1678. — Vernerus abbas. De adventu Domini, CLVII, 756, 761. — D. Ivonis decreti, pars I, de fide, CLXI, 74. — Guillelmus de Campellis. De fide catholica, CLXIII, 1072. — Ruperti opera, CLXVII, 1298. — Ven. Hildeberti sermones, CLXXI, 348. — Honorii Augustodunensis elucidarium, CLXXII, 1165, 1166. — Ven. Godefridi homiliæ dominicales, CLXXIV, 66. — Hugonis a S. Victore in Joëlem adnotationes, CLXXV, 366, 799. — S. Bernardi epistolæ. De iudicio, CLXXXII, 74, 101. — Zacharias Chryseopolitanus episcopus, CLXXXVI, 378. — Ernaldi liber de cardinalibus operibus Christi, CLXXXIX, 1667. — Petri Venerabilis sermones, *ibid.*, 964. Ejusdem de adventu Christi carmen, *ibid.*, 1015. — Gerhohi commentarium in Psalmos, CXCIV, 405. — Richardi S. Victoris exegetica, CXCVI, 815. — Garnerii Lingonensis sermones, CCV, 770. — Thomæ Cisterciensis et Joannis Algrini commentarium in Cantica canticorum, CCVI, 524. — Petri Blesensis sermones, CCVII, 868. Ejusdem versus sibyllæ vatis de ultimo Christi adventu, *ibid.*, 870. — Innocentii III papæ sermones, CCXVII, 511 et 742.

II. — De nominibus et figuris iudicii.

Iudicii severitas arcu significata, S. Hilarius, IX, 371. — Iudicium Dei significatur in vultu, *ibid.*, 803. — Dies iudicii dies malus dicitur, S. Hieronymus, XXIV, 791; XXVI, 179. — Dies iudicii insanabilis dies, id., XXV, 959. — Iudicium cur dictum arcus extentus, S. Augustinus, XXXVI, 717. — Iudicii dies per caninum exprimitur, id., XXXVII, 1362. — Clibanus ardens et fumans figura iudicii, id., XXXIX, 1746. — Vox avium strepentium paulo antequam lux emicet figura est nostri iudicii, Aurelius Prudentius, LIX, 778. — Dies iudicii dies magnitudinis, S. Fulgentius, LXV, 312. — Dies iudicii temporibus Noe et Loth assimilatus, Victor Capuanus episcopus, LXVIII, 554. — Cur Psalmista tam frequenter dicit diem iudicii diem malam? Aurel. Cassiodorus, LXX, 296. — Iudicium cur tempestas dictum? *ibid.*, 350. — Dies iudicii tempestati comparatus, *ibid.*, 599. — Iudicii dies dicitur porta regni, S. Gregorius, papa, LXXV, 734. — Mane diem iudicii significat, *ibid.*, 856, 1155; LXXVI, 57. — Iudicium dictum dies furoris Domini, LXXV, 1101. — Cur nox appellatum, LXXVI, 54. — Cur extremum iudicium nomine arcus significetur, *ibid.*, 133. — Iudicium appellatur fulmen, *ibid.*, 723. — Per octavum numerum dies iudicii designatur, *ibid.*, 1030. — De variis nominibus iudicii, *ibid.*, 1121. — In igne terror iudicii exprimitur, id., LXXIX, 143. — Media nox, quando clamor factus est, significat diem iudicii, Anonymus vu sæculi, LXXXVIII, 1074. — Iudicium per diluvium designatum, Beda Venerabilis, XCI, 86. — Quid significetur per caliginem et clibanum ignis post occasum solis factum? *ibid.*, 158. — Mane diem iudicii significat, *ibid.*, 204. — Dies iudicii dies extremus retributionis dictus, XCII, 433. — Dies ille subitaneo vel diluvii vel ignis sodomitici adventui comparatus, id., XCIII, 77. — Dies iudicii dies secunda resurrectionis, *ibid.*, 489. — Dies iudicii dies octava dicitur, *ibid.*, 511. — Sententia iudicis calix dicta, *ibid.*, 884. — Dies iudicii dicitur dies visitationis, Smaragdus, XII, 359. — Dies iudicii dies arditionis, Rabanus Maurus, CIX, 963. — Ultimi iudicii conclusio ap e ventus turbinis dicitur et cur? id., XL, 504. — Mane extremum iudicium significat, id., III, 686. — Dies iudicii dies iræ et revelationis, *ibid.*, 1309. — Dies iudi-

cii octavus intelligi potest, Walafridus Strabus, CXIV, 355. — Judicium vocatur dies, Haymo Alberstatensis episcop., CXVI, 520. — Dies iudicii dicitur tempus malum, *ibid.* — Judicium dicitur dies generationis et generationis, *ibid.*, 598. — Dies iudicii dies interfectionis dicitur, *ibid.*, 869. — Dies iudicii dies ultionis dicitur, *id.*, CXVII, 68. — Dies iudicii dies Domini est, *ibid.*, 100. — Josaphat interpretatur Domini iudicium, *ibid.*, 105. — Dies iudicii dies malus dicitur, *ibid.*, 117. — Dies iudicii dies tribulationis dicitur, *ibid.*, 170. — Ultio dies iudicii appellatur ira Dei, *ibid.*, 373. — Dies iudicii dies iræ et revelationis, *ibid.*, 382. — Dies adventus vocatur iudicii dies, Atto Vercellensis episcop., CXXXIV, 294. — Dies iudicii dicitur dies tribulationis vel retributionis, Adalgerus, *id.*, 918. — Dies iudicii dies malus, S. Bruno Herbipulensis, CXLII, 174. — Dies iudicii tempestati comparatur, *ibid.*, 314. — Dies iudicii diluvium dicitur, S. Bruno Carthusianorum institutor, CLII, 761. — Dies iudicii cur dicitur dies generationis et generationis, *ibid.*, 922. — Octonario numero dies iudicii designatur, S. Anselmus, CLVIII, 658. — Dies iudicii dicitur tempus malis præparatum, S. Bruno Astensis episcop., CLXIV, 823. — Dies iudicii dies malus dicitur, et cur? *ibid.*, 840. — Judicium finale in incendio Sodomorum figuratum, Rupertus, CLXVIII, 872. — Adventus secundus Christi furi comparatur, *id.*, CLXVII, 625. — Adventus ille figuratur per angelum tenentem gladium evaginatam, *ibid.*, 1018. — Dies iudicii est æstas, Hildebertus, CLXXI, 836. — Quare dies iudicii dies iræ dicatur potius quam misericordiæ, Hugo de S. Victore, CLXXV, 447, 503. — Quomodo apostolus tempus adventus Domini vocet diem? *ibid.*, 590. — Dies iudicii dies iræ et dies revelationis iusti iudicii, Hervæus, CLXXXI, 620. — Dies iudicii dies Domini dicitur et cur? *ibid.*, 842. — Dies iudicii dies tribulationis, *ibid.*, 843. — Dies Domini dies iudicii, Petrus Lombardus, CXCI, 1558. — Judicium dicitur tempestas, *ibid.*, 476. — Iudicii tempus dies iræ dicitur, *ibid.*, 1344. — Venti nomine concussio extremi iudicii designata, Garnerius, CXCIII, 55. — Iudicii divini terror per ventum turbinis expressus, *ibid.*, 60. — Iudicii divini excitatio per fulgur designata, *ibid.* — Fulminum nomine tremendæ iudicii sententiæ exprimitur, *ibid.*, 62. — Iudicii extremi animadversio, nix, *ibid.*, 63. — Ventura ira, animadversio extremæ ultionis, *ibid.*, 129. — Fluvii nomine, ignis extremi iudicii designatur, *ibid.*, 291. — Torrentis nomine, ignis extremi iudicii designatur, *ibid.*, 297. — Gladii nomine futuri iudicii sententia designatur, *ibid.*, 323. — Arcus nomine dies iudicii expressus, *ibid.*, 324. — Mane nomine adventus Christi designatur, *ibid.*, 368. — Iudicii extremi dies, æstas, *ibid.*, 388. — Octonario numero dies æterni iudicii designatur, *ibid.*, 450. — Cur dies iudicii dicatur octavus, Gerhobus, *id.*, 707. — Furoris nomine supremi iudicis commotio intelligitur, *ibid.*, 716. — Dies iudicii dies iræ et revelationis, *id.*, CXCIV, 259. — Quid significat nomen iudicii, Eckbertus, CXCIV, 61. — Dies iudicii dicitur dies Domini, *ibid.*, 65. — Dies iudicii dies Domini dicitur, Ælredus, *id.*, 593. — Iris significans iudicium et cur, Richardus de S. Victore, CXCVI, 747. — Quæ sit causa cur Christus adventum suum fulguri potius quam radio solis comparavit, *ibid.*, 1186. Iudicium per arcum figuratur, Alanus de Insulis, CCX, 205.

III. — *Errores de ultimo iudicio.*

Dositheus, Judæus genere, non futurum iudicium de lege atque prophetis expectans, S. Philastrius, XII, 1118. — Samaritani iudicium futurum non expectant, *ibid.*, 1120. — Marcion, genere Ponticus, Christum iudicem esse omnium negans, *ibid.*, 1162. — Proclianitæ Christum in carne venisse negantes, resurrectionem et iudicium non credunt, *ibid.*, 1171. — Floriani sive Carpocratiani iudicium negant, *ibid.*, 1172. — Manichæi iudicium non sperant, *ibid.*, 1176. — Symmachiani illud etiam negant, *ibid.*, 1177. — Ariani negant Spiritum S. scire diem iudicii, S. Ambrosius, XVI, 690. — De his qui in novissimo iudicio propter intercessionem SS. neminem hominum putant esse damnandum, S. Augustinus, XLI, 732. — Hæresis Gnoitarum, Rabanus Maurus, CVII, 576. — Errores de loco iudicii, Joannes Scotus, CXXII, 996. — De Felicianæ hæresi, S. Paschasius Radbertus, CXX, 826.

IV. — *De tempore et loco iudicii.*

Adventus Christi cur in fine sæculorum? Arnobius, V, 932. — Quando fiet iudicium? Lactantius, VI, 1092. — De loco iudicii, S. Hieronymus, IX, 1056. — Quando erit gloriosus Christi adventus, *ibid.* — Dies novissimus cur nemini cognitus, *ibid.*, 1057. — Filius nescit diem iudicii

quia nulli revelat, *id.*, X, 357. — Super his verbis : *De die autem et hora nemo scit* explanatio, S. Ambrosius, XV, 1775. — Solvitur objectio petita ex his verbis : *De die*, etc., *id.*, XVI, 690, 768. — Quæ sit ratio cur momenta iudicii designare noluerit Christus? *ibid.*, 691. — Omnes hæreticorum quæstiones qui dicunt Christum nescire, diem iudicii breviter interemptæ, *ibid.*, 1046. — Dies iudicii non veniet usque dum impleatur omnis numerus electorum, *id.*, XVII, 456, 840. — Christus diem iudicii ignorare se dicit et cur? S. Hieronymus, XXV, 845. — Quare non expedit apostolis nosse diem iudicii. Refutantur Arius et Eunomius, *id.*, XXVI, 181. — Quæ sit causa cur Christus iudicii diem ignorare dicatur, *ibid.*, 181, 182. — De Salvatoris adventu tempora dinumerare non audeat S. Augustinus, S. Augustinus, XXXIII, 890. — Iudicii tempus, diem, horam nemo novit, *ibid.*, 899, 900, 901, 902, 905. — Finis sæculi non adveniet antequam prædicetur Evangelium in universo orbe, *ibid.*, 900. — Christi adventus quandonam sit futurus sciri non potest, *ibid.*, 907, 908. — Qui dicit Domini adventum citius futurum esse et qui dicit tardius esse futurum, uterque errat, *ibid.*, 924, 925. — Super his verbis : *De die autem*, etc., explanatio, *id.*, XXXVI, 90. — Adventus Domini ad iudicium, computatis annis ab Adam, post septem annorum millia futurus a nonnullis creditur. Hujus opinionis refutatio, *ibid.* — Cur Christus diem iudicii nescire dicatur? *id.*, XXXVI, 355 et XL, 48. — Cur Deus latere voluit illum diem? *ibid.*, 554. — Respondetur iis qui dicunt : Longe est iudicium, *id.*, XXXVIII, 128. — Iudicii dies occultus, *ibid.*, 271. — Discipulorum inquisitio de tempore futuri adventus Christi et responsum Christi, *ibid.*, 1219. — Qui dicunt illud quod scriptum est : *De die autem et hora nesciunt neque angeli neque Filius* juxta blasphemiam Arianorum et non propter dispensationem carnis assumptæ, verum esse, anathema sit, M. Mercator, XLVIII, 247. — Iudicii dies, etsi occultus, non dubitatur esse vicinus, S. Leo Magnus, LIV, 186. — Iudicii dies cur dilatus? *ibid.*, 252. — Iudicium non erit donec peragantur tempora multiplicandis Ecclesiæ filiis præstituta, *ibid.*, 598. — Væ illis qui dicunt Dei Filium diem et horam iudicii ignorare, Vigilus Tapsensis, LXII, 280, 281. — Ubi dicitur diem iudicii Filium scire non potuisse, *ibid.*, 380. — Qua ratione nescire dicatur Filius Dei diem et horam quam scit Pater? Eugypcius, LXII, 910. — Ratio quia dies iudicii differtur, S. Fulgentius Ruspensis episcop., LXV, 555. — Quando fiet iudicium? Aur. Cassiodorus, LXX, 59. — Super his verbis : *De die autem*, etc., explanatio, *ibid.*, 91, 92. — Filius hominis an ignoravit diem iudicii? S. Gregorius Turonensis, LXXI, 163. — De imminente iudicii die, S. Gregorius papa, LXXVI, 603. — Cur differt Deus diem iudicii, *ibid.*, 1114. — Dies Domini tanquam fur in nocte incautos opprimit, *ibid.*, 1120. — Super his verbis : *De die autem*, etc., explanatio, *id.*, LXXVII, 1097, 1098. — Dies Domini repente veniet, Alulfus, LXXIX, 4368. — De trina opinione fidelium quando veniet Dominus, Bæda Venerabilis, XL, 573. — Cur Christus diem iudicii nescire dicatur, *id.*, XCII, 104. — Cur dixerit Christus : *De die autem et hora nemo scit?* *id.*, XCIII, 511 et XCIV, 674. — Quod tempus et diem iudicii nullus hominum noverit, S. Julianus episcop. Toletanus, XCVI, 947. — Utrum specialis locus esse credatur ubi iudicium a Domino agetur, *ibid.*, 497. — Quomodo Filius ignorare diem iudicii dicatur cum iudicium ad ipsum spectet, S. Paulinus, XCIX, 444. — Quo sensu dicitur in Evangelio Filium nescire diem iudicii, Alcuinus, CI, 31. — Super his verbis : *De die autem et hora...* explanatio, *ibid.*, 196. — Quando veniet Christus ad iudicium, *ibid.*, 1298. — Diem iudicii latere voluit Deus, Amalarius, CV, 838. — De die iudicii loquens Christus non dicit : *Nescimus sed nescitis qua hora Dominus vester venturus sit*, Christianus Druthmarus, CVI, 1460, 1461. — De loco iudicii, *ibid.*, 1469. — Christus horam et diem iudicii scit certe, *ibid.* — Super his verbis : *De die autem et hora...* explicatio, Rabanus Maurus, CVII, 1077, 1080. — Statim ut judæicus populus in Redemptore crediderit, idem Redemptor noster ad iudicium apparebit, *id.*, CVIII, 25. — Quæ sit ratio cur ultimam horam semper ignorari voluerit Dominus? Walafridus Strabus, CXIV, 298. — Nulli tempus iudicii notum est, Haymo Halberstatensis, CXVI, 213. — Quomodo intelligenda sint hæc verba : *Judicium Domini veniet in valle Josaphat?* *id.*, CXVII, 772. — Super his verbis : *De die autem et hora...* explanatio, *ibid.*, 773. — Quando Christus ad iudicium veniet? *ibid.*, 781. — Post tribulationes Antichristi parvum tempus erit quousque veniat dies iudicii, S. Paschasius Radbertus, CXX, 816. — Multum tempus est ab ascensione Christi usque ad adventum ejus, quando venturus est ad iudicium, *ibid.*, 852.

— Percusso Antichristo non continuo dies iudicii secutus esse credendus est, Hincmarus, CXXV, 280. — Sicut ut Judaicus populus in Redemptorem crediderit, idem Redemptor ad iudicium apparebit, S. Petrus Damianus, CXLV, 1015. — Quo loco erit iudicium? Wernerus abbas, CLVII, 748. — Qua hora fiet iudicium, *ibid.*, 750. — De incertitudine temporis iudicii, S. Anselmus Cantuariensis, CLVIII, 603. — *De die autem et hora nemo scit*, Anselmus Scholasticus, CLXII, 1455. — Sicut dies diuini improvisus erit adventus Filii hominis, *ibid.* — Iudicium finale erit tempore quo homines ferventiore voluptate detinebuntur, Rupertus, CLXVII, 350. — Iudicium finale erit improvisum, *ibid.*, 625, 1216, 1510. — Iudicium finale fiet in valle Josaphat, et quare? *id.*, CLXVIII, 243. — In valle Josaphat erit iudicium, Honorius Augustodunensis, CLXXII, 778. — Adventus Christi ultimus quando erit? Hugo de S. Victore, CLXXVI, 597. — Iudicii diem Christus ignoravit scientia experimentalis, S. Bernardus, CLXXXII, 947. — Iudicii diem angeli prorsus ignorant, *ibid.*, 1043. — De loco iudicii, Robertus Pullus, CLXXXVI, 1001. — Quare non expedit apostolis nosse diem iudicii? Odo, CLXXXVIII, 1655. — Iudicium quando futurum, Petrus Lombardus, CXCI, 105. — Diem iudicii quo sensu nescit Filius? *ibid.* — De tempore iudicii, *id.*, CXCII, 516. — De loco iudicii, *ibid.*, 956. — De loco iudicii, Magister Bandinus, CXCII, 1111. — Cur Filius dicit se nescire qua hora sit venturus, Gerhohus, CXCIII, 753. — Quæ sit causa dilationis iudicii? Aelredus abbas, CXCIV, 416. — Solus Pater novit diem iudicii, Petrus Comestor, CXCVIII, 1611. — De loco iudicii, S. Martinus Legionensis, CCVIII, 58. — Iudicii diem ignorant sancti, Alanus de Insulis, CCX, 574.

V. — De circumstantiis iudicium præcedentibus.

De temporibus postremis, Lactantius, VI, 769. — De mundi vastatione, *ibid.*, 784. — Adventum Christi novissimum qui præventuri sunt, S. Hilarius, IX, 1032. — Adventum Christi iudicium, *ibid.*, 1053. — Enoch et Elias ultimo tempore futuri sunt apostoli, S. Ambrosius, XVII, 204. — De signo adventus Domini, Ticonius Afer, XVIII, 18. — De adventu Eliæ ante iudicium, Aquilinus Juvencus, XIX, 244. — De circumstantiis quæ iudicium præcedent, *ibid.*, 491. — Iudicium Domino lugubre mundus immugiet, S. Hieronymus, XXII, 354. — De abominatione desolationis, *ibid.*, 1014, 1015. — Signum Domini adventus, *id.*, XXVI, 177. — De abominatione desolationis, *ibid.* — Ex signis possumus extremum mundi tempus conicere, S. Augustinus, XXXIII, 905, 909. — De abominatione desolationis, *ibid.*, 913. — Mala quæ extremum Domini adventum præcessura sunt bonis et malis non erunt communia, *ibid.*, 918, 919. — De signis iudicii, *id.*, XXXV, 1327. — Persecutio per Antichristum ventura, violenta et fraudulenta erit, *id.*, XXXVI, 128. — Antichristus totam nequitiam et impietatem quam omnes pseudoprophetae inchoaverunt, impleturus est, *ibid.*, 127. — De adventu Eliæ ante iudicium, *id.*, XLI, 705. — De adventu Eliæ ante iudicium, D. Eugyppius, LXII, 783. — Quantum pavor iniquorum iudicio Dei appropinquante, S. Gregorius papa, LXXV, 783. — Antichristi sæva persecutio, *ibid.*, 1053 et LXXVI, 649, 656. — Extremi iudicii signa prævia, *id.*, LXXVI, 210, 1078. — Cum cæperit impleri quod dictum est: *Sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum*, etc., quæ mens erit hominis æterni iudicis sententiam non formidantis, *ibid.*, 802. — Elias adventum Christi iudicis præveniet, *ibid.*, 1100. — Ultima tribulatio multis tribulationibus prævenietur, *ibid.*, 1259. — De tuba novissima, *id.*, LXXIX, 674. — De adventu Eliæ, *ibid.*, 1189. — De tribulatione magna quæ præcedet iudicium, *ibid.*, 1195. — Si gravis fuit persecutio in initio fidei quanto magis in fine, S. Columbanus, LXXX, 282. — De temporibus Antichristi, Taus Cæsaraugustanus, *id.*, 978. — De temporibus Antichristi, Beda Venerabilis, *id.*, 573. — De persecutione magna et de signis quæ præcedent iudicium, *ibid.*, 1185. — In fine sæculi tanta erit tribulatio ut in errorem inducentur, si fieri potest, etiam electi, *id.*, XCI, 58. — Sidera in die iudicii videbuntur obscurari non diminutione suæ lucis accedente, sed superveniente veræ lucis claritate, *id.*, XCII, 104. — De rebus quæ iudicium antevenerint, *ibid.*, 588, 589. — De novissima tuba, *id.*, XCIV, 139. — Iudicii signum, Paulus diaconus, XCV, 1474. — De terrore visionis diaboli, cum sublatus fuerit ut ad iudicium adducatur, S. Julianus, XCVI, 500. — De rebus quæ iudicium prævenient, Heterius et S. Beatus presbyter, XCVI, 977. — Judæi, Elia et Enoch prædicantibus, ante pedes Christi adoraturi venient, Aleuius, C, 1112. — De septimo angelo tuba cecidente, *ibid.*,

 Monachos (de insidiis Satanæ adversus), S. Anselmus, CLVIII, 1160.
 Monachos regula (ad), S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1097.
 Monachos regula (ad), S. Aurelianus, LXVIII, 585.
 Monachos regula (ad), Anonym., LXXXVIII, 945.
 Monachos regulæ variæ (ad), S. Benedictus, LXVI, 949.
 Monachos variæ instructiones (ad), S. Columbanus, LXXX, 229.
 Monasticus ordo, S. Benedictus, LXVI, 215.
 Moralium S. Gregorii in Job epitome, S. Odo, CXXXIII, 105.
 Moribus Ecclesiæ catholicæ (liber de), S. Augustinus, XXXII, 1309.
 Moribus (libellus de), S. Martinus Dumens., LXXII, 29.
 Morum institutione et ordine vitæ (de), S. Bernardus, CLXXXIV, 559.
 Mortalitate (liber de), S. Cyprianus, IV, 481.
 Mortis bono (liber de), S. Ambrosius, XIV, 559.
 Mortis meditatione (libri duo de), Rupertus, CLXX, 357.
 Mortis profectu (libri de), Reinerus, C, CIV, 181.
 Mundi contemptu (carmen de), S. Anselmus, CLVIII, 687.
 Mundi contemptu (libellus de), Henricus, CXC, 979.
 Mundi contemptu (liber de), S. Eucherius, L, 711.
 Mundi gloria fluxa et sæculi despectione (de), Petrus Dam., CXLV, 807.
 Mundi vanitate (libri quatuor de), Hugo de S. Vict., CLXXVI, 705.
 Munere pastoralis (de), Petrus Damian., CXLIV, 525.
 Noë arca moralis et mystica (de), Abælardus, CLXXVI, 618.
 Norma vivendi, S. Isidorus, LXXVIII, 1247.
 Novissimorum meditatione (de), Richardus a S. Vict., CXC, 201.
 Novitiorum institutione (de), Hugo de S. Vict., CLXXVI, 925.
 Obedientia monachorum (de), S. Anselmus, CLVIII, 1155.
 Obedientia (sententiæ de), Novatus, XVII, 67.
 Officiis divinis (libellus de), Beda Vener., XCIV, 551.
 Officiis divinis (liber de), Drago, CLXVI, 1557.
 Officiis divinis (libri duodecim de), Rupertus, CLXX, 15.
 Officiis episcoporum (de), Hincmarus, CXXV, 1087.
 Officiis ministrorum (libri tres de), S. Ambrosius, XVI, 25.
 Officio concionatoris (de), Petrus Damian., CXLIV, 461.
 Officio pastoralis (de), *ibid.*, 253.
 Operibus Spiritus sancti (de), Rupertus, CLXVIII, 1571.
 Opprobriis ferendis (de), S. Hieronymus, XXX, epist. 41, col. 282.
 Orandi modo (liber de), Hugo de S. Vict., CLXXVI, 977.

Orando Deo pro peccatis (de), S. Cyprianus, IV, epist. 7, col. 210.
 Orandum quomodo sit Deus, S. Augustinus, XXXIII, epist. 130, col. 493.
 Oratione ad Deum (de), et compunctione cordis, S. Fulgentius, LXV, 539.
 Oratione (liber de), Tertullianus, I, 1145.
 Oratione Dominica (liber de), Hugo Ambian., CXCII, 1325.
 Orationem Dominicam (commentarius in), Theodoricus, CXLVII, 333.
 Orationes, S. Anselmus, CLVIII, 855.
 Orationes meditativæ, Guillelmus abbas, CLXXX 206.
 Orationis Dominicæ explanatio, Anonym., CCXIII, 719.
 Orationis Dominicæ expositio, Abælardus, CLXXVIII, 611.
 Ordine (libri duo de), S. Augustinus, XXXII, 977.
 Ordine canonicorum regularium (epist. apologetica de), Anselmus, CLXXXVIII, 1117.
 Ordine canonicorum regularium (liber de), *ibid.*, 1091.
 Ordine, habitu, professione canonicorum (liber de), Adamus Scotus, CXCVIII, 439.
 Ordinibus Ecclesiæ (liber de septem), S. Hieronymus, XX, 148.
 Ordinis Cisterciensis usus antiquiores, S. Stephanus abbas, CLXVI, 1584.
 Ornato sponsæ, quo tota cœlestis reddatur (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 912.
 Pace et concordia (liber de), S. Anselmus, CLVIII, 105.
 Pacis bono (de), Rufinus, CL, 1593.
 Palmarium virginale, Reinerus, CCIV, 61.
 Panibus (liber de), Petrus Cellens., CII, 927.
 Paradisi scala, S. Augustinus, XL, 997.
 Passione Christi (de), et doloribus matris ejus, S. Bernardus, CLXXXII, 1133.
 Passione Domini (de), Rabanus, CXII, 1425.
 Passione Domini (tractatus de), S. Bernardus, CLXXXIV, 635.
 Passionem Domini (meditatio in), *ibid.*, 741.
 Passioem intuitu qua iter inter prospera et adversa illæsa permaneat anima, *id.*, CLXXXIII, 995.
 Passionis meditatione (de), Beda Vener., XCIV, 561.
 Patientia in insectatione improborum (de), Petrus Damian., CXLV, 791.
 Patientia (liber ad Demetrium, ubi de), S. Cyprianus, IV, 515.
 Patientia (liber de), S. Augustinus, XL, 612.
 Patientiæ bono (liber de), Tertullianus, I, 1249.
 Patientiæ bono (liber de), S. Cyprianus, IV, 621.
 Patrum vita (liber de), S. Gregorius Turonens., LXXI, 1049.
 Pauperum cura (de), S. Cyprianus, IV, 230, 231, 326.
 Peccatoris speculum, S. Augustinus, XL, 985.
 Peccatorum confessione (de), Alcuinus, CI, 670.
 Peccatorum remediis (de), Beda Vener., XCIV, 568.
 Peccatorum remissione (libri duo de), S. Fulgentius, LXV, 527.
 Persecutione (de fuga in), Tertullianus, II, 101.
 Philosophorum falsa sapientia (de), Lactantius, VI, 317.
 Pœnitentia (homilia de), S. Laurent. Novar., LXVI, 89.
 Pœnitentia (liber de), Tertullianus, I, 1223.
 Pœnitentia (liber de), Anonym., CCXIII, 865.
 Pœnitentia (libri duo de), S. Ambrosius, XVI, 465.
 Pœnitentia recta, et futura retributione (de), S. Fulgentius, LXV, 352.
 Pœnitentia vera (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 1044.
 Pœnitentia vera et falsa (de), S. Augustinus, XL, 1113.
 Pœnitentiæ speculum, Reinerus, CCIV, 51.
 Pœnitentiam (libellus exhortatorius ad), S. Pacianus, XIII, 1018.
 Pœnitentialis liber, Alanus, CCX, 281.
 Pontificum Romanorum vitæ brevitæ (de), Petrus Damian., CXLV, 471.
 Præcepto et dispensatione (de), S. Bernard., CLXXXII, 851.
 Presbytero ordinato (de), S. Cyprianus, IV, epist. 35, col. 326.
 Presbyteros (exhortatio ad), Eulichianus papa, V, 163.
 Profectu animæ triplici (liber de), S. Bernardus, CLXXXIII, 794.
 Profectu religioso (de), S. Anselmus, CLVIII, 1113.
 Prognosticon (libri tres), S. Julianus, XCVI, 435.
 Psalmodiæ bono (de), S. Nicetius, LXVIII, 371.
 Psalmorum usu (de), Alcuinus, CI, 465.
 Psalmos aliquot enarrationes mysticæ (in), Richardus a S. Vict., CXCVI, 265.

Psalmos pœnitentiales (expositio pia in), Alcuinus, C, 569.
 Psalmos pœnitentiales septem (expositio in), S. Gregorius Mag., LXXVII, 550.
 Puritate mentis perfecta (liber de), S. Bernardus, CLXXXIII, 794.
 Quirinum (liber tertius ad), ubi de vita christiana, S. Cyprianus, IV, 725.
 Regula ad monachos, S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1097.
 Regula ad monachos, S. Aurelianus., LXVIII, 385.
 Regula ad monachos, Anonymus, LXXXVIII, 943.
 Regula ad servos Dei, S. Augustinus, XXXII, 1377.
 Regula ad virgines, S. Aurelianus, LXVIII, 599.
 Regula ad virgines, S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1107.
 Regula ad virgines, S. Donatus, LXXXVII, 273.
 Regula canonicorum, S. Chrodegangus, LXXXIX, 1057.
 Regula canonicorum (de), Amalarius, CV, 816.
 Regula clericorum, Petrus de Honestis, CLXIII, 705.
 Regula cœnobialis, S. Columbanus, LXXX, 209.
 Regula commentata, S. Benedictus, LXVI, 215.
 Regula inclusarum, Altedus abbas, CXCIV, 701.
 Regula monachorum, S. Hieronymus, XXX, 519.
 Regula monachorum, Vigilus, L, 373.
 Regula monachorum, S. Fructuosus, LXXXVII, 1097.
 Regula monachorum, S. Hieronymus, XXX, 394.
 Regula S. Stephani, S. Stephanus de Mureto, CCIV, 1155.
 Regula Templariorum, Joannes Michaelensis, CLXVI, 857.
 Regulæ ad monachos variæ, S. Benedictus, LXVI, 919.
 Regulæ pastoralis liber, S. Gregor. Mag., LXXVII, 13.
 Regulæ S. Benedicti explanatio, S. Hildegardis abbas, CXCVII, 1053.
 Regulæ S. Benedicti (libri tres super quædam capita), Rupertus, CLXX, 477.
 Regulæ sanctimonialium, B. Robertus de Arbris, CLXII, 1079.
 Regulæ vivendi religiose, S. Augustinus, XXXIII, epist. 211, col. 958.
 Regulam B. Augustini (expositio in), Hugo de S. Viet., CLXXVI, 881.
 Regulam S. Benedicti (commentaria in), Smaragdus, CII, 691.
 Regularum concordia (de), S. Benedictus, CIII, 717.
 Remediis peccatorum (de), Beda Vener., XCIV, 568.
 Remissione peccatorum (libri duo de), S. Fulgentius, LXV, 527.
 Retributione futura et recta pœnitentia (de), *ibid.*, 352.
 Sabbatismo (de), Petrus Damianus, CXLIV, 260.
 Sacerdotali dignitate (liber de), S. Ambrosius, XVI, 567.
 Sacerdotes (exhortatio ad), Balduinus, CCIV, 529.
 Sacerdotii dignitate (de), Petrus Damian., CXLV, 491.
 Sacerdotis instructio, S. Bernardus, CLXXXIV, 771.
 Salutatione angelica (de), Balduinus, CCIV, 467.
 Sanctimonialia (sermo ad), S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1121.
 Sanctimonialium regulæ, B. Robertus de Arbrissello, CLXII, 1079.
 Sapientia falsa philosophorum (de), Lactantius, VI, 347.
 Satanae insidiis adversus monachos (de), S. Anselmus, CLVII, 1160.
 Sæcularium contemptu (de), S. Augustinus, XXXIII, 90, 103, 483, 989, 1054.
 Sæculi abusionibus duodecim (de), S. Cyprianus, IV, 869.
 Sæculi contemptu (opusculum de), Petrus Damian., CXLV, 251.
 Sæculi fuga (liber de), S. Ambrosius, XIV, 569.
 Sæculi fuga (liber de), Joannes monachus, CLII, 900.
 Sæculi odio (de), S. Anselmus, CLVIII, 1072.
 Scala claustrarium, S. Bernardus, CLXXXIV, 475.
 Scala Dei major, Honorius, CLXXII, 1229.
 Scala Dei minor, seu de gradibus charitatis, *ibid.*, 1239.
 Scala paradisi, S. Augustinus, XI, 937.
 Scintillarum liber, vel de virtutibus et vitiis, Defensor, LXXXVIII, 597.
 Scripturarum sacrarum studium (exhortatio ad), S. Hieronymus, XXII, epist. 53, 540.
 Scutum canonicorum, Arno, CXCIV, 1493.
 Secessu (de) necessario prælatis et superioribus ut idonei sint imposito muneri implendo, S. Augustinus, XXXIII, epist. 21, 88.
 Sententiarum liber, S. Isidorus, LXXXIII, 1131.
 Sententiarum liber, S. Bernardus, CLXXXIV, 1155.
 Sententiarum liber, S. Stephanus de Mureto, CCIV, 1155.

- Sententiarum libri quinque, Taio, LXXX, 727.
 Sententiarum libri tres, S. Bruno Astensis, CLXV, 875.
 Septem septenis (de), Joannes Saresberiensis, CXCIX, 915.
 Sermone in monte (libri de), S. Augustinus, XXXIV, 1229.
 Similitudinibus S. Anselmi (liber de), Eadmerus, CLIX, 605.
 Simplicitate scientiæ inflanti anteponenda (de sancta), Petrus Dam., CXLV, 695.
 Sobrietate et castitate (de), S. Augustinus, XI, 1105.
 Soliloquium de artha animæ, Hugo de S. Vict., CLXXVI, 951.
 Solitaria vita (de), Guillelmus abbas, CLXXX, 205.
 Solita iæ vitæ laude (de), S. Hieronymus, XXII, epist. 14, 347.
 Speculum, S. Augustinus, XL, 997.
 Speculum de Scriptura sacra, id., XXXIV, 887.
 Speculum monachorum, S. Bernardus, CLXXXIV, 1175.
 Speculum peccatoris, S. Augustinus, XL, 983.
 Speculum pœnitentiæ, Reinerus, CCIV, 51.
 Spiritus sancti operibus (de), Rupertus, CLXVIII, 1571.
 Sponsæ ornato, quo tota cœlestis reddatur (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 912.
 Sponsam Christi (exhortatio ad), Anonym., XVIII, 77.
 Stabilitate animæ (liber de), Anonym., CCXIII, 911.
 Statu virtutum (de), S. Bernardus, CLXXXIV, 791.
 Statuta pro ordine S. Benedicti, Lanfrancus, CL, 443.
 Studio virtutum (liber de), Adalgerus, CXXXIV, 917.
 Superbia (libellus de), S. Martinus Dumens., LXXII, 55.
 Superbiæ gradibus (de), S. Bernardus, CLXXXII, 941.
 Superbiam (contra), Petrus Dam., CXLIV, 485.
 Symboli apostolorum expositio, Abælardus, CLXXVIII, 629.
 Symboli Athanasii explanatio, S. Hildegardis abbat., CXCII, 1063.
 Symboli explanatio, Nicetas, LII, 865.
 Symboli expositio, Anonymus, CCXIII, 725.
 Symbolum Athanasii (expositio fidei in), Abælardus, CLXXVIII, 633.
 Tabernaculi Moysis explicatio mystica, Petrus Cellens., CCII, 1047.
 Tabernaculo tripartito (pars tertia de), Adamus Scotus, CXCVIII, 795.
 Templariorum regula, Joannes Michaelensis, CLXVI, 357.
 Tempore barbarico (de), S. Augustinus, XI, 700.
 Tentationum generibus quatuor evitandis (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 951.
 Timorem servilem non sufficere ad expiandum peccatum, S. August., XXXIII, 592.
 Tractatus ad fratres de Monte-Dei, S. Bernardus, CLXXXIV, 307.
 Tractatus asceticus, S. Anselmus, CLVIII, 1021.
 Tribulationis duodecim utilitatibus (liber de), Petrus Blesens., CCVII, 989.
 Unitate Ecclesiæ (liber de), S. Cyprianus, IV, 495.
 Urbis excidio (de), S. Augustinus, XI, 715.
 Usu psalmodum (de), Alcuinus, CI, 465.
 Usus antiquiores ordinis Cisterciensis, S. Stephanus abbas, CLXVI, 1384.
 Vanitate mundi (libri quatuor de), Hugo de S. Vict., CLXXVI, 703.
 Verbis septem Domini in cruce (tractatus de), Ernaldus, CLXXXIX, 1677.
 Vestitu vili ecclesiasticorum (de), Petrus Dam., CXLV, 517.
 Via regia, Smaragdus, CII, 955.
 Videndo Deo (de), Rabanus, CXII, 1261.
 Vigiliis servorum Dei (de), S. Nicetius, LXVIII, 565.
 Virginal palmarium, Reinerus, CCIV, 51.
 Virginis consecratæ (liber de lapsu), S. Ambrosius, XVI, 567.
 Virginis institutione (liber de), *ibid.*, 505.
 Virginem Deo dicatam (hortatoria ad), S. Cæsarius Arelat., XLVII, 1135.
 Virginem devotam (liber ad), S. Ambrosius, XVI, 555.
 Virgines expositio in Psalmum XLIV (ad), S. Paschasius Radbertus, CXX, 995.
 Virgines (regula ad), S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1107.
 Virgines (regula ad), S. Aurelianus, LXVIII, 399.
 Virgines (regula ad), S. Donatus, LXXVII, 273.
 Virginum habitu (liber de), S. Cyprianus, IV, 141.
 Virginum institutione (liber de), S. Leander, LXXII, 875.
 Virginum laudibus (poema de), S. Adhelmus, LXXXIX, 237.
 Virginitatis custodia (de), S. Hieronymus, XXII, epist., 22, 594.
 Virginitatis exhortatione (liber de), S. Ambrosius, XVI, 535.
 Virginitatis laudibus (tractatus de), S. Adhelmus, LXXXIX, 105.
 Virginitatis laus, S. Hieronymus, XXX, epist. 15, 165.
 Virginitate (de), Sulpicius Severus, XX, 227.
 Virginitate et Humilitate (de), S. Fulgentius, LXV, 521.
 Virginitate et martyrio (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 1008.
 Virginitate opusculum (de), Guibertus, CLVI, 579.
 Virginitate sancta (de), S. Augustinus, XI, 595.
 Virginitate servanda (de), S. Hieronymus, XVII, epist. 150, 1105.
 Virtutibus (de), inter quas, velut inter lilia, sponsus pascitur, S. Bernardus, CLXXXIII, 1116.
 Virtutibus et vitiis (liber de), Alcuinus, CI, 615.
 Virtutibus et vitiis (de), Rabanus, CXII, 1535.
 Virtutibus quatuor cardinalibus (de), S. Bernardus, CLXXXIII, 878.
 Virtutum statu (de), CLXXXIV, 791.
 Virtutum studio (liber de), Adalgerus, CXXXIV, 917.
 Vita activa quod sit via ad contemplativam, S. Bernardus, CLXXXIII, 1004.
 Vita Christiana (de), S. Augustinus, LX, 1051.
 Vita Christiana (liber de), Fastidius, L, 583.
 Vita Christiana in quo consistat, S. Augustinus, XXXIII, epist. 189, 854.
 Vita claustrali (de), Honorius, CLXXII, 1247.
 Vita cœnobitica vel communi (de), Balduinus, CCIV, 545.
 Vita contemplativa (de), S. Julianus Pomerius, LIX, 415.
 Vita eremitica (de), Petrus Damianus, CXLIV, 571.
 Vita eremitica (de), id., CXLV, 749.
 Vita eremitica (liber de), S. Augustinus, XXXII, 1451.
 Vita humili (de), S. Ambrosius, XVI, epist. 58, col. 1178.
 Vita Patrum (liber de), S. Gregorius Turon., LXXI, 1009.
 Vita præsens quomodo degenda, ut pervenitur ad æternam, S. Augustinus, XXXIII, epist. 95, col. 551.
 Vita solitaria (de), Guillelmus abbas, CLXXX, 205.
 Vitæ brevitate pontificum Romanorum (de), Petrus Damianus, CXLV, 471.
 Vitæ christianæ divitiæ quæ sint, S. Ambrosius, XVI, epist. 38, col. 1095.
 Vitæ honestæ formula, S. Martinus Dumens., LXXII, 21.
 Vitæ ordine et morum institutione (de), S. Bernardus, CLXXXIV, 559.
 Vitæ solitariæ laude (de), S. Hieronymus, XXII, epist. 14, col. 347.
 Vitam inter contemplativam et activam differentiarum sententiæ, S. Isidorus, LXXXIII, 1243.
 Vivendi (de modo bene), S. Bernardus, CLXXXIV, 1200.
 Vivendi norma, S. Isidorus, LXXXIII, 1247.
 Vivendi religiose regulæ, S. Augustinus, XXXII, epist. 211, col. 938.
 Vitiis et virtutum conflictu (liber de), S. Isidorus, LXXXIII, 1151.
 Vitiis et virtutum conflictu (de), S. Leo IX, CXLIII, 559.
 Vitiis cavendis et virtutibus exercendis (de), Hincmar., CXXV, 857.
 Vitiis et virtutibus (libri quinque de), Halitgarius, CV, 651.
 Vitiis octo (de), S. Eutropius, LXXX, 9.
 Vitiis octo principalibus (poema de), S. Adhelmus, LXXXIX, 281.
 Vitis mystica, sive tractatus de passione Domini, S. Bernardus, CLXXXIV, 655.
 Vocatione, statu, virtutibus religiosi (de), S. Bernardus, CLXXXII, in epistolis asceticis et aliis; vide indicem præcedentem ad S. Bernardum.
 Zelo et livore (liber de), S. Cyprianus, IV, 637.

CXLIII.

INDEX DE CONSCIENTIA,

VARIAS REFERENS SS. PATRUM SENTENTIAS DE HOC RATIONIS DICTAMINE,

QUO COMMUNITER STATUITUR INTERNA MORALIUM ACTIONUM REGULA, ETC.

TERTULLIANUS. — Vultis ut Deum ex animæ ipsius testimonio comprobemus? quæ, licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus ac concupiscentiis evigorata, licet falsis diis excancellata, cum tamen respicit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, et sanitatem suam patitur. *Deum nominat*, hoc solo nomine, quia proprio *Dei veri. Deus magnus! Deus bonus!* et quod, *Deus dederit*; omnium vox est, I, 376, 377. — Judicem quoque contestatur illum: *Deus videt* et *Deo commendo* et *Deus mihi reddet*. O testimonium animæ naturaliter christianæ! Denique pronuntians hæc, non ad Capitolium, sed ad cælum respicit, *ibid.* — Corpus sumus de conscientia religionis, et disciplinæ divinitate et spei fœdere, *ibid.*, 468. — Consiste in medio, anima seu divina, seu humana, unde et quomodo facis animal rationale, sensus et scientiæ capacissimum, *ibid.*, 610. — Te compello simplicem et idiotam, ea expositulo quæ in hominem infero, quæ aut extemetipsa, aut ex quocunque auctore tuo didicisti, *ibid.* — Solum enim Deum confirmas, cum tantum Deum nominas. De natura quoque Dei quam prædicamus, nec te latet: *Deus bonus est; Deus benefacit*, tua vox est. *Benedicat te Deus!* tam facile pronuntias quam Christiano necesse est, *ibid.*, 612. — Hæc testimonia animæ, quanto vera, tanto simplicia; quanto simplicia, tanto vulgaria, quanto vulgaria, tanto communia; quanto communia, tanto naturalia; quanto naturalia, tanto divina, *ibid.*, 615. — Quod, cum ita sit, non multum refert, an a Deo formata sit animæ conscientia, an litteris Dei, *ibid.*, 617. — Testimonio animæ naturaliter christianæ comprobatur unum esse Deum; ubi enim respicit aut redit ad seipsam, non *deos*, sed *unum Deum* conclamat, unumque judicem contestatur, *ibid.*, 376, 377. — Debemus quidem, ita sancte, et tota fidei substantia incedere, ut confessi et securi simus de conscientia nostra, optante perseverare id in nobis, non tamen præsumentes, *ibid.*, 1317. — Omnis animæ immortalis; utar et conscientia populi contestantis Deum deorum; utar et reliquis communibus sensibus qui Deum judicem prædicant: *Deus videt; et Deo commendo*, *ibid.*

ARNOBIUS. — Nam cum hominum vis tanta, magisteriis ejus acceperimus ac legibus, malum pro malo rependi non oportere, injuriam perpeti quam irrogare esse præstantius, suum potius sanguinem fundere quam alieno pollueri e manus et conscientiam cruore; habet a Christo beneficium jamdudum orbis ingratus per quem feritatis mollita est rabies atque hostiles manus cohibere a sanguine cognati animantis cepit, V, 750. — Deum esse omnes naturaliter scimus, sive cum exclamamus, *o Deus*, sive, cum illum testem constituimus improborum, et quasi nos cernat, faciem sublevamus ad cælum, *ibid.*, 815. — Innata cunctis hominibus Dei unius idea et agnitione ac intima omnium conscientia. Singulorum enim animis a Deo insita est ea notio, ut facile agnoscant se a Deo vero accepisse, non solum quod sint homines, sed quod ab illo omnia creata sint, ejusque providentia regantur, lib. II, 43.

LACTANTIUS. — Distulerat Deus pœnas tyrannorum, ut ederet in eos magna et mirabilia exempla quibus posterius discerent et Deum esse unum et eundem vindicem, digna videlicet supplicia impiis et persecutoribus irrogaret, VII, 192. — Conscientia boni operis est animarum lux, XI, 795. — Conscientiæ rectæ coram testibus securitas, conscientiæ pravæ trepidatio, *ibid.*, 287.

S. ILLARIUS, Pictav. episc. — Interioris conscientiæ nitor est obtinendus ut ea quæ forinsecus sunt eluantur, IX, 795. — Sepulcris quoque eos comparavit quæ numano opere cultuque splendentia, mortuorum ossibus et cadaverum immunditiis sordescunt; præferant scilicet inanibus verbis justitiæ speciositatem, habeant

vero intra se conscientiæ suæ mentisque nitorem, *ibid.*, 1050. — Non timet Propheta vitæ suæ testes, et conscientiæ spectantium se ac contuentium grata est ex minatio; trepidat enim ad omnem intercessionem potestatis conscientiæ metus; cæterum ubi constans innocentis vitæ fiducia est, plurimum testium interventio jucunda est, *ibid.*, 515.

S. AMBROSIUS. — Conscientia boni facti merces piæ menti XIV, 476. — Nulla melior est voluptas quam mundatæ conscientiæ gratia, XIV, 497. — Propositum piæ mentis mercedem non expetit, sed pro mercede habet benefacti conscientiam et justii operis effectum, 1127. — Bona conscientia quæ, cum examinatur, probatur, XIV, 1235. — Arbitrum justitiæ, remuneratoremque meritorum innocens non metuit conscientia, XV, 1211. — Conscientia uniuscujusque apud Deum se prodit et cogitatio hominis apud eam se aut condemnat, aut purgat, XIV, 1127. — Non possunt aliena verba crimen affigere quod propria non recipit conscientia, *ibid.*, 1045. — Ipsa obmutescit facundia, si ægra sit conscientia, conscientia testis sibi locuples abundat, XVI, 881, XV, 1277. — Ne timeas verborum sonum, si munda est conscientia tua, XVI, 361. — Apud sapientem non tam pudenda publicatio flagitii est quam conscientia, *ibid.*, 153. — Quæ pœna gravior quam interioris vulnus conscientiæ, quod severius judicium quam domesticum, quo unusquisque sibi reus est, seque arguit ipse quod injuriam fratri indigne fecerit? Nonne hoc magis fugiendum quam mors, quam exsilium, quam debilitatis dolor? Quis enim vitium corporis, aut patrimonii damnum non levius ducat vitio animi et existimationis dispendio? *ibid.*, 152. — Nihil sapiens nisi quod cum sinceritate, sine fraude sit; nec quidquam faciet in quo se crimine quoquam obliget, etiam si latere possit; sibi enim reus est prius quam cæteris, *ibid.*, 154, 155. — Etiam si latere posset, non delinquet sapiens, non minus fugiet peccatorum contagium quam si non posset latere; non latebra sapienti spes impunitatis, sed innocentia est quia justus legem habet mentis suæ et æquitatis ac justitiæ suæ normam; ideoque non terrore pœnæ revocatur a culpa, sed honestatis regula, *ibid.*, 154, 155. — Gravis conscientiæ culpa est, ut sine iudice se puniat et velare se capiat et tamen apud Deum nuda sit, XVI, 522. — Conscientia reum suum semper tacita sine contradictione convincit et judicat, XVII, 710. — Cum non habeat loquendum, nescit tamen tenere silentium, XVII, 975. — Male sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat, XVII, 501. — Conscientiæ vermis, *ibid.*, 546. — Potest conscius morte subduci, conscientia sceleris tui semper tecum est, et sine te non est, hæret pectori, nec unquam te deserit, tenet te reum et in sua ditione semper captivum. Si quando mentem tuam lætior secundarum rerum flatus avocaverit, subito illa te stimulat, illa medullitus pulsat et interrumpit. Potest tibi conscius auro corrumpi, potest pecunia comparari, conscientia nihil corruptionis admittit, manet integrum ejus testimonium, tota fidei firmitate vallatum, XVII, 977.

S. HIERONYMUS. — Peccatores propria torqueantur conscientia, uranturque igne quem sibi succenderunt, XXIV, 210. — Felix conscientia quæ pro Deo sustinet opprobrium! *ibid.*, 772. — Felix conscientia quæ afflictionis tempore, bonorum operum recordatur! *ibid.*, 590. — Si quis passione superatus fuerit, dolebit super vulnere suo et conscientiæ tormenta patietur quia liberam frontem et puritatem immaculatæ mentis suæ amiserit, XXVI, 506. — Bona conscientia nullius oculos fugit, XXI, 789. — Verum conscientiæ judicium formidemus, *ibid.*, 611. — Bona conscientia vetat circa se sævire tormenta, *ibid.*.

S. AUGUSTINUS. — Conscientia est tanquam ara in

qua immolatur Deo, XXXVI, 578. — Qui erubescit conscientiae suae ponit modum iniquitati, XXXVIII, 1457. — Conscientia erronea obligat, XXXII, 1360. — Si quis bonum putaverit quod malum est et fecerit, hoc putando utique peccat, XXVIII, 186. — Conscientia neuter interioris hominis, XXXV, 1615. — Conscientia piorum, sedes Dei, XXXVI, 520. — Conscientia impiorum, quomodo magna est poena; sic, magnum gaudium est piorum conscientia, *ibid.* 625. — Quomodo conscientia mala tota in desperatione est, ita conscientia bona, tota in spe conquiescit, *ibid.* 261. — Refugium in tribulatione sana conscientia, ubi homo inveniet Deum, *ibid.* 515. — Conscientiae in eremo habitatio et quies XXXVIII, 511. — Conscientia, desertum ubi invenitur requies et consolatio, XXXVI, 655. — Conscientia bona aliquando non sufficit, XXXVII, 475, 480. — Quando sufficit, XXXVIII, 502. — Conscientia bona non sufficit si est negligens coram hominibus conversatio, *ibid.*, 501. — Conscientia mala, fovea quo cadit impius, XXXVI, 670. — Conscientia mala non fugit seipsam XXXV, 1694. — Conscientiae discussio, XXXVIII, 110. — Conscientiae abyssus nuda oculis Dei, XXXII, 779. — Conscientia cito mundanda XXXVIII, 500. — Quomodo, *ibid.*, 512. — Conscientia malorum non sanat nisi indulgentia, *ibid.*, 516. — Conscientiae bonae latitiae, paradus est, XXXIV, 482. — Conscientiae testimonio virtus melior contenta est, XII, 156. — Conscientiae bonae accedere debet cura de fama, XXXIX, 1508 1508. — Ad existimationem hominum, magna hominum copia necessaria est, ad Dei vero conspectum sola conscientia requiritur, XLIII, 545. — Non major tribulatio quam conscientia delictorum, XXXVI, 515. — Horrendissimos carceres, dirissimaque carnicum tormenta et inferos ipsos vincit sceleratorum conscientia, XXXIII, 651. — Quidquid vis, potes fugere, o homo, praeter conscientiam tuam, XXXVI, 254. — Conscientia mala cum uxore mala et incommodo malo comparatur, *ibid.* 512, 544, 515; XXXVII, 1286.

CASSIANUS. — Conscientia, mille testes, iudex et vindex criminum est, XXXIX, 856.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Nullum est supplicium damnati ubi nullius rei; conscientia sola rea est, LII, 566.

S. LEO MAGNUS PAPA. — Circumspiciat se omnis anima christiana et severo examine conscientiae suae interiora discutiat, videat ne quid ibi discordiae inhæserit, ne quid cupiditatis insederit. Castitas in continentiam procul pellat, tenebras simulationis procul lux abigat veritatis. Detumescat superbia, respiscat iracundia, comminuantur jacula noxarum et obrectatio linguae frenetur; cessent vindictae et oblivioni mandentur injuriae, LIV, 265. — Scrutetur quisque conscientiam suam videatque si in secreto cordis sui, illam quam Christus dat inveniat pacem, si humilia non spernat, si iniquo non delectetur lucro, et aliena felicitate non uratur, *ibid.* 273, 285. — Discutiant ergo se mentes et intimos sui cordis affectus vera existimatione dijudicent, ac si repositum aliquid in conscientis suis de fructibus charitatis invenerint, Deum sibi inesse non dubitent, et ut magis ac magis tanti hospitis sint capaces, fiant perseverantis misericordiae operibus ampliores. Si enim dilectio, Deus est, nullum habere debet terminum charitas, quia nullo potest claudi fine divinitas, LIV, 519.

BOETIUS. — Quoties conscientiae libertatem adhibui pro tuendo jure, sprete potentium offensione? LIII, 517. — Quid adjicerent sapientis conscientiae laudes, qui bonum suum, non populari rumore, sed conscientiae veritate metitur? *ibid.*, 745. — Hic fedatam probris conscientiam spectans, et se cum fortuna sua comparans, forsitan pertimescit, ne ejus ei jucundus usus est, sit tristis amissio, *ibid.*, 819.

CASSIODORUS. — Bona et munda conscientia sola est aula regalis et habitatio Spiritus sancti, LXX, 129. — Gravior est enim bonae conscientiae metus errare, post veniam, ut qui debet gratiam, iterum incurrat offensam, *ibid.* 279.

S. GREGORIUS MAGNUS. Qui male agit, sibi conscientiam carcerem facit, LV, 958. Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semetipsos certe fugere non possunt; quia enim malum quod faciunt, noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem suam, LVI, 427. — Certe sibi ipsi in conscientia testes sunt, quia inexcusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus condidit hominem, in manu omnium signat, ut noverint singuli opera sua, LVI, 427. — In omni enim quod de nobis dicitur, semper taciti recurrere ad mentem debemus, interiorum testem et iudicem quaerere. Quid enim prodest, si omnes nobis derogent et conscientia sola nos defendat? *ibid.*, 876.

S. ISIDORUS Hispalensis. — Nemo potest seipsum effugere, et si te non damnat publica fama, condemnat propria conscientia; vis autem esse non tristis, bene vive. Secura mens tristitiam leniter sustinet, bona vita gaudium semper habet; conscientia, autem, rei semper in poena est, propriis agitatur stimulis, LXXIII, 859. — Conscientia bona non est quae est malorum permista, CXXX, 962.

S. PETRUS DAMIAN. — Conscientia sibi secura gaudium firmissimum habet, CXLV, 148.

GUIBERTUS abb. — Mens male conscia propriis semper agitatur stimulis. — Bona autem conscientia, quid suavius, quid in praesenti praemium felicius, CLVI, 605.

VEN. HUDEBERTUS. — Conscientiae bonae testimonium, intissimum in adversis solatium, CLXXI, 191. — Conscientia bona nihil felicius, nihil jucundius, *ibid.*, 503, 504. — Conscientia, bonis lectus mollis, durus autem malis, CLXXI, 616.

HUGO A SANCTO VICTORE. — Conscientia et fama; conscientia oleum in vase; fama, oleum in lampade. Propter conscientiam ingredimur, propter famam egredimur; conscientia irriguum superius, fama irriguum inferius. Ad conscientiam meditatio, ad famam praedicatio; ad conscientiam silentium, ad famam verbum; per silentium seminas agrum tuum, per verbum seminas agrum proximi tui, LXXVII, 524. — Sit animae beatae cuncta conscientiae suae puritas; sit cervical aut capitale, tranquillitas, cooperitorium, securitas, et in hoc strato feliciter dormiat et feliciter requiescat, *ibid.*, 747. — Propterea Deus conscientias hominum in praesenti vita noluit esse manifestas ad invicem, ne videntes, ad malum provocarentur, et habentes, confunderentur. Tanta etenim mala quae in cordibus hominum versantur, si paterent, et videntibus mutuo essent incitamentum ad culpam, et habentibus testimonium ad ignominiam. Propter hoc velata sunt occulta cordium, ut in futuro iudicio locus esset, LXXVII, 506.

S. BERNARDUS Claravallensis abbas. — Tractatus de conscientia aedificanda, CLXXXIV, 507. — Conscientia prius mundanda est; quis autem eam mundabit? Deus et homo; homo per cogitationes et affectiones, Deus vero, per misericordiam et gratiam, CLXXXIV, 507. — Felix conscientia in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax osculae sunt, *ibid.* — Conscientia domus septem columnis aedificanda; prima, bona voluntas; 2. Memoria beneficiorum Dei; 3. cor mundum; 4. liber animus; 5. rectus spiritus; 6. mens devota; 7. ratio illuminata, CLXXXIV, 511 *et seqq.* — Pura conscientia laetificat animam et exhibet se Deo gratam et hominibus ac angelis reverendam et sibi metipsi placata et quietam existit, *ibid.*, 516. — Conscientia est cordis scientia; nihil est jucundius, nihil suavius, nihil tutius, nihil ditius bona conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus et illa erit secura, *ibid.* — Cum corpus morietur, secura erit bona conscientia secura, cum ad tribunal supremi iudicis statuetur. Non est certius testimonium futurae beatitudinis quam bona conscientia, *ibid.* — Conscientia alia bona et tranquilla, alia bona et turbata; alia mala et tranquilla, alia mala et turbata, *ibid.*, 554. (Consui potest tractatus *De conscientia* S. Bernardo attributus, *ibid.*, 551.)

ADAMUS SCOTUS canonicus. — Reprehensio cordis nostri duplex est, quia cum malo arguimur, non solum tribulatione temporali, sed, cum in malo perseveramus, aeterna nos damnatione iudicat dignos, CXCVIII, 786. — Similiter et cordis nostri consolatio gemina est, nam cum bonum ardentius diligimus et exercemus, non tantum in mentis cubili suaviter paisamus, sed ad aeternam supernae quietis securitatem nos venturos esse confidenter speramus, *ibid.*

PETRUS Cellensis. — Conscientia bona quidquid delectabilius est, quidquid pulchrius, quidquid utilius, quidquid jucundius, quidquid melius, quidquid salubrius potest dici vel cogitari; est futurae pignus beatitudinis conscientia bona, CCII, 1086. — Conscientia nihil aliud est quam cordis scientia. Quando autem quae intra se sunt novit cor, vocatur conscientia; quando vero, quae sunt extra se, scientia appellatur, *ibid.*, 1090. (Uti iter consuletur hujusce auctoris *De conscientia* liber, *ibid.*, 1084.)

THOMAS Cisterciensis. — Non quiescit qui sentit vermem pravae conscientiae a quo nemo nocens absolvitur, CCVI, 136. — Bona autem conscientia habet gloriam, non timet infamiam, exspectat coronam, *ibid.* — Quater aperitur conscientia nostra; 1. sacerdoti; 2. proximo; 3. Deo; 4. Deo et homini et angelo. 1. In confessione; 2. in attritione; 3. in gratiarum actione; 4. in iudicio, in reddenda ratione. Prima apertio pacificat; secunda,

ædificat; tertia, gratificat; quarta, examinat. CCVI, 507.
 ALANUS DE INSULIS. — Conscientia mendanda est ante sumptionem corporis Christi, CCX, 591, 592. — Quomodo conscientia examinanda est, *ibid.*, 171, 196. — Conscientiæ puritas perpetuum affert gaudium, *ibid.*, 16,

138, 139 — Conscientiæ testimonium efficax, *ibid.*, 515. — Conscientiæ erroneæ effectus, *ibid.* — Conscientiæ vitiatæ miseria, *ibid.* — Conscientia mala liber est diaboli, CCX, 158, 159.

SERIES DECIMA SEXTA.

Lex Dei principium est et actuum mensura, secundum quam inducimur ad bonum agendum et a malo reducimur; hinc, in hac decima sexta Serie, coadunamus quæcunque circa legem vel Decalogum et Ecclesiæ præcepta aguntur. Attamen ne Indices nostri majori crescerent numero, in eodem de Decalogo in genere et de unoquoque Decalogi præcepto singulatim disserimus aliud ab alio accurate seponentes, ut vitetur confusio et lector utilius adjuvetur. Circa Ecclesiæ præcepta eadem servatur methodus. Quædam tamen majoris momenti seorsum tractantur; hinc Indices de Dilectione inimicorum et injuriarum Condonatione; de Eleemosyna; de fraterna Correctione; de Festis; de Jejuniis et Abstinentia; de Mortificatione sensuum, cordis et mentis, quos subjicimus.

CXLIV.

INDEX DE DECALOGO,

LOGICÆ COLLIGENS QUIDQUID SCRIPSERE PATRES DE DECEM DEI MANDATIS,

ET DE ADIMPLENDA ILLORUM OBSERVANTIA,

DEINCEPS ORDINATIM UNIUSCUIUSQUE PRÆCEPTI EXPONENS VARIAS OBLIGATIONES.

MONITUM.

In isto de Decalogo indice omnia conglobatim hominis officia erga Deum, proximum et semetipsum, vel omnium actuum humanorum regulæ, in ordine Christiano continentur.

Illum duas in sectiones dividimus. In prima agemus de Decalogo generatim spectato, hoc est, prout explanat legem naturalem, de ipsius promulgatione, etc.; et in secunda de unoquoque præcepto, prout affirmativum et negativum est, seu de his quæ præcipit et prohibet, etc.

SECTIO PRIMA.

— *Decalogi præcepta, et illorum divisio.*

I. « Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt præcepta mea.

II. « Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra.

III. « Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est; non facies omne opus in eo, tu et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo; ideoque benedixit Dominus diei Sabbati, et sanctificavit eum.

IV. « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

V. « Non occides.

VI. « Non moechaberis.

VII. « Non furtum facies.

VIII. « Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

IX. « Non concupisces uxorem proximi tui.

X. « Non desiderabis domum proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. » (*Exod.*, XX, 2-17).

NOTA. Pars major Patrum talem numerandi præcepta modum sequitur juxta versionem, LXX Interpretum; sed sunt alii qui Hebraicæ et S. Hieronymi versionibus adherentes, duo inveniunt præcepta in supra memorato primo, et unicum in duobus ultimis..... Hæc differentia numerorum servata fuit cuilibet Patri; solummodo notatur quod Patres præfatum computandi præcepta modum sequuntur, quando non aliter indicatur; quod satis apparbit cum loco numerationis a nobis indicato aberrant alii alium modum sequentes.

II. — *De Decalogo in genere; de ipsius nomine, promulgationis convenientiâ, modo, deque ejus observantiæ commendatione in lege evangelica.*

ALANUS DE INSULIS. — Religionis Christianæ hostes asserunt a principe tenebrarum, id est a deo maligno legem Mosaicam esse datam; a principe vero lucis, id est a Deo benigno, legem evangelicam ut sicut duo principia rerum, ita ab eis duo sint tradita Testamenta. Quod autem dator Veteris Testamenti malignus fuit, multipliciter volunt asserere, verb. grat., malignus fuit qui colligentem ligna in Sabbato, sine omni misericordia lapidari præcepit. Item, quomodo bonus esse potuit, qui in multis homicidium exercuit? Item, quæ justitia fuit, quæ David homicidæ, perjuro, adultero, superbo pepercit, et Saul, quia regem Amaleuitarum ad vitam servaverat, reprobarit? Item, lex Mosaica, lex mortis, lex peccati dicitur; ergo mala fuit. Item, Apostolus ait: « Lex subintravit ut abundaret delictum, » et alibi quod « lex neminem ducit ad perfectionem. » Item, si lex Mosaica, quare deleta, etc., CCX, 537...

Ad supra objecta perapte respondetur, CCX, 537-540, et ad conclusionem mire adicitur: Quomodo negabitur lex esse bona, cum præcepta quæ in illa continentur sint bona et sancta, ut præcepta Decalogi: « Honora patrem tuum et matrem tuam; Non occides; Non mœchaberis; Non furtum facies, et similia ..., CCX, 541.

ATTO, Vercellens. episcop. — Bene Moyses legem Decalogi accipiens quater decies jejunavit, ut per hoc ostenderet in Decalogo nullam esse perfectionem, nisi sancti Evangelii gratia illustraretur... E hæc quoque hoc jejunium concessum est prophetæ, quia et Veteris existit Testamenti prædicator et testis, et Novi etiam adhuc reservatus occurret. Dominus autem noster Jesus Christus hoc etiam jejunium ideo celebrare dignatus est, quia sicut ipse ait, non venit solvere legem sed adimplere, sed ut se ostenderet eundem Veteris et Novi Testamenti auctorem. Quia sancta quatuor Evangelia Decalogum non destrunt, sed magis stabilire contendunt, sive quia eundem Decalogum prius apud Judæos signatum et incusum idem Dominus solvere et per quatuor mundi partes prædicare... per istos enim quadraginta dies totum activæ vitæ tempus significatur, cui opus est continentia, ut ab istius mundi jejunemus illecebris, sola quæ Dei sunt meditates, ac divina pabula ruminantes, ut ad contemplativam vitam, quæ per paschale gaudium intelligitur, pervenire mereamur orantes, CXXIV, 840, 841.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Certe legem Moyses ministrandam populo accepit in monte, scriptam in lapideis tabulis digito Dei; hæc decem præceptis constringitur..., ubi nihil de circumcisione mandatum est, nihil de victimis pecorum, quæ nunc a Christianis non immolantur. In illis igitur decem præceptis, excepta Sabbati observatione, dicatur mihi quid non sit observandum a Christiano, sive de non faciendis colendisque idolis aliisque ullis diis præter unum verum Deum, sive de non accipiendo nomine Dei in vanum, sive de honore parentibus deferendo, sive de cavendis fornicationibus, homicidiis, furtis, falsis testimoniis, adulteriis, re aliena concupiscenda. Quis horum quisquam dixerit christianum non debere servare?

In hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locum ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur; hic autem in eos supervenit Spiritus sanctus, qui eum promissum expectantes, in unum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digito Dei operatus est; hic, in cordibus hominum. Ibi ergo lex extrinsecus posita est, qua injusti terrentur; hic intrinsecus data est, qua justificantur. Nam, « Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, » quod utique in illis tabulis scriptum est, in hoc, inquit, sermone recapitulatur, in eo quod « Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Directio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. » hæc non in tabulis conscripta est lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Lex ergo Dei est charitas..., XLIV, 215, 218.

Primum lex formata in litteris dari non debuit, quia in natura ipsa quodammodo inserta est, et Creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat quid bonæ vitæ conveniat; aut ignoret, quia quod sibi fieri non vult, alii minime debeat facere? At ubi naturalis lex evanuit, oppressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit legem manifestari, ut in Judæis omnes homines audirent. Non quod penitus obliterata esset, sed quia maxima ejus auctoritate carebant, idololatriæ studebatur. Timor Dei in terris non erat; fornicatio operabatur; circa rem proximi avida erat concupiscentia. Danda ergo lex erat, ut et quæ sciebantur auctoritatem haberent, et quæ latere coperant, manifestarentur. Nam inventum ante Moysen non solum non latuisse, sed etiam vindicata esse peccata.

Quamobrem et justi fuisse reperiuntur multi, qui scientes Deum vindicem, timebant peccare. Quod cum cepisset jam negligi, legem naturalem revelari oportuit, ut scirent cuncti, aperta ratione, Deum requisitum actus humanos. Quamvis per diluvium vindicatum legatur, et in Sodomam et Gomorrhæam, sed hæc vetustatis oblivio texerat. Unde per Moysen terroris causa ad disciplinam corrigendam, et fidem in Deum reformandam, commemorata sunt. Quare et Apostolus, « Justis, ait, lex non est posita, sed injustis..., » XXXV, 2219, 2220.

Decem sententias, decem verba appellavit, quia et Salvator sensum verbum significavit, dicens inter cætera ad Judæos: « Interrogo vos et ego unum verbum... » Hunc sensum verbum appellavit. Simili modo et in duabus tabulis decem verba scripta dicuntur, quæ decem sensus sunt. Denique dicit: « Non sint tibi dii alii præter me » primum verbum hoc est; et subiecit secundum, « Non iacies tibi ullam similitudinem; » tertium est: « Non assumes nomen Dei tui...; » quartum: « Sabbatum Dei tui servabis... » Hæc quatuor verba ad Deum proprie pertinent et in prima tabula continentur. Reliqua hæc sunt... Hæc in secunda tabula scripta probat Apostolus, dicens: « Honora patrem et matrem quod est mandatum primum in promissione. » Quomodo enim esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso cepisset? In promissione autem ideo dicit quia statim subiecit, « Ut sis longævus super terram... » Hæc est promissio facta his qui mandata custodiunt..., XXXV, 1221, 1222.

Accepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte, facie gloriosa. Lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo, quia non peccaverat, gloriosus apparuit, et in tantum ut a peccatoribus videri non posset. Ostensum enim in eo est quia peccatores gloriam Dei non merentur aspicere. Post simulacrum enim vituli fasilis, et confractionem tabularum in quibus data lex fuerat, rursus ascendit Moyses in montem cum tabulis in quibus accepta lege, cum descenderat, gloriosa facta est facies ejus, ita ut non possent aspicere filii Israel vultum ejus, neque Aaron, quia et ipse peccaverat. Sed interposito veiamne loquebatur ad illos, ut tamdiu indigni essent gloria Dei, quamdiu in peccatis versarentur..., XXXV, 2222.

« Mensis autem tertii exitus filiorum Israel de terra Ægypti, hac die venerunt in eremum Sina et applicuit Israel ibi contra montem..... Tertia die descendit Dominus in montem Sina coram omni populo » Hæc die reperitur data lex, quæ in tabulis lapideis scripta est digito Dei. Dies autem iste tertius apparet tertii mensis ab exitu Israel ex Ægypto. Ex die ergo quo Pascha fecerunt, id est, agnum immolaverunt et ederunt, qui fuit quartus decimus primi mensis, usque ad istum quo lex datur, dies quinquaginta numerantur.... XXXIV, 620.

Quæritur decem præcepta legis quemadmodum dividenda sint: utrum quatuor sint usque ad præceptum de Sabbato, quæ ad ipsum Deum pertinent; sex autem reliqua, quorum primum est, « Honora patrem, etc., quæ ad hominem pertinent; an potius illa tria, et ista septem. Qui enim dicunt illa quatuor esse, separant quod dictum est: « Non erunt tibi dii alii præter me, » ut aliud præceptum sit, « Non facies tibi idolum, etc., » ubi figmenta colenda prohibentur. Unum autem volunt esse, « Non concupisces uxorem proximi tui; Non concupisces domum proximi tui. » Qui vero tria illa esse dicunt, et ista septem, unum volunt esse, quidquid de uno Deo colendo præcipitur, ne aliquid aliud præter illum pro Deo colatur. Hæc autem extrema in duo dividunt, ut aliud sit, « Non concupisces uxorem proximi tui; » et aliud, « Non concupisces domum proximi tui. » Decem tamen esse præcepta neutri ambigunt, quoniam hoc Scriptura testatur.

Mihi tamen videtur congruentius accipi tria illa, et ista septem, quia et Trinitatem videntur illa quæ ad Deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Et revera quod dictum est, « Non erunt tibi dii alii præter me, » hoc ipsum perfectius explicatur cum prohibentur colenda figmenta. Concupiscentia porro uxoris alienæ, et concupiscentia domus alienæ, tantum in peccando differunt, ut illi quod dictum est, « Non concupisces domum proximi tui, » adjuncta sint et alia, dicente Scriptura, « neque agrum ejus, neque servum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque subjugale ejus; neque omne pecus ejus, neque quæcunque proximi tui sunt. » Discrevisse autem videtur concupiscentiam uxoris alienæ a concupiscentia cujuslibet rei alienæ, quando utrumque sic cepit, « Non concupisces uxorem proximi tui; Non concupisces domum proximi tui, » et huic cepit cætera adjungere. Non autem cum dixisset, « Non concupisces uxorem proximi tui, huic connexuit, alia dicens, neque

domum ejus, neque agrum ejus, neque servum ejus, etc.; sed omnino apparent hæc esse conjuncta quæ uno præcepto videntur contineri, et discreta ab illo ubi uxor nominata est. Illud autem ubi dictum est, « Non erunt tibi dii alii præter me, » apparet hujus rei diligentiorē executionem esse in iis quæ subjecta sunt; quo enim pertinet, « Non facies tibi idolum, etc., nisi ad id quod dictum est, « Non erunt tibi dii alii præter me? »

Sed rursus quæritur quo differat, « Non furtum facies, » ab eo quod paulo post de non concupiscendis proximi rebus præcipitur. Non quidem omnis qui rem proximi sui concupiscit furatur; sed si omnis qui furatur, rem proximi concupiscit, poterat in hac generalitate, ubi de non concupiscenda re proximi præcipitur, etiam illud quod ad furtum pertinet contineri.

Similiter etiam quæritur quo differat, « Non mœchaberis » ab eo quod paulo post dicitur, « Non concupisces uxorem proximi tui. » In eo quippe quod dictum est, « Non mœchaberis, » poterat et illud intelligi. Nisi forte in illis duobus præceptis, non mœchandi et non furandi, ipsa opera notata sunt; in his vero extremis ipsa concupiscentia: quæ tantum differunt, ut aliquando mœchetur, qui non concupiscit uxorem proximi, cum alia aliqua causa illi miscetur; aliquando autem concupiscat, nec ei misceatur, pœnam timens; et hoc fortasse lex ostendere voluit, quod utraque peccata sint.

Item quæri solet utrum mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur. Hoc enim Græcum verbum est, quo jam Scriptura utitur pro Latino. Mœchus tamen Græci non nisi adulteros dicunt. Sed utique ista lex non solis viris in populo, verum etiam feminis data est. Neque enim quia dictum est, « Non concupisces uxorem proximi tui, » nihil hic sibi præceptum debet putare femina, et tanquam licite concupiscere virum proximæ suæ. Si ergo hic ex illo quod viro dictum est, intelligitur, quamvis non dictum sit, quod etiam ad feminam pertineat; quanto magis eo quod dictum est, « Non mœchaberis, » uterque sexus astringitur, cum et ipsum præceptum potest referri ad utrumque, sicut, « Non occides, Non furaberis, » et quæ alia similiter non expresso uno sexu utrique videntur sonare communiter. Tamen ubi unus exprimitur, honoratior utique exprimitur, id est masculinus, ut ex hoc intelligat etiam femina quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si femina mœcha est, habens virum, concumbendo cum eo qui vir ejus non est, etiam si ille non habeat uxorem, profecto mœchus est et vir habens uxorem, concumbendo cum ea quæ uxor ejus non est, etiam si illa non habeat virum. Sed utrum, si faciat qui uxorem non habet cum femina quæ virum non habet, ambo præcepti hujus transgressione teneantur, merito quæritur. Si enim non tenentur non est prohibita in Decalogo fornicatio, sed sola mœchia, id est, adulterium, quamvis omnis mœchia etiam fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur Scripturæ.... Dominus enim dicit in Evangelio: « Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. » Hic utique fornicationem appellavit, si cum alio peccet qui virum habet, quod est mœchia, hoc est, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in Scripturis dicitur. Sed utrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem Scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum. Sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in Decalogo prohibita illa fornicatio quam faciunt viri qui uxores non habent, cum feminis quæ maritos non habent, utrum inveniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ (non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit; sed utique a parte totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi auferatur), profecto et nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi, XXXIV, 621, 622.

BEDA Venerabilis. — Successit itaque populus quadragesima septima die egressionis ex Ægypto ad montem Sina, ibique Moyses ascendit ad Dominum, et Dominus ad eum descendit. Sed quid est moraliter quod Moyses ad montem ascendit, et Dominus in monte descendit? Mons quippe altitudo contemplationis nostræ est, in qua ascendimus ut ad ea quæ ultra infirmitatem nostram sunt intuenda sublevemur. Sed in hunc Dominus descendit, quia sanctis multum proficientibus, parum de se aliquid eorum sensibus aperuit, XCIII, 373.

Jam deinde quinquagesima die post actum pascha data est lex Moysi.... Dicitur scripta lex digito Dei, et Dominus dicit de Spiritu sancto: « In digito Dei ejicio dæmonia » Aspiciat illic cunctus populus voces et lampades, montemque fumantem tonitrua et fulgura, clangoremque buccinæ perstreperem. In vocibus namque et tonitruis clamor prædicanlium intelligitur, in lampa-

dis claritas miraculorum, in sonitu buccinæ fortis prædicatio sanctorum, quæ omnia in adventu Christi..... Dat igitur inde Dominus Moysi legem innocentie nostræ et cognitionis suæ, eandemque in decem verba constituit, et saxeis tabulis digito suo scripsit; et hæc quidem præcepta illa sunt distributa, ut tria pertineant ad dilectionem Trinitatis divinæ, septem vero ad amorem fraternitatis, quibus societas humana non læditur, XCIII, 373, 374.

EUCHERIUS (S.), Lugdunensis episcop. — Quæ referenda sunt inquirentibus quam ob causam Deus uni tantum genti per Moysen legem dederit, atque hanc ipsam multa jam sæculi aetate transcurra? Respond. quod non Jædæis tantum lex illa prolata sit, quæ omnibus gentibus constitutione naturalis legis innascitur, Apostolo hoc etiam confirmante et dicente: « Cum enim, quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt, faciant, ejusmodi legem non habentes, sibi ipsi sunt lex, qui opus legis ostendunt scriptum in cordibus suis. » Atque idcirco non sero Dominus legem innocentie in decem verba collegit, cujus jam insita in pectoribus humanis origo præcesserat. Nam tarde eam saxeis tabulis rursus inscripsit, quam jam antea paginis cordis inculpserat. Itenim ante hanc Moysi legem habebat natura legem suam, per quam et Deum mundi vitæque auctorem agnoscere, et per hoc diligere, in promptu erat, et justitiam erga proximum dilectionemque servare. In quibus mandatis duobus omnis lex pendet et prophetæ. Igitur et illud ante jam noverant: « Omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite eis. » Et ut hoc exemplis etiam probemus: ante hanc legem literæ per illam naturæ legem Abel justus agnoscitur, Enoch rapitur, Noe eligitur, Abraham pater gentium nuncupatur. Quamobrem hanc Moysi legem non sero esse prolata, præcedens effecit lex naturæ, per quam multi Deo probabiles exstiterunt. Quis ille est digitus Dei, quo duæ legis tabulæ leguntur scriptæ? Resp. Digitus Dei hic est accipiendus Spiritus sanctus, I, 779, 780.

HIERONYMUS (S.), presbyter. — « Locutus est Dominus cunctos sermones hos: [Præceptum 1.] Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.

« [Præcept. 2.] Non habebis, Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles; ego enim sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me et custodiunt præcepta mea.

« [Præcept. 3.] Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra.

« [Præcept. 4.] Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui; non facies in eo omne opus, tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram, et mare et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diem Sabbati et sanctificavit eum.

« [Præcept. 5.] Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

« [Præcept. 6.] Non occides.

« [Præcept. 7.] Non mœchaberis.

« [Præcept. 8.] Non furtum facies.

« [Præcept. 9.] Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

« [Præcept. 10.] Non concupisces domum proximi tui; nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

« Cunctus autem populus videbat voces, et lampades, et sonitum buccinæ, montemque fumantem, et perterriti ac pavore concussi steterunt procul, dicentes Mosi: Loquere tu nobis et audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moses ad populum: Nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, et ut terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitque populus de longe..... » XXVIII, 263, 266.

HILDEBERTUS Venerabilis. Cenomanens. episcop. — De lege scripta ista sunt consideranda: quare sit data, et quibus, et quando, et ubi? Lex scripta ideo data est, ut repararet legem naturalem, et eam reviviscere faceret, quæ per peccatum obsoleta erat, et ut populum rudem legalibus figuris ad futuram veritatem præpararet. Primum effecit per naturalia decem præcepta.... quibus data est? Se-

mini Abrahæ in duodecim tribubus, quæ a duodecim filiis Israel processerunt.

Hic potest quæri quare istis solis? ad quod dici potest, quod ideo illi populo, et non alteri sit data, quia in figura fuit proposita. Unde Apostolus: « Omnia in figura contingebant illis, » et sufficiebat in uno ostendere, quod causa figuræ et exempli proponebatur a Deo. Sed nova lex omnibus imperatur, quæ non figura, sed res ipsa figurata est; et cum essent in populo illo aliqui perfecti, mediocres, pessimi, perfectis in signum fuit data; mediocribus in pædagogum, ut facienda doceret, vitanda prohiberet, errata puniendo corrigeret; pessimis ab irato Judice in vindictam data est, ut, qui in sordibus est, amplius sordesceret; contra a pio Patre bonis provisa est, ut qui justus est, justificetur amplius. Quando data est? Quinquagesimo die ab exitu de Ægypto et immolatione agni paschalis. Sic et nova lex data est apostolis, id est, spiritus scribens in corde, quinquagesimo die post immolationem veri Agni, id est Christi. Ubi? In monte Sina, sicut sermo perfectionem Novi Testamenti continens, quem fecit Christus in monte. In Veteri Testamento sicut in Novo tria continentur.... In præceptis comprehenduntur naturalia et figurativa. Naturalia dicuntur illa decem, quæ a naturali lege manant, nec sunt in scripta lege inchoata, sed renovata, quia per peccata erant deleta. Hæc sunt decem illa mandata, quæ et moralia dicuntur, nec sunt terminata in nova lege, imo perfectius adimpleta. ... CLXXI, 1148-1150.

HUGO DE S. VICTORE. — Lex scripta ideo data est ut repararet legem naturalem, et reviviscere faceret quæ per peccatum abolita erant, et ut populum rudem legalibus figuris ad futuram veritatem præpararet. Primum efficit per naturalia decem præcepta, de quibus solis in Decalogo agitur. Quibus data est? Semini Abrahæ, id est duodecim tribubus quæ a duodecim filiis Israel processerunt.... quando data est? Quinquagesimo die ab exitu de Ægypto, et immolatione agni paschalis. Ubi? In monte Sinai....

Naturalia præcepta dicuntur illa decem quæ a naturali manant lege; etiam moralia dicuntur; nec sunt terminata in lege nova, imo perfectius adimpleta. In illis decem præceptis dilectio Dei et proximi imperatur. Tria quæ in prima tabula, ad dilectionem Dei; septem alia quæ in secunda tabula ad dilectionem proximi referuntur, CLXXVI, 420.

MARTINUS (S.) Legionensis, canonicus regularis. — Populus quadragesima septima die egressionis ex Ægypto, ad montem Sina accessit, ibique Moyses ad Dominum ascendit, et Dominus ad eum descendit.... Jam deinde quinquagesima die post peractum pascha, lex data est Moysi... Dicitur illuc Dei digito lex scripta, qui eiecit dæmonia. Aspicit illuc cunctus populus voces et lampades, montemque fumantem, tonitrua et fulgura, clangoremque buccinæ perstreptentem.... Dat deinde Deus legem Moysi innocentie et cognitionis suæ, eamque in decem verbis constituit, et saxeis tabulis digito suo scripsit. Et hæc quidem præcepta ita sunt distributa, ut tria pertineant ad divinæ Trinitatis dilectionem, septem vero ad amorem fraternum quibus societas humana non læditur. In quorum præcepto ambitionem sæculi damnat, et rerum concupiscentiam refrenat. Itaque eorum primum prohibet superstitionem; secundum, errorem; tertium, interficit sæculi amorem; quartum, impietatem; quintum, allidit fornicationem; sextum, crudelitatem; septimum, rapacitatem; octavum, perimit falsitatem; nonum, adulterii cogitationem; decimum, mundi cupiditatem, CCVIII, 781-783.

Et notandum quia sicut decem plagis percutiuntur Ægyptii, sic decem præceptis conscribuntur tabulæ quibus reguntur populi Dei. Cur autem in duabus tabulis scripta est lex, nisi aut propter Testamenta duo significanda, aut propter illa duo præcepta dilectionis Dei videlicet et proximi, in quibus lex pendet tota et prophetæ. Hæc enim in singulis tabulis explicanda sunt. In una enim continentur tria Dei præcepta pertinentia ad charitatem; in alia vero septem pertinentia ad proximi societatem.... Sed cur lapideæ eadem tabulæ fuerunt, nisi ad significandum cor lapideum Judæorum?... Descendens itaque Moyses de monte cum tabulis, cum audisset populum consecratum in idolis, indignos eos judicans accipere legem, projecit tabulas e manibus suis. Quibus fractis, vitulum quem fecerant incendit minutatimque concidit et in aquas aspergens peculium populo dedit.... Ascendit denuo Moyses in montem, iterumque dat ei Deus legem in aliis tabulis instar priorum præcis, CCVIII, 783, 784.

PETRUS COMESTOR. — Mense ergo tertio egressionis de Ægypto, id est, Junio, die hac, in Kalendis Junii, Hebræi venerunt ad montem Sinai, fixeruntque tentoria e regione montis, quadragesima septima die sci-

licet a Phase. In exponendo enim Scripturas triginta dies pro mense ponimus quasi mediam, inter lunares et solares menses eligendo viam. Lunares enim infra tricenarium inveniuntur quidem, ultra vero non; solares vero plures hunc numerum excedunt. A Phase quidem sexdecim dies primi mensis restabant; fluxerunt vero postea triginta secundi mensis. Restat ergo quod primi dies Junii quadragesima septima fuerit. Sequenti die diluculo ascendit Moyses in montem ad Deum qui dixit ei: « Dices domui Jacob: vidistis quæ fecerim vobis; nunc adjiciam ut etiam loquar vobis: Si ergo custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. » Quæ cum Moyses retulisset populo, responderunt: « Cuncta quæ locutus est Dominus faciemus. » Cumque retulisset Moyses ad Dominum, ait ei Dominus: « Veniam ad te in caligine, ut audiat ioe populus loquentem ad te. Vade et sanctifica populum hodie et cras, id est, lavent se et vestimenta sua. Vacent ab amplexibus, et sint parati in diem tertium, et constituas terminos per circuitum montis, quos quis transierit tunc, et tetigerit, morte morietur. Manus non tanget eum, sed lapidabitur, aut jaculis confodietur, sive jumentum, sive homo. » Utebantur autem, ut dicit Josephus, in his duobus diebus convivii opulenter et ornamentis decenter, CXCVIII, 1162, 1163.

« Jam advenerat dies tertius et ante solis ortum cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura; et nubes densa operuit montem, et clangor buccinæ perstrepebat. Fumabat mons, quia descenderat Dominus in igne, et fumus ferebatur quasi de fornace; » et mons tremuit, ut ajunt Hebræi. Timuit populus; sed et Moysen ira Dei periisse putabant. Tandem lætus apparuit Moyses, et serenus aer cum eo reversus est inter eos. Et ait eis: Hodie non audietis Moysen filium Aram et Jocabeth, sed illum qui pro vobis percussit Ægyptum, qui per mare iter dedit, qui cibum de cœlo misit, potum de petra concessit, per quem Adam de fructibus terræ comedit, Noe ex imbris ereptus vel exceptus est; Abraham Chananeum obtinuit, Isaac natus est de senibus, Jacob prole ditatus, Joseph sublimatus. Fiant ergo verba hæc vobis amabilia quam filii vel uxores. Et eduxit populum in occursum Domini ad radicem montis. Ascenderunt autem Domino jubente, Moyses et Aaron, ultra terminos, sacerdotes, id est majores, et populus non transierunt. Locutus est eis Dominus, ita ut nullum vox effugeret; et sic quinquagesimo die dedit eis legem, verbo tantum, in figura, quod daturus erat per Spiritum sanctum die quinquagesimo.

« Non habebis deos alienos coram me. » Quod non nisi decem præcepta Dominus dedit omnes asserunt sancti, sed in distinctione eorum differunt. Primum enim et unum, secundum Augustinum, dividit Origenes in duo, et quæ sunt duo ultima, secundum Augustinum, colligit in unum cui consentit Josephus. Præterea dicit Augustinus tria fuisse in una tabula, et septem in alia. Josephus vero et Hebræi quinque in utroque. Forte quia Augustinus voluit tria pertinere ad dilectionem Dei, et septem ad dilectionem proximi, pia dignitate potius quam pro Scriptura, dixit ea esse primæ et secundæ tabulæ; sicut dicere consuevimus homines primæ classis et secundæ. Quocumque vero modo distinguantur idem est sensus. Joseph dicit se vidisse tabulas duas legis lapideas, quarum quælibet continebat duo mandata et dimidium, tam exterior quam interior, CXCVIII, 1164.

« Et ait Dominus ad Moysen: Præcide tibi duas tabulas instar priorum, et scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. » In Deuteronomio etiam dicitur Deus scripsisse. In sequentibus vero dicit: « Scribe tibi hæc, etc. » Et paulo post: « Fuit Moyses cum Domino quadragesima diebus, et scripsit in tabulis verba fœderis decem. » Potest dici quod auctoritas scribendi fuit in Domino, ministerium in Moysen. Cum excidisset Moyses tabulas, de nocte consurgens montem ascendit, et transeunte Domino coram eo in turbine, pronus in terram adorans, ait: « Obsecro ut gradiaris nobiscum, auferasque iniquitates nostras, et possideas nos. » Cui breviter Dominus memoravit quædam, quæ etiam prædixerat de tribus solemnitatibus, de oblatione primitiarum et primogenitorum, et addidit ne cum gentibus terræ promissionis aliquod haberent participium. « Fuitque Moyses secundo cum Domino quadragesima diebus et quadragesima noctibus. Panem non comedit et aquam non bibit. Cumque descendisset de monte cum tabulis apparuit facies ejus cornuta, et ipse ignorabat, » id est miri splendoris radii ferebantur de facie ejus, qui reverberabant oculos intuentium, quos gloriam vultus Moysi appellat Paulus apostolus; posuitque velamen super faciem

suam, cum loqueretur filiis Israel. Locutus quoque est eis omnia quæ sibi fuerant imperata. Quantum autem hæc gloria duraverit, et utrum semel, vel pluries hoc acciderit, ignoramus. Et tradunt Hebræi, quia adhuc tertio ascendit ad Dominum, ad impetrandam ei veniæ certitudinem, et iterum fuit cum Domino quadraginta diebus et quadraginta noctibus jejunans. Cumque redisset cum certitudine veniæ erat nona dies septimi mensis, et in crastino solemnitatem agentes pro venia data, affixerunt animas suas jejunantes, et deinceps dicta est decima dies mensis hujus dies propitiationis, CXCVIII, 1192, 1193.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episcop. — Decalogus decem habet præcepta quæ sunt decachordum psalterium quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt in prima tabula pertineant ad Deum, scilicet ad cognitionem et dilectionem Trinitatis; septem quæ in secunda tabula ad dilectionem proximi, CXCII, 830.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — Sunt autem præcepta decem, quæ sic verior translatio distinxit: « Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ in aquis sunt sub terra, non adorabis ea neque coles ea. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Memento ut diem Sabbati sanctifices. Honora patrem tuum et matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt, » CLXVII, 1720.

Locutus est Deus cunctos sermones hos: « Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis deos alios coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, neque eorum quæ in aquis sunt sub terra. Non adorabis ea, neque coles... » Hic Decalogus in capite legis positus est, id est decem præceptorum numerus quorum primum est: « Non habebis deos alienos coram me, » et ultimum, « Non concupisces; » dixit autem Apostolus: « Quia radix omnium malorum, est cupiditas. » Cur ergo non hic primum positum est, « Non concupisces? » Sed sciendum quia sicut malæ arboris superiores primum rami præscinduntur, et sic paulatim usque ad radices pervenitur, sic prius opera mala, prout cupiditati viciniora paulatim præscinduntur, et sic ad ultimum ipsa cupiditas, vel concupiscentia voce prohibentis amputatur. Notandum quippe quod prohibendo pene cuncta hæc enuntiantur. Unde verissime Apostolus dicit: « Quia lex justo non posita est, sed injustis, impiis, et peccatoribus, sceleratis et contaminatis. » Injustos nempe et totos cupiditati deditos homines, Deus curandos suscepit, et idcirco tanquam negotioso agricolæ, primum hæc illi cura impendebatur, ut malis radicibus occupatam terram sarcitudo meliori plantationi præpararet, scilicet charitati quæ sola justo posita est. Nam et idem Apostolus antequam diceret quia injustis et non subditis lex posita est justo, id est, Timotheo dixerat: « Finis præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. » Etenim ubi charitas est, non opus est dicere: « Non occides, Non mœchaberis... » Proinde interrogatus Dominus a legisperito dicente: « Magister, quod est mandatum magnum in lege? » respondit: « Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo... In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ... » Igitur hic in initio non jam charitas imperatur, sed quæ contraria sunt charitati prohibentur, ut in illis extirpatis tunc demum ipsa charitas radix omnium honorum substituatur, CLXVII, 679, 680.

Quatuor ex his dilectioni Dei, sex dilectioni subserviunt proximi: « Non habebis Deos alienos coram me; Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem; Non assumes nomen Dei tui in vanum; Memento ut diem Sabbati sanctifices. » Quatuor ista Dei dilectioni repugnantiæ prohibendo, locum eidem dilectioni Dei sermo Dei parere intendit, habere namque deos alienos et Deum verum diligere simul non potes. Ait ergo: « Non habebis deos alienos coram me, » id est neminem æstimabis Deum præter unum Creatorem cæli et terræ. Item facere sculptile vel ullam similitudinem eorum quæ in cælo, vel in terra, vel in aquis sunt, et æstimare alicui horum Dei similem esse, iniquitas est, et dilectioni Dei repugnat. « Cui similem inquit propheta, fecistis Deum? aut quem imaginem ponetis ei? hoc adversus humaniformios valet, qui Deum humanis putant esse compactum membris, nimirum hoc pacto grande sibi fingunt simulacrum, quod in cælo sedeat et terram pedibus contingat, dicente ipso: « Cælum mihi sedes est, terra autem sca-

bellum pedum meorum; » dicit itaque, « Non facies tibi sculptile... »

Sane quod ait Deus: « Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millibus qui diligunt me et custodiunt præcepta mea. » Hoc in omni præcepto subaudiendum est, videlicet ut timeat pœnam transgressor, speret præmium præcepti exsecutor. Opportuno quoque tempore fortem se et reddentem iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem hic asseruit, videlicet ubi totus mons Sinai fumigabat, et totus erat terribilis eo quod descendisset Dominus, quod erat indicium fortitudinis, et iniquitatem patrum, qui Joseph fratrem suum vendiderant, nunc reddiderat in tertiam et quartam generationem, non absque misericordia, soluta nempe captivitate, revertebantur de Ægypto, generatione quarta. Item assumere nomen Dei in vanum (quod poetæ faciunt), vel reverentia dignum non æstimare ubicunque nomen Domini fuerit invocatum, dilectioni Dei omnino est adversum. Ait ergo: « Non accipies nomen Dei tui in vanum: nec enim insontem Dominus habebit eum qui assumpserit nomen Dei seu in vanum. Item, aliquid boni facere non ad laudem Dei, sive ob spem æternæ retributionis, sed ut videaris ab hominibus, dilectioni Dei contrarium est. Dicit ergo: « Memento ut diem Sabbati sanctifices, » id est in omnibus operibus tuis Dei retributionem attende; vel in Deo requiem tibi præpara pro mercede: quod vere est diem Sabbati sanctificare...

« Honora patrem tuum, etc.; Non occides, » etc. Cuncta quæ dilectioni proximi sunt inimica extirpant, legemque adjuvant naturalem quæ dicit: « Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris. » Hoc a gentibus, sive honestioribus gentilibus, utcunque observari potuerunt sed ad vitam illis absque dilectione Dei non profuerunt, utpote deos alienos habentes, et cætera quæ quatuor præceptis inhihentur facientes, bestitudinem non sunt consecuti.

Decem præceptorum distinctio nunc in nostris codicibus ex translatione beati Hieronymi sic habetur.

Cæterum alias quatuor præcepta quæ ad dilectionem Dei pertinent, in tria esse redacta; et e contrario eorum quæ ad dilectionem proximi spectant, ultimum, id est, « Non concupisces, » in duo divisum legimus, ut aliud sit in auditum, « Non concupisces uxorem proximi tui » et aliud, « Non concupisces rem proximi tui, » et ita ad dilectionem quidem Dei tria, ad dilectionem vero proximi septem pertinere præcepta. Quod ex Septuaginta Interpretibus sumptum fuisse arbitramur, CLXVII, 680, 681.

Verum igitur veritas dixit, tam veraciter quam graviter Christus locutus est: « Nolite putare quia veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere, sed adimplere. » Verum, inquam, et matura gravitate ponderatum verbum locutus est, nimirum conscius sibi met hujus Spiritus sancti, Spiritus consilii, quem daturus erat; per quem et multo melius, et multo abundantius, quam dicere possumus, legem implere habebat. Quibus autem et quamobrem sic dixit et sic locutus est? Dixit nimirum, præsentibus discipulis suis, Christum, sive secundum linguam ipsorum Messiam, venisse, et hunc illum esse credentibus atque gaudentibus, locutus est suis adversariis, Scribis et Phariseis de proximo audituris, sibi que insidias atque calumniam structuris, tanquam adversario legis. Isti carnale Christi regnum carnali sensu expectantibus, illis invidiæ spiritu pro eodem rege torquendis et frustra quæsituris quomodo doctrinam ejus quasi juste calumniarentur. Et de illis quidem manifestum est quam vere, quam constanter præclusi sint tali promissione, præsertim quia dicta complevit rerum veritate, quia neminem docuit legem solvere aut prophetas, docendo potius ut quod minus jusserat infirma lex, super adjicerent spontanea sui consilii electione. Porro de discipulis ejus carnale regnum ejus fore opinantibus, quid aliud dicamus nisi quia putabant eum legem et prophetas velle dissolvere? cum enim putarent in regno ejus fore licitum occidere et gentium spolia detrahere, aureamque et gemmatam Hierusalem exstruere, quid aliud expectabant quam sine lege vivere, et sub regno Dei nomine, regnum concupiscentiæ? Tales quidem invenit, et tales vocavit, sed longe alios fecit, datus Spiritus sanctus. Insuper singulis præceptis addidit speciale consilium, quia, juxta doctrinam evangelicam, sola præcepti exsecutio servorum est, et non magis meretur gratiam, CLXVII, 1729, 1730.

WALAFRIDUS STRABUS, Fuldens. monach. — « Mensis autem tertii exitus filiorum Israel de terra Ægypti; hac die venerunt in eremum Sina, et profecti sunt ex Raphidim, et venerunt in eremum Sina, et ap-

placuit ibi Israel contra montem et Moyses ascendit in montem Dei, et vocavit eum Dominus...; tertia enim die descendet Dominus in montem Sina coram omni populo. Hoc die reperitur dari lex, quæ in tabulis lapideis scripta est digito Dei... Dies autem iste tertius apparet tertii mensis ab exitu filiorum Israel de Ægypto; ex quo die pascha fecerunt, id est agnum immolaverunt et ederunt, qui fuit quartus decimus primi mensis, usque ad istum quo lex datur, dies quinquaginta numerantur, septemdecim scilicet primi mensis, reliqui ab ipso quarto decimo. Deinde omnes triginta secundi mensis, qui fiunt quadraginta septem, et tertius tertii mensis qui a solemnitate occisi agni est quinquagesimus; ac per hoc in ista umbra futuri secundum agni immolati diem festum quia quinquagesimo die lex data est, scripta digito Dei..., CXIII, 247, 248.

In præceptis Decalogi enumerandis Origenes et Augustinus videntur contrarias sequi sententias. Nam Origenes existimat non posse computari decem mandata nisi secundum sit: « Non facies tibi idolum neque ullam similitudinem, etc. » Augustinus autem licet illam Origenis enumerationem non rejiciat, aliam tamen diversam judicat aptiorem, ut prohibitionem de idolis et simulacris adorationis causa faciendis existimet esse primi præcepti explicationem, et deinde duo præcepta statuit ad vetita desideria cohibenda, unum quo concupiscentia uxoris alienæ, alterum quo concupiscentia omnium aliarum rerum quæ proximi sunt referuntur. Origenem sequuntur Athanasius, Gregorius Nazianzeus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius. Augustini autem enumerationem eo sensu sequuntur doctores scholastici quo ipsemet Augustinus, ita scilicet eam priori præferentes, ut tamen priorem non reputent incongruam. Et revera repugnancia quam invenit pravus affectus in duabus illis concupiscentiis subjungendis, videtur potius expetiisse duo distincta præcepta, cum sint qui concupiscant uxorem alterius, et dedignentur tamen divitias aut mancipia alterius concupiscere, et vice versa; at nemo est veri Dei cultor qui difficultatem patiatur in idolis spernendis. Cæterum hæc diversitas enumerandi in re ipsa nulla est; non enim ponitur aliquod præceptum ab Augustino quod negatur ab Origene, aut vice versa, sed unus præcepta ratione cujusdam subordinationis conjungit; quæ alter ratione verbalis connexionis separat et e converso. Nam conjungit Augustinus præceptum non faciendi idola præcepto non colendi nisi unum Deum, quia illud huic subordinatur, et est explicatio ejus etiam ad cæremonias gentilium vetandas extensio. Origenes autem ea in duo præcepta disperditur, quia contextu ipso sermonis discerni videntur, sine ulla nota connexionis, sicut cætera sequentia: « Non habebis Deos alienos; Non facies tibi sculptile; Non assumes, etc. » Rursus illas duas concupiscentiæ duplicis prohibitiones in unum præceptum conjicit Origenes, propter consequentiam contextus, videntur ad unam pertinere sententiam. « Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, neque, etc. » Augustinus autem eas in duo præcepta divisit, quia, ut dixi, præceptum de uxore non concupiscenda non subordinatur divitiis non concupiscendis, sicut nec ipsa concupiscentia velitiæ voluptatis ordinatur ad concupiscentiam possessionum, sed diversi generis vitia procreant, quæ proinde diversis legibus prohibeantur. Quare hæc tota diversitas jure ipso consentit; sive enim una lege, sive duabus distinctis prohibeantur aliqua, idem est, modo fatearis iisdem verbis esse eadem prohibita, licet ambiguas faciant, ne verba illa unam an duas leges, CXIII, 255-258.

ZACCHÆUS, Christianus. — Moyses ad suscipiendam legem vocatur in montem, et quadraginta diebus et noctibus Dei tentus alloquitur, scripta in lapideis tabulis refert præcepta; prob nefas! corruptos sacrilegio quos reliquerat deprehendens, dum adhuc manna et cælesti oblectatione essent refecti. Cum enim ejusdem Moysi moras velut non redituri idem populus incusaret, prædicta abundantia saturatus cito Deum a quo ex Ægypto eductus esset, oblitus est; postulare per luxuriam quos coleret deos coepit; missisque in ignem mulierum monilibus, illi se dandum professus est religioni, qua culti in Ægypto idoli formam referret. Reversus Moyses fideliter sævit in facinus et redacto in pulverem tauri capite quod factum in similitudinem abominationis Ægyptiæ fuerat, delatas in legem tabulas indignatione confringit, indignos fore Dei litteris judicans quos talis ausi execratio polluisset. Nec prius ab iræ impetu destitit quam missis per castra sectoribus multorum cæde piaretur admissum, et sedata injuria Dei refecta in tabulis reportarentur præcepta; quorum reparatione monstratum est, Deum non odisse quos permiserit corrigi, sed deleri

noluisse, quos sic vulnerit castigari... Tunc lex divinitus lata est, quæ sui editione non præceptorum novitatem, sed reparationem justitiæ originalis afferret, ut quod ante pauci admodum et sapientes sciebant, omnes nunc intueantur et perlegant, nec excusandi habeat ignorantio locum, cum id quod sibi ingenitum quis fore non sentit, non solis sensibus quærat, sed visibus recognoscatur. XX, 1087, 1088.

SECTIO SECUNDA.

Primum præceptum.

« Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me et custodiunt præcepta mea. »

ADAMUS, Præmonstratens. — Quæ tibi maxima videntur esse præcepta? Maximum videtur esse præceptum, quo nobis jubetur diligere Deum nostrum et cætera in hunc modum. Maximæ vero, ut æstimo, prohibitiones sunt, quibus prohibemur adulterari, furari, falsum testimonium dicere, et si quæ sunt hujusmodi similia, CXCVIII, 852.

AGOBARDUS (S.), Lugdunens. episcop. — Fides est, qua credimus unum Deum omnipotentem; Patrem et Filium et Spiritum sanctum, veram Trinitatem, veram unitatem. O quam vera Trinitas, ubi nullus nascitur ex se, nullus procedit a se, sed alter ex altero! Filius vero nascitur ex Patre, Spiritus sanctus procedit ex Patre et ex Filio. Procul dubio igitur apparet quod alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque procedit. O quam vera unitas, ubi non est alius spiritus Patris, alius Filii, sed unus utriusque; nec prius procedit ex Patre in Filium, deinde ex Filio ad diffundendum in cordibus fidelium charitatis donum; sed simul ex utroque. Non est alia deitas Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, sed una trium deitas, et idcirco vere unus Deus... CIV, 269-287.

Primum præceptum Decalogi est, dicente Deo: « Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis deos alienos in conspectu meo; non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt desuper; et quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea et non coles. » Ad quæ verba S. Augustinus brevissime subjungit, dicens: « In primo præcepto prohibentur aliqua in significatione hominum Dei similitudo; non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla ejus imago coli debet, nisi illa quæ et hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo, sed cum illo. » Hæc dicens docet nos breviter qualiter et cætera hujusmodi præcepta intelligere debeamus. Nam cum distincte dicatur non faciendam similitudinem omnium quæ in cælo sunt, aut quæ in terra, non de solis similitudinibus alienorum deorum intelligitur dictum, sed et de cælestibus creaturis, aut quæ in honore Creatoris humanus sensus potuit excogitare... CIV, 199.

Quod autem imagines apostolorum et ipsius Domini ob amorem potius et recordationem, quam ob religionis honorem aut aliquam venerationem more gentilium, ab antiquis expressæ vel conservatæ sint, audiatur Eusebius. Ait ergo: Verum quia Cæsareæ urbis Philippi mentionem fecimus, justum videtur commemorare etiam illud in ea gestum, quod historia dignum duximus. Mulierem quam sanguinis profluvio laborantem a Salvatore curatam Evangelia tradiderunt, hujus urbis civem fuisse constat; domusque ejus in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis quædam in loco editiori collocata monstratur, in qua mulieris ipsius veluti genibus provolutæ palmasque suppliciter tendentis imago sic expressa videtur... Et nihil mirum, si hi qui ex gentibus crediderant pro beneficiis quæ a Salvatore fuerant consecuti, hujusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc et apostolorum Petri vel Pauli, et ipsius Salvatoris imagine designari, tabulasque depingi, sed et antiquas ipsorum imagines a quibusdam conservatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter observatum, quod ita soleant honorare quos honore dignos duxerint; insignia etenim veterum reservari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium est... CIV, 215.

Notandum sane, inquit, Ven. Beda, quia sunt qui

putant lege Dei prohibitum, ne vel hominum, vel quorumlibet animalium sive rerum similitudines sculparamus, aut depingamus in ecclesia, vel alio quolibet loco, eo quod in Decalogo legis dixerit: « Non facies tibi sculptile.... » Qui nequaquam hoc putarent, si vel Salomoni opus ad memoriam revocassent, quo et in templo intus palmas fecit et cherubim, cum variis cœlaturis, et in columnis illius mala gravata et retes, in mari quoque æneo duodecim boves et sculpturas histriatas, sed et in vasibus laterum, leones cum bobus, palmas, axes et rotas, cum cherubim et vario picturarum genere fecit; vel certe ipsius Moysi opera considerassent, qui, jubente Domino, et cherubim prius in propitiatorio, et postea serpentem fecit æneum in eremo, cujus intuitu populus a ferarum serpentium veneno salvaretur. Si enim licebat serpentem exaltari æneum in ligno, quem aspicientes filii Israel viverent, cur non licet exaltationem Domini Salvatoris in cruce, qua mortem vicit, ad memoriam fidelibus depingendo reduci, vel ad alia ejus miracula et sanationes, quibus de eodem mortis auctore mirabiliter triumphavit, cum horum aspectus multum sæpe compunctionis soleat præstare contuentibus, et eis quoque qui litteras ignorant quasi vivam Dominicæ historiæ pandere lectionem?..... Si licuit duodecim boves æneos facere, qui mare superpositum ferentes quatuor mundi plagas terræ respicerent, quid prohibet duodecim apostolos pingere, quomodo euntes, omnes gentes baptizantes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.....? Legis verbis aperte declaratur quod illæ similitudines fieri prohibentur ab hominibus, quæ in venerationem deorum alienorum facere solent impii, quæque ad colendum atque adorandum gentilitas errabunda reperit. Cæterum simpliciter hæc fieri nulla, ut reor, legis divinæ littera vetat. Alioquin et Dominus tentantibus se Pharisæis de tributo Cæsari reddendo, in quo nomen et imaginem Cæsaris expressam esse dicebant, nequaquam ita responderet: « Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo. Sed potius eorum corrigeret errorem, dicens: Non licet vobis in percussura auri vestri imaginem facere Cæsaris, quia talem sculpturam lex divina prohibet. Esset namque locus ut ostenso sibi numismate census hoc diceret, si in eo Cæsaris imago, cujus idololatriæ, et non ad iudicium magis regiæ potentia, esset formata....., CIV, 216, 217.

De hac quæstione amplissime habetur, CIV, a col. 199 ad 227.

ALANUS DE INSULIS. — De dilectione Dei, CCX, 151.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Quomodo loquitur amor Dei, XVII, 1069.

ANTONIUS. — Carmen adversus gentes, V, 262.

ARNOBIUS AFER, apologeta. — Disputatio adversus gentes, V, 718 et seqq.

ARNOBIUS JUNIOR. — Quando audis, « Deus unus est, alterum deum omnino non quæras. Pater cum Filio et Spiritu sancto Deus unus penitus est..... », LIII, 245-252.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Omnes qui de Trinitate, quæ Deus est, divinarum Librorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundum Scripturas, docere quod Pater et Filius et Spiritus sanctus, unius ejusdemque substantiæ inseparabili æqualitate divinam insinuent unitatem, ideoque non sint tres dii sed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit et ideo Filius non sit qui Pater est; Filiusque a Patre sit genitus, et ideo Pater non sit qui Filius est; Spiritusque sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantum Patris et Filii Spiritus, Patri et Filio etiam ipse coæqualis, et ad Trinitatis pertinens unitatem... Non tamen eandem Trinitatem natam de Virgine Maria..., sed tantummodo Filium; nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ super Jesum baptizatum, sed tantummodo Spiritum sanctum; nec eandem Trinitatem dixisse de cælo: « Tu es Filius meus, » sed tantummodo vocem Patris fuisse ad Filium factam, quamvis Pater, et Filius et Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Hæc est fides catholica.

Sed in ea nonnulli perturbantur, cum audiunt Deum Patrem, Deum Filium et Deum Spiritum sanctum, et tamen hanc Trinitatem non tres Deos sed unum Deum, et quemadmodum id intelligant quærent; præsertim cum dicitur, inseparabiliter operari Trinitatem in omni re quam Deus operatur, et tamen quamdam vocem Patris sonuisse, quæ vox Filii non sit; in carne autem natum, nonnisi Filium, in columbæ autem specie venisse, nonnisi Spiritum sanctum, intelligere volunt quomodo et illam vocem quæ nonnisi Patris fuit, Trinitas fecerit; et illam carnem in qua nonnisi Filius de Virgine natus est, eadem

Trinitas creaverit; et illam columbæ speciem, in qua nonnisi Spiritus sanctus apparuit, ipsa Trinitas operata sit. Alioquin non inseparabiliter Trinitas operatur sed alia Pater facit, alia Filius, alia Spiritus sanctus; aut si quædam simul faciunt, quædam sive invicem, jam non inseparabilis est Trinitas... Movet etiam quomodo Spiritus sanctus in Trinitate sit, quem nec Pater, nec Filius, nec ambo genuerint, cum sit Spiritus et Patris et Filii, XLII, 824.

Deus unice diligendus, XXXII, 1319; de charitate Dei unione cordium, *ibid.*, 1378; de dilectione Dei, *ibid.*, 1463; de dilectione Dei concilianda in meditatione mysteriorum Dei, *ibid.*, 1465; de origine idololatriæ, XXXIV, 152; de Deo ex toto corde amando, *ibid.*, 160, 948; de idololatria, *ibid.*, 749, 890, 1060, 1066; solus colendus est Deus, *ibid.*, 1055; de dilectione Dei, XXXV, 1831, 2059; servite Domino in jucunditate, XXXVII, 1275; de idololatria, *ibid.*, 1483; non erunt tibi dii alieni præter me, de decem chordis, XXXVIII, 67, 75; de idolis, *ibid.*, 102, 165; XI, 89; stultitia colentium idola, XXXVIII, 777; XL, 653, 654; de amore Dei, XXXIX, 1512; Deus corde laudandus... *ibid.*, 1643; de diligendo Deo, XL, 848; de rejiciendo deorum cultu, XLI, 77, 121, 132...; Deus solus est colendus, XLVI, 948.

BALDUINUS, Cantuariens. archiepisc. — De dilectione Dei, CCIV, 418.

BEDA Venerabil. — Secundum præceptum ad Filium pertinet, dum dicit: « Non assumes nomen Dei tui in vanum, » — id est, ne æstimes creaturam esse Filium hominis, quia omnis creatura vanitati subjecta est; sed credas eum esse æqualem Patri, Deum deorum. Verbum apud Deum, per quem omnia facta sunt, XCIII, 374.

BEDA Venerab., presbyter. — Dilige Dominum, XCI, 384; XCIV, 214.

BERNARDUS (S.) abb. Clarævallens. — Liber de diligendo Deo, CLXXXII, 974; de triplici dilectione Dei, CLXXXIII, 620, 806; de dilectione Dei, CLXXXIV, 1220.

BRUNO (S.), Carthusianor. institut. — De cultu idolorum, CLIII, 175.

BRUNO (S.), Astens. abb. — Non habebis deos alienos coram me, CLXIV, 278.

CANUTUS I, Anglorum rex. — Agedum faciamus etiam seduli simus semper Domino nostro obsequentes et fideles, et perpetuo omnibus viribus cultum ipsius tueamur, et voluntatem ejus operemur. Omne namque, quod unquam pro vero Domino fideliter fecerimus, omne illud nobis ipsis facimus ad majorem utilitatem. Illi namque certe Deus gratiosus est, qui Domino suo vere obsequens est. Magna etiam cuilibet domino est utilitas ut famulos suos juste gubernet, CLI, 1176.

CANUTUS I, Anglorum rex. — Docemus etiam ut quilibet Christianus discat, ut saltem possit veram fidem recte intelligere, et Pater noster ac Credo discat, quoniam uno quilibet Christianus Deum implorare, et aliter veram fidem ostendere debet. Christus ipse orabat prius Pater noster, et hanc orationem discipulos suos docebat. Et in oratione hac ecclesiastica sunt septem petitiones; hæc si quis ex animo oraverit, nuntium semper mittit ad Deum ipsum pro quolibet commodo quod ipsi necessarium est, sive in hac vita, sive in futura. Sed quomodo quis unquam ex animo ad Deum orare potest, nisi internam habet charitatem et veram in Deum fidem, quoniam ille deinceps non obit mortem in Christianorum communione nec in consecrato cæmeterio quiescit, neque in vita sua sanctam Eucharistiam percipit, neque bonus est Christianus, qui hoc discere nolit; neque ille debite alium suscipere potest ad baptismum, vel ad confirmationem nisi hæc discat, ut bene illo norit, CLI, 1176.

COMMODIANUS. — Instructiones adversus gentium deos, V, 202 et seqq.

Non pudet, non pudet, inquam, fideles homines et Christiani sibi nominis auctoritatem vindicantes superstitiones vanas gentilium cum spectaculis mistas de Scripturis cœlestibus vindicare et divinam auctoritatem idololatriæ conferre... Quid Scriptura interdixit? Prohibuit spectari quod prohibet geri. Omnia, inquam, ista spectaculorum genera damnavit, quando idololatriam sustulit, ludorum omnium matrem, unde hæc vanitatis et levitatis monstra venerunt... Ergo ut taceam quidquid latius idololatria probat, quam vana sunt ipsa certamina, lites in coloribus, contentiones in cursibus, favores in honoribus.. Quam hoc totum otiosum negotium, imo quam turpe et ignominiosum!... Sed ut de hoc scenæ inquinamento inverecundo jam transitum faciam, pudet referre quæ dicuntur; pudet etiam accusare quæ fiunt, argumentorum strophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, scurriles jocos, parasitos sordidos, ipsos quoque patrisfamilias togatos, modo stupidos, modo obscenos, in omni-

bus stultos, in omnibus inverecondos... commune dedecus delectat, videre vel recognoscere otio vel discere. Concurrunt illic ad pudorem publicum lupanaris, ad obscenitatis magisterium, ne quid secreto minus agatur quam quod in publico discitur, et inter ipsas leges docetur quidquid legibus interdicitur. Quid inter hæc Christianus fidelis facit cui vitia non licet nec cogitare? Quid oblectatur simulacris libidinis, ut in ipsis deposita verecundia audacior fiat ad crimina? Discit et facere, dum consuescit videre... etc., in libro De spectaculis, IV, 779-783.

Evangelica præcepta nihil aliud sunt quam magisteria divina, fundamenta spei ædificandæ, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta cordis fovendi, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis; quæ, dum dociles credentium mentes in terris instruunt, ad cælestia regna perducunt. Multa et per prophetas servos suos dici Deus voluit et audiri; sed quanto majora quæ Filius loquitur, quæ Dei sermo, qui in prophetis fuit, propria voce testatur, non jam mandans ut paretur venienti via, sed ipse veniens, et viam nobis aperiens et ostendens; ut qui in tenebris mortis errantes, improvidi et cæci prius fuimus, luce gratiæ luminati, iter vitæ duce et rectore Domino teneremus...

Qui inter cætera salutaria sua monita et præcepta divina quibus populo suo consulit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaretur monuit et instruxit. Qui fecit vivere docuit et orare, benignitate ea scilicet qua et cætera dare et conferre dignatus est, ut dum prece et oratione quam Filius docuit apud Patrem loquimur, facilius audiamur. Jam prædixerat horam venire quando veri adoratores adorarent Patrem, in spiritu et veritate, IV, 519.

Adorans autem, nec illud ignoret quemadmodum in templo cum Pharisæo publicanus oraverit, non allevatis in cælum imprudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suam pulsans, et peccata intus inclusa contestans, divinæ misericordiæ implorabat auxilium. ., sic, inquit Dominus, orabitis: Pater noster qui es in cælis, etc., IV, 522-544.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc. — De idolorum vanitate, IV, 563 et seqq.; Idola dii non sunt, id., 653; De comminatione Dei adversus idololatrias, id., 657 et seqq.; Dilectioni Dei et Christi nihil anteponendum, id., 746.

DODANA. — De diligendo Deum, CVI, 111.

DRUTHIMARUS, Christianus. — Adorare Deum quid, CVI, 1299.

FASTIDIUS, Britannorum episc. — Deum quis diligit, I., 592.

FIRMICUS MATERNUS. — De errore profanarum religionum, XII, 982 et seqq.

FULGENTIUS (S.) Ruspens. episc. — Fides de Deo quam sancti patriarchæ atque prophetæ ante incarnationem Filii Dei divinitus acceperunt, quam etiam sancti apostoli ab ipso Domino in carne posito audierunt, et Spiritus sancti magisterio instructi, non solum sermone prædicaverunt, verum etiam ad instructionem saluberrimam posterorum scriptis suis inditam reliquerunt, unum Deum prædicat Trinitatem, id est Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Sed Trinitas vera non esset, si una eademque persona diceretur Pater et Filius et Spiritus sanctus. Si enim sicut est Patris et Filii et Spiritus sancti una substantia, sic esset una persona, nihil omnino esset in quo veraciter Trinitas diceretur. Rursus Trinitas vera esset quidem, sed unus Deus Trinitas ipsa non esset, si quemadmodum Pater et Filius et Spiritus sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitate, non solum quod unus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, et in una natura unus est. Per hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio et Spiritu sancto est, et totus Filius in Patre et Spiritu sancto est, totusque Spiritus sanctus in Patre et Filio est. Nullus eorum extra quemlibet ipsorum est, quia nemo alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine aut superat potestate, quia nec Filio, nec Spiritu sancto, quantum ad naturæ divinæ unitatem pertinet, aut anterior aut major est Pater, nec Filii immensitas atque æternitas, velut anterior aut major, Spiritus sancti æternitatem immensitatemque excedere aut præcedere aut excedere naturaliter potest. Sicut ergo nec Filius posterior aut minor est Patre, ita nec Spiritus sanctus posterior aut minor est Filio: æternum quippe est et sine initio est, quod Filius de Patris natura natus existit; et æternum ac sine initio est, quod Spiritus sanctus de natura Patris Filiique procedit. Ob hoc ergo tres

unum recte credimus et dicimus Deum, quia una prorsus æternitas, una immensitas, una naturaliter trium est divinitas personarum.

Teneamus igitur Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse naturaliter Deum; neque tamen ipsum Patrem esse qui Filius est, neque Filium ipsum esse qui Pater est, neque Spiritum sanctum ipsum esse qui Pater aut Filius est. Una est enim Patris et Filii et Spiritus sancti essentia, in qua non est aliud Pater, et aliud Filius, et aliud Spiritus sanctus, quamvis personaliter sit alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus. . LXV, 673, 674

GARNERIUS, Lingonens. episc. — Ad Trinitatem comprobendam Propheta dicit: « Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. » — Per Verbum Filium, per Dominum Patrem, et per Spiritum oris ejus Spiritum sanctum significare debemus. Sed quoniam per Filium et Spiritum sanctum, sicut per Patrem, cæli et omnis virtus eorum, firmati sunt, patet in personis æqualitas. Singularitatem vero substantiæ probat ipse Dominus, « Audi, Israel, Deus tuus, Deus unus est. » Hæc pertinent ad primum Testamentum. De secundo vero, ipsa Veritas eandem pluralitatem probat, præcipiens discipulis, et dicens: « Ite baptizantes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. » In nomine, ait, non in nominibus, ut ostendat unum nomen esse Patris, et Filii et Spiritus sancti. Sed et apertius personarum pluralitas ostensa est, ubi, baptizato Domino, Spiritus sanctus in similitudinem columbæ super eum descendit, et vox Patris audita est: « Hic est Filius meus dilectus; » substantiæ vero singularitatem ipsa etiam Veritas comprobatur, dicens: « Ego et Pater unum sumus, » etc., CCV, 715 — 718.

GILBERTUS de Hollandia, Cisterciens. abb. — Supra Deum nihil amandum, CLXXXIV, 373. De natura et dignitate amoris, CLXXXIV, 379.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa. — Deum timere quid sit, LXXV, 550.

HIERONYMUS (S.), Stridonens. presbyt. — De idololatria, XXV, 519. Diliges Dominum Deum tuum XXVI, 277.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc. — Contra idololatrias, IX, 765. Rationes cur Deus sit laudandus, IX, 837. Quid infidelitas, IX, 950. Infidelitas quid, IX, 998.

HILDEBERTUS Venerab. Cenoman. episc. — De amore Dei, CLXXI, 458.

HONORIUS Augustodunens. — Primum præceptum est: « Unum Deum adora, » quod pertinet ad Patrem.

HUGO DES VICTOIRE. — Primum præceptum primæ tabulæ tale est: « Dominus Deus tuus est; ipsum adorabis et ipsi soli servies. » Inde videndum est quod alia est servitus quæ soli Deo exhibenda est, quæ Græcè dicitur latría; et alia quæ etiam hominibus potest exhiberi, quæ Græcè dicitur dulia. Debemus etiam hominibus reverentiam exhibere, sicut præcipit Apostolus, sed non sicut Deo. Unde illud: « Honorem meum nulli dabo. » Honor iste est illa reverentia quam soli Deo exhibemus; quod est totam mentem per humilitatem et devotionem ei subternere; et ipsum principium et finem omnis boni credere. Et hoc modo solus Deus est adorandus. Et servitus ista latría dicitur, ut diximus. Unde idololatræ dicuntur qui hunc cultum creaturæ tribuunt, servientes creaturæ potius quam Creatori, scilicet quod Dei idolo est attribuentes; de quo dicit Apostolus quod nihil est idolum. Quod nec de materia dictum est, sicut de lapide vel ligno: quoniam creaturæ Dei sunt; sed de forma videtur esse dictum: quæ forma non est opus Dei, sed hominis opus imitantis Deum; qua re nihil est, CLXXVI, 121, 352-354.

Magiæ repertor primus creditur Zoroaster, rex Bactria: orum quem nonnulli asserunt esse Cham ipsum, filium Noe, sed nomine mutato. Hunc postea Ninus, rex Assyriorum, bello victum interfecit, ejusque codices artibus maleficiorum plenos igne cremari fecit. Scribit autem Aristoteles de hoc ipso, quod usque ad bis et vicies centum millia versuum ejus de arte magica ab ipso dictatos, libri ejus usque ad posteritatis memoriam traduxerunt. Hanc artem postea Democritus ampliavit, tempore quo Hippocrates in arte medicinæ insignis habebatur. Magica in philosophia non recipitur, sed est extrinsecus falsa professione, omnis iniquitatis et malitiæ magistra, de vero mentiens, et veraciter lædens animos, seducit a religione divina, culturam dæmonum suadet, morum corruptionem ingerit, et ad omne scelus et nefas mentes sequacium impellit. Hæc generaliter accepta quinque complectitur genera maleficiorum: mantice, quod sonat divinationem, et mathematicam vanam, sortilegia, maleficia, præstigia. Mantice autem quinque continet species sub se: Primam necromantiam, unde divinatio, quæ fit per sacrificium sanguinis humani, quem dæmones sitiunt, CLXXVI, 810-

812, 1246, 1247. — De dilectione Dei, *ibid.*, 126-333; quod amor Dei sit vita cordis, CLXXVII, 565; quid sit diligere Deum, *ibid.*, 766; sermo de timore Dei, *ibid.*, 920; de mandato dilectionis, *ibid.*, 1177.

IVO (S.), Carnotens. episc. — Si quis hariolos, aruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacteris usus fuerit, anathema sit, CLXI, 745.

Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsequuntur, vel in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceant secundum gradus poenitentiae definitos, CLXI, 747.

Aliquantum clerici vel laici student auguriis, et sub nomine fictae religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant, scientiam divinationis profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc quicumque clericus aut laicus detectus fuerit, vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus, CLXI, 747.

Spiritus mundi hic est, per quem corripuntur phantastici qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior; unde solet conjecturis quae mundi sunt divinare, quem Pythonem appellant. Hic est qui per verisimilia fallitur et fallit; hic est qui per Sibyllam locutus est sensuum nostrorum secutus, locum volens inter caelestes habere, CLXI, 747.

De Kalendis Januariis, vel caeteris auguriis.... hoc et nobis et omnibus Christianis detestabile et perniciosum esse judicamus.... Sortes quibus vos cuncta in vestris discriminatis provinciis, nihil aliud quam quod alii Patres damnaverunt divinationes et maleficia esse decernimus. Quam ob rem volumus illas omnino damnari, et ultra inter Christianos nolumus nominari, et ut abscondantur sub anathematis interdictum prohibemus, CLXI, 747.

Illi qui, cum Christiani sint, solemnitates gentilium celebrant, anathema in Ecclesiam introducunt. Et qui de astrorum cursibus vitas hominum et gesta perquirunt; qui volatus avium, et caetera huiusmodi, quae in saeculo prius observabantur inquirunt, de Jericho anathema inferunt in Ecclesiam, et polluunt castra Domini, et vinci faciunt populum Dei, CLXI, 748.

Eos culpatur Apostolus qui dicunt: Non proficiscar hodie, quia dies posterus est, aut quia luna sic fertur; vel: Proficiscar ut prospera cedant, quia ita se habet positio siderum. Non agam hoc in mense commercium, quia illa stella mihi agit mensem; vel: Agam quia suscepit mensem; non plantabo vineam in hoc anno, quia bissextus est. Non autem quisquam sapiens arbitratur observatores temporum reprehendendos qui dicunt: Non proficiscar quia tempestas exorta est, aut: Non navigem, quia hibernae sunt reliquiae; aut: Tempus seminandi quia imbribus autumnalibus terra satiata est; vel si forte alii naturales effectus circa motum aeris et humoris ad variandas temporum qualitates in siderum ordinatissima conversione notati sunt, CLXI, 751.

Et de his et aliis incantationibus explicatio datur in vol. CLXI, 751-780.

JOANNES, Saresberiens., Carnotens. episc. — Quid de necromanticis dicam, quorum impietas, Deo auctore, per seipsam ubique jam viluit, nisi quod morte digni sunt, qui a morte conantur scientiam mutuare? Nam de auspiciis, auguribus, salissatoribus, ariolis, pythonicis, aruspibus et aliis, quorum, praeter multitudinem, laediosa est enumeratio, productionem sermonem texere, cum nemo istorum jam progrediatur in lucem, sed in latibulis, si quis est, exercent opera tenebrarum, supervacuum est. Quaedam tamen eorum certis de causis aliquatenus tangenda sunt. Et, si lateant, supersunt adhuc malo suo aruspices. Hos pro parte in extis animalium divinare praedictum est. Extorum quidem censentur nomine omnia quae cutis extremitate teguntur. Unde et illos, qui in humerulis arietum, vel quorumcunque ossibus animalium vaticinantur, eis connumerandos esse manifestum est. Chiromantici quoque vera, quae in rugis manuum latent, se nosse gloriantur. Quorum errorem quae ratione non nititur, non necesse est rationibus impugnare, licet eo ipso illos expugnet ratio, quod deficient ratione. Unum tamen est quod a te, si me patienter audias, attentissime quaero. Quid nugatores isti, quoniam eos tibi notos esse non ambigo, quando de dubiis interrogati sunt, profertur?... Chironomanticus adhibitus, et consultus quid contulit?... Pythonicorum vero eo perniciosior est consultatio, quo fallacia malignorum spirituum in illis manifestior est; qui sive mentiantur, sive non, in proposito semper habent ut noceant. Fallunt autem interdum studio fallendi, interdum caecitatis suae errore decepti; id tamen agunt assidue, ut futurorum conscii per omnia videantur. Inde est quod ambiguitate verborum obnubi-

lare student oracula, ut cum mendaces aut fallaces inventi fuerint, aliquo rationis velamento suam quaerant lueri fallaciam. Sic utique fallere non desistunt donec auditores suos praecipitent in ruinam. Cui enim a saeculo vatium profuere responsa? Croesone, an Pyrrho, aut praecedentium aut subsequendum cuiquam? Dux Thebanus dum de oraculo sperat victoriam, fratris mucrone perfoditur. Et tamen avus Laius belli visus est successus polliceri.... Croesus maxima regna, si Halyn transgrediatur, de oraculorum fide sibi subjectum iri confidit; sed cum res in contrarium cessisset, fallax Apollo se unius verbuli aequivocatione absolvit ab invidia mentiendi. Quid Pyrrhus?.....

Sed ne fallacitatis nota in historias non oracula refundatur, canonica, et cui fides incolumis acquiescit, discutatur historia. Saul in tyrannum versus ex principe, cum exigentibus culpis esset a Domino derelictus, et adversus populum Domini, eo duce invalesceret manus hostilis, sollicitus fractis rebus exitum inquirebat. Consuluit ergo Dominum, et non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. Hoc tamen ei ante denuntiaverat Samuel, quia Dominum poenitebat, quod eum constituerat regem....., CXCIX, 461-466.

Mutavit Saul ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, et abiit ipse et duo viri cum eo veneruntque ad mulierem nocte; et ait Saul ad mulierem (mulieres enim frequentius spiritus Pythonicus implet); « Divina mihi in Pythone et suscita mihi quem dixero tibi. » Lege libros, revolve historias, scrutare omnes angulos Scripturarum, nusquam fere in bona significatione divinationem invenies.... Iste primo negligens, deinde inobediens, postmodum contumax, exinde obstinatus, postremo ad eam prolapsus est caecitatem, ut nec praedictum articulum fidei sibi servet incolumem. Deum etenim justum usquequaque non credidit, optinans etiam in sanctos post exitum vitae hujus, malignis spiritibus concessam potestatem..... Non dicit Scriptura Samuelem Pythonis imperio suscitatum, sed caecitatem impii sensus prudenter expressit. Ait enim: Audita forma viri et habitu « intellexit Saul quod Samuel esset. » Deceptus utique intellexit; quod et ex eo probatur quod subjungit, « et inclinavit se et adoravit eum. » Si enim fuisset Samuel, nequaquam se permisisset ab homine adorari, qui secundum legem crediderat, et docuerat unum Deum et Dominum adorandum. Praeterea sanctae animae a potestate malignorum spirituum exemptae sunt.... Licet eum qui loquebatur crederet Samuelem, tamen in veritate erat angelus Satanæ.... Cum enim dicit: Dominum impleturum quae locutus est in manu mea, se procul dubio simulat Samuelem per quem Sauli, quae denuntiat, locutus erat Dominus. Cum autem subjungit: « Cras tu et filii tui mecum eritis, » verum quidem sed fraudulenter enuntiat; erat enim die sequenti sibi manum ex desperatione injiciens, ad inferos transiturus, habiturus partem cum eo.... Sed falso blanditur, ingerens spem quietis, dum se gestu et verbis mentitur Samuelem, cui certum est, collatam esse in quiete sedem a Domino, inter eos qui invocant nomen ejus.... quid ergo Sauli Samuelis sui, vel potius Pythonis profuere responsa? Potuerat forte non praemonitus sperare meliora et saltem dum alieno confoderetur gladio expectare. Oraculi vero vanitate certioratus gladio suo incubuit, et in extremis agens, dum propriae gloriae consuebat, qui fortius mori potuisset in praelio, auram verborum pertimuit, et infirmi et prostrati animi consilio, corporis et animae mortem ascivit, CXCIX, 466-470.

Gloriantur gentes in fortitudine sua.... Bibat illis auctoribus Cato venenum. Vulneris dextras et mentes sciorum armet ad voluntariam mortem. Per mamillas ad cor venenum aspidum insanabile Cleopatra trajiciat, Lucretia alienam impudicitiam sanguinis sui effusione condemnet, ego evenire non posse arbitror, ut cujuscunque difficultatis articulo, liceat propria auctoritate homini sibi mortem inferre, nec etiam ubi castitas periclitatur, licet hunc casum videatur excipere S. Augustinus, CXCIX, 470-472.

Adhuc de similibus sunt multa a col. 472 ad 479 hujus tomi, CXCIX.

JONAS, Aurelianens. episc. — Verum est sanae fidei congruentissimum nullam prorsus similitudinem omnium quae in caelo, vel quae in terra, vel quae subter terram sunt faciendam, cui cultus aut adoratio, quae soli Deo debetur, quodammodo exhibeatur. Quia igitur Deus ubique est omniaque continet et nusquam continetur, estque invisibilis, teste Apostolo, omni creaturae ejus, idcirco, ne corporeus credatur, et horum quae dicta sunt similitudinem nobis facere inhibetur. Sed cum hujusce sententiae manifestus sit sensus, qui utique a sanctis Patribus nobis copiosissime constat expositus, et non

satis ad rem pertineat, intuendum est ne forte similitudinis nomine imagines sanctorum et historias rerum gestarum in ecclesiis ob pulchritudinem et recordationem depictas, volueris comprehendere. Quod si ita est, quæro abs te cur, præcipiente Domino, Moyses duos cherubim aureos et cætera quæ in Exodo leguntur in tabernaculo Domini fecerit, et Salomon in domo Domini similitudines boum et leonum expresserit? quod cum responderis, hoc in mysteriorum figura præcessisse, nullatenus tamen negare poteris quin similitudines cælestium terrestriumque creaturarum extiterint. Et si illa non a Deo ad adorationem sed ut typos futurorum prætenderent, in tabernaculo, in domo Domini sunt facta, sinantur a te imagines sanctorum et historiæ quæque sanctorum, non ut adorentur, sed potius ut quamdam pulchritudinem reddant, et quarumdam præteritarum rerum memoriam sensibus imperitorum ingerant, in ecclesiis depingi. Creaturam vero adorari, eique aliquid divinæ servitutis impendii nefas ducimus, huiusque sceleris patratores detestandum et anathematizandum libera voce proclamamus. CVI, 318.

Alia est adoratio quæ non nisi soli Deo debetur, alia quæ a mortalibus humilitatis et subiectionis gratia a mortalibus exhibetur. Rursus alius est cultus quo non nisi divinæ potentiæ famulandum est, et alius est qui non solum rationalibus, verum etiam irrationabilibus creaturis juxta modum proprium exhibetur. De diversitate itaque cultus habetur S. Augustinus (De civitate Dei, x, 1)... CVI, 318 — 320.

Aliud est colere, aliud adorare. Potest quis interdum et invito adorare, sicut nonnulli regibus adulantes, cum eos in huiusmodi studia deditos viderint, adorare se simulat idola, cum in corde ipsorum certum sit quia nihil sit idolum. Colere vero est toto hic affectu et studio mancipari, CVI, 321, 322.

Putaverunt quidam angelis deferendum honorem (vel adorando vel sacrificando), qui Deo debetur, et eorum sunt admonitione prohibiti, jussique hæc ei deferre, cui uni fas esse noverunt. Imitati sunt angelos sanctos etiam sancti homines Dei. Nam Paulus et Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo sanitatis putati dii, eisque Lycaonii victimas immolare voluerunt, quod a se pietate humili removentes, eis in quem crederent annuntiaverunt Deum... Nos autem martyribus nostris non templa sicut diis sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo, et martyrum et nostro sacrificium immolamus, ad quod sacrificium sicut homines Dei qui mundum in ejus confessione vicerunt, suo loco et ordine nominantur, non tamen a sacerdote qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet eorum quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt ut ipsi... homines autem in sanctos attendite, qui sunt similes angelis. Cum inveneritis hominem aliquem sanctum servum Dei, si volueris eum colere et adorare pro Deo, prohibet te, non vult sibi arrogare honorem Dei, non vult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub Deo... Nemo dicat: Timeo ne irascatur mihi ange us si non colo illum pro Deo meo. Tunc enim tibi irascitur, quando ipsum colere volueris; bonus est enim et Deum amat. Quomodo dæmones irascuntur si non colantur, sic angeli indignantur si pro Deo colantur, CVI, 322 — 325.

Quod ergo ob recordationem redemptionis suæ sancta Ecclesia ex Patrum traditione crucem Christi reveretur, adoret, colat non cultu et adoratione quæ solius divinitatis est sed eo potius modo humilitatis et recordationis, de quo superius dictum, nemo nisi qui ab ecclesiastica traditione dissentit, ignorat. Unde ob recordationem salutiferæ passionis, Dominicæ annualim in sanctissimo die Parasceves, secundum traditionem ecclesiasticam crucem Christi adorat, id est supplicando salutatur, quæ etiam diffusa totum per orbem in Christi laudem prorumpens gratulabunda canit: «Crucem tuam adoramus, Domine; ecce lignum crucis, in quo salus mundi pependit, venite, adoremus, CVI, » 331 — 334.

Pretiosa sunt martyrum corpora, quoniam plagas pro Domino susceperunt, et quia stigmata propter Christum membris suis impressa ferunt; et sicut corona regalis, undique decorata, fulgore vario emittit, ita et sanctorum martyrum corpora, sicut pretiosis lapidibus, exceptis pro Christo vulneribus distincta omni regum diademate pretiosiora et spectabiliora redduntur. Manifestum est enim cunctis fidelibus eorundem sanctorum corpora multis magnisque miraculis divinitus honorari, nec immerito. Equum quippe est ut qui corpora sua membra justitiæ utiliter exhibuerunt et in eis diabolium trium-

pharunt, tam evidentibus coruseent miraculis, quatenus præclaris divinæ remunerationis appareat indicium quam pretiosa sit mors in conspectu Domini, et quod magna sit eorum virtus apud Altissimum. Nec contemnenda sunt; inquit S. Augustinus, et abjicienda corpora defunctorum maximeque justorum atque fidelium, quibus tanquam organis et vasis ad omnia bona opera sanctus Spiritus usus est. Si enim paterna vestis et annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes major exstat affectus, nullo modo spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiariter atque conjunctius quam quælibet indumenta gestamus. Quid vero corpora sanctorum sint a fidelibus honoranda, scribit B. Hieronymus: «Honoramus, inquit, reliquias martyrum, ut eum cujus martyres sunt adoremus. Honoramus servos ut honor servorum redundet ad Dominum... CVI, 328, 329.

Ad sanctorum cineres, ait S. Hieronymus, dæmones rugiunt, et de obsessis corporibus aufugiunt, et alia multa innumera eorum interventu suffragante et Christi gratia cooperante fiunt, CVI, 327.

Tandem in isto tractatu de cultu imaginum, ex quo ista excerpimus, multa sunt de præsentis quæstione consulenda, CVI, 305 — 394.

LACTANTIUS FIRMICUS. — Dæmonum inventa sunt astrologia, et aruspiciæ, et auguratio, et ipsa quæ dicuntur oracula, et necromantia et ars magica, et quidquid præterea malorum exercent homines vel palam vel occulte. Hominum credulitatem mentita divinitate deludunt, quod illis verum aperire non expedit. Hi sunt qui imagines et simulacra fingere docuerunt, qui, ut hominum mentes a cultu veri Dei averterent, et fictos mortuorum regum vultus et ornatos exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt... VI, 356, 357.

LACTANTIUS, rhetor, apologeta. — Divinæ institutiones, VI, 111 et seqq. De Deo eoque uno, VII, 110.

LEO MAGNUS (S.) papa. — De cultu Dei, LIV, 187.

MARTINUS (S.), Legionens. canonic. regul. — Qualiter senes ac juvenes Deo servire debeant, CCIX, 119.

Primum Decalogi mandatum ad Deum Patrem pertinet, dum dicit: «Dominus Deus tuus unus est, » utique ut hæc audiens, unum Deum Patrem colas, et in multos fictos deos fornicationem tuam non offendas, CCVIII, 782.

Debemus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum scilicet et verum Deum ante omnia credere, et inventum in eum fideliter credere, in omnibus illum et super omnia diligere; qui sua nos gratuita bonitate, prius ex nihilo dignatus est creare, et post primi parentis gravissimam transgressionis culpam, in primo, imo in meliori statu misericorditer reformare. Non posse quempiam pervenire credimus ad veram beatitudinem, nisi per veram fidem. Beatus vir, qui et recte credendo bene vivit, et bene vivendo fidem rectam custodit, CCVIII, 1325.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc. — De superstitionibus festis, LVII, 255. Idololatriæ malum, LVII, 753.

NOVATIANUS, presbyter. — Regula exigit veritatis ut primo omnium credamus in Deum Patrem et Dominum omnipotentem, id est rerum omnium perfectissimum conditorem, qui cælum alta sublimitate suspenderit, terram dejecta mole solidaverit, maria soluto liquore diffuderit, et hæc omnia propriis et condignis instrumentis et ornata et plena digesserit. Nam et in solidamento cæli luciferos ortus solis excitavit, lunæ candentem globum ad solatium noctis mensurnis incrementis orbis implevit, astrorum etiam radios variis fulgoribus micantibus lucis accendit, et hæc omnia legitimis meatibus circumire totum mundi ambitum voluit, humano generi dies, menses, annos, signa, tempora utilitatesque factura. In terris quoque altissimos montes in verticem sustulit, valles in imo deiecit, campos æqualiter stravit, animalium greges ad varias hominum servitutes utiliter instituit. Silvarum quoque robora humanis usibus profutura solidavit, fruges in cibum elicuit, fontium ora reseravit, et lapsuris fluminibus infudit... Post quæ, ne non etiam ipsis quoque delictis procurasset oculorum, variis florum coloribus ad voluptatem spectantium cuncta vestivit. In ipso quoque mari, quamvis esset et magnitudine et utilitate mirabile, multimoda animalia, nunc mediocri, nunc vasti corporis finxit, ingenium artificis de institutionis varietate testantia. Quibus non contentus, ne forte fremitus et cursus aquarum cum dispendio possessoris humani alienum occuparet elementum, fines littoribus inclusit; quo cum fremens fluctus et ex alto sinu spumans unda venisset, rursus in se rediret, nec terminos concessos excederet, servans jura præscripta, ut divinas leges tanto magis homo custodiret, quanto illas etiam elementa servassent. Post quæ hominem quoque mundo præposuit... III, 886, 887.

Hunc igitur agnoscimus et scimus Deum, conditorem

rerum omnium; hunc Deum novit et veneratur Ecclesia; cui testimonium reddit tam invisibilium quam etiam visibilium et semper et tota natura, quem angeli adorant, astra mirantur, maria benedicunt, terræ verentur, inferna quæque suspiciunt..... III, 891-899.

Eadem regula veritatis nos docet credere, post Patrem, etiam in Filium Dei, verum Deum, et in Spiritum sanctum æqualiter Deum, ita ut sint unus Deus in substantia licet tres sint personæ, etc.... est de hoc tractatus de Trinitate, III, 883-952.

PAULINUS (S.), Aquileiens. patriarch. — De amore Dei, XCIX, 197-214.

PETRUS CANTOR. — Quaternarius est virtutum cardinalium numerus, scilicet, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ et justitiæ. Est autem prudentia prudens et dispositissima electio, qua transitoriis æterna, vitiis virtutes, exsilio patriam, servituti libertatem præferimus. De qua electione S. Augustinus ad Macedonium ait: « Virtus nihil aliud est quam diligere id quod est diligendum. Id autem eligere quod eligendum est, prudentia est; nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris inde averti, temperantia est; nulla superbia inde averti, justitia est.... »

Porro his paucis ostensa est vitæ perfectio Christianæ. Hæc ea quadriga est, quam non habentes hic manentem civitatem futuram inquirunt, etc., CCV, 303-309.

PETRUS Chrysologus (S.), Ravennat. archiepiscop. — De paterna Dei in nos dilectione, LII, 332.

PETRUS COMESTOR. — PRIMUM PRÆCEPTUM. « Non habebis deos alienos coram me » id est, me solum habebis Deum. Et ponitur, « non habebis, » pro, non habeas, imperative, secundum idioma Hebræorum. Non enim asserit hoc Deus, cum quandoque habuerint: « Non facies tibi sculptile » vel idolum. Alia littera « quod nihil est in mundo, » id est nullius rei naturalis representativum, ut fiebat Ammon capite arietino, Anubis, id est Mercurius, capite canino sine barba. « Nec omnem similitudinem, capite canino sine barba, » « Nec omnem similitudinem, quæ est in cælo, vel terra, vel aquis, vel sub terra, » quasi nec facias tibi pro Deo simulacrum solis, et lunæ, et hujusmodi, nec hominis, aut jumentum, aut hujusmodi, nec draconis, vel reptilis cujuslibet, quæ colebat diversus hominum error: « Non coles, nec etiam adorabis ea. » Colere enim est mente adorare. Adorare autem est, si non animo, saltem pro metu, vel adulando regibus adorare. Postea ad inculcandam custodiam dicti et dicendorum, addidit incidenter: Ego sum Dominus Deus tuus fortis et zelotes, visitans peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem, eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me et custodiunt præcepta mea. Zelus dicitur invidia, dicitur etiam amor, sed proprie amor viri in uxorem, pro quo sustinere nequit alterius accessum ad eam. In modum hunc dicit Dominus: « Ego sum zelotes, » id est non patiar te fornicari post deos alienos. Quod addidit se visitare peccata patrum in filios, aiunt hæretici: Non est bonus hic sermo, ut pro peccato alterius quis puniatur. Et dicunt Vetus Testamentum non esse datum a Deo. Non enim sic crudelis est Deus, sed e contra in his mitis apparet, quod etiam hoc nomine visitans innuitur. Ex pietate enim visitamus infirmos, et ipse ex mansuetudine non statim peccantem punit, sed expectat etiam usque ad quartam generationem, quandiu scilicet patres vivere solent, et si corripietur pater vel filii non imitabuntur ipsum, parcat; alioquin quasi post longam expectationem justius punit. Et de temporali pœna tantum intelligendum est. Sicut de Achab, et Jehu in posteris vindictam sumptam legimus. Vel potest exprimi severitas juste judicantis. Gravius enim puniuntur peccantes, si filios pro se etiam videant puniri et justius pro expectatione. Origenes tamen hic intelligit per patres, demones, per posteros coadjutores, quos quandoque in peccando nobis adjungimus, « utpote primo intravit diabolus in cordæ Judæ. Ecce pater; post accessit ad principes, ut et ipsi in hoc peccarent, ecce filii; post accepit ab illis cohortem, et ministros, ecce tertia et quarta generatio. Dominus autem non visitat hic peccata patrum, qui reservantur igni æterno, modo tamen sæpe punit homines, CXCVIII, 1161, 1165.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — Tres sunt gradus in amore Dei, CXLIV, 647. Deus solus est adorandus, CXLV, 1016.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc. — Primum mandatum in prima tabula est: « Non habebis deos alienos; non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, etc. » Hæc Origenes dicit duo mandata; sed Augustinus (lib. De decem chordis) unum; hoc enim ipsum quod dixerat, « Non habebis deos alienos, » perfectius explicat cum prohibet coli signata, scilicet idolum, vel

similitudinem alicujus rei, quæ duo Origenes ita dicit, distare, ut idolum sit quod nihil habet simile sui; similitudo vero, quod habet speciem alicujus rei, ut, verbi gratia, si quis in auro vel in ligno vel alia re faciat speciem serpentis, vel avis, vel alterius rei, et statuat ad adorandum, non idolum sed similitudinem facit. Qui vero facit speciem quam non vidit oculus, sed animus sibi finxit, ut si quis humanis membris caput capris vel arietis formet, vel in uno habitu hominis duas facies, non similitudinem, sed idolum facit, quia facit quod non habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus « quia idolum nihil est in mundo. » Non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens otiosa et curiosa reperit. Similitudo vero est, cum aliquid ex his quæ sunt vel in cælo vel in terra vel aquis formatur. Augustinus vero ita exponit illud: « Idolum nihil est in mundo, » id est, inter creaturas mundi non est forma idoli; materiam enim formavit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcunque facta sunt, naturaliter facta sunt per verbum, sed forma hominis in idolo non est facta per verbum, sicut peccatum non est factum per Verbum, sed est nihil et nihil fiunt homines, cum peccant. Sed quæritur quomodo hic dicitur forma idoli non esse facta per Verbum, cum alibi legatur: Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per Verbum. Hoc autem a diversis varie solvitur. Quidam enim dicunt omnem formam et quidquid est, a Deo esse in quantum est, et formam idoli in quantum est, vel in quantum forma est, a Deo esse, sed non in quantum idoli est, id est posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura, sed perversio creaturæ. Sicut illud quod peccatum est, in quantum peccatum est, nihil est; et homines cum peccant nihil fiunt quia ab illo qui vere est separantur. Unde Hieronymus: « Quod ex Deo non est, qui solus verus est, non esse dicitur. » Ideoque peccatum quod nos a vero esse abducit, nihil esse vel non esse dicitur. Alii vero dicunt omnem formam, quæ scilicet naturaliter est, et omne quod naturaliter est, esse a Deo; sed forma idoli non est naturaliter quia naturæ justitiæ non servit. Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ justitiæ quæ Deus est, militat non resultat, et creatam naturam non vitiat, CXCH, 831.

PROSPER (S.), Aquitanus. — De idolis, LI, 457-489, 491-501.

RÜPERTUS Tutiensis abbas. — « Non enim, inquit Dominus, habebis deos alienos coram me. » Secundum hoc præceptum tota servi justitia est non coluisse Baal, nec servisse Astaroth, non initiatum fuisse Beelphegor, vel quempiam hujusmodi, quod veræ divinitati adversum sit, non posuisse in templo Dei. Qui autem servilem modum excedere gestit, non solum significatum vocum istarum, id est deorum alienorum sed et nominis hujus quod est Deus etymologiam attendit, ut videlicet non solum secundum præceptum, deos alienos coram Deo non habeat, sed et nullum alium, propter solum et verum Deum timeat. Deus enim Græce *Theos* dicitur, quod interpretatur *timor*. Idcirco autem Creator tali nomine nuncupatur, quia timeendus est, et hoc ab omni rationali creatura jure exigitur ut timeatur. Igitur ultra præceptum hoc tunc acceptatur consilium, quando servus bonus et amore vel gratia dignus solum proponit sibi Deum esse timendum, nullum alium timore suo dignum arbitratus Deum et Dominum. Quod si etiam supplicio mortis cogatur ut timeat, non flectitur a justitia, constans propter Deum verum ac Dominum, amicitiae gratia cum qua sic ille suos alloquitur: « Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Timete eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: Hunc timete, » CLXVII, 1720, 1721.

« Non habebis deos alienos coram me, » id est neminem adorabis Deum præter unum creatorem cæli et terræ. Item, facere sculptile, vel ullam similitudinem eorum quæ in cælo, vel in terra vel in aquis sunt, et æstimare alicui horum Dei similem esse, iniquitas est et dilectioni Dei repugnat....., CLXVIII, 680

SMARAGDUS, abbas. — De dilectione Dei, CII, 598-618.

TAIO, Casarugustanus episc. — Spiritales Patres Veteris Testamenti Deum omnipotentem Trinitatem esse crediderunt, sicut eandem Trinitatem Novi Testamenti Patres aperte locuti sunt. Moyses dixit: « In principio creavit Deus cælum et terram, et spiritus Dei ferebatur super aquas... » Præcul dubio in Dei nomine; Pater; in Principii nomine, Filius; in Spiritu Dei, idem Spiritus sanctus intelligendus est. Deus Trinitas est in gignente, genito et procedente, id est, in Patre, et Filio, et Spi-

ritu sancto, in appellativis videlicet, vel relativis nominibus....., LXXX, 738, 739.

RABANUS MAURUS. — In concilio Agathensi de sortilegis vel augurium servantibus scriptum est: « Ne de eo fortasse videatur omissum, quod maxime fidem catholicæ religionis instat quod aliqui, sive clerici, sive laici student auguriis, et sub nomine ficto religionis, quas sanctorum sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt. Hoc quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus, CX, 492. Et de magicis artibus est integer tractatus, CX, 1095-1110.

De idolis non faciendis, CVIII, 550. De diligendo Deum, CVIII, 865. De idololatriæ errore, CIX, 720. Dilectio Dei, CX, 348. De pœnis idololatriæ, CX, 603-741. Increpatio idololatriæ, CXI, 877.

RODULPHUS, Bituricens. episc. — Quicumque fidelium auguria et auspicia sive somnia vel divinationes quaslibet more gentilium observaverint, sive sortes quas mentiuntur esse sanctorum, quæ clerici vel laici detecti fuerint vel consulere vel docere, aut in domos suas hujusmodi homines introduxerint exquirendi aliquid arte malefica, aut domos suas lustraverint, ab ecclesia quinquennio habeantur extranei pœnitentiam agentes secundum antiquas regulas constitutas. Non enim licet Christianis traditiones gentilium observare, vel colere elementa, aut lunas, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam, pro domo facienda, vel segete vel arboribus plantandis, vel conjugii sociandis. Scriptum est enim: « Omnia quæcunque facite, in nomine Domini facite. » Nec licet in collectionibus herbarum aliquas observationes vel incantationes attendere, nisi tantum cum Symbolo divino et Oratione Dominica....., CXIX, 722

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyter. — Proxima facta est liberalitas præstantissimorum imperatorum; expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quidam illic magis Dei miles, cæteris constantior fratribus, qui se duobus dominis servire posse præsumpserant, solus libero capite, coronamento in manu otioso..... Murmur tribuno defertur; et persona jam ex ordine accesserat. Statim tribunus: Cur, inquit, tam diversus habitu? Negavit ille cum cæteris sibi licere; causas expostulatus, Christianus sum respondit. O militem in Deo gloriosum! reus ad præfectos; ibidem gravissimas penulas posuit, relevari auspicatus, speculatoriam morosissimam, de pedibus absolvit... , gladium nec dominicæ defensionis necessarium reddidit; laurea et de manu corruit,... et donativum Christi in carcere expectat..., ubi prohibemur coronari, dicunt quidam... et aiunt veri Christiani; ubi scriptum est ut coronemur, II, 76-78.

Et quandiu per hanc lineam.... Hanc si nulla scriptura determinavit, certe consuetudo corroboravit, quæ sine dubio de traditione manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quæramus an et traditio debeat recipi. Plane negabimus recipiendam, si nulla exempla præjudicent aliarum observationum quas sine ullius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo et exinde consuetudinis patrocínio vindicamus, II, 78, 79.

Sed cur major efficitur ratio Christianarum observationum, cum illas etiam natura defendit? Ideoque hæc prima scribit coronam capiti non convenire...., II, 82. Ita et corona idololithum efficitur. Propterea Apostolus inelamat: « Fugite idololatriam » « Filioli, ait B. Joannes, recedite ab idolis, » II, 90-99

Ad nationes, I, 559 et seqq. De idololatria, I 661 et seqq. De animo grato erga Deum, I, 1255. De cultu idolorum, II, 90, 91.

VENANTIUS, FORTUNATUS. — Exemplar Athanasiani symboli: « Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem....., ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas neque substantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alia persona Filii, alia persona Spiritus sancti; una est divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis et Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius..... Æternus Pater. et tamen non tres æterni, nec tres increati, nec tres immensi, sed unus æternus, unus increatus, etc..... Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, et non tres omnipotentes, sed unus omnipotens....? ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, et tamen non

tres dii, sed unus Deus, » LXXXVIII, 583.

Explicatio succincta hujus symboli, LXXXVIII, 586-592.

ZENO (S.). — Tribus in rebus Christiani culminis fundamenta consistunt, id est, in spe, in fide et in charitate, quæ ita invicem sibi videntur esse connexa ut sint alii alia necessaria. Spes enim nisi præcedat, cui laborat fides? fides si non sit, quomodo spes ipsa nascentur? quibus si deneges charitatem, utraq; cessabunt, quia neque fides sine charitate, neque spes poterit operari sine fide. Itaque Christianus tribus in rebus, si cupit esse perfectus, debet esse constructus; si quid enim ei ex his defuerit, perfectionem sui operis non habebit. Unde primo omnium spes nobis proponenda est futurorum, sine qua nec præsentia quidem ipsa stare posse perspicimus. Adeo tolle spem, torpet humanitas tota. Tolle spem, artes universæque virtutes cessabunt. Tolle spem, et interempta sunt omnia.....

Sed spes ex fide est, quæ quamvis in futuro sit posita, fidei tamen est jure subjecta; ubi enim fides non est, nec spes est; fides enim spei substantia est, et spes fidei gloria, quoniam præmium quod spes habet, fides meretur; quæ quidem pro spe pugnat, sed sibi vincit..., ipsa enim fides est vitæ nostræ immobile fundamentum, invictum adversus diaboli impetus propugnaculum, pariter ac telum, animæ nostræ impenetrabilis lorica, legis compendiosa ac vera scientia, terror dæmonum, martyrum virtus, Ecclesiæ pulchritudo, vel murus, Dei sinistra, Christi amica, Spiritus sancti conviva.....

Triumphet, licet, quibus vult virtutibus fides, ac spes multa et magna proponat, tamen sine charitate utraq; non stabunt; fides primo omnium. Si seipsam non amet; spes, si non ametur. Adde quod fides sibi soli prodest, charitas omnibus. Adde quod fides non gratis pugnat, charitas autem etiam ingratis conferre consuevit. Adde quod fides non transit in alium; charitas parum est dicere transit in alium, quæ transit in populum. Adde quod fides paucorum est; charitas omnium. Adde quod spes ac fides tempus habent; charitas autem finem non habet; momentis omnibus crescit, quantoque ab ea diligentibus invicem creditur, tanto invicem plus debetur, etc....., XI, 269-275.

WALAFRIDUS STRABUS, Fuldens. monach. — « Ego sum Dominus Deus tuus. » Qui contemnit præsens sæculum, scilicet Ægyptum, et per Verbum Dei transiatus non invenitur, quia ad futurum sæculum festinet; de eo dicit Deus: « Ego sum....., » non ad illos tantum qui de Ægypto profecti sunt, sed et ad eos qui ultra Ægyptis non serviunt, de Ægypto educti de domo servitutis. Negotia sæculi, actus carnis, domus servitutis est, sicut relinquere sæcularia, et secundum Deum vivere, domus libertatis est. Unde Joan.: « Si permanseritis in sermone meo, agnosceitis veritatem, et veritas liberabit vos. » Ergo Ægyptus est domus servitutis; Judæa et Hierusalem domus libertatis. Unde Galat.: « Quæ sursum est Hierusalem, libera est. » Sicut ergo terrena Ægyptus filiis Israel domus dicitur servitutis ad comparisonem Judææ et Hierusalem, quæ eis est domus libertatis, ita ad comparisonem cœlestis Hierusalem, quæ est mater libertatis, totus mundus et quæ in eo sunt, domus dicitur servitutis; et quia de paradiso libertatis per peccatum ventum est ad servitatem mundi, primus sermo Decalogi de libertate est: « Ego sum... qui eduxi te de terra Ægypti; » hanc vocem in Ægypto audire non poteris. Et si tibi injungatur ut facias Pascha, accingas lumbos, accipias sandalia in pedibus, virgam teneas in manu, et azyma cum amaritudine comedas. Sed nec in prima mansione, nec in secunda, nec in tertia, nec cum transieris mare Rubrum, etiamsi ad mare veneris, et fuerit tibi amaritudo in dulcedinem versa, nec in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta arbores palmarum, etiamsi Raphidim præterieris, cæterosque profectus ascenderis, nondum idoneus judicaris, sed cum veneris ad montem Sina vix ergo mereberis aliquando suscipere præcepta libertatis, et audire: « Ego sum..... qui eduxi te de terra..... » hic tamen non est sermo mandati, sed quis sit qui mandat ostendit. Primum mandat ergo est: « Non erunt dii tibi alii præter me. » Istud primum mandat pertinet ad Deum Patrem, « Dominus Deus tuus Deus unus est, » ut hoc audiens unum Deum colas Patrem, et in multos fictos deos fornicationem non effundas. « Non facies tibi idolum, neque ullam similitudinem. » Hæc omnia quidam simul putant esse unum mandat. Quod si ita computetur, non complebitur numerus decem mandatorum. Est ergo primum mandat, « Non erunt tibi dii alii præter me, etc. » Secundum: « Non facies tibi idolum, neque ullam similitudinem, etc. »

Incipiamus ergo a primo mandato, « Non erunt tibi dii alii præter me. » Si dixisset, non sunt, absolutior sermo videretur; sed quia dixit, Non erunt, non negavit quia sunt, sed ne illi sunt, cui hæc præcepta dantur inhibuit. Hinc Paulum sumpsisse puto: « Siquidem sunt qui dicuntur dii sive in cælo, sive in terra. » In aliisque locis invenies deos nominari sicut ibi: « Rex magnus super omnes deos. » et, « Deus Deo locutus est. » De dominis idem Apostolus dicit: « Sive throni, sive dominationes, etc. » Dominationes vero non aliud sunt quam ordo quidam dominorum et multitudo. In quo videtur sensum legis aperire Apostolus, ac si dicat, Licet sint multi domini, qui aliis gentibus dominantur, et dii multi qui ab illis colantur; sed tamen unus Deus est nobis et unus est Dominus. Unde: « Cur divideret Excelsus gentes et separabat filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. » Angelos ergo, quibus gentes commisit Excelsus, dominos vel deos appellat Scriptura, deos quasi a Deo datos, et dominos a Domino potestatem sortitos. Unde eis dicitur: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes. » Tibi ergo, o Israel, qui pars Dei et funiculus ejus es, « Non erunt, inquit, tibi dii alii præter me, » quia vere Deus, unus est Deus, et vere Dominus, unus est Dominus; cæteris vero ab ipso creatis contulit hoc nomen non natura, sed gratia. Non hoc tantum dicuntur ad Israel secundum carnem, imo ad te qui Israel effectus es mente Deum videndo, et circumcisis corde, non carne, si tamen ita agas ut dignus sis esse pars Dei, et in funiculo hæreditatis ejus metiri, alioquin exemplo tibi sint qui ad hoc vocati fuerant ut essent pars Dei, et exigentibus peccatis dispersi sunt per omnes gentes, et educti de domo servitutis jam non Ægyptiis solis, sed omnibus gentibus serviunt: « Qui enim peccat, servus est peccati, » CXIII, 249-251.

« Non facies tibi ipsi idolum, neque omnem similitudinem... » Aliud sunt idola, aliud sunt dii. De diis enim dicit Apostolus: « Si quidem sunt dii multi, et domini multi. » De idolis vero, quia « Nihil est idolum in mundo; de similitudinibus non addidit quia nihil sunt. » Hic autem dicitur: « Non facies tibi idolum... » Aliud est ergo facere idolum, aliud similitudinem, verbi causa, si quis in auro et argento, ligno vel lapide faciat speciem quadrupedis, vel serpentis, vel avis, et statuat adorandum, non idolum, sed similitudinem facit. Qui vero facit quod non est, speciem scilicet quam oculus non videt, sed animus sibi fingit; ut si quis humanis membris caput canis aut arietis formet, vel in uno hominis habitu duas facies, aut humano pectore postremas partes equi aut piscis; qui hoc facit, non similitudinem, sed idolum facit, facit enim quod non est, nec habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus: « quia idolum nihil est in mundo. » Non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens otiosa et curiosa reperit. Similitudo vero est cum aliquid ex his quæ sunt vel in cælo vel in terra vel in aquis formatur. Sed non sicut de his quæ in terra sunt vel in mari similitudinibus promptum est pronuntiare; ita etiam de cælestibus, nisi quis dicat de sole, et luna et stellis hoc posse sentiri, quorum formas exprimit gentilitas. Sed Moses eruditus omni sapientia Ægyptiorum etiam quæ illos apud erant in occultis prohibere cupiebat, sicut Hecatem aliasque dæmonum formas, quæ Apostolus « spiritualia nequitie in cælestibus vocat, » his enim formis et similitudinibus invocabant dæmonia ad repellenda vel vitanda mala. Sciendum tamen quia cum decreveris hoc servare mandatum, et habere unum tantum Deum et Dominum, hoc est bellum denuntiare omnibus aliis quibus in baptismo renuntiasti, solum Deum confitens Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Sed hoc confitentes nisi toto corde diligamus Dominum Deum nostrum tota anima, tota virtute et adhærentes, non sumus effecti pars Domini, sed in confinio positi illos patimur offensos quos fugimus, et ad quem fugimus, propitium non efflicimus. Quibus propheta dicit: « Væ duplisci animo » ... Nulla ergo societas templo Dei cum idolis. Si Dei discipuli ta es esse debemus in quibus habitet et inambulet Deus... CXIII, 251, 252.

« Non adorabis ea, etc. » aliud est colere, aliud adorare. Potest quis invitus adorare, vel adulando regibus idololatrias, vel tormentis victus, cum sciat quia idolum nil est. Colere vero est toto his affectu et studio mancipari. Utrumque ergo resecat, ut nec affectu adores, CXIII, 252.

« Ego sum Dominus, etc. » Unde benignitatem Dei, ut nos doceat et perfectos faciat fragilitatem humanorum affectuum non recusat; omnia agit et patitur propter nos, notis et usitatis nobis loquitur affectibus.

« Zelotes. » Omnis mulier aut sub viro est, et subjecta est legibus viri, aut meretrix est, et utitur libertate

peccandi. Qui ingreditur ad meretricem, scit quod ad prostitutam et cunctis patentem ingressus est, ideo de aliis indignari non potest. Qui legitimo utitur matrimonio, non patitur uxorem peccare, sed accenditur zelo ad servandam castitatem matrimonii ut possit legitimus fieri pater. Sic omnis anima aut prostituta est cum dæmonibus, et habet plures amatores ut intrent ad eam, modo spiritu fornicationis, modo avaritiæ; post hunc veniet spiritus superbiæ, et alii plurimi; alter tamen alteri non invidet, nec zelotypia movetur, sed sese invicem invitant... Sic nullam zelotypiam amatorum suorum patitur anima quæ dæmonibus est prostituta; si vero conjuncta fuerit viro legitimo, id est Christo, etiamsi aliquando fuerit peccatrix, ultra eam peccare non patitur, nec ferro potest ut alludat adulteris; excitatur super eam zelus ejus, et defendit conjugii castitatem; si autem viderit eam temerantem conjugii jura, et occasionem quærere peccandi, dat ei libellum repudii unde Isaias: « Propter iniquitates vestras dimisit matrem vestram; » hæc qui loquitur et zelans est et zelo commotus hoc dicit. Est etiam novum genus hoc bonitatis ejus, ut etiam post adulterium revertentem et toto corde penitentem suscipiat... Hic ergo Deus zelans si requirat et desiderat animam tuam sibi adhærere, si servat, corripit et indignatur, velut zelotypia quædam erga te usus spem tibi esse salutis agnosce. Si vero correptionem contemnens, discedit a te zelus ejus, secundum illud: « Propterea discedit zelus meus a te, » vide misericordiam et pietatem Dei; quando vult misereri, indignari se dicit et irasci... hoc autem terribile, hoc extremum; si non corripimur pro peccatis; cum enim modum zelandi excedimus, aufertur a nobis etiam zelus Dei, nec ultra irascitur, CXIII, 252, 253.

« Visitans iniquitatem patrum, etc. » Aiunt hæretici quod non boni Dei sermo sit, qui pro peccatis alterius alterum dicat plecti; Deum tamen legis justum dicunt, nec possunt ostendere quomodo injustus est, si alium alio peccante punit. Sed interior homo noster aut dicitur habere Deum Patrem, si secundum Deum vivit; aut diabolum, si voluntatem illius facit. Unde: « vos de patre diabolo, etc. » ... Videamus ergo quomodo peccata patrum reddit Deus in filios in tertiam et quartam progeniem et non in ipso. De patribus enim nihil dicitur. Diabolus ergo, quia jam peccandi modum excessit, tanquam vestimentum concretum in sanguine non erit mundus in sæculo; non flagellatur pro peccato; omnia enim ei servantur in futurum. Unde, « Quid venisti ante tempus perdere nos? » Redduntur autem peccata in filios quos genuit per peccatum, qui in carne positi flagellantur. « Non vult enim Deus mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. » Misericors ergo reddit peccata patrum in filios, quia diabolus et angeli ejus, qui etiam peccati patres efficiuntur, indigni sunt quod in præsentem corripiantur; filii eorum et qui per ipsos ad societatem peccati asciti sunt recipiunt in præsentem quod gesserunt, ut purgati, diabolo in pœna socii non efficiantur. Unde: « Visitabo in virga iniquitates, etc. » Deus enim zelans est et animam quam sibi despondit in fide non vult in contaminatione peccati permanere, sed cito purgari. Si autem noluerit purgari, in interitu eorum ridebit, dicens eis: « Discedite a me... » Sciamus ergo nos in præsentem corripiri, ut in futuro quiescamus. Unde: « Cum castigamur, a Domino corripimur ne cum hoc mundo damnemur, » CXIII, 253, etc.

WERNERUS, abbas. — De mensura diligendi Deum, CLVII, 854-861.

Secundum præceptum.

« Non assumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. »

ALGERUS, Leodiensis. Scholastic. — Ut turpe promissum non fiat, CLXXX, 864.

AUGUSTINUS (S.), Hipponensis. episcopus. — De juramento, XXXIII, 184; De exsolvendo juramento, XXXIII, 475; De voto, XXXIV, 744; De juramento, XXXIV, 890; De voto, XXXVI, 967; Quid votum, XXXVII, 1717; Non accipies nomen Dei tui in vanum, XXXVIII, 68; De decem chordis, XXXVIII, 75; Blasphemia vitanda est, XXXVIII, 457; De cavenda juratione, XXXVIII, 972; Jurare quid sit, XXXVIII, 975; De juratione, XXXVIII, 1108; De voto, XLV, 1860; Non accipies nomen Dei tui in vanum, XLVI, 948.

AUXILIUS, Francus presbyt. — Ut juramentum pro re mala non sit observandum, CXXIX, 1085; Quod juramentum, etiam per vim datum nisi ad peccandum pertineat, irrefragabiliter sit observandum, *ibid.*, 1101.

BEDA, Venerabil. presbyt. — De juramento Herodis, XCIV, 239.

BRUNO (S.), Astens. abb. — Non assumes nomen Dei in vanum, CLXIV, 278; de voto, *ibid.*, 459.

BURCHARDUS, Wormaciens. episcop. — Ut multiplex juramentorum et perjuriarum confusio, per quam multæ fidelium animæ perditæ esse noscuntur, quam sit detestanda et Deo odibilis, attente omnibus annuntietur. Tantum namque hoc malum est, ut ad sanctuaria martyrum, ubi diversorum ægritudines sanantur, ibi perjuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, justo Dei judicio a dæmonibus arripiantur. Et sicut dicit S. Gregorius, ad horum corpora ægri veniunt et curantur, et perjuri a dæmonio vexantur, CXL, 875.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic pejerare non potuerit qui jurare non appetit. Cavendum igitur est juramentum, nec eo utendum nisi sola necessitate. Non est contra Dei præceptum jurare, sed dum usum jurandi facimus, perjuriæ crimen incurrimus. Nunquam ergo jurat, qui pejerare timet. Multi dum loquuntur, jurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore: Est, est, Non, non. Amplius enim quam Est, et non Est, a malo est. Multi ut fallant pejerant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verborum; sic fallendo dum pejerant et mentiuntur, hominem incautum decipiunt. Interdum et falsis lacrymis seducti decipimur, et creditur dum plorant, quibus credendum non erat. Plerumque sine juramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, jurare compellimur, talique necessitate jurandi consuetudinem facimus. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbis. Graviter autem delinquent, qui sibi loquentes jurare cogunt. Quacunque arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur intelligit. Duplīciter autem reus erit, qui et Dei nomen in vanum assumit et proximum dolo capit. Non est conservandum sacramentum quod malum incaute promittitur, veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio. Jurare, est Dei illa providentia, quæ statuit non evellere statuta. ..., etc., CXL, 877-884.

CHROMATIUS (S.), Aquileiens. episcop. — De juramento, XX, 352.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episcop. — Non est jurandum, IV, 741; non maledicendum, *ibid.*: Nunquam mussitandum, sed circa omnia quæ accidunt Deum benedicendum, IV, 742; quod qui Deo voverit, cito reddendum, *ibid.*, 752; nihil licere diabolo in hominem nisi Deus permiserit, *ibid.*, 772.

DEFENSOR, Locociagens. monach. — De juramento, LXXXVIII, 665.

DONATUS (S.), Vesontion. episc. — Ut jurare omnino non liceat, LXXXVIII, 285.

ERMENGAUDUS. — De juramento, CCIV, 1269

GERHOLDUS, Venerab. — De juramento, CXCIII, 825.

GREGORIUS VII (S.), papa. — De solutione juramentorum tractatus, CXLVIII, 1250.

HERVÆUS, Remens. archiepisc. — De perjuriis cobibendis, CXXXII, 704.

HIERONYMUS (S.), presbyt. — De voto, XXIII, 1052; Non maledicendum, *ibid.*, 1100; Non jurandum nisi per Deum, XXVI, 40; De juramento Herodis, *ibid.*, 97; Qui jurat et non decipit, *ibid.*, 855; De juramento prohibendo, XXX, 369.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc. — Jurandi consuetudo Christianis sublata, IX, 940.

HINCIMARUS, Remens. archiepisc. — De juramentis et perjuriis, CXXV, 882.

GREGORIUS (S.), Turonens. episc. — De perjuriis, LXXI, 825.

HUGO DE S. VICTORE. — Secundum præceptum est: « Non assumes nomen Dei tui in vanum. » Et sicut præceptum primum pertinet ad Patrem, ita istud ad Filium. In vanum nomen Dei assumit qui credit Filium Dei tantum esse hominem. In vanum assumit, qui eum non adorat, et quia ab eo factus et quia ab eo redemptus. Unde et ipse dixit: « Creditis in Deum et in me credite, » ut intelligamus eum non solum adorandum a nobis in divinitate qua condidit, sed etiam in humanitate qua redemit. Unde propheta: « Adorate scabellum pedum ejus. » Qui enim sic adorat humanitatem Christi Jesu, id est eum qui in humanitate nos redemit, non creaturam sed Creatorem adorat, CLXXVI, 121.

HUGO DE S. VICTORE. — Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ quæ ad solum Deum et ad ea quæ Dei sunt magis proprie refertur. Vovere si-

quidem est testificatione promissionis spontaneæ Deo se obligare ac debitorem statuere. Nam qui promittit simpliciter, spondet se facturum aliquid; qui vero voverit constestatur promissioni suæ et affirmat ipsam promissionem. Ubi in quantum est promissio, tenetur, et in quantum est contestatio obligatur. Votorum autem aliud occultum est ad Deum et coram Deo, aliud manifestum ad Deum coram homine occultum votum fractum, peccatum est. Manifestum autem votum fractum, peccatum est et scandalum. In illo Deus offenditur; in isto vero etiam in proximum peccatur. Quod si quæris quæ vota omnino tenenda sint..., etc..., CLXXVI, 521-524 — De votis, *ibid.*, 519; De votis reddendis, *ibid.*, 1054.

HUMBERTUS, cardin. — De voto reddendo, CXLIII, 1070.

INNOCENTIUS III, papa. — De licitis et illicitis juramentis, CCXVI, 1225; De voto, *ibid.*, 1257.

IVO (S.), Carnotens. episcop. — Omne quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti hoc interpositio roborat; sed et omne quod animos amicorum conciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligat. Omne enim quod testis astipulatur, verius constat, cum id adjectio jurationis affirmat. Quod et si testis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat, CLXI, 781.

Non est contra præceptum Dei juratio, quæ a malo est non jurantis, sed incredulitatis ejus a quo jurare cogitur. Nunc hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse a jurando, ut quantum in ipso est, quisque non juret, quod multi faciunt, in ore habentes jurationem tanquam magnum et suave aliquid. Nam utique Apostolus noverat præceptum Domini, et juravit tamen. Non enim audiendi sunt qui has jurationes esse non putant. Quid enim facient de illa: « Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro, » quam Græca exemplaria manifestam esse jurationem convincunt? Quantum ergo in ipso est non jurat Apostolus; non enim appetit jurationem cupiditate aut delectatione jurandi. Amplius enim quam est, est, non, non; et ideo a malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui aliter moventur ad fidem, CLXI, 781.

In Novo Testamento dictum est ne omnino juremus; quod mihi quidem propterea dictum videtur, non quia jurare peccatum est, sed quia perjurare immane peccatum est; a quo nos longe esse voluit, qui omnino ne juremus commonuit. Quamvis dictum sit, Ne juremus, nusquam in Scripturis sanctis legisse me memini, ne ab alio jurationem accipiamus, CLXI, 781.

Tu non malum facis, qui bene uteris juratione, quia etsi non bona tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter suades; sed a malo est illius cujus infirmitate jurare cogaris, CLXI, 782.

Considera quod Salvator non per Deum jurare prohibuerit, sed per cœlum et per terram, et Hierusalem, et per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quo modo victimas immolabant Deo, ne eas immolarent idolis, sic et jurare permitterentur in Deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere quam dæmoniis.

Non est contra Dei præceptum jurare; sed dum jurandi usum facimus, perjuriæ crimen incurrimus, CLXI, 782.

Si peccatum esset juratio, nec in veteri lege diceretur: « Non perjurabis, reddes autem Domino jusjurandum tuum. » Non enim peccatum præciperetur vobis... Non vobis dicimus nos non jurare; si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet, juro; sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus. Cum videro, nisi faciam, mihi non credi, et ei qui mihi non credit non expedire quod non credit; hac perpensa ratione et consideratione librata, cum magno timore dico: Coram Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus quod sic est esse in animo meo. Et video quia plus est, id est, quod amplius est quam: Est, est, Non, non, etc., et si non a malo jurantis a malo est non credentis, CLXI, 782. — Et alia deinceps, *ib.*, a col. 782 ad 802. De juramento, *ib.*, 801.

JONAS, Aurelianens. episcop. — Cum in multis omnes, apostolo Jacobo teste, offendamus, apud utrumque ordinem, clericalem videlicet et laicalem, in eo apud utrumque sexum, in incauta juratione valde et miserabiliter delinquitur, CVI, 221. De vitanda juratione, CVI, 221. De falso testimonio, CVI, 225.

MARTINUS (S.), Legionens. canonicus regular. — Secundum præceptum ad Filium pertinet, cum dicit: « Non assumes nomen Dei tui in vanum, id est non æstimes creaturam esse Filium Dei Christum, quoniam omnis creatura vanitati est subjecta; sed credas eum æqualem esse Patri, Deum de Deo, Verbum verum apud Deum, per quem facta sunt omnia, CCVIII, 782.

NICOLAUS I, papa. — Perhibetis vos, Bulgari, consuetudinem habuisse, quotiescunque aliquem jurejurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium afferre, et per eam juramentum agebatur; nunc autem per quos jurare debeatis a nobis juberi deposcitis. Sed nos ante omnia non solum per spatham, verum etiam per aliam omnino conditam speciem jurari judicamus indignum. Per quem enim quis jurat, profecto et diligit et veneratur, sed et fiduciam suam ei firma stabilitate commendat; quamobrem per Deum jurandum est, qui ab hominibus diligendus et venerandus, et in quo omnis spes et fiducia est locanda, et a quo præ cunctis creaturis est semper auxilium expectandum; nam cum a Domino per cælum, terram, caput et Jerusalem non jurare jubetur, nil nisi ut per creaturam juretur, procul dubio inhihetur. Quod autem per Dei nomen jurare præcipiamur, ipso jubente, didicimus. Sane possumus per eas duntaxat creaturas jurare, quæ divinis sunt cultibus deputatæ, ut est templum et altare, in quibus qui jurat, jurat in ipsis, et qui habitat in ipsis, et si quæ sunt talia. Quapropter jure per Evangelium jurandum est in quo quidquid continetur, nihil nisi Dei, qui in eo scribitur et legitur esse, profecto dignoscitur; ipsum est enim lex nostra, ipsum testamentum nostrum, quod legifer et testator Dominus et Redemptor noster electis suis disposuit, et si hoc amamus per ipsum etiam juramus; etenim omnis vera qui dicit, per eum jurat quem amat; nos ergo si per Evangelium juramus, et testatorem et ipsum testamentum diligere comprobamur, et ab ejus mandatis nos nolle recedere procul dubio significamus... CXIX, 1005.

OTHLONUS, monach. — Perjurio quanta poena maneat, CXLVI, 366.

PASCHASIUS RADBERTUS, Corbeiens. abb. — De juramento, CXIX, 253.

PETRUS, Cantor. — De vitando juramento, CCV, 322.

PETRUS COMESTOR. — Non assumes nomen Dei tui in vanum, id est nec falso, nec superflue, nec dolose jurabis per nomen Dei, nec honorem ejus, quantum in te est, evanescere facias, de eo prave sentiendo, CXCIII, 1165.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — Votum solvere contemnens infeliciter perit, CXLV, 656, 1667. In vanum nomen Dei non est sumendum, CXLV, 1017.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. archiepiscop. — Perjurium est mendacium juramento firmatum. Hic quaeritur utrum sit perjurium, ubi non est mendacium: quod quibusdam videtur ex auctoritate S. Hieronymi dicentis: « Advertendum est quod juramentum tres habet comites, veritatem, judicium et justitiam; si ista defuerint, non erit juramentum sed perjurium. Ubi autem falsum juratur, veritas deest. » Si ergo falsum juretur, etsi non sit ibi intentio fallendi, videtur esse perjurium, quia deest veritas. Quibusdam placet non esse perjurium, ubi non est mendacium; et sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita juratur falsum sine perjurio. Falsum forte dicit Apostolus, cum se venturum ad Corinthios promisit; nec tamen sicut ei imponebatur, culpam mendacii contraxit, quia sic animo sentiebat; etiamsi juramento illud firmasset, non perjurium incurrisset, quia quantum in ipso fuit, verum dixit, et si jurationem addidisset, quantum in se foret, verum jurasset, etsi aliter evenerit quam dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sentiat animo quam dicit, sive ita sit, sive non, ita videtur quibusdam neminem perjurium constitui, nisi aliter sentiat animo quam loquitur, sive ita sit, sive non, CXCII, 835.

Creditur et ille pejerare qui falsum voluntate fallendi jurat, et qui falsum putans quod verum est jurat, et qui verum putans quod falsum est jurat. Unde S. Augustinus: « homines falsum jurant vel cum fallunt vel cum falluntur. Aut putat homo verum esse quod falsum est, et temere jurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero jurat, et nihilominus cum scelere jurat. » Distant autem duo perjuria quæ commemoravit. Fac illum jurare quod verum esse putat; pro quo jurat, verum esse putat, et tamen falsum est; non ex animo iste pejerat, sed fallitur. Hoc pro vero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens jurationem interponit. Da alium qui scit falsum esse et jurat tanquam verum sit quod scit falsum esse, v. g., ut intelligatis: Pluit in illo loco; interrogas hominem et dicit pluisse; et tunc pluit ibi, sed putat non pluisse, perjurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo, ream linguam non facit, nisi rea mens sit. His evidenter traditur quod tripliciter pejerat homo, ut diximus, dum vel sciens falsum jurat, vel putans falsum quod verum est jurat, vel æstimans verum quod falsum est jurat. Sed hoc extremum non videtur esse perjurium, etiamsi perjurium non inicitur;

eo quod falsum juratur, non videatur res esse perjurii qui sic jurat, quia non est mens ejus rea, et ideo nec lingua. Imo ejus mens rea est, dum jurare præsumit quid perspicue verum non deprehendit. Non ergo omne perjurium mendacium est, nec omnis qui pejerat mentitur, sed omnis mentiendo, jurans pejerat, et omnis qui falsum jurat, sive mentiens sive non, pejerat. Cum vero quis jurat quod verum est, existimans esse falsum quaeritur quid sit ibi perjurium. Ipsa enim significatio vocis vera est, quia verum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio vel falsum vel mendacium est quia vera est, et quod verum est, perjurium non videtur esse. Ad hoc dicimus loqui sic, scilicet contra mentem, sub attestatione juramenti, esse perjurium... CXCLII, 835, 836.

Si autem quaeritur utrum jurare sit malum, dicimus aliquando esse malum, aliquando non. Sponte enim et sine necessitate jurare, vel falsum jurare, peccatum grande est. Ex necessitate autem jurare, scilicet vel ad asserendam innocentiam, vel ad foedera pacis confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus quod est eis utile, malum non est, quia necessarium eis est. Unde Augustinus: Juramentum faciendum est in necessariis, cum pigri sint homines credere quod eis est utile. Juratio non est bona; non tamen mala cum necessaria, id est non est appetenda sicut bona, nec tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Non est enim contra præceptum Dei juratio, sed intelligitur ita Dominus prohibuisse a juramento, ut quantum in ipso est quisque non juret. Quod multi faciunt, in ore habentes jurationem tanquam malum atque suave aliquid. Apostolus enim novit præceptum Domini, et tamen juravit. Prohibemur enim jurare vel cupiditate, vel delectatione jurandi. Quod ergo Christus ait in Evangelio: « Ego dico vobis non jurare omnino, » ita intelligitur præcepisse ne quisquam sicut bonum appetat juramentum, et assiduitate jurandi labatur in perjurium. Quod vero addidit: « Sit sermo vester, Est, est, Non, non, » bonum est et appetendum. « Quod autem amplius est a malo est, » id est, si jurare cogaris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades; quæ infirmitas utique malum est. Unde nos quotidie liberari precamur, dicentes: « Libera nos a malo. » Ideoque non dixit, quod amplius est, malum est. Tu enim non facis malum, quibus bene uteris juratione; sed a malo est illius qui aliter non credit, id est ab infirmitate, quæ aliquando poena est, aliquando poena et culpa. Ibi enim Dominus prohibuit malum, suasit bonum, indulgit necessarium, CXCII, 836.

Quaeritur utrum liceat jurare per creaturas. Quod non videtur, cum in lege scriptum sit: « Reddes Domino juramenta tua, » et Christus in Evangelio præcipit, non jurare omnino, nec per cælum, nec per terram, nec per Hierosolimam, nec per caput tuum. » Judæis quasi parvulis est concessum jurare per Creatorem, et præceptum, ut si jurare contingeret, non nisi per Creatorem jurarent, non per creaturam, quia jurantes per angelos et elementa creaturas venerabantur honore, et melius erat hoc exhiberi Deo quam creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit; sanctis vero, qui in creaturis Creatorem venerabantur tantum non prohibuit. Unde Joseph per salutem Pharaonis juravit, Dei judicium in eo veneratus, quo positus erat in infimis. Christus vero ita creaturas jurare prohibuit, ne vel aliquid divinum in eis crederetur, pro quo reverentia eis deberetur; vel ne per eas jurantes falsum, homines se juramento teneri non putarent, CXCII, 836.

Quaeritur quid sit dicere: Per Deum juro, hoc est testem Deum adhibere. Juravit enim Apostolus dicens: « Testis est mihi Deus, » ac si dixisset, per Deum ita est. Unde Augustinus: Ridiculum est putare hoc: si dicas, per Deum? juras; si dicas, testis est mihi Deus, non juras. Quod enim est, per Deum, nisi, testis est mihi Deus? Aut quid est, testis est mihi Deus, nisi, per Deum? Quid est autem jurare, nisi jus Deo reddere, quando per Deum juras? Jus scilicet veritatis, et non falsitatis. Item, ecce dico charitati vestræ: et qui per lapidem jurat falsum, perjurus est, quia non lapidem qui non audit, sed ejus Creatorem adhibet testem. Hoc est ergo jurare, per quamlibet creaturam, scilicet Creatorem ejus testem adhibere. Est etiam quoddam genus juramenti gravissimum, quod fit per execrationem, ut cum homo dicit: Si illud feci, illud patiar, vel illud contingat filiis meis, secundum quem modum accipitur etiam interdum cum aliquis jurando dicit: Per salutem meam, vel, Per filios meos, et hujusmodi. Obligat hoc enim Deo, CXCII, 837.

De eis qui jurant per falsos deos, CXCII, 837.

Videndum utrum omne juramentum implendum sit. Si enim quis alicui juraverit contra fidem et charitatem,

quod observatum pejorem vergat in exitum, potius est mutandum quam implendum. Unde Ambrosius: Est contra officium Dei nonnunquam promissum solvere sacramentum, ut Herodes fecit. Item Isidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti, ne facias; impia est promissio quæ scelere adimpletur. Idem: Non est observandum sacramentum, quo malum incaute promittitur, ut si quis adulteræ perpetuam fidem cum ea permanendi pollicetur. Tolerabilis enim est non implere sacramentum, quam permanere in stupro. Item Beda. Si quid nos incautius jurare contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, libere illud salubriori consilio mutandum noverimus....., CXCH, 837, 838.

« Non assumes nomen Dei tui in vanum, » quod est dicere, secundum litteram: Non jurabis pro nihilo nomen Dei. Allegorice vero præcipitur, ut non putes creaturam esse Christum Dei Filium quia omnis creatura vanitati est subjecta; sed æqualem Patri, CXCH, 831.

De perjurio, CXCH, 835. — De voto, CXCH, 932.

PETRUS PICTAVIENS. — De perjurio et modis juramenti, CCXI, 1157.

PROSPERUS (S.), Aquitan. — De vovendo Deo, LI, 429, 435, 403.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De voto implendo, CVIII, 568, 791. Cavendum est a juramento, CIX, 917.

RODULFUS, Bituricens. episcop. — De perjurio, CXIX, 721.

RUFINUS, Aquileiens. presbyt. — De juramenti servati bono, XXI, 696. De voto, XXI, 958.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — Assumere nomen Dei in vanum (quod poetæ faciunt), vel reverentia dignum non æstimare, ubicunque nomen Domini invocatum fuerit, dilectioni Dei omnino est adversum, CLXVII, 681.

De voto, CLXVIII, 1243.

Sic se habet secundum præceptum: « Non facies sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra; non adorabis, neque coles ea. » Et per hoc præceptum illud a servo exigitur, ut illius unius vel unius Dei, coram quo non debet deos alienos habere, neque in cælo, neque in terra, neque in mari, ullam suspicetur similitudinem existere. Hoc, inquam, ab illo exigitur, ut sciat Deum verum, nulla forma circumscriptum esse, quod humaniformi putaverunt, dicentes Deum velut hominem membris suis, secundum humanam formam circumscriptum esse, aut determinatum, grande sibi in animo suo pingentes idolum, vel juxta visionem Danielis, senem venerabilem vel Antiquum dierum. Quorum in corde sive errore quantum putas simulabatur simulacrum, cum audirent dicentem: « Cælum mihi sedes est, et terra scabellum pedum meorum. » A quibus si quæretur illud quod scriptum est. « Qui mensus est pugillo aquas, et cælos palmo ponderavit, » nimirum quid respondere, aut quid secundum eandem phantasiam animo præpingere potuerunt? hoc ergo, ut dictum est, a servo per præceptum exigitur, ut Deus illocalem atque incircumscriptum fateatur, ut nullam creaturam Deo similem esse vel fieri posse suspicetur, ne contra se experiatur dictum quod subjunctum est: « Ego enim sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filiis in tertiam et quartam generationem. » Qui enim talesibi pinxit idolum, magnam Dei fortis, Dei zelotis thesaurizat iram; utpote consequenter male de Dei Filio sentiens..... Quod si amicus esse gestit homo, post hoc præceptum ad consilium quoque totum animum extendit, ut videlicet eo non contentus sit quod non ita de Deo sentit, sed et quantum potest pro salute aliorum enitens ostendat pulchro dogmate, quia non secundum corporeas....., CLXVII, 1721, 1722.

TERTULLIANUS, Carthagin. presbyt. — De blasphemiam, I, 681. De respectu pro nomine Dei, I, 691.

VALERIANUS, Cemeliens. episcop. — De promissis et non redditis, LII, 702.

VICTOR, Capuan. episcop. — De juramento, LXVIII, 269.

ZACHARIAS, Chrysopolitan. episcop. — De juramento, CLXXXVI, 132.

WALTERIUS, Aurelianens. episcop. — De juramentis vitandis, CXIX, 736.

Tertium præceptum.

Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est; non facies omne opus in eo, tu et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum et advena qui est intra portas tuas.

Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram et mare et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei Sabbati et sanctificavit eum. »

ALCUINUS, abb. — De die Dominica, CI, 1226.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Increpatio ad populum quod ecclesiam non frequentet, XVII, 689.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — De otio Sabbati, XXXIII, 212. De Sabbati observatione, XXXIV, 305. De laudando Deo, XXXVI, 509. Memento ut diem Sabbati sanctifices, XXXVIII, 69, 75. De iis qui raro ecclesiam adeunt, XXXIX, 1755. De die Dominica, XXXIX, 2274; XLI, 555; XLV, 1868. De vero Sabbato, XLV, 1882; XLIV, 950.

AUNARIUS (S.), episc. — De observatione diei Dominicæ, LXXII, 764.

BEDA Venerab. — Tertium mandatum de Sabbato ad Spiritum sanctum pertinet, cujus dono requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia Spiritus sanctus dicitur, propterea et septimum diem sanctificavit. In aliis enim diebus operum non est nominata sanctificatio nisi in Sabbato, ubi dicitur, « requievit Deus. » Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad Spiritum sanctum, tam propter nomen sanctificationis quam etiam propter æternam requiem, ad donum Spiritus sancti pertinentem. Dicitur enim ibi: « Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex dies operaberis et facies omnia opera tua; septimus autem dies Sabbatum est Domini Dei tui. » In sex dierum opere sex millium annorum operatio continetur; in septimo vero requies beati illius temporis regni ostenditur, quod carnaliter Judæi celebrantes peccant; et hoc non nos ad fidem mendacii fallentis aptamus. Clamat per prophetam Deus: « Neomenia et Sabbata vestra odit anima mea. » Quomodo ergo sanctificata sunt Sabbata illa quæ odit Dominus? Illud ergo Sabbatum est sanctificatum, ubi post bona vitæ hujus opera requies nobis æterna promittitur; ideoque quidquid agimus, si propter futuri sæculi requiem faciamus, veraciter Sabbatum observamus, XCIII, 374.

De Sabbato, XCIV, 85.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb. — De reverentia locis sacris debita, CLXXXIII, 555.

BRUNO (S.), Astens. abb. — Memento ut diem Sabbati sanctifices, CLXIV, 279.

CANUTUS I, rex Anglorum. — Die Solis mercaturam etiam severissime prohibemus, et omnem conventum populi, nisi pro maxima necessitate sit, et venationem, et ab omnibus mundanis operibus, in hoc sancto die, sedulo cessandum est, CLI, 1175.

EUGYPIUS, abbas. — De Sabbati requie, LXII, 685.

GAUDENTIUS (S.) Brixiens. episc. — De Sabbato, XX, 920.

HIERONYMUS (S.), presbyt. — De bonis implendi Sabbati, XXIV, 540. De modo incolendi Sabbati, XXIV, 573. Domus mea, domus orationis XXVI, 150.

HUGO DE S. VICTORE. — Tertium præceptum ad Spiritum sanctum pertinet. « Observare diem Sabbati » id est, exspecta requiem per bonitatem Dei, id est, Spiritum sanctum, CLXXXVI, 122, 354.

JONAS, Aurelianens. episc. — Nam in hoc obnixè deprecamur, ut in observatione Dominicæ diei, quo Deus lucem mundi condidit, et quo auctor vitæ a mortuis resurrexit, quo etiam Spiritum sanctum Paracletum de cælis apostolis misit, sicuti dudum genitorem vestrum admonendo sumus deprecari debitam adhibeatis curam, et tanto diei debitum impendatis honorem, scilicet ut ipsa quantum potestis, a curis et mundanis sollicitudinibus vos exualis, et quod tanti diei venerationem competit ut vos faciatis, et vestros exemplo vestro ad id faciendum erudialis et agere doceatis, CVI, 303. — De observatione diei Dominicæ, *ibid.*, 304.

Martinus (S.), Legionens. canonic. regular. — Tertium mandatum est de Sabbato, et pertinet ad Spiritum sanctum, cujus dono requies nobis sempiterna promittitur in cælis. Nam quia dicitur Spiritus, propterea et septimum diem sanctificavit Dominus. In aliis enim diebus operum non est nominata sanctificatio nisi in Sabbato, ubi dicit: « Requievit Deus ab omni opere suo. » Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad Spiritum sanctum tam propter sanctificationis nomen, quam etiam propter æternam requiem ad Spiritus sancti donum pertinentem. Dicitur enim ibi: « Memento ut diem Sabbati, etc. » In sex diebus operum continetur operatio sex millium annorum. In septimo vero requies beati illius regni, tempusque ostenditur, quod carnaliter Judæi celebrantes peccant. CCVIII, 782.

HUMBERTUS, S. R. E. cardinalis. — Ecclesia com-

patiens passo et sepulto Domino, congaudet resurgenti in die Dominica; quando Judæos nimia occupavit mœstitia, et custodes sepulcri conati sunt corrumpere pecunia. Unde nos traditionem apostolicam usque in hodiernum diem de Sabbato retinentes, et usque in finem retinere cupientes, hic subscribere curavimus quid super hoc senserint et confirmaverint nostri antiqui et venerabiles Patres. Ex quorum numero beatissimus papa Silvester. Magni Constantini Augusti pater spiritualis, inter alia dixit: « Si omnis Dominicus dies resurrectionis gratia est colendus in gaudio Christianorum, omnis ergo Sabbati dies sepulturæ deputandus est in execratione Judæorum. Omnes enim discipuli Domini Sabbato fletum habuerunt, sepultum Dominum suspirantes, et Judæis exultantibus lætitia inerat. Apostolis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristemur itaque cum tristantibus de sepultura Domini, si volumus cum iisdem de resurrectione gaudere. Neque enim fas est ut destructiones ciborum et cæremonias Judæorum more Judaico observemus. » Cujus sententiæ concordans sanctus papa Innocentius ait: « Sabbato jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicam, ob venerationem resurrectionis Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentius, ac sexta feria propter passionem Domini jejunamus. Sabbatum non debemus prætermittere, quod inter tristitiam atque lætiam temporis illius videtur inclusum. Quod utique constat apostolis biduo isto et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occu'sse. Quod utique non dubium est, et in tantum eos jejunasse biduo memoratur, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Quæ forma utique per singulas hebdomadas est tenenda, propter quod commemoratio diei illius semper est celebranda. « Quod si putatis semel atque uno Sabbato jejunandum, ergo et dies Dominica et sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Dominicæ diei ac sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est, dementis est, bidui agere consuetudine Sabbato prætermissio, cum non disparem causam habeat a sexta videlicet feria in qua Dominus passus, quando est apud inferos fuit, ut die tertia resurgens redderet lætiam, post biduanam præcedentem mœstitiam. Non ergo nos negamus sexta feria jejunandum, sed dicimus in Sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis et his qui Christum secuti sunt indixerunt, qui die Dominico exhilarati non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt... CXLIII, 936, 937.

Vos, o miserandi Judæi, Sabbatum carnaliter custoditis, et tamen quid sit Sabbatum omnino ignoratis. Bene illud custodiretis, si spiritaliter intelligeretis. Nomen igitur Sabbati usurpatis, quia non spiritaliter, sed carnaliter illud observatis. Vos delectat legem carnaliter custodire, cum illam debeatis spiritaliter intelligere, Domino per prophetam attestante: « Aperiam in parabolis os mecum... » et, « Patres nostri annuntiaverunt nobis... » Patres igitur Veteris Testamenti, id est patriarchæ et prophetæ narraverunt nobis hæc. Si ergo lex et prophetæ in parabolis et ænigmatibus constant, quod omnino negare minime potestis, non est accipienda Sabbati observatio carnaliter, sed spiritaliter. Nam carnalia ejusotia et a Domino et a Patribus omnino dissoluta sunt. Legimus in Genesi quod benedixit Deus diei septimo et sanctificaverit illum, quia in eo cessaverat ab omni opere suo quod patrarat. In quo tamen nihil novum creasse dicitur, nisi forte dicatur die septimo complevisse opus, qui ipsum benedixit et sanctificavit. Ut enim ait Magister Petrus: Benedictio et sanctificatio opus est; nam et Salomon aliquid operis fecit, cum templum dedicavit; septimum ergo diem sanctificasse et benedixisse dicitur, quia mysticæ præ cæteris benedictioni et sanctificationi eum donavit. Unde in lege dicitur: « Memento ut sanctifices diem Sabbati. » Item, si crimen est Sabbati otia non observare, dicite cur Jesu Nave discipulus ac successor Moysi, Domino præcipiente, septem diebus continuis, inter quos utique Sabbatum continetur, exercitum et arma produxit, atque circummeunte arca tubis clangentibus Jericho muros subvertit. Quid iterum de Machabæis eloquar de quibus scriptum est: « Et volebant Judæi in die Sabbati vindicare se de alienigenis, postea vero consilio accepto pugnaverunt die Sabbati, et triumphaverunt de hostibus. » Quibus testimoniis edocemur non pertinere ad fidem istum Sabbati elementarium diem, sed alium spiritalem. Scitote igitur, o Judæi, hoc carnale Sabbatum non esse datum propter purificationem, sed propter tentationem, dicente Domino in Deuteronomio: « Dabo eis præcepta, ut tentem eos utrum ambu-

lent in viis meis, an non. Hinc est quod loquitur Dominus per Ezechielem prophetam dicens: « Ego dedi eis præcepta non bona, et judicia in quibus non vivent. » Utique, quia quædam carnalia, o Judæi, vobis carnaliter viventibus permissa sunt, quæ tamen adveniente Evangelio cessaverunt, sicut Ezechiel propheta dicit: « Cessare faciam omne gaudium ejus et Sabbata ejus; » subaudiis populi Israelitici. Vos interrogo, o Judæi, si Sabbata vestra æterna sunt, cur ea Dominus cessare mandavit? et si bona sunt, cur odit. Sed quis tam evidenti sententiæ tamque subtili nihil omnino respondere potestis, Dei me præveniente, comitante et subsequente gratia, breviter et diligenter illam exponam vobis, CCVIII, 1335, 1336.

Apostoli verba hæc sunt: « Non prius quod spiritate est, sed quod animale. » Primus homo secundum carnem nos generavit, secundus homo, Deus videlicet et homo Jesus Christus, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti nos spiritales Dei filios effecit. Prius ergo, o Judæi, vobis cognitione rudibus et carnaliter viventibus dedit Deus carnalia præcepta, nec tamen semper permansura, quia præsciebat vos peccaturos et idola adoraturos. Lacte vobis erat opus, non solido cibo; nondum enim poteratis, sed et nunc quidem potestis. Non ergo oportebat coram vobis adhuc rudibus et in Dei cognitione parvulis margaritas ponere, spiritalia videlicet sacramenta tradere, sed legalibus vos oneribus experiri vel tentare. In quibus præceptis, si secundum ipsius benep'acitum perseverassetis, vos ad spiritalia Evangelii sacramenta cum cæteris Ecclesiæ filiis transferret, et in spiritales filios adoptaret. Bona igitur Dei præcepta vestris exigentibus culpis vobis sunt damnabilia, et Deo odio habita. Dei quoque præceptum sibi obediens salvat, et inobedientes condemnat. Sabbatum enim *requies* interpretatur. Sed vos istam Sabbati otiosam festivitatem consummatis in comessionibus et ebrietatibus.

Sed forte dicit aliquis: Si non est Sabbatum custodiendum, quare dictum est in mandatis Dei: « Memento ut sanctifices diem Sabbati?.. » Cui respondendum quia in opere sex dierum sex millium annorum opera demonstrantur. Mille namque anni apud Deum uni diei comparantur... Horum itaque dierum Sabbatum septimi millesimi anni tempus et requies futuri regni ac sæculi est, ubi nulla erit jam operatio rerum, sed sola requies sanctorum, nam ista temporalia Sabbata odit Dominus... Bene Sabbata vestra dixit, quia jam non sunt illa, quæ ipse Dominus præcepit, sed sunt illa, quæ vos invenistis vobis, in quibus abundantius comessionibus et ebrietatibus deserviretis... Dominicam diem, ait Isidorus Hispaniarum doctor, ideo sancti apostoli religiosa solemnitate celebrari sanxerunt, quia in eodem die Redemptor noster a mortuis resurrexit. Ideo autem Dominicus dies appellatur, ut in eo a terrenis operibus, vel mundi illecebris abstinentes tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet diei huic honorem et reverentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habemus in illa. Nam sicut ipse Dominus noster Jesus Christus, et Salvator noster tertia die resurrexit a mortuis, ita et nos resurrecturos in novissimo die speramus. Unde et in eodem Dominico die stantes oramus, quod est signum futuræ vitæ. Hoc agit universa Ecclesia, quæ hac in peregrinatione est mortalitatis constituta, exspectans in finem sæculi, quod in Domini nostri Jesu Christi corpore præmonstratum est, qui est primogenitus mortuorum. CCVIII, 1336-1338.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc. — De Sabbato, LVII, 516, 527, 717.

NICOLAUS I, papa. — Nosse cupitis, si liceat alicui Sabbato vel Dominica die laborationem aliquam exercere. De hoc S. papa Gregorius Romanos alloquens ait: « Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines prava inter vos aliqua et sanctæ fidei adversa seminasse, ita ut die Sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores dixerim, qui veniens diem Sabbatum atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri? » Quia enim mori se et resurgere simul et, haberi in veneratione vult diem Dominicum; et quia judaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum revocet, et sibi Judæorum perfidiam subdat, coli vult Sabbatum. Hoc enim quod per prophetam dicitur: « Ne inferatis onera per portas vestras die Sabbati, tandiu teneri potuit, quandiu legem licuit juxta litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis Dei Domini nostri Jesu Christi apparuit, præcepta legis quæ per figuram dicta sunt, juxta litteram servari non possunt. Nam si quis dicit hoc de Sabbato esse servandum, dicat necesse est etiam carnalia sacrificia persolvenda; dicat præceptum quoque de circumcissione corporis adhuc esse retinendum. Sed contra se Paulum apostolum audiat dicentem: « Si circumda-

mini, Christus vobis nihil prodest. » Nos itaque quod de Sabbato dictum est, spiritaliter accepimus, spiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur, verum autem Sabbatum ipsum Redemptorem nostrum Jesum Christum Dominum habemus; et qui lucem fidei ejus cognoscit, si peccatum concupiscentiæ mentem per oculos trahit, in die Sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die Sabbati onera per portas introducimus, si in Redemptoris nostri gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam idem Dominus et Redemptor noster multa in die Sabbati legitur operasse, ita ut Judæos reprehenderet, dicens: « Quis vestrum bovem aut asinum suum non solvit in die Sabbati, et ducit adquare? » Si ergo ipsa per se veritas non custodiri juxta litteram Sabbatum præcepit, quisquis olim Sabbati secundum legis litteram custodit, cui alteri nisi ipsi Veritati contradicit? Dominico vero die a labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut quod negligenter per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ expietur, CXIX, 984, 985.

PETRUS COMESTOR. — « Non mœchaberis, » id est, non miscearis alicui, excepto fœdere matrimonii, CXCVIII, 1163.

« Memento ut diem Sabbati sanctifices, » id est sanctum et feriatum habeas. « Non facies in eo omne opus, tu et filius tuus, et filia tua, ne servus, nec ancilla tua, nec jumentum tuum, nec advena, qui juxta portas tuas est, » id est tecum in domo tua serviens, quia, « Deus quievit die septimo, » et nos diem septimum servamus, etsi non hunc quem illi. Nam et Josephus sic ait: Quartus sermo secundum servandas septimanas, cum ab omni opere forent cessaturi, propterea de opere servili dicimus intelligendum, CXCVIII, 1165.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — Memento ut diem sabbati sanctifices, CXLV, 1017.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episcop. — Tertium præceptum est: « Memento ut diem Sabbati sanctifices, » ubi secundum litteram præcipitur observantia Sabbati. Allegorice vero, ut requiem et hic a villis, et in futuro in Dei contemplatione expectes ex Spiritu sancto, id est ex charitate et dono Dei, non quod Spiritus sanctus sine Patre et Filio hoc operetur, accepit utique Ecclesia hoc donum, ut in Spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Spiritum sanctum dicitur pertinere, quia ipse est Spiritus adoptionis filiorum, ipse Patris et Filii amor et connexio vel communitas. Ideoque justificatio nostra et requies ei attribuitur sæpius, CXII, 831.

PROSPERUS (S.), Aquitan. — De Sabbato, LI, 412, 468, 477, 524.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De die Dominica, CVII, 108, 335, 443. Homilia de Domini diebus, CX, 76.

RÖDULPHUS, Bituricens. episcop. — Diem Dominicum apostoli ideo religiosa sanxerunt solemnitate, quia in eodem die Redemptor noster a mortuis resurrexit. Quique ideo Dominicus appellatur ut in eo a terrenis operibus et a mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus. Nam sicut ipse Dominus Jesus Christus et Salvator noster tertia die resurrexit a mortuis, ita et nos resurrecturos in novissimo sæculo speramus. Unde etiam in Dominica die stantes oramus; quod est signum futuræ resurrectionis...

Dies autem Dominicus a Christianis post resurrectionem Domini celebratus est, et ex illo coepit habere festivitatem suam. Tanta ergo hujus diei debet esse observantia, ut præter orationes et missarum solemnitas, et ea quæ ad vescendum pertinent nihil aliud fiat, videlicet, ut nec opera servilia in eo agantur, nec viri ruralia exerceant, nec vineas colant, nec campos arent, nec messem metant, nec fenum secant, nec sepem ponant, nec silvas stirpent, nec arbores cadant, nec in petris laborent, nec domos construant, nec hortum faciant, nec terram moveant, nec ad placita convenient, nec venationes exerceant, nisi tantum cibi vel frigoris necessitate. Item feminæ opera textilia non faciant, nec vestimenta capulent, nec cousuant, nec vestimenta lavent, nec liniant, nec linum battant, nec lanam carpere præsumant, nec herbices tondeant, ut omnimodis bonorum requies die Dominico persolvatur. Ipse est enim primus dies sæculi. In ipsa formata sunt elementa mundi, in ipso creati sunt angeli, in eo manna de cælo datum est, in eo Redemptor humani generis a mortuis resurrexit, in eo Spiritus sanctus super discipulos descendit..., CXIX, 716.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — « Memento ut diem Sabbati sanctifices. » Hoc præceptum legitimum est, et in eo legitime servatur, ut quod operatur servus, cum bene operatur, non suam, sed Domini sui gloriam quærat, non præsentem ab ore conservorum suorum sibi laudem

exquirat, vanamque gloriam suo nomini constituere proponat, sed Scripturam dicentem attendat: « Videat opera vestra bona, » non ut vos videamini, sed ut glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. » Hoc revera meminisse est Sabbati sanctificandi, id est, hoc intendere servum, ut bene operando mereatur introire in requiem Domini sui. Nam illius Sabbati meminisse, cujus meminit hodieque Judæus, jam non pro præcepto habemus, imo contra præceptum, et contra voluntatem Domini esse fatemur, quia videlicet Sabbatum illud jam ex illo magno die Sabbati, quo instante crucifixerunt Dominum, pollutum est a servis malignis, sanguine Domini sui; et ex tunc omne Sabbatum et omne festum illorum profundo odio odit anima Domini. Hoc ergo præceptum est, « Memento ut diem Sabbati sanctifices, » id est ut bene operando finem totum operis illic constituas, ubi sancta et vera est requies. Consilium autem hoc est, ut nunc etiam sabbatizes, id est ut activam excedens vitam, contemplationi vaces, quæ pars tanto melior est quantum fidei servo dulcis amicitia præpollet, testante ipso cum dicit: « Martha, Martha, sollicita es. » Marthæ servitium non reprehendit, sed Mariæ partem prætulit, tanquam homo id quod optimum sit..., CLXVII, 1223, 1224.

Lex etiam Sabbati carnalis, lex fuit sancta et justa et bona. Nam sicut signum circumcisionis incarnationem, et immolatio paschalis Agni passionem futuram prædicabant ejusdem unigeniti Filii Dei, sic et Sabbatismus ille requiem annuntiabat, quæ post hanc vitam reposita est sanctis et electis, ubi Deus in luce sapientiæ suæ requiescit, qui et ipsam requiem illis pro mercede præparavit. Porro spiritualis homo non uno die hebdomadis, sed omni tempore Sabbatizare satagit, semper intentus Verbo Dei, juxta Psalmistam, qui de hoc Sabbato loquitur; imo per quem loquitur, ipse Sabbatorum Dominus: « Vacate, inquit, et videte quoniam ego sum Deus » vacate, namque a sæculi actibus et in sancto et quieto studio videte quoniam Dominus est Deus, illius inchoatio Sabbati est, quam et contemplativam vitam dicimus, quam optimam partem esse testatur ipsa Veritas: « Maria, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. » Cujus suavitatem jam in præsentis suis amatoribus dulciter aspirantem sciens idem Dominus alibi loquitur: « Venite ad me, omnes, etc. » CLXVII, 263, 264.

Aliquid boni facere, non ad laudem Dei, sive ob spem æternæ retributionis, sed ut videaris ab hominibus, dilectioni Dei est contrarium. Dicit ergo: « Memento ut diem Sabbatorum sanctifices, » id est in omnibus operibus tuis, Dei retributionem attende, vel in Deo requiem tibi præpara pro mercede; quod vere est diem Sabbati sanctificare; nam hæc de carnali Judæorum Sabbatismo dictum est, videlicet quod hæc.

« Non assumes nomen Dei tui in vanum. » Hoc necessario servus audit et obaudit, si non vult plagis servilibus male discrucari aut perimi. Quid est enim assumere nomen Domini Dei sui, nisi pejerare nomen Dei sui, aut in rebus vilibus, aut ludicris, cælis et terris reverendum nomen habere ostentui? Non ergo assumere nomen Dei sui in vanum, necessarium atque legitimum est præceptum, quod qui custodierit servus, pœnam evadat, quanta sub hac intentione valet intelligi. « Nec enim insontem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui in vanum. » Quodsi ingenuitatem desiderat amici, consilium est ut omnino non juret. Dicit enim in Evangelio Dominus ille et Angelus magni consilii. « Audistis quia... Non pejerabis... ego autem dico vobis non jurare omnino... » Non præceptum hoc esse, sed id quod supra præceptum est, id est consilium ex eo fateri compellimur, quia legem sanctam et bonam, et justam Evangelio, vel Evangelium legi contrarium esse non putamus, imo istud vel suspicari ut nefas devitamus..., CLVII, 1722, 1723.

THODULPHUS, Anrelianens. episcop. — De observatione diei Dominicæ, CV, 198.

Quartum præceptum.

« Honora patrem tuum et matrem tuam ut longævus sis super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi. »

ABSALO, abb. — De obedientia, CCXI, 175, 232.

ADALGERUS, monach. — De obedientia, CXXXIV, 918.

ADAMUS SCOTUS, monach. — De obedientia, CXCVIII, 251.

ALANUS DE INSULIS, doctor. — De obedientia, CCX, 144.

ALGERUS, scholast. Leodiens. — In malo non est obediendum, CLXXX, 869.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episcop. — Aequalem esse debere parentum affectum et filiorum gratiam XIV,

645. Honora patrem et matrem, XV, 1787. Exhortatio ad parentes ut ad virginitatem filios suos astruant, XVII, 198. De inobedientia filiorum, XVII, 62. De obedientia erga potestates, XVII, 162. De obedientia servorum, XVII, 407. Responsio submissionis in libro de vitiorum virtutumque conflictu, XVII, 1061.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc. — De obedientia, CLVIII, 1017, 1135; CLIX, 606, 658.

ATTO, Vercellens. episcop. — Reddite Cæsari, etc., CXXXIV, 260. Filii, obedite, etc., CXXXIV, 581.

Non leve est regalem impugnare majestatem, etsi iniusti in aliquo videatur. Dei enim ordinatio est; Dei est dispensatio. Profanum est enim violare quod Deus ordinat: ait enim Dominus per Moysem: « Principem populi tui ne maledicas. » Nam cui nec maledicere licet, liquido patet quia et persequi non licet. Et per B. David: « Nolite tangere christos meos. » Quod quanta mansuetudine ipse observaverit manifestum est. Certe jam Saul sua protervia ab ipso Deo fuerat reprobatus; jam et ipse David divina gratia in regem fuerat unctus, et tamen cum in spelunca in manu ipsius Saul incidisset, dixerunt servi David ad eum: « Ecce dies de qua Dominus locutus est ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, et præcidit oram chlamydis Saul silenter.... » Quamvis enim de illius abjectione, suaque electione minime dubitaret, eoque persequente usque ad interna coarctaretur spelunca, tamen manum in eum extendere noluit, sed divinum iudicium expectavit. Et quod oram tantummodo chlamydis ipsius absciderit, postea eum poenituit,....

« Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris. » In quo non tantum tributi redditio, sed totius debiti honoris reverentia intelligendum est. Quod etiam ipse cum ab exactoribus ut redderet urgeretur, non dignatus est persolvere, sed ait Petro: « Vade ad mare, » etc. unde et ipse tanta Magistri eruditus doctrina, admonet Ecclesiam omnimode regibus servare obedientiam. Ait enim: « Deum timeate, legem honorificate, »....., CXXXIV, 96, 97.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Obedientia et inobedientia, XXXIV, 377. De reverentia erga parentes, XXXIV, 704, 809, 950, 969. De officiis parentum erga filios, XXXIV, 964. Potestatibus superioribus obediendum, XXXV, 2083; XXXVIII, 109. Honora patrem, XXXIII, 69, 75, 605; XL, 1248, 1262, 1344. Obedientia Jesu, XXXVIII, 343. Obedientia Mariæ, XXXIX, 2104. De dilectione parentum, XXXIX, 2264; XL, 1054, 1080. Honora patrem, XLXI, 950.

BEDA Venerab. — Post tria priora præcepta septenarius succedit numerus præceptorum, ad dilectionem proximi pertinens, et incipit ab honore parentum, quod tamen in ordine quartum est: « Honora patrem tuam et matrem tuam: » a parentibus enim suis homo aperit oculos, et hæc vita ab eorum dilectione sumit exordium; inde hoc mandatum primum est in septem, sicut et Dominus in Evangelio ait: « Honora patrem... » Quod est mandatum primum. Sed quomodo primum quia quartum, nisi quia prædictum est in septenario numero; quia pertinet ad dilectionem proximi, primus est in altera tabula. Nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt. Jubetur ergo in hoc præcepto filiis honorare parentes, neque contumeliosos illis existere, sed officio pietatis debitam reverentiam præstare. Nam qui parentibus honorem deferre non novit, quibus parcere poterit, qui suos odit, XCIII, 374. De obedientia, XCIV, 67.

BENEDICTUS (S.), monach. pater. — De obedientia, LXVI, 221, 349.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb. — De obedientia, CLXXXII, 868; CLXXXIII, 60, 542. De virtute obedientiæ, et septem ejus gradibus, CLXXXIII, 653.

BRUNO (S.), Carthusianorum institut. — De obedientia erga potestates, CLIII, 105, 133; 563. De obedientia erga parentes, CLIII, 347.

BRUNO (S.), Astens. abb. — Honora patrem tuam, CLXIV, 280. De obedientia, CLXV, 935.

CASSIANUS, Massiliens. presbyt. — De obedientia, XLIX, 162, 183.

CASSIODORUS, senat. et abb. — Fidem regi servandam, LXIX, 807.

COLUMBANUS (S.), abb. — De obedientia, LXXX, 888.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc. — Parentibus obsequendum, IV, 770. Patres asperos esse circa filios non oportere, IV, 771. De servis erga dominos et vice versa, IV, 771.

DEFENSOR, monach. — De honore parentum, LXXXVIII, 685. De filiis, *ibid.*, 687.

GILBERTUS DE HOILANDIA, abb. — Obedientiæ

promptitudo commendatur, CLXXXIV, 570. De obedientia, CLXXXIV, 799.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap. — De obedientia, LXXVI, 765. De obedientia tribuno debita exhibenda, LXXVII, 565. De obedientia episcopo debita exhibenda, LXXVII,

HAYMO, Halberstatens. episcop. — De honore parentum, CXIX, 717.

HERVEUS, monach. — De obedientia, CLXXXI, 774.

HIERONYMUS (S.), Stridonens. presbyt. — Honora patrem et matrem, XXV, 105. Obedientia erga parentes, XXVI, 537. Servi erga dominos, XXVI, 541. Exemplum bonum a parentibus illis præbendum, XXXVI, 582. Potestatibus superioribus obediendum, XXVI, 590. De honorandis parentibus, XXX, 145. De obedientia, *ibid.*, 521. De obedientia prælatis, 398.

HILDEGARDIS (sancta), abbatissa. — De obedientia, CXCVII, 359.

HUGO DE S. VICTORE. — Primum secundæ tabulæ præceptum ad carnalem patrem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad Patrem cœlestem; quod tale est: « Honora patrem tuam et matrem tuam, ut sis longævus super terram. » In his honora quæ contra Deum summum non sunt, obediendo et in necessitatibus suis quantum potes subveniendo. « Ut sis longævus super terram » sciicet viventium, CLXXVI, 122, 352, 353.

De obedientia, CLXXVI, 919. Quibus sit præstanda obedientia, CLXXVII, 581. De quintuplici obedientia, *ibid.*, 841.

INNOCENTIUS III, papa. — De obedientia, CCXVII, 1150.

JOANNES, Saresberiens., Carnotens. — Reverentia quæ corporaliter impenditur, aut in personis consistit, aut in rebus. Personarum vero ratio habetur aut a natura, aut ab officio, aut a moribus, aut a conditione, aut a fortuna. Natura parentes veneramus et liberos, et quos nobis caro conjunxit, utputa uxorem, cognatos et affines. Unde et gentilium jure receptum est, eo quod peræque fit apud omnes gentes. Ad hoc etiam divino jure urgemur, qui scriptum novimus: « Honora patrem, » etc... Liberos autem non multum oportuit commendari eo quod « nemo carnem suam odio habuit; » sed nec uxorem, propter quam homo patrem relinquit et matrem, adhærens « uxori suæ » ut sunt, « duo in carne una. » Non tamen in hoc parte divinæ legis mandata desunt. Etsi propter naturæ stimulum, qui satis urget, rarius inserantur, protenduntur tamen ad cognatos et affines, quos per se natura commendat. Officium vero est debitum exsequendi quæ unicuique ex institutis aut moribus agenda sunt. Ex eo namque personis singulis proprii congruunt actus.... Nos autem quibus de cœlo veritas illuxit, non deorum, qui nulli sunt, sed veri Dei ministris et amicis magnam reverentiam credimus exhibendam; sed ut inimicis ejus interdum, quoniam hoc ipse præcepit, qui sæpe maximam ad eruditionem suorum, pessimis hominibus contulit potestatem. Unde illud: « Subjecti estote, etc., » CXCIX, 514-551.

JONAS, Aurelianensis episcop. — Sunt multi qui liberos suos plus spiritu quam carne et sunt qui plus carne quam spiritu diligunt. Sunt item alii qui plus eos legem cœli quam mundi, et sunt e contrario qui plus leges mundi quam cœli discere suadent. Sunt etiam qui plus cœlestibus quam terrenis et sunt e contrario qui plus terrenis quam cœlestibus eos inhiare docent. Audiant igitur qui carnaliter filios suos diligunt, et legibus mundi potius quam cœlestibus eos instruere satagunt, quid Dominus in Deuteronomio dicat:..... « Imitentur ergo B. Job, cujus studium circa filios erudiendos tale existit, ut non solum eos exterius perfectos opere et sermone efficeret, verum eorum etiam corda sacrificii oblatione mundaret..... attendant etiam et David instruentem Salomonem filium suum... Attendant et Tobiam, ... CVI, 192-194.

Instruimur, inquit S. Ambrosius, qualis esse debeat affectus parentum filiorumque gratia; sed frequenter amor ipse patrius nisi moderationem teneat, nocet liberis, si aut nimia indulgentia delictum resolvat, aut prælatio unius cæteros ab affectu germanitatis avertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum acquiritur amor. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hæreditas filiorum. Jungat filios æqualis gratia, quos junxit æqualis natura. Lucrum pietas nescit pecuniæ in quo pietatis dispendium est. Quid miraris, si propter fundum aut domum oriuntur inter fratres jurgia, quando propter tunicam inter Jacob sancti filios exarsit invidia? Quid ergo? Reprehendendus est Jacob, quia præferbat unum cæteris? Sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne eos plus diligant quos plus credant mereri, nec filiis

resecare studium debemus plus placendi. Denique et Jacob plus illum amabat, in quo majora virtutum insignia prævidebat.

Quidam sunt qui filios suos blandis tantum hortantur sermonibus, et non deterrentur exemplo feli sacerdotis, qui filios suos verbis tantum coercuit, et severissima districtione ferire detrectavit. Porro sunt plerique parentes qui filios suos, dum lubricæ ætatis existunt, verberibus ad bene agendum corrigere negligunt; qui, cum ad intelligibilem ætatem pervenerint et malis operibus deservire cœperint, non facile a malo cohiberi parentum castigatione possunt; quorum peccata parentibus, qui eos in tenera ætate castigare noluerunt, imputari dubium non est, CVI, 194, 195.

Sicut sunt autem qui parentibus honorem digne reverenterque impendunt, ita sunt e contrario qui id facere negligunt, non animadvertentes, aut certe animadvertere nolentes, quod qui parentes dehonoraunt, Deo, qui omnium creator verusque pater est, injuriam faciunt, et quod Dominus injurias parentum, nisi digna poenitentia subsequuta fuerit, minime impune remanere patitur. Quantæ igitur sit damnationis, quantumque ab humana dignitate remotum parentes venerabiliter non agnoscere, quantæque sit remunerationis eis debitum honorem obedienter impendere, demonstrandum est..... Ait Deus in lege: « Honora patrem tuum, etc. » S. Ambrosius in libro *De Joseph* ait: « Primum omnium, quantam discimus parentibus deferre reverentiam, cum legimus, quoniam qui benedicebatur a patre, benedictus erat, et qui maledicebatur, maledictus erat? Ideo hanc parentibus gratiam donavit Deus, ut filiorum pietas provocaretur. Prærogativa parentum, disciplina est filiorum. Honora ergo patrem, ut benedicat te; honoret patrem pius propter gratiam, ingratus propter timorem. Etsi pauper est pater, et non habet divitiarum copias, quas relinquat filiis, habet tamen ultimæ benedictionis hæreditatem, quas sanctificationis opes successoribus largiatur. Et merito plus est beatum quam divitem fieri. » Sunt nempe perversæ voluntatis filii qui honorem parentibus impendendum male intelligentes, eum in eo solo constare dissimulant, quod parentes recognoscunt, eisque se corpore non animo humiliant, et ea quibus indigent eis administrare refugiunt. Animadvertant ergo, quod honor in Scripturis, non tantum in salutationum officiis deferendis, quantum in elemosynis ac munerum oblatione sentitur. Præcepit Dominus, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, ut filii honorarent, etiam in vitæ necessariis ministrandis, parentes suos, CVI, 195, 196.

LEO MAGNUS (S.), papa. — Hortatio ad obedientiam, LIV, 645.

LEO IX (S.), papa. — De obedientia, CXLIII, 563.

MARTINUS (S.), Legionensis. canonic. regularis. — Post tria præcepta primæ tabulæ, succedit septenarius numerus mandatorum ad dilectionem pertinens proximorum. Primus est in altera tabula, et incipit ab honore parentum. Quod tamen in ordine est quartum? « Honora patrem tuum et matrem tuam. » Quod est ergo mandatum primum nisi quartum? Hoc est quod in septenario nmero, qui pertinet ad dilectionem proximi, primus est in altera tabula; nam a Deo duæ tabulæ legis datæ sunt. Jubentur ergo in hoc præcepto filii parentes honorare, nec contumeliosi existere, sed officio pietatis debitam reverentiam præstare. Nam qui parentibus honorem deferre non novit, cui parcere vel præstare poterit? aut quomodo alios diligere poterit, qui suos odit, CCVIII, 783. — Sermo de obedientia, CCIX, 101.

MAXIMUS (S.), Taurinensis. episc. — De dilectione erga parentes, LVII, 903.

NOVATUS, Catholicus. — Sententia de obedientia, XVIII, 67.

ODO S. Victoris prior. — De obedientia, CXCVI, 1402, 1404.

OTHLONUS, monach. — De obedientia, CXLVI, 285.

PETRUS CANTOR. — De obedientia, CCV, 314.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennat. archiep. — Dilectio patrum in filios, LII, 352.

PETRUS COMESTOR. — « Honora patrem tuum et matrem tuam, » duplici honore, reverendo scilicet, et necessaria ministrando. In his enim quæ sequuntur, fere et in omnibus, a parte totum intelligitur. Unde et Dominus docens totaliter intelligenda, implevit legem, CXCVIII, 1165.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — De obedientia, CXLIV, 680. Quæ sit vis obedientiæ, CXLV, 570. De obedientia erga parentes, CXLV, 1018.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episcop. — In secunda vero tabula erant septem mandata, ad dilectio-

nem proximi pertinentia, quorum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad patrem coelestem. Quod est: « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, scilicet viventium. » Parentes vero sic sunt honorandi, ut eis debita reverentia exhibeatur, et necessaria ministrentur, CXCII, 832.

De obedientia, CXCI, 1503; CXCII, 217. De reverentia erga dominos, CXCII, 359, 391.

PHILIPPUS DE HARVENG, abb. — De obedientia, CCIII, 859.

PROSPER (S.) Aquitan. — De obedientia, LI, 452, 461.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — Honorandos parentes a filiis, CIX, 777, 808. De obedientia, CXI, 1560.

RADULPHUS ARDENS. — De obedientia, CLV, 1828.

RATHERIUS, Veron. episc. — De dominis, CXXXVI, 174. De servis, *ibid.*, 175. De patre et matre et filiis, *ibid.*, 201.

RUPERTUS, Tutiens. abb. — « Quintum præceptum: « Honora patrem tuum et matrem tuam, » magnum præceptum et magna observatione dignum, magnaque et pulchra remuneratione compensandum, quam continuo proponens sermo bene audienti, « Ut sis longævus, inquit, super terram. » Super hoc præceptum majus atque excellentius est consilium, non habere patrem aut matrem præter Deum. Et hoc quidem consilium palam prædicat majestas Evangelii, sed nec ipsa omnino tacuit humilitas legis. Ait enim: « Qui dixit patri suo: Nescio vos... » Igitur præceptum est patrem et matrem honorare; consilium autem patrem et matrem nescire, non modo contrario quo pater et mater inhonorentur, sed modo rationabili et justo, quo Deus cunctos affectus excellens patri et matri jure præferatur. Neque enim genitores inhonorantur ubi solus Creator ipsis præfertur..., CLXVII, 1724-1726.

SMARAGDUS, abb. — De obedientia, CIII, 519, 649.

STEPHANUS DE MURETO, monach. — De obedientia, CCIV, 1139.

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyt. — De honore erga potestatem a Deo constitutam, I, 700. De obedientia in genere, *ibid.*, 1234.

THEODULFUS, Aurelianens. episcop. — De officio filiorum erga parentes et vice versa, CV, 202.

Quintum præceptum.

« Non occides. »

ADALGERUS, monach. — De charitate, CXXXIV, 917.

ADAMUS SCOTUS, Præmonstratens. — De virtute charitatis, CXCVIII, 265.

ADAMUS, Perseniæ abb. — De charitate, CCXI, 1095.

AELREDUS, abb. Rievallens. — Speculum charitatis, CXCIV, 505. De spirituali amicitia, *ibid.*, 661.

ALANUS DE INSULIS. — En auctoritates quæ remedium præstant contra detractiones. Hieronymus ait: « Cum factum aliquod a maledico fingitur, alterius fama vexatur. » Idem ait: « Non juste potes in aliis reprehendere quod ipse facis, nec arguere simulationem potes cum ipse reus tentaris. » Item: « Cave ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id est, ne ipse aut aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. Nulli detrahas, nec in eo te sanctum putes, si cæteros laceres, si detractionibus tuis alios vulneres. Non est hoc emendare, sed vitio tuo satisfacere. » Item: « Incongruum est latere corpore, et lingua per totum orbem vagari. Vide ne, dum reprehendis vitia, vitium detractionis incurras. » Item: « Querulum est servorum genus, et quantumcunque tribulatur, illis minus est; non enim considerant quid, sed quantum detur, doloremque suum solum detractionibus consolantur. » Idem: « Qui aliis crebro detrahit, quamplurimos offendit; turpe est lacerare absentes, et alienam vitam describere; minus disertus est, qui se excusat alieno errore. Detractor scorpionis gerit imaginem, quia sicut scorpio præfert virginis vultum, et consequenter emittit aculeum, et a superiori vulnus infert acutum; sic detractor in facie hominum verba favorabilia proponit, et in occulto aculeum detractionis concludit, et quasi a superiori vulnerans, melioribus detrahit. O homo, quid de te cogitas, dum jaculum detractionis vibras? Prima sagitta in te revertitur, et prius tibi quam aliis vulnus infertur. Male velas tui facti enormitatem, qui eam palliare cupis per alienam detractionem. Dum detrahis hominibus, suspectum te reddis, omnibus te odiosum facis, et quos honestis sermonibus amicare deberes, veneno detractionis eis inimicari studes. Dum alios deturpare niteris, te profundius inficis, et quod in alios commentaris falsum, in te invenis verum. De detractoribus dicitur: « Sepulcrum patens est guttur

eorum. Sepulcrum dealbatum exterius, fœtorem cadaveris tenet intus; sic detractor interiorem malitiam colorare volens, in morsus detractionis exit. Sed per hoc potius sepulcrum aperitur, et interioris malitiæ fœtor egreditur. Detractores canum gerunt imaginem, qui indiscrete lateribus intendunt et omnibus morsus inferunt. Hi sunt qui in scirpo inveniunt nodum, in immaculato maculam, in rotundo angulum, in splendido tenebrosam. Hæc est pestis hypocritarum, morsus invidorum; pestis illa nulli parcat, auget culpam, diminuit gratiam, errat in proximum, peccat in Spiritum sanctum. Hac maligna peste intonantes scribæ et Pharisei dicebant: « In Beelsebub principe... »; et alibi clamaverunt: « Samaritanus es... » O homo, quæ commoditas in detractone? quæ utilitas in maledico dente? Dum proximo nocere credis, magis honori ejus accedis, quia solet detrahi bonis, et in virtutem desævitas tabes livoris. Detractio est inimica virtutum matri, scilicet charitati, quam a se fugat qui proximum detractone sugillat, quia Spiritus sanctus detractio effugiet sigmentum, mendacium abhorret reprehensionis, detractio peccatum. Nec hic, neque in futuro locum remissionis vix invenit, qui Spiritum sanctum offendit. O homo, qui cinis es et pulvis, qua fronte, quo supercilio verecundiæ perfusus caractere in meliorem audes detractio venenum evomere, aut in minus malum, vel parum judicii sententiam ferre? si proximum judicas injuste, a majori judicaberis juste, pro judicio detractio, æternæ senties judicium damnationis, CCX, 164-167.

Contra invidiam, CCX, 128. Contra iram, CCX, 129. De dilectione proximi, CCX, 153.

ALCUINUS, abb. — Hortatio ad charitatem, C, 495, 504. De misericordia et indulgentia, C, 617. De iracundia, CI, 631, 1193.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Occisionis scelus, XIV, 405. Invidia si exorta sit, quomodo declinanda, XIV, 622. Job exemplum patientiæ, XIV, 798, 829. De ira, XIV, 975. Justus inter insolentes, XIV, 1043. De charitate, XV, 1636. De scandalo, XV, 1784. De indignatione, amaritudine amovendis et de benignitate exercenda, XVII, 393. Ambulandum est in dilectione, XVII, 394. De dilectione fraterna, XVII, 1061.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc. — De pace et concordia, CLVIII, 1015. De amicitia et inimicitia, CLIX, 638. De concordia et discordia, CLIX, 658. Commendatio charitatis, CLIX, 686.

ATHANASIUS (S.) — De operibus charitatis, XVIII, 80.

ATTO, Vercellens. episc. — De fraterna dilectione, CXXXIV, 255. De charitatis dotibus, CXXXIV, 387.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — Quod dictum est: « Non occides », non putandum est fieri contra hoc præceptum quando lex occidit, vel occidi aliquem Deus jubet. Ille enim facit qui jubet, quando ministerium negare non licet, XXXIV, 622.

« Audistis, quia dictum est, antiquis, Non occides..., ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, etc... » ... Audiendum est itaque quantum intersit inter justitiam Phariseorum, et istam majorem quæ in regnum cœlorum introducit, quod cum sit gravius occidere quam verbo irrogare convicium, ibi occisio reum facit judicio, hic autem ira facit reum judicio..., XXXIV, 1240-1245.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Dilectio sui et proximi, XXXII, 1351, 1453. De charitate proximi unione cordium, XXXII, 1379. De cohibenda ira, XXXIII, 152. De homicidio, XXXIII, 185. De discordia, XXXIII, 245. De dilectione proximi, XXXIV, 161. De scandalo, XXXIII, 950. De dotibus charitatis, XXXV, 2157, 2043; XXXVI, 260. Irascimini et nolite peccare, XXXVI, 80, 189. Non occides, XXXVIII, 70, 75. Proximus quantum diligendus, XXXVIII, 212. De scandalo, XXXVIII, 418, 499. Proximus omnis homo, XXXVIII, 563. Caritas quantum bonum, XXXVIII, 764. Amor impudicus non est amor, XXXIX, 1367. Virtutes et vires charitatis, XXXIX, 1952. De odio vitando, XXXIX, 1973. De nutrienda charitate, XL, 25, 80, 288. Liber de patientia, XL, 611. Mandatum diligendi proximum; quis proximus, XL, 670, 1059, 1055. De amicitia, XL, 852, 1049. De ira et odio, XL, 125. Qui fratrem diligit, Deum diligit, XLII, 957; XLIV, 242; XLV, 1891. Caritas major omnibus donis, XLVI, 887, 997. Non occides, XLVI, 951. Liber de quatuor virtutibus charitatis, XLVII, 1127.

BEDA VENERABIL. — « Non occides. » Etenim non solum opere perpetrans homicidium facit, sed etiam et qui incurrit in eum esurientem vel nudum, qui mori possit nisi indumentum cibumque porrigendo subveniat, et idem homicida teuebitur, XCIII, 375. — De scandalo, XCIV, 442.

BENEDICTUS (S.), Anianens. abb. — De charitate erga proximum, CIII, 512, 687.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abb. — De lege veræ charitatis, CLXXXII, 208. De vindicta, CLXXXII, 201. De scandalo, CLXXXIII, 451. De duplici charitate, CLXXXIII, 1020.

BRUNO (S.), Astens. abb. — De homicidio, CLXIV, 286; CLXV, 104. Diliges proximum, CLXV, 110. De charitate, CLXV, 907. De misericordia, CLXV, 919.

BRUNO (S.), Carthusianor. institut. — De charitate, CLIII, 193, 194, 258.

CÆSARIUS (S.), Arelatens. episcop. — De charitate tenenda, LXVII, 1151.

CASSIANUS, Massiliens. presbyt. — De spiritu iræ, XLIX, 323. Perfectio charitatis, XLIX, 857. De amicitia, XLIX, 1011. De invidiæ malo, XLIX, 1122.

CASSIODORUS, senator, abb. — Contra homicidas, LXIX, 783.

CHROMATIUS (S.), Aquileiens. episcop. — De vindicta, XX, 353. De dilectione proximi, XX, 355. De homicidio et dilectione fraterna, XX, 345. De scandalo, XX, 349.

COLUMBANUS (S.), abb. — De dilectione proximi, LXXX, 250.

COMMIANUS (S.), abb. — De homicidio, de ira et invidia, LXXVII, 989.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episcop. — De iracundia vincenda, IV, 757. De charitate inter fratres, *ibid.* Infirmos visitandos, IV, 777. Viduam et pupillos protegi oportet, IV, 778.

DEFENSOR, Locociagensis monach. — De charitate, LXXXVIII, 599. De dilectione proximi, LXXXVIII, 605, 610, 664, 674, 678. De invidia, LXXXVIII, 654. De iracundia, LXXXVIII, 644. De amicitia et inimicitia, LXXXVIII, 696.

ELIGIUS (S.), Noviomens. episcop. — De vera charitate, LXXXVII, 638.

EUCHERIUS (S.), Lugdunens. episcop. — De iracundia, L, 885.

EUGYPIUS, abb. — Sermo de laude charitatis, LXII, 1085.

FASTIDIUS, Britann. episc. — Proximi dilectio, L, 393.

FULGENTIUS (S.), Ruspens. episcop. — De charitate, LXV, 344, 738.

GILBERTUS DE HOILANDIA, abb. — De charitate, CLXXXIX, 85. De dilectione proximi, CLXXXIV, 705.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa. — De iracundia, LXXV, 725. De invidia, LXXV, 727. Proximi dilectio, LXXV, 780, 922, 923. De charitate tenenda, LXXVII, 586.

GUIGO I, Carthusianor. prior. — De dilectione proximi, CLIII, 626.

HALITGARIUS, Cameracens. episcop. — De vitio invidiæ et iræ, CV, 662, 663.

HAYMO, Halberstatens. episcop. — De charitate, CXVIII, 584, 618, 731.

HERVÆUS, Burgidolens. monach. — Nulli malum pro malo reddentes, CLXXXI, 771.

HERVÆUS, Remens. archiepisc. — De iracundia et de homicidiis, CXXXII, 705.

HIERONYMUS (S.), presb. — De scandalo, XXVI, 129. Diliges proximum tuum, XXVI, 408, 494, 517. Irascimini et nolite peccare, XXVI, 510. Exhortatio ad adversa toleranda, XXX, 50. Dilectio proximi adimpletio legis, XXX, 705. Dotes charitatis, XXX, 758.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc. — Exhortatio ad constantiam, IX, 557. Proximi dilectio, charitatis affectus, IX, 637. Injuria inferens miseratione dignus, non ira, IX, 712. Tribulationis utilitas, IX, 790. Odium plium, IX, 815. Ira sine causa homicidii rea, IX, 937. Lex charitatis, IX, 950. De scandalo, IX, 1019.

HILDEBERTUS, Cenomanens. episc. — Dilectio proximi, CLXXI, 520, 833. De operibus misericordiæ, CLXXI, 835.

HUGO DE S. VICTORE. — Secundum præceptum est: « Non occides. » Homicidium fit manu, lingua, consensu. Judæi enim, quamvis Christum manu non occiderunt, linguis suis tamen occiderunt. Consensu quoque voluntatis multi homicidæ sunt unde; « Qui odit fratrem suum homicida est. » Judici licet occidere, et si zelo justitiæ hoc facit non committit homicidium, CLXXXVI, 122, 356. De dilectione proximi, CLXXXVI, 125, 530. Laus charitatis, CLXXXVI, 971. De invidia et conatibus ejus, CLXXXVI, 1000. De duplici scandalo, CLXXXVII, 755. Sex sunt opera misericordiæ, CLXXXVII, 986.

INNOCENTIUS III, papa. — De injuriis vitandis, CXXVII, 1146.

ISAAC DE STELLA, Cisterciens. abb. — Beati pacifici, CXCIV, 1704

ISIDORUS Mercator. — De fraterna dilectione, CXXX, 145.

IVO (S.), Carnotens. episc. — De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publicam functionem teneat, ut pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si ejus congruit personæ. Qui vero repelluntur aliquo errore ne male faciant, etiam ipsis fortasse aliquid præstatur. Hinc autem dictum est, « Non resistamus malo, » ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus; unde non reus est Christianus, mortis alienæ, si, cum suæ possessioni murorum ambitum circumduxerit, aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est si bos ejus aliquando feriendo, vel equus calcem jaciendo aliquem occidat; aut ideo non debent Christianorum hoves habere cornua, aut equus ungulas, aut canes dentes. Aut vero, quoniam Paulus apostolus satis egit, ut in tribunis notitiam perferret insidias sibi esse a quibusdam perditis præparatas, et ob hoc deductores acceperit armatos, si in illos scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis illorum suum crimen agnosceret? Absit, ut ea quæ propter bonum aut licitum facimus aut habemus, siquidem per hoc præter nostram voluntatem cuiquam mali si quid acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica et agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se vel alterum interimat. Et quid plura commemorem cum ea commemorando finire non possum; quod est in usu hominum bonum aut licitum, unde non possit perniciem irrogari, si ipsum etiam perimere nulla legis auctoritate permittitur, CLXI, 1304, 1305.

Si non licet privata potestate alicui hominem occidere vel innocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit homicida est; et tanto sit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit qua se occidendum putavit — .. Non licet homini seipsum occidere, cum in eo quod scriptum est, « Non occides, » nihil deinde addito, nec ipse utique cui præcipitur intelligatur exceptus. « Non occides, » nec te, nec alterum. Neque enim qui se occidit, aliud quam hominem occidit... Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas. Sed his exceptis quos Deus occidi jubet sine data lege ad personam pro tempore expressa jussione, sive autem ipse qui occidit, qui ministerium debet jubenti, sicut gladius adminiculum utenti, et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quod dictum est, « Non occides, » qui Deo auctore bella gesserunt, aut personas gerentes publicæ potestatis secundum leges ejus, hoc est justissimæ rationis imperio, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito quæritur utrum pro jussu Dei habendum sit, quod Jephthæ filiam quæ patri occurrit occidit, cum se id vovisset immolaturum Deo quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Samson aliter excusatur quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia Spiritus hoc jussu latenter, qui per illum miracula faciebat. His ergo exceptis quos vel lex justa generaliter, vel ipse justitiæ fons Deus occidi jubet, quisquis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur... CLXI, 1305, 1306.

JOANNES Carnotens. episc. — Quid enim faciet filius, nisi quod patrem viderit facientem, CXCIX, 400.

Tenera ætas a libidinibus, et voluptate parente vitiorum, arcenda propensius, et ne quid licentius, pueris presentibus, a majoribus fiat, diligenter præcavendum. Egregie quidem Eleazarus cum redimendæ vitæ causa sollicitaretur committere in legem Domini, exempli periculum opposuit, dicens: « Quis ego sum Eleazarus nonaginta annorum ut transeam ad vitam alienigenarum, et juvenes religiosos seducam? CXCIX, 40.

Nititur in vetitum semper, cupimusque negata. (Ovid)

Et aquæ furtivæ dulciores, et panis absconditus suavior est, CXCIX, 403.

JONAS, Aurelianens. episc. — De charitate, CVI, 233. De odio et invidia, CVI, 241. De operibus misericordiæ, CVI, 250.

JULIANUS POMERIUS. — Divina Scriptura immobilem sententiam protulit, dicens: « Initium omnis peccati superbia. » Quid potest apertius, quid probabilius dici? Initium, inquit, non alicujus, sed omnis peccati superbia, ut evidenter ostenderet quod ipsa sit peccatorum omnium causa, quoniam non solum peccatum est ipsa, sed etiam nullum peccatum fieri potuit, potest aut poterit sine ipsa; siquidem nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo ejus præcepta calcantur. Quem contemptum

Dei nulla res alia persuadet hominibus, nisi superbia, quæ etiam in ipso diabolo, ut diabolus ex angelo fieret, æternæ perditionis existit causa, etc...., LIX, 476.

Jam nunc videamus quibus indiciis possit superbi deprehendi, ut signa ejus eluceant, quibus cavenda possit ostendi. Omitto illos quos etiam ipse habitus et incessus superbos ostendunt; quorum erecta cervix, facies torva, truces oculi et sermo terribilis nudam superbiam clamant; qui libidine dominandi possessi, quos possunt violenter sibi subjiciunt, humana jura divinaque confundunt, honoribus intumescunt, passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, et seipsos, superbiæ morbo corrupti, non capiunt. Hos ergo prætereo, in quibus superbia tam aperte regnat, ut nec dignetur se occultare, nec valeat... Ipsa in cordibus talium locum diabolo facit; ipsa ei adveniienti pectus immunitum familiariter pandit; ipsa introentem suscipit; ipsa capitis jus perditæ vivendi constituit; ipsa omnes virtutibus exarmat quos semel invaserit; ipsa quidquid in eis remanserit quod viliis posset obniti, ne contra se forte convalescat, interimit.

Inde est quod hi quos superbiæ mentis tabes purulenta corruerit seniorum suorum non observant imperata, sed judicant; de suis negligentibus objurgati aut rebellant insolenter aut murmurant; de loco superiori disceptant; præferri se etiam melioribus impudenter affectant, etc....; non servant in obsequio reverentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam, habent in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione jactantiam; in humilitate fallaces, in odio pertinaces, subjectionis impatientes, potentiæ sectatores, omnibus bonis odibiles; ad opus bonum pigri, etc.... Hæc sunt superbiæ grassantis indicia quibus Deus offenditur, et recedit et superba corda destituit. His malis diaboli pastus exsultat, invitatur ut veniat..., etc., LIX, 484-486. De invidia, LIX, 486. De laude charitatis, LIX, 843.

LEO MAGNUS (S.), papa. — Diligendus proximus a nobis quo modo nos a Deo, LIV, 189.

LEO IX (S.), papa. — De vera charitate, CXLIII, 564. De ira et patientia, CXLIII, 565. De misericordia, CXLIII, 570.

MARTINUS (S.), Bracarensis episcop. — De ira, LXXII, 42.

MARTINUS (S.), Legionens. canon. reg. — Sextum mandatum est: « Non occides. » Non solum perpetrans homicidium, sed etiam qui viderit esurientem vel nudum, nisi indumentum cibumque porrigendo subvenierit, idem homicida tenetur, CCVIII, 783. De charitate, CCIX, 272, 281.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episcop. — De scandalo, LVII, 445, 755. Odium corde repellendum, LVII, 843.

OTHLONUS, monach. — De dilectione proximi, CXLVI, 268.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiens. abh. — De misericordia, CXX, 121, 221, 624. Non occides, CXX, 259. De scandalo, CXX, 605.

PAULINUS (S.), Aquileiens. patriarch. — De amicitia, XCIX, 202.

PAULINUS (S.), Nolan. episcop. — Caritas laudatur; LXI, 256, 286.

PETRUS Cantor. — Contra invidiam, CCV, 61. De misericordia generali, CCV, 278.

PETRUS Blesens. — Reati misericordes, CCVII, 698. Beati pacifici, CCVII, 701. De amicitia Christiana et de charitate Dei, CCVII, 871.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennat. archiepisc. — De injuria æquo animo toleranda, LII, 306. De divite et Lazaro, LII, 386, 329. De scandalo tolerando, LII, 572.

PETRUS COMESTOR. — « Non occides, » manu, vel mente, vel consensu, nec violentam manum inferes insonti, nec subtrahes auxilium vitæ, cui potes et debes dare. Judex quidem non occidit, sed lex. CXCVIII, 1165.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc. — Secundum secundæ tabulæ mandatum est, « Non occides. » Ubi secundum litteram actus homicidii prohibetur, secundum spiritum vero etiam voluntas occidendi. Unde huic mandato secundum litteram fit superadditio in Evangelio, quia littera Evangelii exprimit quod legis littera non exprimebatur. Evangelii littera exprimit intelligentiam spirituales, id est quam spirituales habent, et secundum quam spiritualiter vivitur; littera legis sensum carnalem, id est quem carnales habent et secundum quem carnaliter vivitur, cui facta est superadditio, CXCII, 832. De charitate, CXCII, 1381, 1301; CXCII, 328. De præcepto et ordine charitatis, CXCII, 814. An melius sit diligere amicos quam inimicos, CXCII, 1084.

PETRUS Venerabil. abb. — De charitate fraterna, CLXXXIX, 172.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De indulgentia,

CX, 25, 69. De charitate, CX, 85, 243, 303, 359. De homicidio cavendo, CX, 112. Contra invidiam et odium, CX, 114. De scandalo, CX, 301. De charitatis excellentia, CXII, 117.

RADULPHUS ARDENS. — De scandalo, CLV, 1462. Quanta sit benignitas justorum in malos, CLV, 1435. De misericordia, CLV, 1480, 1754, 2110. Non malum reddendum pro malo, CLV, 1748. De operibus misericordiæ, CLV, 1930. De homicidio, CLV, 1998. De ordine diligendi, 153, 2077.

RICHARDUS A S. VICTORE. — De gradibus charitatis, CXCVI, 1195. De vitio invidiæ, CXCVI, 1556.

RODULPHUS Bituricens. episcop. — De homicidio, CXIX, 722. De operibus misericordiæ exercendis, CXIX, 737.

RUFINUS, Aquileiens. presbyt. — Beatus qui intelligit super egenum, XXI, 799.

RUPERTUS, Tutiens. abb. — « Non occides. » Præceptum subauditione indiget, quatenus iudex sive potestas, quæ gladium portat, non prævaricari existimatur, cum illum occiderit qui jure occidendus erat, sive propinquus occisi, cum illum ex permissione legis vindicat. Itaque cum dicitur. « Non occides, » subaudiendum est accipiendum gladium qui tibi datus non est. Dominus enim Christus dixit: « Qui acceperint gladium gladio peribunt; » i lo nimirum gladio de quo Psalmista ait: « De gladio maligno eripe me. » Porro ultra hoc præceptum perfectionis est consilium, « Non resistere malo; sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi et alteram »...

Quod dictum est: « Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum, oculum pro oculo et dentem pro dente... neque præceptum, neque consilium est, sed tantummodo permissum. Cæterum vera et vera Christiana innocentia in tantum abhorret sanguinem ut non resistere malo et inimicum quoque diligere tanquam præceptum audiat et prædicet, CLXVII, 1726.

SMARAGDUS, abb. — De dilectione proximi, CII, 598, 637, 935. De misericordia, CII, 950.

STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandimontensis monach. — De iracundia, CCIV, 1115. De excellentia charitatis, CCIV, 1124.

TAIUS Cæsarangustan. episcop. — De non reddendo malo pro bono, LXXX, 881. De iracundia, LXXX, 932. De odio, LXXX, 939.

THEODULFUS, Aurelianens. episcop. — Vera charitas quænam sit, CV, 202.

VALERIANUS (S.), Cemeliens. episcop. — De misericordia, LII, 713.

VICTOR, Capuan. episcop. — Iracundia prohibita, LXVIII, 269. De diligendo proximo, LXVIII, 270.

ZACHARIAS, Chrysopolitan. episcop. — Iracundia prohibetur, CLXXXVI, 127. De diligendo proximo, CLXXXVI, 135.

WERNERUS, abb. — De mensura diligendi proximum, CLVII, 855. De invidia, CLVII, 1030. De amatoribus misericordiæ, CLVII, 1041. De ira, CLVII, 1036. De charitate, CLVII, 1172. (Ad complementum hujus præcepti, vide Indices CXLV, CXLVI, CXLVII.)

Sextum præceptum.

« Non moechaberis. »

ADALGERUS, monach. — De continentia et ejus diversitate, CXXXIV, 920.

ADAMUS, Præmonstratens. — Unde ergo tentaris? cogito multitudinem comptarum et pulchrarum mulierum.

Quid tibi de eis videtur? Quales eas apud te depingis, et quales tibi in cogitatione apparent? Valde speciosæ, valde suaves et valde dulces.

Ad quid speciosæ et suaves et ad quid dulces? Speciosæ ad videndum, suaves ad amplectendum et ad osculandum dulces.

Qualiter tecum agitur, quando ista cogitas? Suspirat mens mea, stimulatur corpus meum, et ad voluptatis expletionem pervenire desiderat cor meum, et caro mea exultat.

Valde plangenda et deflenda est talis exultatio. Quare non potius cor tuum et caro tua exultant in Deum vivum? Deberes namque esse non quasi corvus, sed quasi columba ad fenestras tuas, ne per eas mors intraret, ut cum forte vel mentis vel corporis motu ab arca quietis tuæ ad mundi hujus diluvium egrederis, ubi cordis tui pedem per amorem figas non invenias. Nunc autem e contrario decore fallit exterior, et dum temere ad eum intuendum carnis tuæ oculum invitat interiolem, etiam aspectum tuum damnabiliter exercent. Unde fit miserabiliter ut quo vivacius ad videndum quod exterius apparet corporalis in te oculus viget, eo periculosius ad discernendum quod intrinsecus latet intuitus in te spiritualis caliget. Et idcirco ad se desiderandum te trahit quod exterius

nitet, quia non intueris quod interius foetet. Nescis quia, quando defigente et voluptuoso oculo mulierem intueris, latrinam depictam tenere quæris? Cumque tibi illicite placet quod apparet exterius pulchrum, non vides quod latet interius foetidum? Et quando mulierem correptam luxuriose amplecti desideras, saccum quoque sericeum stercoribus plenum habere inter brachia optas. Sed cum suavis sit saccus ad tangendum, quod intus continet vel intra continetur foetidum est ad odorandum. Et quidem placere non debet quod exterius fulget, dum sic intra se continet quod foetet. Quid enim tibi inhonesta est mulier, dum eam inhoneste diligis, corpore quidem pulchra, sed multimodis quæ nec nominandæ sunt spurcitiis plena, nisi monumentum quoddam et foetidis mortuorum sordibus, et sordidis foetoribus plenum? Quando vero decorem mulieris, os breve, labia mollia, genas rubicundas, faciem suavem, oculos ridentes, blandientes, innuentes, loquentes, offerentes, expetentes, attrahentes, capientes, etc., in ea hujuscemodi osculari cupis cum libidine; cum corpus gracile vel gratiale et membra apta et acceptabilia immundo amore admiraris, sepulcrum dealbatum forinsecus, foetentibus mortuorum ossibus intus et sævissimis plenum serpentibus et intuendo desideras, et desiderando intueris. Quid enim tibi inhonesta est mulier, nisi monumentum quoddam sordidis foetoribus plenum? quid ejus verba mortifera? quid oculi seducentes? quid tenera membra illicientia et a te illicite concupita sunt, nisi quædam repentina, mordentia et mordendo perimentia? Ideo cavendum omni modo, ne, dum nimis diligis hoc quod extrinsecus nitidum et speciosum cernis et blandum, et in id damnabiliter corruas quod intrinsecus inquinat et necat. Ad extremum quidem quando carnis tuæ cum ea voluptatem explere desideras inhianter et desideranter proponis mortiferam escam qua hamum occultat esuris. Cumque gustare appetis quod dulcescit, ille qui sub dulcedine latet aculeus tuum lethaliter guttur transfigit. Ecce tales sunt mulieres de quibus cogitas; sic speciosæ sunt, sic suaves sunt, sic dulces; quid tibi videtur? nonne tales sunt? Prorsus tales.

Utique tales sunt, et si non in se, tamen in te qui illicite concupiscis. Non enim vel eas, si honestæ fuerint; vel earum, quam in eis Deus creavit, etiam quamvis ipsæ honestæ non fuerint, formam vel pulchritudinem reprehendo, sed inordinatam mentis tuæ concupiscentiam vel complacentiam, qua eas propter suam immundo illiciti desiderii oculo speciem intueris, condemno. Non, inquam, in eis ligni scientiæ boni et mali vel decorem vel dulcedinem culpo, sed in te Evæ aspectum lascivum et gustum gulosum accuso. Bene dicis.

Igitur « a radice colubri de quo egreditur regulus te observa, ne forte semen ejus absorbeat volucrum. » Multoties in Isaia hæc verba audiivi, sed quomodo intelligenda sint nescio.

Coluber est serpens antiquus, radix pestifera ejus suggestio; regulus vero motus animi, semen reguli malus actus; volucris anima quæ et puritate levis est et contemplatione sublimis. De radice ergo colubri egreditur regulus et semen ejus absorbet volucrum; quia et per suggestionem diaboli concutitur animus et opus illicitum perimit animam, quia « peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem. » Igitur crebra Scripturarum meditatione, assidua Psalmorum ruminacione, pura et humili confessione ab immundis te cogitationibus expurga; membra tua, quæ sunt super terram, cum vitis et concupiscentiis mortifica, ut et Babylonis parvulos tenens ad petram allidas et carnis tuæ terrat superbiam potus cibique parcitas... Multum me tua verba et tristem lætificant, et nescium erudiunt, et infirmum corroborant. Jam mihi ostendisti, et quando me hoc vitium tentat, non debere me nimis dolere; et spernendo id quod nitet et dulcescit, atque plene intuendo quid sit, et ad quam perditionem trahat, posse me illud per gratiam Dei superare, ut sic testa saniem sciam in ulcere meo radere, CXCVIII, 845-847.

ADAMUS SCOTUS, Præmonstratens. — De munditia, CXCVIII, 203.

ALANUS DE INSULIS. — Si prædicator ad fugam luxuriæ auditores vult instruere, ab hac auctoritate potest initium sumere: Fugite fornicationem. Dominus dicit in Evangelio: « Sint lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes in manibus vestris. » Paulus ait: « Fornicatores et adulteros judicabit Deus. » Salomon: « Fovea profunda est meretrix; insidiatur in via quasi latro; quos incantans videt interficit. » Jesus filius Sirac: « Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua et confundaris. » Hieronymus: « Væ illi qui tunc habuit terminum luxuriæ, quando vitæ. Difficile enim inter divitias servatur pudicitia. Qui luxuriatur, vivens

mortuus est, et qui inebriatur, mortuus et sepultus. » Gregorius : « Dum satietate venter extenditur, aculeus libidinis excitatur. » Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestionis, non transit ad consensum libidinis. Si plus oblectat delectatio fornicationis quam amor castitatis, adhuc in homine regnat peccatum. Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur; melius est mori quam fornicari; melius est mori quam libidine maculari. Libido hominem in infernum mergit. Gravius libido urit quem otiosum repererit; magis approximes igni ardenti quam mulieri juveni, cum et ipse sis juvenis..... Quod monstruosius est monstrum luxuria..... Hæc est pestis illa, in qua cito præterit quod delectat, permanet sine fine quod cruciat..... Hæc est pestis quæ lucem odit, tenebras appetit, velamen quærit, janitorem in porta ponit...., CCX, 121, 122.

Si prædicator vult invitare auditores ad gulæ fugam, hac auctoritate uti potest : « Castigo corpus meum, etc.; et sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo. » Corpus, inquam, castigandum est ut nobis serviat; indulgendum est ei, non serviendum; oportet enim multis servire qui corpori servit, qui pro illo nimium timet qui ad illud omnia refert..... Dicit Isidorus : « Ubique saturitas et ebrietas fuerit, ibi libido dominatur. » Sic ergo te debes gerere, o homo, ut non propter corpus vivere videaris, sed tanquam sine corpore vivere possis te ipso utere, et tui optima parte, carnem magis crede necessariam rem quam magnam..... Castiga ergo carnem, quæ similis est cani, servo, jumento.

Quanto autem magis indulgetur servo, tanto magis dissolvitur otio; quanto magis canis percuitur, tanto magis latratibus indulget; quanto magis nutritur jumentum, tanto magis recalcitrat in dominum. Quanto ergo studio fugienda est gula, quæ corporis domicilium, spiritus et animæ receptaculum reducit ad sterquilinum, et carnis nostræ massam reducit in lutum!.... CCX, 119, 120.

Considera, o homo, quomodo Adam per gulam perdidit paradisum; Elias per abstinentiam ascendit in cælum; Noe per gulam denudavit femora; Moyses per abstinentiam meruit Dei colloquia; Lot per ebrietatem decedit in incestum; David per abstinentiam pœnitentiæ consecutus est remedium. O homo, consule naturam, illa tibi dicit quæ debeat esse lex vivendi. Lex naturæ est ut famem sitimque depellas. ad hoc necesse non est ut transfretes maria, ut sequaris castra, parabile est et oppositum quod desiderat natura..... Assume medicamenta jejunii contra insultus tanti morbi, jejuna a cibo, ne caro lasciviat; jejuna a temporali voluptate, ne mens languescat; jejuna a peccato, ne animus torpeat, CCX, 121. Contra luxuriam, *ibid.* ad virgines, CCX, 194. Pudicitia dona, CCX, 551.

ALCUINUS, abb. — Hortatio ad castitatem, C, 469, 626. De fornicatione, CI, 653.

ALDELMUS (S.), Schirburnens. episcop. — De laudibus virginum, LXXXIX, 258.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episcop. — Quomodo de voluptate tentationibus resistendum, XIV, 324. Adulterii scelus exemplo Pharaonis demonstratum, XIV, 423. Adulterii scelus exemplo Abimelech demonstratum, IV, 442. Joseph castitatis speculum, XIV, 641. Luxuriosis exitium Isaiæ prophetia demonstratur, XIV, 721. Fugiendas comessationes, XIV, 726. Quali otio indulgendum ad conservandam verecundiam, XVI, 50. Virginibus Mariæ exemplum proponitur, XVI, 208. Remedia adversus mulierum tentationes, XVI, 312. Infelicitas illius qui virginitatis beneficium amisit, XVI, 369. Non habitandum est in locis depressis more luxuriosorum, XVI, 1061. Quare lex viros veste muliebri ac mulieres virili uti prohibet, XVI, 1232. De fornicatione, XVII, 207. Verba castitatis, XVII, 1072. De spiritali fornicatione, *ibid.*

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepiscop. — De virginitate amissa, CXVIII, 725. De munditia cordis, CLVIII, 1019. De concupiscentia carnis et spiritus, CLVIII, 1026. De castitate, CLVIII, 1029. Quomodo cogitationes timendæ sunt, CLIX, 167.

ATHANASIUS (S.). De castitate, XVIII, 84.

ATTO, Vercell. episc. — De fornicatione, CXXXIV, 343.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — In libro Sapientia scriptum habemus, nisi Deus det, continentem neminem esse posse... Dominus autem de ipsa majore et gloriosiore continentia, qua continetur a conjugali vinculo, ait : « Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, » XL, 350, 532.

Nunc autem quandiu concupiscit caro adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, sat est nobis non consentire malis quæ sentimus in nobis. Cum autem ista consensio, tunc exit ex ore cordis quod coinquinat hominem. Cum vero per consentiam, consensio non tene-

tur, malum concupiscentiæ carnalis, contra quod pugnat concupiscentia spiritalis, nocere non sinitur, XI, 553. Est in nobis peccati concupiscentia, quæ non est permittenda regnare; sunt ejus desideria, quibus non est obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra nostra non sibi usurpet concupiscentia, sed sibi vindicet continentia, ut sint arma justitiæ Deo, ne sint iniquitatis arma peccato; sic enim nobis peccatum non dominabitur. Apostolus hortatur ut non secundum carnem vivamus, ne moriamur, sed spiritu facta carnis mortificemus ut vivamus. Ista carnis opera quæ sint ut sciamus, ait : « Manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ....., XL, 354.

Sunt in nobis desideria mala, quibus non consentiendum, non vivimus male; sunt in nobis concupiscentiæ peccatorum, quibus non obediendo non perficimus malum, sed eas habendo nondum perficimus bonum. Utrumque ostendit Apostolus, nec bonum hic perfici ubi malum sic concupiscitur, nec malum hic perfici quando tali concupiscentiæ non obeditur. Fiunt itaque in nobis concupiscentiæ malæ, quando id quod non licet libet; sed non perficiuntur, cum legi Dei mente serviente libidines continentur. Et bonum fit, cum id quod male libet, vincente bona delectatione non fit; sed boni perfectio non impletur, quandiu legi peccati carne serviente libido illicit, et quamvis contineatur, tamen movetur, non enim opus esset ut contineretur, nisi moveretur. Non igitur mala est caro, si malo careat, id est vitio quo vitiatum est homo, non factus male, sed ipse faciens...., XL, 361, 362.

Ad vos mihi sermo est, o juvenes, flos ætatis, periculum mentis. Tempus quidem omne atque omnis ætas, qua corruptibilis caro illa portatur, vacare a tentationibus non potest. Et tandiu quisque bonus in agone luctatur, ne ab adversario superetur, in periculis agit, quandiu cum illo, sicut in arenoso quodam stadio, sic in ista mortalitate contendit... Quod si nec infantia mortalis hominis propter corruptionis vinculum a tentationibus vacat, quid de cæteris ætatibus dicam? An forte senilis excepta est, et in carne jam vicina cadaveri sanguis ac membra illicitæ concupiscentiæ frigerunt, et a fesso ac prope mortuo jam corpore materies tentationis emarcuit?..... Si ergo puerilis et senilis ætas non est a tentationibus libera, quarum altera, id est puerilis, nondum pene ingreditur, altera jam egreditur istam vitam; et altera paulo ante non erat, altera paulo post non erit, quid sentiendum est, quid dicendum est de flagrantia juvenilis ætatis, quæ utriusque in medio constituta, et ab infirmitate pueritiæ jam recessit, et nondum ad torporem senectutis accessit? Hæc pluribus atque majoribus tentationum tempestatibus quatitur; hæc fluctuum crebriore impetu sæculi exundantis operitur, præsumit viribus, formæ dignitate jactatur, pompa rerum temporalium præfulgere aut exoptat, aut gaudet..... Nec vos, feminæ adolescentulæ, alienum a vobis arbitremini hunc esse sermonem. Ad vos enim, non tamen ut confundam vos, hæc dico, sed ut filias meas charissimas moneo, juvenilia desideria fugite. Nuptæ Susannam, viduæ Annam, virgines Mariam cogitate. Nec in publicum propterea procedatis, ut florem feni vestri oculis hominum ostentare cupientes, in domo vitæ mortem quærat., XXXIX, 1706-1709.

« Audistis quia dictum est antiquis : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. » Justitia ergo minor est non mœchari corporum conjunctione; justitia vero major regni Dei, non mœchari in corde. Quisquis autem non mœchatur in corde, multo facilius custodit ne mœchetur in corpore. Illud ergo confirmavit qui hoc præcepit; non enim venit legem solvere, sed implere. Sane considerandum est quod non dixit : Omnis qui concupiverit mulierem; sed qui viderit ad concupiscendum eam, id est hoc sine et hoc animo attenderit ut eam concupiscat; quod jam non est titillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus, sed, si facultas data fuerit, satiatur.

Nam tria sunt quibus impletur præceptum : suggestione, delectatione et consensione. Suggestio, sive per memoriam fit, sive per corporis sensus, cum aliquid videmus, vel audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Quod si frui delectaverit, delectatio illicita refrenanda est. Velut cum jejunamus et visis cibi palati appetitus assurgit, non fit nisi delectatione..... Verumtamen delectatio ante consuetudinem vel nulla est, vel tam tenuis ut prope nulla sit; cui consentire magnum peccatum est, cum illicita est. Cum autem quisque consenserit, committit peccatum in corde. Si autem etiam in factum processerit, videtur satiari et extinguere cupiditas; sed postea cum suggestio repetitur, major ac-

cenditur delectatio; quæ tamen adhuc multo minor est quam illa quæ assiduis factis in consuetudinem venit. Hanc enim vincere difficilimum est, et tamen etiam ipsam consuetudinem, si se quisque non deserat, et Christianam militiam non reformidet, illo duce atque adjutore superabit.....

Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum pervenitur, suggestione, delectatione, consensione; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanquam tres mortes..... quæ tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Evangelium legit, agnoscit.....

Quapropter nomine mœchantium omnem carnalem et libidinosam concupiscentiam oportet intelligi..... et quis dubitet omnem malam concupiscentiam recte fornicationem vocari, quando anima neglecta superiore lege qua regitur inferiorum naturarum turpi voluptate, quasi mercede, prostituta corrumpitur? Et ideo quisquis carnalem delectationem adversus rectam voluntatem suam rebellare sentit per consuetudinem peccatorum cujus indomita violentia trahitur in captivitatem, recolat quantum potest qualem pacem peccando amiserit et exclamat: « Infelix ego homo, » etc....., XXXIV, 1246, 1247.

Opus vero ipsum libidinis, non solum in quibusdam stupris, ubi latebræ ad subterfugienda humana iudicia requiruntur, verum etiam in ususcortorum, quam terrena civitas licitam turpitudinem fecit, quamvis id agatur, quod ejus civitatis nulla lex vindicat, devitat tamen publicum etiam permissa atque impunita libido conspectum (S. Hieronymus ait: « Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi; aliud Papianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiae frena laxantur, et solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria et ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas), et verecundia naturali habent provisum lupanaria ipsa secretum, faciliusque potuit impudicitia non habere vincula prohibitionis, quam impudentia remove latibula illius fœditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem vocant, cujus licet sint amatores, ostentatores esse non audent. Quid? concubitus conjugalis qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum fit causa liberorum. Nonne et ipse, quamquam licitus sit et honestus, remotum ab arbitris cubile requirit? nonne omnes famulos, atque ipsos etiam paranympnos, et quoscumque ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quam vel blandiri conjugi incipiat? Et quoniam, sicut ait Cicero, Romani eloquii maximus auctor, omnia recte facta in luce se collocari volunt, id est appetunt sciri, hoc recte factum sic appetit sciri ut tamen erubescat videri. Quis enim nescit, ut filii procreentur, quid inter se conjuges agant, quando quidem, ut id agatur, tanta celebritate ducentur uxores? et tamen cum agitur unde filii nascentur, nec ipsi filii, si qui inde jam nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum, ut tamen refugiat oculorum. Unde hoc, nisi quia sic geritur quod deceat ex natura, ut etiam quod pudeat comitetur ex poena, XLI, 426, 427.

Cum sint multarum libidines rerum, tamen cum libido dicitur, neque cujus rei libido sit additur, non fere assolet animo occurrere nisi illa qua obscenæ corporis partes excitantur. Hæc autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, verum etiam intrinsecus vindicat, totumque commovet hominem animi simul affectu cum carnis appetitu conjuncto atque permisto, ut ea voluptas sequatur, qua major in corporis voluptatibus nulla est: ita ut momento ipso temporis quo ad ejus pervenitur extremum, pene omnis acies et quasi vigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapientiæ sanctorumque gaudiorum, conjugalem agens vitam, sed, sicut Apostolus monuit, « sciens vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in morbo desiderii, sicut et gentes quæ ignorant Deum, » non mallet, si posset, sine hac libidine filios procreare; ut etiam in hoc serendæ prolis officio, sic ejus menti ea quæ ad hoc opus creata sunt, quemadmodum cætera suis quæque operibus distributa membra servirent, nutu voluntatis acta non æstu libidinis incitata? Sed neque ipsi amatores hujus voluptatis, sive ad concubitus conjugales, sive ad immunditias flagitiorum, cum voluerint commoventur; sed aliquando motus ille importunus est, nullo poscente; aliquando autem destituit inhiantem, et cum in animo concupiscentia ferveat, friget in corpore; atque ita mirum in modum non solum generandi voluntati, verum etiam lasciviendi libidini libido non servit; et cum tota plerumque menti cohibenti adversetur, nonnunquam et adversus se ipsam dividitur, commotoque animo in commovendo corpore se ipsa non sequitur, XLI, 424, 425.

Virgo jugiter cogitans virginitatis pretiosissimum thesaurum, qui tam utiliter possidetur, tam irreparabiliter amittitur, summa diligentia, summo studio custodiat. Cogitet sine intermissione ad cujus thalamum ordinatur, ad cujus præparatur amplexum; proponat sibi Agnum quem sequi habet quocumque ierit. Contempletur beatissimam Mariam præcedentem choros virginum, et præcipientem dulce illud cum virginitatis tympano canticum quod nemo potest cantare nisi utriusque sexus virgines: « Hi sunt, scriptum est, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. » Nec sic hoc dictum æstimes quasi vir non sine muliere, aut mulier sine viro possit fœdari. Cum detestandum illud scelus quo vir in virum, vel femina in feminam omnibus flagitiis damnabilius judicetur. Sed absque alienæ carnis consortio virginitas plerumque corrumpitur, castitas violatur..... Si vehementior æstus carnem concutiens voluntatem sibi subdiderit et rapuerit membra, cogitet virgo super omnia sua sanctificata Deo, incorrupta Christo, Spiritui sancto dedicata. Indignum judicet quod Christi est, tradere Satanæ, et virginea ejus membra erubescat vel simplici motu maculari, XXXII, 1439.

Nemo se palpet, nemo blandiatur sibi, nemo se fallat. Nunquam ab adolescentibus sine magna cordis contritione et carnis afflictione castitas conquiritur, vel servatur, quæ plerumque ægris vel senibus periclitatur. Nam licet continentia sit donum Dei..., illos tamen tanto dono indignos judicat, qui aliquid laboris pro eo subire detrectant, volentes inter delicias casti esse, inter epulas continentes, inter pueros et puellas conversari, et non tentari; in comessionibus et ebrietatibus fœdis distendi humoribus, et non coinquinari; ligare visum suum cum flammis, et non exuri..., XXXII, 1459, 1460.

De spectaculis, XXXII, 683. De spectaculorum periculo, XXXII, 726. De virginitate, XXXII, 1459. In tentationibus impudicis recogitanda est sanctæ Agnetis historia, XXXII, 1459. Castitas difficile stat integra in juvenili ætate, XXXII, 1460. De continentia, XXXIII, 485. De pudicitia, XXXIII, 1073. De malis cogitationibus, XXXIII, 1113. Carnalis concupiscentiæ causa, XXXIV, 416. De somniis venereis, XXXIV, 466. Non mœchaberis, XXXIV, 622, 705, 890, 955. De Sodomitica vindicta, XXXV, 2160. Non mœchaberis, XXXVIII, 69, 71, 75. Animæ adulteræ et fornicariæ, XXXVIII, 117. Lucta carnis et spiritus, XXXVIII, 189, 715, 717. De munditiæ carnis, XXXVIII, 268. Adulterium unde, XXXVIII, 345. Concupiscentiæ resistendum, XXXVIII, 397, 512, 616, 815. De luxuriæ loquelis, XXXVIII, 526. Quis totus carnalis, quis ex parte, vel totus spiritualis, XXXVIII, 836. Prudentia carnis, XXXVIII, 846, 853. Virginitas Mariæ imitanda, XXXVIII, 1011. De malitia diaboli circa peccata carnis, XXXVIII, 1094. Castitas donum Dei; exemplum Susannæ et Joseph, XXXIX, 1505, 1705. De habitu impudico, XXXIX, 1887. Necessitas castitatis, XXXIX, 1993, 2022. Mulieris præsentia quam periculosa, XXXIX, 2032. De castitate, continentia, etc., XXXIX, 2288. De incauta familiaritate mulierum, XXXIX, 2301. Continentia Dei donum, XL, 350, 858. Liber de virginitate, XL, 395. De bono viduitatis, XL, 430. De conjugis adulterinis, XL, 451. Contra immunditiam et luxuriam, XL, 1102, 1172, 1301. De stupris, de scenicis ludis, et de vitiis Romanorum, XL (passim). De vitio carnali, XLI, 403, 424. Gradus ad turpissima; imago pecudis in homine, XLII, 1105. Concupiscentia quæ tepus in nobis, XLIV, 152. De nuptiis et concupiscentia, XLIV, 413. Non mœchaberis, XCIV, 950.

AVITUS (S.), Viennens. episc. — De laude castitatis, LIX, 369.

BALDUINUS, Cantuariens. archiepisc. — De homine carnali, CCIV, 524.

BEDA VENERABILIS — « Non mœchaberis, » id est ne quisquam propter matrimonii fœdera aliis feminis misceatur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui præter suam ad alteram accedit, XCIII, 374.

BENEDICTUS (S.), Anianens. abb. — Quid est immunditia et impudicitia, CIII, 549. De crapula cavenda, CIII, 634.

BENEDICTUS (S.), monach. occident. pater. — Tentatio carnis superata, LXVI, 132.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb. — Voluptatum carnalium vanitas, CLXXXII, 841. De muliere adultera, CLXXXIII, 392. Beati mundo corde, CLXXXIII, 460. De corruptione hominum, CLXXXIII, 695. De luxuria, CLXXXIII, 977.

BRUNO (S.), Carthusianor. institut. — De fornicatione, CLIII, 152.

BRUNO (S.), Astens. monach. — Non mœchaberis, CLXV, 106. De castitate, CLXV, 929.

CÆSARIUS (S.), Arelatens. episcop. — De adulterio, LXVI, 1085. De concupiscentia oculorum, LXVII, 1010. De fornicatione fugienda, LXVII, 1123.

CANUTUS I, rex Anglorum. — Docemus etiam ut homines a turpi stupro et ab illicito concubitu, et ab omni adulterio moneantur semper se abstinere, CLI, 1177.

CASSIANUS, (J.), Massiliensis presb. — Nobis, juxta traditionem Patrum, adversus spiritum fornicationis certamen est, longum præ cæteris ac diuturnum, et perpaucis ad purum devictum, immane bellum, et quod cum a primo tempore perturbatis impugnare incipiat hominum genus, non, nisi prius cætera vitia superentur, extinguitur...., XLIX, 266, 267. Porro naturam vitii hujus ejusque expugnandi modum pulchre describit S. Gregorius Magnus, papa, explicans illud quod de Amalech ad populum Israeliticum dictum est: « Non parcas ei, et non concupiscas illius aliquid; sed interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum, et lactentem, et bovem, et asinam, et ovem, et camelum. » Quis est autem, inquit, qui parcat Amalech, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lasciviæ aliquid retinet? Nam plerique turpitudinis opera non exercent, sed linguam a turpi locutione non cohibent; plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant; quidam nihil turpe agunt, sed quod actu refugiunt, corde concupiscunt. Parcat itaque Amalech, qui blandimenta lasciviæ aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dixit: « Non parcas ei, » quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. « Non concupiscas illius aliquid, » ut penitus eradicetur a cogitatione. Qui sunt viri interficiendi nisi suadentes motus turpitudinis? Viri etenim sunt, quia violenter suggerunt, et corruptis mentibus semina pravitatis infundunt, etc..., XLIX, 266, 267.

Quam difficile, diuturnum et periculosum sit certamen quod adversus spiritum fornicationis, id est, luxuriam seu carnis concupiscentiam nobis assidue gerendum est divus Hieronymus expressit his verbis: Avaritia calcatur a plerisque et cum marsupio deponitur. Maledictam linguam indictum emendat silentium. Cultus corporis et habitus vestium unius horæ spatio commutatur. Omnia alia peccata extrinsecus sunt; et quod foris est facile abjicitur. Sola libido insita a Deo ob liberorum procreationem, fines suos egreditur, redundat in vitium, et quadam lege naturæ in scelus erumpit. Grandis virtutis est, et sollicitæ diligentæ superare quod natus sis, in carne non carnaliter vivere, tecum pugnare quotidie, et inclusum hostem, Argi, ut fabulæ ferunt; centum oculis observare. Hoc est quod Apostolus aiebat: « Omne peccatum quod fecerit homo extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. » Et alibi: Non sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio, facile aliis caremus vitiis; hic hostis in nobis inclusus est; quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum, XLIX, 267.

Rursus ibidem, eandem difficultatem suo exemplo et experimento exaggerans, et quantas ab hoc hoste domestico molestias etiam in summa austeritate vitæ esset expertus, commemorans in: « O quoties, inquit, in eremo constitutus, et in illa vasta solitudine, quæ solis exusta ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis! Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram; horrebant sacco membra deformia, et squalida cutis situm Æthiopicæ carnis obduserat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus; et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Paltebant ora jejuniis, et mens desiderii æstuabat in frigido corpore, et ante hominem sua jam carne præmortuum sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, et repugnantem carnem hebdomadarum inedia superabam... etc. »

S. Hieronymo consentiens S. Augustinus ait: Inter omnia certamina Christianorum, sola dura sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna et rara victoria. Gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, et semper timetur, XLIX, 267.

Liber de spiritu fornicationis, XLIX, 265. De concupiscentia carnis et spiritus, XLIX, 583. De castitate, XLIX, 869, 1145. Generalis continentie modus, XLIX, 507.

CASSIODORUS, senator et abb. — Contra adulteros LXIX, 784.

CHROMATIUS (S.), Aquileiens. episcop. — Non mœchaberis, XX, 348.

COLUMBANUS (S.), abb. — De castitate, LXXX, 211. De libidine, LXXX, 284.

CUMMIANUS (S.), abb. — De fornicatione, adulterio, etc., LXXXVII, 983.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc. et martyr. — Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordie caput. Pudicitia sollicita non est cui placeat, nisi sibi; pudicitia semper verecunda, dum innocentie mater est; pudicitia semper ornatur solo pudore, bene sibi tunc conscia de pulchritudine, si improbis dispicet; pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus suum ipsa est. Hæc nos commendat Domino, connectit Christo; hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorum prælia, pacem nostris corporibus inducit. Beata ipsa et beatos efficiens apud quoscunque habitare dignatur; quam nunquam accusare possunt, nec qui eam non habent; venerabilis etiam hostibus suis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non possunt, IV, 821.

Nihil animum fidelem sic delectat quam integra immaculati pudoris conscientia. Voluptatem vicisse, voluptas est maxima, nec ulla major est victoria, quam ea quæ de cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit, fortior fuit, sed altero; qui libidinem repressit, seipso fortior fuit. Qui inimicum prostravit, externum hostem percussit; qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superavit. Malum omne facilius vincitur quam voluptas; quia illud quidquid est, horridum est, nec blandum est. Nihil tam difficile opprimitur, quam quod per illud armatur, qui cupiditates tollit et metus sustulit; nam ex cupiditatibus metus veniunt, qui cupiditates vincit, de peccato triumphat; qui cupiditates vincit, malum generis humani sub pedibus suis jacere ostendit; qui cupiditates vicit, pacem sibi perpetuam dedit... Contra carnis insidias, quibus se diabolus et socium ingerit et ducem facit, oblectandum est omni genere virtutis. Assumatur, secundum Apostolum, Christi opera, et a consortio carnis, quantum potest, animus colligatur; separetur consensus a corpore, vitia semper castigentur ut odiantur; ante oculos observetur deformis iste atque dejectus peccati pudor, IV, 825, 826.

Exemplum pudicitie a Joseph cepit. Adolescens Hebræus generosus de patre, generosior de innocentia ob invidiam revelationum distractus a fratribus Israelitis, in domum devenerat hominis Ægyptii, obsequio et innocentia et tota servitutis fide facilem et benevolam in se animum sui provocaverat domini, cujus faciem tam sermo liberalis quam ætas omnibus commendaverat. Sed ista generositas ab uxore domini aliter quam decebat accepta est; in domus parte secreta et absque arbitris, alta et facinoribus accommodata, putavit se pudicitiam adolescentis incontines mulieris impudicitia, nunc promissis, nunc minis posse superare. Et cum retentus est vestibus, eo quod moliretur fugam, propter tanti facinoris audaciam ipsas vestes relinquens, et corporis nudi sinceritatem habiturus innocentie testem, ad crimen impudicitie suæ imprudens mulier abjicere non dubitavit calumniam; et cæteris et marito, squalida et fervens, spreto desiderio suo, conquesta est dolore simulato, quod Hebræus adolescens vim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata fuerat irrogare. Maritalis ardor rerum inscius, et uxoris accusatione graviter inflammatus, accenditur. Pudicus vero juvenis, quia delicto conscientiam non miscuit, inimum carceris detruditur. Sed sola non est in carcere pudicitia; nam et cum Joseph Deus, et nocentes dantur in manu ejus, quia innocens fuerat..., IV, 823.

Sed non minus, ex parte diversa, aliud nobis pudicitie simile de continentia feminarum exoritur exemplum. Fuit, ut legimus, Susanna uxor Joachim pulcherrima, pulchrior moribus... Hanc e senioribus duo cæperant deperire, nihil memores nec divini timoris, sed nec suæ annis jam marcescentis ætatis; ita illos in flagrantie transactæ juventutis incendia, recidivæ libidinis flamma revocabat; pudicitie latrones amores profitentur, sed oderant. Resistenti minantur calumnias, adulterii se dicunt accusatores voto adulteri. Inter quos libidinis scopulos auxilium de Domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Et exaudivit de cælo clamantem ad se pudicitiam Dominus; et cum iniquitate oppressa duceretur ad poenam, vidit inimicorum liberata vindictam. Bis victrix, et in periculo suo tam funeste toties consepita et libidinem evasit et mortem..., IV, 824. Et de his liber De disciplina et bono pudicitie, IV, 819-828.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episcop. — De habitu virginum, IV, 439. De bono virginitatis et continentie, IV, 753. Mulierem sæculariter amari non debere, IV, 755.

Grave delictum esse fornicationem, IV, 768. De spectaculis. IV, 780. De bono pudicitiae, IV, 819.

DEFENSOR, Locociagens. monach. — De virginitate, LXXXVIII, 651. De fornicatione, LXXXVIII, 647.

DONATUS (S.), Vesontion. episc. — De custodia oculorum, LXXXVII, 288.

DRUTHMERUS, Christian. monach. — Non mœchaberis, CVI, 1309.

EUCHERIUS (S.), Lugdunens. episc. — De spiritu fornicationis et de concupiscentia carnis, L, 880.

EUGYPIUS, abbas. — Ad voluptates, LXII, 601. De peccato David in uxorem Uriæ, LXII, 697. De adultero, LXII, 732. De concupiscentia carnis, LXII, 1005. De nocturna illusionem, LXII, 1043.

EUTROPIUS (S.), abb. — De fornicatione, LXXVI, 558.

EVAGRIUS, monach. — Ad virgines, XX, 1185.

FULGENTIUS (S.), Ruspens. episc. — De virginitate, LXV, 324.

GILBERTUS DE HOILANDIA, abb. — De mundo corde, CLXXXIV, 512. De flore castitatis, CLXXXIV, 672. De excellentia veræ virginitatis, CLXXXIV, 692.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap. — Cogitationes pravæ non sunt spernendæ, LXXV, 628. Salubris mœror de prava delectatione, LXXV, 654. Ostia concupiscentiæ, LXXV, 660. Pepigi fœdus cum oculis meis, LXXVI, 189. De adulterio et fornicatione, LXXVI, 200. Carnis desideria, non caro, occidenda, LXXVI, 538.

GUIBERTUS Venerab., abb. — Opusculum de virginitate, CLVI, 580.

HALTGARIUS, Cameracens. episc. — De vitio luxuriæ, CV, 668.

HAYMO, Halberstatens. episc. — De castitate, CXVIII, 913.

HERVÆUS, Remens. archiepisc. — De fugienda luxuria, CXXXII, 703.

HIERONYMUS (S.), presbyter. — Merces virginum et pudicitiae, XXII, 424, 550, 1046, 1087, 1105. De poenis fornicationi impositis, XXV, 141. De meretrice, XXV, 149. Beati mundo corde, XXV, 717. De effectibus fornicationis, XXV, 850. Desideria carnis non perficienda, XXVI, 410. Fornicatio... nec nominetur in vobis, *ibid.* Laus virginitatis, XXX, 163. De castitate, XXX, 326. De consortio marium fugiendo, XXX, 412.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc. — Voluptas quid? IX, 998.

HILDEBERTUS, Cenomanens. episc. — Si quid usu jucundum est, ad id sane gratuito declinatur; hinc est quod caro carnalia suspirat oblectamenta, quorum quanto experientia gratior est, tanto intemperantior appetitus. Hanc membrorum legem nec baptismus oblittebat, nec tempus destruit, nec voluntas abradit... Raptus usque ad tertium coelum, et audiens arcana verba, quæ non licet homini loqui, sentire tamen se conqueritur Paulus hanc legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, et captivum eum trahentem sub lege peccati, CLXXI, 998.

Totus liber de conflictu carnis et animæ constat hac quæstione, CLXXI, 989-1003.

HILDEBERTUS Venerab., Cenomanens. episc. — De virginitate, CLXXI, 193. Concupiscentia oculorum quid? CLXXI, 469.

HINC MARUS, Remens. archiepisc. — De fuga luxuriæ, CXXV, 868. De pravis cogitationibus, CXXV, 908.

HONORIUS, Augustodunens. — Quid sit concupiscentia, CLXXII, 1143.

HUGO DE S. VICTORE. — Tertium præceptum est: « Non mœchaberis. » Duplex est fornicatio; spiritualis de qua dicitur: « Perdidisti omnes qui fornicantur abste; » et corporalis de qua hic agitur. Et in Evangelio prohibet Christus omnem illicitam concupiscentiam dicens: « Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. » In lege enim inchoata sunt hæc mandata, et in Evangelio consummata, CLXXVI, 122, 356.

Lex corporalem mœchiam prohibuit, concupiscentiam prohibuit. Quid amplius habuit Evangelium, quod faceret? Sed sciendum est quod vetus lex, quamvis concupiscentiam hominis a re aliena cohibuit, in propriis tamen minime temperavit quia qui dixit: « Non concupisces uxorem et rem proximi tui, » mulierem et rem omnino concupiscendam non vetuit, sed ab aliena tantum appetitum cohibendum demonstravit. Nova autem lex et in propriis temperatum esse debere edocuit, ut omnem illicitam concupiscentiam excluderet. Potest autem et alio intellectu convenienter dici veterem legem concupiscentiam uxoris sive rei alienæ non illam significasse quæ sola voluntate agitur, sed ambitionem et machinationem quæ studio quodam et adrisu ad implendum desiderium et ad obtinendum id quod in desiderio est exte-

rius opere exercetur. Nova autem lex non solum damnavit illicitam concupiscentiam foris in studio operis, sed intus quoque damnabilem esse ostendit in desiderio voluntatis, CLXXVI, 358, 369.

De concupiscentia carnis, CLXXV, 121. Non concupisces uxorem proximi tui, CLXXVI, 124. De luxuria et ejus comitatu, CLXXVI, 1002. Reprobatio luxuriæ, CLXXVII, 607. De triplici virginitate, CLXXVII, 843.

INNOCENTIUS III, pap. — De luxuria, CCXVII, 725. De coitu contra naturam, CCXVII, 726. De immunditia cordis, CCXVII, 724.

ISAAC, abb. Cisterciens. — Beati mundo corde, CXCIV, 1701.

IVO (S.), Carnotens. episc. — De virginitate, CLXII, 22. De adulterino habitu, CLXII, 607.

JOANNES Saresburiens. Carnotens. episc. — De luxuria et libidine CXCIX, 725.

JONAS, Aurelianens. episc. — Sicut sunt plerique qui turpiloquiis, et scurrilitatibus, conviciisque, atque otiosis sermonibus vacando, ita existunt quamplures, qui dum vanis et immundis cogitationibus delectantur, se minime deliquisse credant. Ita quippe non solum dicentibus, verum etiam aures libenter accomodantibus peccati maculam ingerunt. Porro cogitationes immundæ plerumque ad prava pertrahunt... Manifestum est autem quia sicut cogitationes sanctæ custodiunt, ita contrario immundæ, dum delectant, inquinant. Quæcunque autem, ut ait Beda Venerabilis presbyter, sæpius agere, loqui vel audire solemus, eadem necesse est sæpius ad animam quasi solitam propriamque recurrant ad sedem. Et sicut volutabranes palustria, columbæ limpida solent frequentare fluentia, ita cogitationes impuram mentem impuræ perturbant, castam spirituales sanctificant. Scribit etiam S. Isidorus: « Quamvis et si opere malo quisquis vacet, pro solius tamen pravæ cogitationis malitia non erit innocens... Non solum factis sed et cogitationibus delinquimur, si eis illicite occurrentibus delectemur » ... CVI, 154, 155. De cogitationibus immundis cavendis, CVI, 154. De turpiloquio, CVI, 250.

JULIANUS POMERIUS. — Cum iste perplura tractaverit quæ ad sextum præceptum spectant, LIX, 480 — 482, addit: Ac ne me ista veraciter arguentem quisquam judicet arguendum, noverit propter hoc forte ab antiquis fuisse decretum ne qui adolescentium legerent Geneseos librum, ac partem pariter Ezechielis prophetæ, vel Canticum canticorum, et cætera talia, in quibus generationes, et actus, et nomina quarumdam scripta sunt mulierum. Quas licet secundum historiam fuisse credamus, earum tamen nominibus virtutes figuratas accipimus. Quoniam sicut illæ non solum viris suis per sanctos mores, sed etiam extraneis, sine dispendio sui pudoris, ob nimiam pulchritudinem placuerunt: ita sanctæ virtutes et suos mirabiles omnibus reddunt, et extraneos quadam admiratione sui perstringunt. Hinc est quod et ipsi qui vitiose vivunt, virtutes vitii anteponunt, quia aliud est quod faciunt morbo, aliud quod coguntur probare iudicio. Sed ne forte hæc spiritualia secundum carnem adhuc carnales acciperent, nec virtutes cogitarent quas mulieres illæ significant, sed ipsas cogitando carnaliter deperirent, consulto juniores legere sunt illa prohibiti, quæ sicut spiritualiter accepta vivificent, ita carnaliter intelligentibus, ipsa carnalis intelligentia occasiones carnalis concupiscentiæ subministrant. Eorum quisque nomina frequenter habet in ore, quarum desideria vulnerato gestat in corde, ac turpitudinem quam exercere verecundatur in facto, tenet in animo, reus non humano iudicio, sed divino, LIX, 483. Luctuosa descriptio sacerdotis carnaliter viventis, LIX, 435.

JUSTIANUS, imperator. — De poena luxuriæ contra naturam, LXXII, 1001.

LEO MAGNUS (S.), pap. — Ager carnis quomodo colatur, LIV, 173. De poena fornicationis et necationis partus, LVI, 441. Ut mulier veste virili non utatur, LVI, 450.

LEO IX (S.), pap. — De luxuria, CXLIII, 572.

MARBODUS, Redonens. episc. — Carmina de mulieribus, CLXXI, 149. De voluntate, CLXXI, 707.

MARTINUS (S.), Bracarens. episc. — De continentia, LXXII, 25.

MARTINUS (S.), Legionens. canonic. regular. — Quintum mandatum est: « Non mœchatus fueris, » id est ne quisque præter matrimonii fœdus ad explendam libidinem aliis misceatur feminis: nam specialiter adulterium facit, qui præter suam ad alteram accedit, CCVIII, 785.

MARTINUS (S.), Taurinens. episc. — De castitate studio, LVII, 750.

ODO, S. Victor. prior. — De castitate, CXCVI, 1400.

OTHLONUS, S. Emmeran. monach. — De carnalis concupiscentiæ tentatione superanda, CXLVI, 286.

PASCHASIUS RALBERTUS (S.), Corbeiens. abb. — Non mœchaberis, CXX, 247.

PAULINUS (S.), Aquileiens. patriarch. — Caro domanda, XCIX, 233.

PETRUS DAMIANUS (S.). — Operæ quoque pretium est ut promissa castitati præmia incessanter aspicias, quorum dulcedine provocatus, quidquid versutiæ callidi insidiatoris opponitur, libero fidei pede transcendas. Si enim felicitas attendatur, ad quam non sine transitu attingitur, leve fit quod transeundo laboratur, et conductus fossor tedium laboris alleviat, dum mercedem operis, quæ debetur, inhianter exspectat. Perpende ergo, quod de militibus castitatis per prophetam dicitur: « Hæc dicit Dominus eunuchis qui custodierunt Sabbata mea, et elegerint quod volui, et tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus. » Eunuchi quippe sunt qui insolentes carnis impetus reprimunt, effectumque a se pravæ operationis abscindunt. Plerique autem eorum qui voluptati illecebriæ carnalis inserviunt, memoriam sui nominis post se relinquere per posteritatem sobolis concupiscunt; et in hoc toto mentis affectu idcirco desiderant, quia nequaquam se huic mundo mori funditus deputant, si nominis sui titulum per superstites residuæ proles germen extendant.

Sed multo clarius, multoque feliciter hoc ipsum cælibes munus accipiunt, ad quod proletarii, tam fervidæ ambitionis æstibus inflammantur, quia apud illorum memoria semper vivit, qui per æternitatis statum nulla temporum lege pertransit. Nomen igitur eunuchis melius a filiis et filiabus divina voce promittitur, quia memoriam nominis quam filiorum posteritas per breve temporis spatium potuisset extendere, isti merentur absque ullo oblivionis obstaculo in perpetuum possidere: « In memoria enim æterna erit justus. » Et iterum in Apocalypsi per Joannem dicitur: « Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt, et non delebo nomina eorum de libro vitæ. » Ubi iterum dicitur: « Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coiuncti; virgines enim sunt, qui sequuntur Agnum quocumque ierit. » Et quod canticum cantant quod nemo possit dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Singulare quippe canticum Agno virgines cantant, quia cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus, etiam de incorruptione carnis exsultant. Quod videlicet alii justis dicere nequeunt, licet in eadem beatitudine positi mereantur audire, quia per charitatem quidem illorum celsitudinem gratanter aspiciunt, ad eorum tamen præmia non assurgunt. Quapropter pensandum est, atque in mente nostra omni studio revolvendum, quantæ dignitatis, quantæque sit excellentiæ illic fieri summum, ubi summa felicitas est esse vel ultimum; illic privilegii celsa conscendere, ubi beatissimum est patria æquitatis jura servare; nimirum sicut attestante Veritate, « non omnes capiunt verbum hoc in hoc sæculo; » sic ad illam egregiæ enumerationis gloriam non omnes perveniunt in futuro.

Hæc et alia multa hujusmodi, quisquis es, intra mentis tuæ secreta considera, totisque viribus carnem tuam ab omni peste libidinis immunem servare festina, ut, juxta apostolicæ doctrinæ sententiam, scias vas tuum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum. Si adhuc stas, præcipitium cave; quod si lapsus es, ad unicum poenientiæ, qui ubique præsto est, manum fiducialiter tende; ut qui non potuisti cum Abraham procul a Sodomis degere, liceat vel cum Lot, propinquæ combustionis excidio jamjam urgente, migrare....., CXLV, 186, 187.

PETRUS DAMIANUS (S.). — Primo omnium castitatem servare vigilantis solertia satage, et omne crimen letiferæ pollutionis exclude, ut scias, juxta Apostolum, vas tuum possidere in sanctificatione et honore. Hæc est enim sanctimonia, sine qua nemo videbit Deum. Servetur munda corporis tui tunica, et in tanti regis nuptiis nulla petulantis luxuriæ reperiatur squalore fœdata.

Sit ergo tibi castitas semper in corpore, sit semper in mente, quatenus sic lilia indisciplina carnis velut exaratae terræ cultura candescant, ut radix quoque in sui viroris gratia inconvulsa permaneat. Carnis titillat illecebra, surgunt libidinis incentiva, ad apostolica mox tela prosiliens, evangelicum quoque gladium bellator fervidus arripe, et frementes cuneos hostiumque barbariæ, duce Christo, facile poteris obtruncare.....

Ut ergo non sentiat pudicitia periclitata naufragium inter fluctuantis hujus vitæ discrimina sobrietas magistra tui corporis teneat clavum. Abigendis quoque cogitationibus sollicitus semper invigila, quia non enixius expe-

dit carnem ab illecebrosa titillatione reprimere, quam mentem quoque a turpium cogitationum phantasmate custodire. Novi fratrem in Christo, qui districtam hanc mentis suæ regulam jugi ac pervigili servat intuitu, ut quotiescunque libidinis suggestio subrepat, mox cogitationi suæ, velut expeditus ad proficiscendum dicat: eamus ad circum. Illico omnia cœmeteria ac sepulturas imaginando perlustrans, putrescentium virus saniemque cadaverum, scatentes quoque vermes et fetentium jus carniæ curioso rimatur intuitu; cumque considerat quia olim carnes illæ, in sua viriditate florentes, his subjacere molestiis, corpus etiam suum paulo post futurum esse, non ambigit quod illas esse jam cernit. Compendium dat luxuriæ, qui præbet oculum corruptelæ; nec est libidini diversorium, in qua versatur mente sepulcrum. O quoties ille frater candentem cultrum et vomerem, quasi cauterium quoddam, genitalibus impressit ita ut crepitante quodammodo præfixæ carnis incendio, ad nares usque fumus per energiam exhalare videretur.

Cum ergo necessitatis aliquando casus exigerit, ut tuum feminae colloquium negare non possis, limis semper oculis, et velut aliorum intentus, absentem tui præsentiam exhibe, longinquus alloquere, confabulator assiste, terræque defixis obtutibus, ut neque pallentem, neque rubentem ejus faciem possis judicare. Beatus aliquando Romualdus rediens a Sibyllæ comitissæ colloquio, comitanti fertur callide dixisse discipulo: Quam elegantis et venusti vultus femina, nisi, proh dolor! unius oculi dispendio laboraret! Cui discipulus: Absit, magister, inquit, sicut decora certa facies, ita quoque oculi, prout sagaciter deprehendi, nihilominus incolumes vigent. Quem magister acerrima protinus animadversione corripiens: Et quis te, inquit, in faciem feminarum respicere docuit? Tunc ille circumventum se esse respiciens, poenitentia ductus erubuit....., CXLV, 722, 723, 724.

PETRUS BLESENSIS. — Laudatur virginitas, CCVII, 114. Beati mundo corde, CCVI, 700. De lucta carnis et spiritus, CCVII, 1127.

PETRUS CANTOR. — De suggestionem carnalis affectu, CCV, 209. De fornicatione et adulterio, *ibid.*, 332.

PETRUS CELLENS. — Carnotens. episcop. — De gradibus castitatis, CCII, 656.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — De fornicatione, CXLV, 172. De castitate et mediis eam tenendi, *ibid.*, 710. De cura castitatis tuendæ, *ibid.*, 721. Feminarum aspectus est fugiendus, *ibid.*, 769. Non mœchaberis, *ibid.*, 1018.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc. — Tertium mandatum est: Non mœchaberis, id est, ne cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonii; a parte enim totum intelligitur. Nomine ergo mœchiæ omnis concubitus illicitus, illorum quoque membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi, CXCII, 832.

De fornicatione, CXCII, 1583. Quid per concupiscentiam intelligitur, CXCII, 1060. Non mœchaberis, CXCII, 838.

PETRUS, Pictaviens. — De virginitate, CCXI, 1095.

PHILIPPUS DE HARVENG., abb. — De continentia, CCIII, 727.

PROSPER (S.), Aquitan. episc. — De cupiditate carnis vincenda, LI, 430, 445.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De adultero, CVIII, 928. Vir castus a potestate mulieris fugiat, CIX, 819. De castitate, CX, 87. De continentia, CX, 92. Non mœchaberis, CX, 329. Fornicatio est idololatria, CX, 395. De fornicatione fugienda, CX, 419.

RADULPHUS Ardens. — De virginitate, CLV, 1526.

RATHERIUS, Veronens. episc. — De virginibus, CXXXVI, 202. Abstinentum a carnalibus desideriis, CXXXVI, 690.

RICHARDUS a S. Victore. — De munditia, CXCVI, 442. De concupiscentia mali, CXCVI, 1059.

RODULFUS, Bituricens. episc. — De adulterio et fornicatione, CXIX, 723. De pollutionibus nocturnis, CXIX, 725.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — « Non mœchaberis. » Præceptum hoc olim laxius fecerat permissio legis; nunc autem fortius et arctius stringit severitas Evangelii. Moyses enim mandavit dari libellum repudii. Christus autem Itaque præceptum est non mœchari; consilium autem supra hoc præceptum conjugio penitus abstinere....., CLXVII, 1726, 1727. De læsione virginitatis liber CLXX, 545.

SMARAGDUS, abb. — De continentia, CII, 623. Quid sit impetus carnis, CII, 685.

SULPICIUS SEVERUS, presbyt. — De virginitate, XX, 227.

TAIO Cæsaraugustan. episc. — Malum luxuriæ aut co-

gitatione perpetretur aut opere. Callidus namque adversarius noster, cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitationis molitur. Serpenti a Domino dicitur: « Pectore et ventre reptes. » Serpens videlicet ventre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibi met subdita usque ad expletionem operis luxuriam exercet; serpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriæ non valet, in cogitatione polluit. Quisquis luxuriam perpetratactione, huic serpens repit ex ventre; quisquis autem perpetranda versat in mente, huic serpens repit ex pectore. Ardentem quasi Sodomam fugere, est illicita carnis incendia declinare. Quisquis mundi huius successibus elevatus, lenocinante cordis lætitia tentari se luxuriæ stimulis sentit, Joseph factum ad memoriam revocet, et in arce se castitatis servet (Moral. xxx, 10), LXXX, 945.

Sciendum nobis magnopere est aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur, aliud, cum per consensum delectationibus obligatur. Plerumque enim cogitatione prava pulsatur, sed renititur. Plerumque autem cum perversum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium volvit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsatur, sed cum hanc sibi per delectationem subjugat. Paulus prædicator egregius ait: « Tentatio vos non apprehendat nisi humana. » Humana quippe tentatio est qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes, quia ut nonnunquam et illicita ad animum veniant, hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Dæmoniaca est et non humana tentatio, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Idem Paulus ait: « Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. » Peccatum quippe in mortali corpore, non esse, sed regnare prohibuit, quia in carne corruptibili non regnare potest, sed non esse non potest humano generi de peccato tentari peccatum est, quo, quia quoad vivimus perfecte omnimodo non caremus; sancta prædicatione, quoniam hoc expellere non potuit, ei de nostro cordis habitaculo regnum tulit, ut appetitus illicitus etsi plerumque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur inserit, saltem, si ingreditur, non dominetur. In Genesi scriptum est: « Pluit Dominus super Sodomam et Gomorrhæam sulphur et ignem. » Quid in sulphure nisi fetor carnis, et quid per ignem, nisi ardor desiderii carnalis exprimitur? Cum ergo habitantium Sodomis vel Gomorrhææ carnis scelera punire Dominus decrevisset, in ipsa qualitate ultionis notavit maculam criminis; sulphur quippe fetorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad perversa desideria ex carnis fetore arserant, dignum fuit ut simul sulphure et igne perirent, quatenus ex justa pœna discerent ex injusto desiderio quid fecissent, LXXX, 946, 947. De virginibus et continentibus, *ibid.*, 858. De concupiscentia oculorum, *ibid.*, 939. De luxuria, *ibid.*, 945.

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyt. — Mœchia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quanti æstimanda sit sceleris prima lex Dei præsto est; siquidem post interdictam alienorum deorum superstitionem, ipsorumque idolorum fabricationem; post commendatam Sabbati venerationem; post imperatam in parentes secundam a Deo religionem, nullum aliud in talibus titulis firmandis monendisque substruxit præceptum, quam: « Non mœchaberis, »..... quale delictum jam intellige, cujus cohibitionem post idololatriam ordinavit. Nihil secundum longinquat a primo; nihil tam proximum primo, quam secundum; quod fit ex primo aliud, quodammodo primum est. Itaque mœchia affinis idololatriæ; nam et idololatria mœchiæ nomine et fornicationis sæpe populo exprobrata, etiam sorte conjungitur illi, sicut et serie; etiam damnatione cohærebit illi sicut et dispositione. Eo amplius præmittens, « Non mœchaberis, » adjungit, « Non occides, » oneravit utique mœchiam, quam homicidio anteponit.

In prima itaque fronte sanctissimæ legis, in primis titulis cœlestis edicti, principalium utique delictorum proscriptione signata, de loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cujusque dignoscas. Est et mali dignitas, quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quamdam atque suggestum aspicio mœchiæ, hinc ducatum idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentis. Inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna consedit, et per medium eorum, quasi vacantem locum pari criminis auctoritate, complevit. Quis eam lateribus talibus inclusam, talibus costis circumfultam a cohærentium corpore divellet de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu. Idololatria et homicidium conclamant: mœchia noster hic cuneus est, nostra compago..... Concorporavit

nos Scriptura divina..... Ego quidem idololatria sæpissime mœchiæ occasionem subministro. Sciunt luci mei et mei montes, et vivæ aquæ, ipsaque in urbibus templa, quantum evertendæ pudicitie procuremus. Ego quoque homicidium nonnunquam mœchiæ elaboro. Ut tragœdias omittam, sciunt hodie venenarii, sciunt magi, quot pellicatus ulciscar, quot rivalitates defendam, quot custodes, quot delatores, quot conscios auferam. Sciunt etiam obstetrices, quot adulteri conceptus trucidantur. Etiam apud Christianos, non est mœchia sine nobis; ibidem sunt idololatria, ubi immundi spiritus res est; ibidem est et homicidium, ubi homo, cum inquinatur, occiditur. Igitur, aut nec illis..... Idololatriam quidem et homicidium semel damnas, mœchum vero de medio excipis idololatriæ successorem, homicidæ antecessorem, utriusque coliegam?..... II, 987-989. De spectaculis, I, 627. De cultu seminarum, *ibid.*, 1303. De virginibus velandis, II, 887. De exhortatione castitatis, *ibid.*, 913. De pudicitia, *ibid.*, 979. De Sodoma, *ibid.*, 1101.

VICTOR (S.), Capuanus episcop. — De adulterio concupiscentiæ, LXVIII, 269.

ZACHARIAS, Chrysopolitan. — De adulterio concupiscentiæ, CLXXXVI, 129.

ZENO (S.), Veron. episcop. — De pudicitia, XI, 288. De continentia, *ibid.*, 301. (Ad complementum hujus præcepti, *Vid. Judicem, CLI.*)

SECTIO SECUNDA.

Septimum præceptum.

« Non furtum facies. »

ALCUINUS, abb. De fraude cavenda, CI, 627.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Inhumanitas et scelus feneratoris, XIV, 762. Usura lege divina prohibetur, XIV, 777. Quodve feneratori genus Tobias nos doceat, XIV, 794. De fraude, XVII, 1070.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — De furto, XXXII, 678. De restitutione facienda, XXXIII, 707, 890. Non furtum facies, XXXIV, 707, 890. De pœna furti, XXXIV, 764. Non feneratorum, XXXVI, 386. Non furaberis, XXXVIII, 70, 71. De decem chordis, XLVI, 952.

BEDA Venerabilis. — « Non furtum facies. » Quod est vitium rapacitatis, XCIII, 375.

BRUNO (S.), Astens. abb. — De furto, CLXIV, 290. De usura, CLXIV, 295.

CASSIODORUS, Vivariens. abb. — Contra pervasores bonorum alienorum, LXIX, 783.

CUMMIANUS (S.), abb. — De furto, LXXXVII, 987. De usura, LXXXVII, 991.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc. — Non feneratorum, IV, 759.

HERVÆUS, Rhemens. archiepisc. — De rapinis, CXXXII, 694.

HILARIUS (S.), Pictaviens. archiepisc. — De usuræ iniquitate, IX, 307.

HUGO DE S. VICTORE. — Quartum præceptum est: « Non furtum facies. » Sub furto comprehenditur sacrilegium; quod est auferre vel sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. Sacrum appellatur quicquid mancipatur cultui divino, sive sit templum, sive res templi. Rapina etiam sub furto comprehenditur qui enim furtum prohibuit, rapinam non permisit. De qua inquit S. Augustinus: « Quoad res propter quam peccatum est non redditur, non agitur pœnitentia sed fingitur. » Sub rapina usura comprehenditur. Hieronymus: « Usuras quærere, aut fraudare aut rapere nihil interest. Commoda fratri tuo et accipe quod dedisti, et nihil superfluum quæras » Augustinus: « Usura est plus accipere quam dare. » Quod filii Israel Ægyptiis fecerunt non fuit furtum, quia ex familiari mandato hoc fecerunt. Si enim ille qui legem edit aliter præcipit, non transgreditur legem qui ei obedit, CLXXVI, 122, 336.

INNOCENTIUS III, pap. — De crimine usurarum, CCXVI, 1237. De restitutione, CCXVI, 1238.

IVO (S.), Carnotens. episcop. — Est in antiquis Ecclesiæ statutis decretum ut qui aliena invadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde et in Evangelio scriptum est: « Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum; et in legibus sæculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam illi cujus res direpta est, in undecuplum quæ sublata sunt, restituat....., CLXI, 803.

« Dixit Dominus ad Moysem: Peta vir a proximo, et mulier a proxima vasa aurea, et argentea, et vestem. » Non hinc quisquam sumendum exemplum putare debet ad exspoliandum modo isto proximum; hoc enim Deus jussit, qui noverat quid quemque pati oporteret, nec Israelitæ furtum fecerunt, sed Deo jubente ministerium

præbuerunt, quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat, homicida est, etiamsi eum occidat quem scit a iudice debuisse occidi, CLXI, 803.

Pœnale est occulte auferre, multo majoris pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti, sive occulte, sive palam habet præceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ; non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed utique sub furti nomine in lege Veteris Testamenti et rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit, quidquid illicite rerum proximi auferitur, *ibid.*

Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum nisi restituatur abiatum, sed (ut dixi) cum restitui potest. Plerumque enim qui auferit, amittit, sive alios patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere: Redde quod abstulisti, nisi cum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus repente dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas. Quia etsi non est unde luat (reddat) ablatam pecuniam, tamen dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est pœnas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem sæviat, CLXI, 803, 804.

De his adhuc multa exstant, CLXI, 804-808.

LEO MAGNUS (S.), papa. — De feneratione, LIV, 180, 610; LVI, 398. De usura, LIV, 610.

LEO IX (S.), papa. — De furto, CXLIII, 571. De cupiditate, CXLIII, 569.

LUCULENTIUS. — Non concupisces rem proximi tui, LXXII, 824.

MARTINUS (S.), Legionens. canonic. regular. — Septimum mandatum est, « Non furtum facies, » quod est vitium rapacitatis, CCVIII, 783.

PETRUS CANTOR. — Contra feneratores, CCV, 156.

PETRUS COMESTOR. — « Non furtum facies, » nec etiam rapies aliena, CXCVIII, 1165.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — Non furaberis, CXIV, 1019.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episcop. — Quartum præceptum est: Non furtum facies, » ubi sacrilegium et rapina omnis prohibetur. Non enim rapinam permiserit qui furtum prohibuit; sed furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam usurpationem rei alienæ. Sacrilegium tribus modis committitur, quando scilicet vel sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro auferitur. Sacrum vero dicitur, quidquid mancipatum est cultui divino, ut ecclesia vel res ecclesiæ. Hinc etiam usura prohibetur, quæ sub rapina continetur. Unde Hieronymus: « Usuras quærere vel fraudare, aut rapere nihil interest. Commoda fratri tuo, et accipe quod dedisti, et nihil superfluum quæras, quia surabundantia usura computatur. « Est enim usura, ut ait S. Augustinus, cum quis plus exigit, in injuria vel qualibet re, quam acceperit. » Item Hieronymus: « Putant aliqui usuram tantum esse in pecunia, sed intelligant usuram vocari superabundantiam, scilicet quidquid est si ab eo quod dederit plus est; ut si in hieme demus decem modios et in messe quindecim recipiamus. Si vero quæratur de filiis Israel, qui Domino iubente ab Ægyptiis mutuaverunt vasa aurea et argentea et vestes pretiosas, et asportaverunt, utrum furtum commiserint, dicimus eos qui ut parerent, Deo iubente, illud fecerunt, non fecisse furtum, nec omnino peccasse. » Unde Augustinus: « Israelitæ non furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. Hoc enim Deus iussit qui legem dedit. Sicut minister iudicis sine peccato occidit quem lex præcipit occidi; sed si id sponte facit, homicida est, etiamsi eum occidat quem scit a iudice occidendum. Infirmi autem qui ex cupiditate Ægyptios deceperunt, magis permisi sunt hoc facere illis qui jure talia passi sunt, quam iussi. » CXCII, 833.

RABANUS MAURUS, abb. — De usuris non accipiendis, CVIII, 843, 934. De fenore, CIX, 973. Contra fraudem, CX, 117.

RODULFUS, Bituricens. episcop. — De usuris et fenore, CXIX, 720. De furto et rapina, CXIX, 721.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. « Non furtum facies. » Secundum hoc præceptum Apostolus cum dixisset: « Qui furabatur, jam non furetur, » statim consilium, subjunxit, « magis, inquit, laboret manibus suis operando quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. » Verumtamen consilium hoc parum distat a fortitudine præcepti. Cum enim dicit: « Laboret operando manibus

suis quod bonus est, » subaudiri vult, si manducare velit. Nam et alibi dicit: « Qui non vult operari, nec manducet. » Item dicendo, tribuat necessitatem patienti, subaudiri vult, si velit et sibi in necessitatibus subveniri, CLXVII, 1727.

STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandimontens. abb. — De usura, CCIV, 1111.

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyt. — De usura, II, 398.

Præceptum octavum.

« Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. »

ADALGERUS, S. Benedicti monac. — De continentia linguæ, CXXXIV, 922.

ALANUS DE INSULIS. — Qui vult mendaciter vitare perniciem his se informat sententiis; legitur in Evangelio: « Non falsum testimonium dices; » et Paulus ait: « Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. » Salomon autem ait: « Qui mentitur, testis est fraudulentus. ... » Isidorus ait: « Omne quod a veritate discordat, iniquitas est. O homo, quantum a summa veritate discordes, dum figmentis mendaciorum operam præstas! Quomodo putas te venturum ad verum, si es in verbis dissentiens a vero, nescio qua conscientia ea lingua quis rogat Deum qua eructavit mendacium. Nullum est peccatum quo ita cauteriatur conscientia ac mendacii nota. Cum omne peccatum mortale hominem alienet a vero, nullum malum magis quam mendacium quod derogat veritatis naturæ. Hoc est quod falsa testimonia commentatus, fabricat adulationes, invenit fraudes, consummat detractiones. Per hoc vitium corde et ore quis loquitur, et in semetipso diversificatur. Negat ore quod tenet in corde. Per hoc vitium, cor contradicit cordi, os obviat cordi. Hoc vitium hæresim parit; schismata facit, generat suspiciones, inauditos concinnat rumores, colorat probra, palliat denudanda, denudat velanda. Hoc assistit perjuriis, assidet actionibus inhonestis, contra omnes res lege naturali ad utilitatem proximorum tendit, cum ipsam etiam veritatem oppugnat. Hoc tantæ malitiæ rubiginem in se continet, quod ea nulla ratione excusari possit. Non hanc solvit a reatu in obstetricibus naturalis pietas: non in Gabonitis rationabilis timiditas, non in Petro error mentis, non in Anania providentia necessitatis.

Nullum est peccatum quod ita aspirat ad dolum, tendit ad fraudem, spectat ad deceptionem, anhelat ad proditorem, sicut mendacii vitium, falsitatis flagitium. O filii hominum, usquequo gravi corde.... nimis vultis sectari nostræ naturæ vanitatem, qui et in verbo commutatis veritatem. Sed si modo in mendacio fuerit culpa, in veritate, in futuro non deerit pœna; et qui nunc fuerit per mendacium falsus, in futuro erit in gehenna verus. Scis quoniam imitaris per mendacium patrem mendacii diabolum, qui in veritate non stetit, sed per superbiam vanitatem decidit. Hujus filii sunt, qui recedunt a vero. Hujus sunt complices qui indulgent falsis. O homo, si in tuo mendacio est falsitas, in culpa erit veritas, CCX, 164-166. Contra verbositatem, CCX, 162. Contra detractiones, CCX, 166. Contra mendacium, CCX, 164.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Linguæ custodiam esse ponendam, XIV, 1040. De mendacio fugiendo, XVII, 666. De detractione fugienda, XVII, 1062. Quomodo loquitur veritas, XVII, 1070. De multiloquio, XVII, 1071.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc. — De mendacio, CLIX, 680. De detractione, CLIX, 685.

ANSELMUS (S.), Laudunens. canonic. — Nolite iudicare, CLXII, 1313.

ATHANASIUS (S.), presbyt. — Ori custodiam esse ponendam, XVIII, 83.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Videndum quid sit mendacium. Verum hic difficillima et latebrosissima gignitur quæstio: Utrum ad officium hominis justæ pertineat aliquando mentiri. Nonnulli enim eo usque progrediuntur, ut et pejerare, et de rebus ad Dei cultum pertinentibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliquid dicere, nonnunquam bonum piisque opus esse contendunt. Mihi autem videtur peccatum quidem esse omne mendacium, sed multum interesse quo animo et quibus de rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille qui consulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur; aut vero tantum nocet qui viatorem mentiendo in diversum iter mittit, quantum hic qui viam vitæ mendacio fallente depravat. Nemo sane mentiendus est, qui dicit falsum quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque e mendacii, sed aliquando temeritatis, arguendus est, qui

falsa incautius credita pro veris habet. Potiusque e contrario quantum in ipso est, ille mentitur qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum ejus attinet, quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur esse quod dicit; nec ullo modo liber est a mendacio qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur, XL, 240.

Non enim omnis qui falsum dicit mentitur, si credit aut opinatur verum esse quod dicit. Inter credere autem atque opinari hoc distat, quod aliquando ille qui credit, sentit se ignorare quod credit, quamvis de re quam se ignorare novit omnino non dubitet, si eam fortissime credit; qui autem opinatur putat se scire quod nescit. Quisquis enim hoc enuntiat quod vel creditum animo, vel opinatum tenet, etiamsi falsum sit non mentitur. Hoc enim debet enuntiationis suæ fidei, ut illud per eam proferat quod animo tenet, et sic habet ut profert. Nec ideo tamen sine vitio est, quamvis non mentiatur, si aut non credenda credit, aut quod ignorat nosse se putat, etiamsi verum sit; incogitum enim habet quo cognito. Quapropter ille mentitur qui aliud habet in animo, et aliud verbis vel quibuslibet enuntiationibus enuntiat. Unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio, una rei ejus quam veram esse vel scit vel putat, et non profert; altera ejus rei quam pro ista profert, sciens falsam esse vel putans. Ex quo fit ut falsum possit dicere non mentiens, si putat ita esse ut dicit, quamvis non ita sit; et ut possit verum dicere mentiens, si putat falsum esse et pro vero enuntiat, quamvis revera ita sit ut enuntiat. Ex animi enim sui sententia, non ex rerum ipsarum veritate vel falsitate mentiens aut non mentiens judicandus est.... Culpa vero mentientis est, in enuntiendo animo suo fallendi cupiditas, sive fallat cum ei creditur falsum enuntians; sive non fallat, vel cum ei non creditur, vel cum verum enuntiat voluntate fallendi, quod non putat verum...., XL, 188, 189.

Estne vero aliquando utile falsum aliquid enuntiare cum voluntate fallendi? Qui hoc sentiunt adhibent testimonia sententiæ suæ, commemorantes Saram cum risisset, angelis negare quod riserit; Jacob a patre interrogatum, respondisse quod ipse esset Esau major filius ejus; Ægyptias quoque obstetrices, ne infantes Hebræi nascentes interficerentur, etiam Deo approbante et mentitas remunerante; et multa ejusdem exempla eligentes, eorum hominum mendacia commemorant, quos culpam non audeas, atque ita fatearis aliquando esse posse non solum reprehensione non dignum, sed etiam dignum laude mendacium....

Contra illi, quibus placet nunquam mentiendum, multo fortius agunt, utentes primo auctoritate divina, quoniam in ipso Decalogo scriptum est: « Falsum testimonium non dices; » quo genere complectitur omne mendacium; quisquis enim aliquid enuntiat, testimonium perhibet animo suo. Item: « Os quod mentitur occidit animam, etc.... » Nec illis quæ de veteribus Libris exempla mendaciorum prolata sunt, terreri se dicunt, ubi quidquid gestum est, figurate accipi potest, quamvis revera contigerit; quidquid autem figurate fit aut dicitur, non est mendacium. Omnis enim enuntiatio, ad id quod enuntiat referenda est. Omne autem figurate aut factum aut dictum hoc enuntiat quod significat eis quibus intelligendum prolatum est. Unde credendum est illos homines qui prophetis temporibus digni auctoritate fuisse commemorantur, omnia quæ scripta sunt de illis, prophetice gessisse atque dixisse; nec minus prophetice eis accidisse, quæcumque sic acciderunt, ut eodem prophetico spiritu memoriæ litterisque mandata judicarentur.

De obstetricibus autem, quia non eas possunt prophetico spiritu significandi futuri veri gratia, aliud pro alio renuntiasset Pharaoni, etiamsi aliquid ipsis nescientibus, quod per eas actum est significavit, pro gradu suo dicunt approbatas et remuneratas a Deo...., XL, 491, 492.

Et ideo de libris Novi Testamenti, exceptis significationibus Domini, si vitam moresque sanctorum ac facta ac dicta consideres, nihil tale proferri potest, quod ad imitationem provocet mentiendi, XL, 492, 540, 543. Cum, ex sacra Scriptura, mentiendi vita æterna amittatur, nunquam pro cujusquam temporali vita mentiendum..., XL, 495-500. Variis mendacii generibus sine ulla dubitatione damnatis, sequitur genus aliud, tanquam gradatim ad meliora surgentibus, quod benevolis et bonis vulgo tribui solet, cum ille qui mentitur, non solum alteri non obest, sed etiam prodest alicui. De isto genere est tota contentio, utrumne sibi obsit, qui sic prodest alteri, ut faciat contra veritatem, aut si veritas illa sola dicenda est, quæ ipsas mentes intimo atque

incommutabili lumine illustrat; facit certe contra aliquid verum, quia, etsi falluntur corporis sensus, contra verum tamen facit qui dicit aliquid ita esse, vel non ita, quod ei nec mens, nec sensus, nec opinatio sua fidesve renuntiat. Utrum ergo non sibi obsit, qui hoc modo alteri prodest; an illa compensatione non obsit sibi, qua prodest alteri, magna quæstio est. Si ita est, consequenter etiam sibi prodesse debet per mendacium quod nulli obest. Sed ea connexa sunt, et istis concessis necessario trahuntur quæ multum conturbant. Si enim quæretur quid obsit homini copiis superfluis redundanti, si de innumeris millibus frumentorum amittat unum modium, qui tamen modius possit ad necessarium victum prodesse furanti, consequens erit ut et furtum sine reprehensione fieri possit, et falsum testimonium sine peccato dici. Quod hoc perversius dici potest?... XL, 501, 510, 546, 547.

Discutiuntur loca Evangelii quæ videntur patrocinari mendacio; item loca Actuum apostolorum et Epistolarum apostoli B. Pauli... XC, 536-540.

Scriptum est etiam: « Ego autem dico vobis, non jurare omnino. » Juravit autem ipse Apostolus in Epistolis suis... Et sic ostendit quomodo hæc verba sint accipienda; ne scilicet jurando ad facilitatem jurandi veniatur, ex facilitate ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine in perjurium decidatur. Et ideo non invenisse jurasse nisi scribens, ubi consideratio cautior non habet linguam precipitem...; illud quod positum est « omnino, » ad hoc est positum, ut quantum in te est, non affectes, non ames, non quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas jusjurandum..., XL, 507-509.

Et de falso testimonio, quod in decem præceptis legis positum est, nullo modo quidem contendere potest dilectionem veritatis in corde servandam, et proferendum falsum ad eum apud quem dicitur testimonium. Cum enim Deo tantum dicitur, tunc tantum in corde veritas amplectenda est; cum autem homini dicitur, etiam ore corporis verum proferendum est, quia homo non est cordis inspector. Sed plane de ipso testimonio non absurdo quæritur apud quem quisque testis est. Non enim apud quoscunque loquimur testes sumus; sed apud eos quibus expedit et debetur per nos cognoscere aut credere veritatem, sicut est iudex, ne in iudicando erret; aut qui docetur doctrinæ religionis, ne erret in fide, aut ipsa doctoris auctoritate dubius fluctuet. Cum autem ille te interrogat, aut vult ex te aliquid nosse qui eam rem quærit quæ ad eum non pertineat, aut ei nosse non expedit, non testem sed proditorem requirit. Itaque si ei mentiaris, a falso fortasse testimonio alienus eris, sed a mendacio profecto non eris, CL, 511-513.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — In eo quod dictum est: « Falsum testimonium non dices adversus proximum tuum, » quæri solet utrum prohibitum sit hoc præceptum adversus eos qui dicunt tunc esse mentiendum quando id mendacium prodest alicui, et nihil obest ei cui mentiris. Tale quippe non est adversus proximum tuum ut ideo videatur hoc addidisse Scripturæ quæ posset breviter dicere, « Falsum testimonium non dices, sicut dixit, « Non occides, Non mœchaberis, Non furaberis. » Sed hinc magna quæstio est, nec a festinantibus commode explicari potest, quomodo accipiendum sit, « Perdes omnes qui loquuntur mendacium » et « Nolle mentiri omne mendacium » et cætera hujusmodi, XXXIV, 622, 623.

Veri et falsinatura, XXXII, 898. Quid sit error, XXXII, 911. De judiciis temerariis, XXXIII, 270. De mendacio officioso XXXIII, 778. Non mentiendum est, XXXIV, 622, 890, 954. Nolite judicare personaliter, XXXV, 1635. De poena mendacii, XXXVI, 85. Contine linguam a malo, XXXVI, 318. De malitia oris, XXXVI, 581. Lingua dolosa, XXXVII, 1600, 1812; XL, 1287. Quid dolus? XXXVIII, 45. Falsum testimonium non dices, XXXVIII, 75, 77. Bonæ conversationis cura, XXXVIII, 503. Deus linguæ domitor, XXXVIII, 375. De mendacio, XXXVIII, 502. Lingua cohibenda, XXXVIII, 635; XL, 1062. Mentiri et falli, XXXVIII, 738. De iudicio temerario, XXXIX, 1873. De mendacio, XL, 240, 487, 1100; XLV, 1880. De detractioe, XL, 1056, 1277. Usus linguæ tam necessarius quam periculosus, XLVI, 898. Falsum testimonium non dices, XLVI, 952.

BEDA Venerabilis. — « Non falsum testimonium dices, » quod est crimen mendacii et falsitatis, XCIII, 375.

BENEDICTUS (S.), Anianens. abb. — De verbis otiosis, C-II, 513. Quid est detractio, CIII, 513, 653.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abb. — De custodia linguæ, CLXXXIII, 583.

BRUNO (S.), Astens. abb. — Nolite judicare, CLXV, 125.

CASSIANUS (S.), presbyter. — De mendacio, XLIX, 1062.

CHROMATIUS (S.), Aquileiens. episc. — Fac ori tuo seras, XX, 545.

COLUMBANUS (S.), abb. — De discretione, LXXX, 213, CUMMIANUS (S.), abb. — De perjurio et mendacio, LXXXVII, 998.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episc., et martyr. — Quod non sit mentiendum, IV, 777.

DEFENSOR, Locociagens. monach. — De lingua, LXXXVIII, 636. De mendacio, LXXXVIII, 668. De detractatione, LXXXVIII, 671.

EUGYPIIUS, African. abb. — De mendacii generibus, LXII, 849. De iudicio temerario, LXII, 1038.

FULGENTIUS (S.), Ruspens. episc. — Firmissime tene, et nullatenus dubites omnem creaturam Dei bonam esse, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: et Dei servos qui a carnibus aut vino abstinent., non tanquam immunda quæ a Deo facta sunt respice, sed a fortiori cibo et potu, pro sola castigatione corporis abstinere, LXV, 704. De linguæ molestia, LXV, 949.

GERHOHUS, præposit. — De mendacio, CXCIII, 695.

GILBERTUS DE HOLLANDIA, abb. Cisterc. — De damnis detractationis, CLXXXIV, 532. Monita de vitandis mendacio et vaniloquio, CLXXXIV, 533.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap. — Non temere iudicandum, LXXV, 533. De dolo, LXXV, 586. De multiloquio, LXXV, 800. De detractoribus, LXXV, 1070. De mendacio, LXXVI, 40. Tacere sæpe est sapere, LXXVI, 258. De verbo otioso, LXXVI, 634.

HELINANDUS, monach. — De mendacio, CXCII, 599.

HERVÆUS, Rhemens. archiepisc. — De mendacibus, CXXXII, 706.

HIERONYMUS (S.), Stridonens. presbyter. — Recedendum est a calomniis, XXIV, 526. De verbo otioso, XXVI, 82. Omnis sermo malus de ore tuo non procedat, XXVI, 513. Non decipiendum inanibus verbis procacium, XXVI, 522. Qui loquitur veritatem in corde suo, XXVI, 854. Pone custodiam ori tuo, XXVI, 1255. De detractatione vitanda, XXX, 369. De refrenatione linguæ, XXX, 411.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc. — De mendacio officioso, IX, 304. Calumnia, quid? IX, 618. Linguæ lapsus et remedia, IX, 826.

HILDEBERTUS, Cenomanens. episc. — De lingua, CLXXI, 516.

HUGO DE S. VICTORE. — Octavum præceptum est: « Non falsum testimonium dices. » hic prohibetur perjurium; sed quia omne perjurium est mendacium, dicendum est quid sit mendacium, et quod mendacium sit perjurium. Augustinus: Mentiri est contra hoc quod animo sentitur loqui. Opponitur de Jacob qui patri dixit: « Ego sum Esau, » matre consulente quod ipse contra conscientiam dicebat; vere enim sciebat se non esse Esau. Augustinus tamen inquit: Jacob quod matre fecit auctore ut patrem fallere videretur, non est mendacium, sed mysterium. Item opponitur de Joseph qui fratribus suis dixit: « Per salutem Pharaonis exploratores estis. » et dixit se augurari in scypho; quod tamen verum non fuit. Dicunt quidam quod mendacium fuit, sed non tale mendacium quod peccatum sit. Dicunt enim quod non omne mendacium peccatum sit, sed illud solum quod dicitur intentione fallendi. Intentio autem Jacob erat matri obedire. Similiter Joseph non intendebat fallere; sed non tam cito volebat se manifestare. Sed hoc non videtur velle Augustinus, dicens quod nec pro vita alicujus mentiendum sit. Melius itaque videtur esse ut eos non esse mentitos dicamus, sed familiari mandato hoc dixisse, sicut et Hebræi a furto excusantur, familiari mandato. Cum enim mater Jacob per Spiritum sanctum hoc ei præciperet, matri obediendo Spiritui sancto obtemperabat.... Augustinus: Nemo sane mentiri iudicandus est qui dicit falsum quod putat esse verum; quia quantum est in ipso non fallit, sed ipse fallitur. Ille potius e contrario mentitur qui dicit verum quod putat falsum; mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi; cum causa humilitatis mentiris, si antequam mentireris peccator non eras, mendacio reus efficeris. Si enim peccatorem te dicis et ita non credis, veritas in te non est. Celare licet veritatem, ut non prodatur eum qui quæritur ad occidendum; sed negare non debet veritatem. Opponitur contra illud: Si bona est intentio, bona est operatio; et qui negat se vidisse eum, cum tamen viderit, bona intentione facit ut liberet eum a morte. Ad quod respondetur quod non debet dici bona intentio illa quæ non est secundum scientiam, licet sit pia. Hoc enim debet habere bona intentio et ut sit pia et ut sit recta, quia non est virtus misericordia sine iustitia. Opponitur de obstetricibus et de Raab quo pro tali mendacio remuneratæ sunt. Sed, sicut dicit S. Augustinus,

non pro mendacio sunt remuneratæ, sed pro pietate. Duo enim in hujusmodi mendaciis attenduntur: affectus pietatis quo hæc dicuntur, et ipsum mendacium; affectus remuneretur, non mendacium. Jocosæ mendaciæ et ironiæ mendaciæ non sunt.

Nunc videndum est quid sit perjurium. Perjurium est mendacium juramento confirmatum. Si aliquem alteri facturum se aliquid mali conigerit, melius est frangere juramentum quam implere. Debet autem pœnitere quia temere juravit. Isidorus: Non est conservandum sacramentum quo malum incaute promittitur. Velut si quisquam adulteræ perpetuum cum ea permanendi fidem polliceatur; tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupro. Beda: Denique juravit per Dominum David interficere Nabal virum stultum; sed ad primam intercessionem Abigail feminæ prudentis minas remisit, ensem in vaginam revocavit, neque aliquid culpæ perjurio tali se contraxisse doluit. Item dicit Isidorus: Qui arte verborum jurat, Deus qui inspector est cogitationum sic aspicit ut cui juratur intelligit. Quod sic exponendum est, arte verborum, id est qui ad fraudandum alium jurat. Deus autem tunc vere sic aspicit, ut ille qui injuste decipitur intelligit, hoc est, si autem aliquid pro vitando periculo, non ut proximum lædat, sed ut se vel alium a necessitate liberet, veritatem dixerit, et tamen per hanc veritatem aliud occultaverit quod revelatum periculo foret, non peccat, sicut Abraham de Sara, soror mea est, non est mentilus, cum illa esset soror, id est, cognata, etsi illud jurasset non peccasset, CLXXVI, 121-124.

HUGO DE S. VICTORE, canonic. regui. — De mendacio, CLXXVI, 122. De lingua, CLXXVI, 943.

ISIDORUS MERCATOR. — Detractio vitanda est, CXXX, 99.

IVO, Carnotens. episc. — Descriptio mendacii, CLXI, 793.

JOANNES Saresb., episc. Carnot. — De detractoribus, CXCIX, 701.

JONAS, Aurelianens. episcop. — Inter decem præcepta quæ Dominus in monte Sina per famulum suum Moysen Israelitico populo dedit, falsum testimonium specialiter prohibuit. « Non falsum testimonium dices. » Justus itaque Dominus justitiam diligendam monuit, et falsitatem promendam inhibuit. Attende quis, quale edictum mortalibus servandum proposuerit, Rex scilicet regum, et Dominus dominantium omniumque creator, inter flammæ ignium et fulgura micantia, fragorem quoque tonitruorum et clangorem buccinæ, hanc legem terribiliter promulgavit qua malum vetatur et bonum jubetur, quæ etiam veritas sectanda et falsitas cavenda censetur; et quod valde tremendum et expavescendum est, contemnitur, quoniam in tantum transgressio hujus Domini præcepti in usum quibusdam devenit, ut pene illud, utpote legem frequentent et cum illud proferunt, aut nihil aut pene nihil se delinquere credant, nisi id quod falso protulerint, verum esse jurejurando affirmant. Hi certe vana spe semetipsos decipiunt..... Falsi testes diligentissime perscrutari in Deuteronomio jubentur... Testis falsidicus, ait S. Isidorus, tribus personis est obnoxius. Primum Deo, quem jurejurando contemnit; secundo iudici, quem mentiundo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Testibus falsis convictis tarde mendacii falsitas reperitur; quod si separati fuerint, examine iudicantis cito manifestatur, CVI, 225-227.

Primum est, inquit S. Augustinus in lib. contra mendacium, c. 14, capitale mendacium longe fugiendum quod fit in doctrina religionis; ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci. Secundum ut aliquem lædat injuste, quod tale est, ut et nulli prosit, et obsit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri quamvis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, sola mentiendi faciendique libidine; quod verum est mendacium. Quintum, quod fit placendi cupiditate, de suavi eloquio. His omnibus penitus evitatis atque rejectis, sequitur sextum genus, quod et nulli obest et prodest alicui, velut si quisquam pecuniam alicujus injuste tollendam, sciens ubi sit nescire se mentiatur. Septimum, quod et nulli obest, et prodest alicui, velut si nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur, non solum justum atque innocentem, sed et reum, quia Christianæ disciplinæ est, ut neque de cujusdam correctione desperetur, neque cuiquam pœnitendi aditus intercludatur.... Non ergo mentiendum quærenti ubi sit, qui se fidei cuiusquam commiserit, sed potius respondendum. « Nec prodam, nec mentiar.... Octavum est genus mendacii quod et nulli obest, et ad hoc prodest ut ab immunditia corporali quemquam tueatur. Non igitur est mentiendum in doctrina pietatis. Magnum enim scelus est, et primum genus detestabilis mendacii. Non mentiendum secundo

genere, quia nulli est facienda injuria. Non est mentien- dum tertio genere, quia nulli cum alterius injuria est consulendum. Non est mentiendum quarto genere, pro- pter mendacii libidinem, quæ per semetipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veri- tas sine placendi hominibus enuntianda est; quanto ma- gis mendacium, quod per semetipsum, quia mendacium est, turpe est! Non est mentiendum sexto genere; ne- que enim recte etiam testimonii veritas, pro cujusquam temporali commodo ac salute corrumpitur. Ad sempiter- nam vero salutem nullus ducendus est, opitulante men- dacio; nemo enim malis convertentium moribus ad bo- nos mores convertendus est, quia quod erga illum facien- dum est, debet etiam ipse conversus facere erga alios. Atque ita non ad bonos, sed malos mores convertetur, cum hoc ei præbatur imitandum converso, quod ei præ- stitum est convertendo. Neque septimo genere mentien- dum est; non enim cujusdam commoditas aut salus tem- poralis perficiendæ fidei est præferenda. Nec si quisquam pro recte factis nostris tum male movetur, ut fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior; propterea recta facta deserenda sunt, cum id nobis præcipue sit referendum, quo vocare atque invitare debemus, quos sicut nosmetipsos diligamus.... Nec octavo genere men- tiendum est, quia et in bonis castitas animi pudicitia corporis; et in malis id quid ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, majus est. In his autem octo generibus, tanto quisque minus peccat cum mentitur, quanto emergit ad octavum; tanto amplius quanto emergit ad primum. Quis- quis autem esse aliquid genus mendacii, quod peccatum, non sit putaverit, decipiet seipsum turpiter cum hone- stum se deceptorem arbitratur aliorum, CVI, 227, 228.

De mendacio, CVI, 227; CIX, 676. De detractio- ne, CVI, 247. De otiosis sermonibus, CVI, 248.

LEO IX (S.), pap. — De detractio- ne, CXLIII, 564. De mendacio, CXLIII, 571.

MARTINUS (S.), Legionens. canonic. regular. — Octavum mandatum est: « Non falsum testimonium di- ces » quod est crimen mendacii et falsitatis, CCVIII, 783. De lingua, CCIX, 193.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc. — De lingua mala, LVII, 498.

PAULINUS (S.), Aquileiens., patriarch. — Detractionis mala, XCIX, 221. Linguae custodia, XCIX, 244.

PAULUS WINFRIDUS, diacon. — Nolite judicare, XCV, 1364.

PETRUS CANTOR. — Contra detractio- nem, CCV, 54. De vitio linguae, CCV, 195.

PETRUS COMESTOR. — « Non falsum testimonium dices contra proximum tuum. » Hic prohibet omne men- dacium. Licet quidam male senserint, Deum tacite concessisse mendacium quod prodest, si nulli obest, CXCVIII, 1163.

PETRUS DAMIANUS, (S.), cardinal. — De vitio lin- guæ, CXLIV, 912. De vaniloquii temeritate, CXLV, 786. Non falsum testimonium dices, CXLV, 1020.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc. — Octavum præceptum est: « Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, » ubi crimen mendacii et perjurii prohibetur. Solet etiam quæri utrum prohibitum sit omne mendacium. Quidam dicunt illud tantum prohiberi quod obest et non prodest ei cui dicitur. Tale enim non est adversus proximum, ut ideo videatur hoc addidisse Scri- ptura, CXCII, 833.

PETRUS LOMBARDUS, magist. Sententiar. — De mendacio, CXCI, 98; CXCII, 1088.

PETRUS Pictaviens. — De mendacio et ejus spe- ciebus, CCXI, 1152.

PROSPER (S.), Aquitan. — De mendacio, LI, 462. De adulatione, LI, 525.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De mendacio, CIX, 804. Beatus vir qui non lapsus est in ore suo, CIX, 854. De malo linguae in susurrone, CIX, 971. Ananias propter mendacium punitus, CXI, 1013. De judiciis temerariis, CXII, 43.

RATHERIUS, Veronens. episc. — De verbo otioso, CXXXVI, 573. De mendacio, CXXXVI, 704.

RICHARDUS a S. Victore. — De discretionis utilitate, CXCVI, 48. De custodia linguae, CXCVI, 461. De vitio fraudulentiae, CXCVI, 1358.

RUFINUS, Aquileiens. presbyt. — De mendacio, XXI, 660. De veritatis bono, XXI, 695.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — « Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. » Super hoc præ- ceptum magnum et laude dignum est, pro tempore et re falsum pati, cum possis refellere testimonium, juxta illud Domini nostri exemplum. « Novissime venerunt duo falsi testes et dixerunt: Hic dixit: Possum destruere

templum Dei, et post triduum reaedificare illud. » Cum hoc dicerent, et princeps quoque sacerdotum surgens urgeret, « Nihil, inquit, respondes ad ista quæ isti adversum te testificantur? Jesus autem ait evangelista, tacebat. » Item, « cum accusaretur a principibus sacer- dotum et senioribus, » et Pilatus instaret dicens: « Non audis quanta adversum te dicunt testimonia, non respondit ei ullum verbum, ita ut miraretur præses ve- hementer. » Quare, quia « si dixerò vobis, inquit, non credetis mihi. Si autem et interrogaverò, non respon- debitis mihi, neque dimittetis. » Cui ergo placet exem- plum hujus in sufferenda temeritate falsi testimonii, placeat et respectus rationis, ut videlicet sisperare licet, falsitatem vera posse responsione corrigi respondeat, et respondendo lucretur, ut nonnunquam factum est, ani- mas obloquentium, si non omnium, at saltem aliquorum ex illis qui audirent sanguinem, non scienter aut ex deli- beratione, sed falso testimonio induci. Sic enim Jeremias cum testificarentur adversus eum sacerdotes et prophetae ad principes, et ad omnem populum dicentes: « Judi- cium mortis est virò huic... » non tacuit sed ait: « Do- minus misit ut prophetarem... » Econtra Naboth Jezrae- lites, quia non per errorem vel subitam animorum per- turbationem; sed per malitiosam Jezabelis et optimatum sive majorum natu deliberationem, submissis testibus viris diabolicis accusabatur sive judicabatur, tacuisse et nihil respondisse legitur, recte nimirum et sapienter. Frustra namque effunderet sermonem, ubi non erat au- ditus..., CLXVII, 1727, 1728. De detractio- ne, CLXVIII, 1292. De judicio temerario, CLXVIII, 1450.

SMARAGDUS, abb. — De multiloquio, CII, 654.

STEPHANUS DE MURETO, abb. Grandimontens. — De veritate proferenda, CCIV, 4101.

TAIO, Cæsaraugustan. episc. — Plana est omnino veritatis via, et grave est iter mendacii, ... quisquis, relicta veritate, mentiri deliberat, ut audientium ani- mum fallat, quantus ei labor est sollicite custodire ne ipsa ejus fallacia deprehendi queat. Ponit quippe ante oculos quid sibi a veritatem scientibus responderi possit, et cum magno cogitatu pertractat quomodo per argu- menta falsitatis documenta veritatis exsuperet. Fallacia laborans mendacii hinc inde se circumtegit, et contra hoc, ubi deprehendi potuerit, veritatis similem respon- sionem quærit; qui si vellet verum dicere, utique sine labore potuisset. Omne mendacium iniquitas est, et omnis iniquitas mendacium, quia profecto ab æquitate discrepat quidquid a veritate discordat. Nonnunquam pejus est mendacium meditari quam loqui. Nam loqui plerumque præcipationis est, meditari vero studiosæ pravitatis; et quis ignoret in quanta distantia culpa di- stinguatur sutrum præcipatione aliquis an studio men- tiatur? Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpæ levioris, si quispiam præstando mentiatur... hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cujuslibet, per eorum fallaciam defendatur, nec suæ animæ noceant, dum præstare carni nituntur aliè- næ, quanquam hoc ipsum peccati genus facillime cre- dimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hoc facile abster- gitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli ex obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacii genus non esse peccatum. etc. De cavenda detractio- ne, LXXX, 690. De multiloquio, LXXX, 942. De mendacio, LXXX, 949.

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyt. — De ju- dicio temerario, II, 400.

VALERIANUS (S.), Cemeliens. episc. — De oris insolentia, LII, 706. De otiosis verbis, LII, 709.

WERNERUS, abb. — De mendacio, CLVII, 1075.

WIBALDUS, abb. Stabulens. — Discrimen inter men- tiri et falsum dicere, CLXXXIX, 1240.

ZACHARIAS, Chrysopolitan. episc. — Non judican- dum nec condemnandum, CLXXXVI, 147.

Præceptum nonum.

« Non concupisces uxorem proximi tui. »

BEDA, Venerabilis. — « Non concupisces uxorem proximi tui. » In hoc præcepto vetat intentionem adul- teræ cogitationis. Nam aliud est facere aliquid tale propter uxorem; aliud, non appetere alienam uxorem. Ideo sunt duo præcepta: « Non mœchaberis, et non concupisces uxorem proximi tui, XCIII, 375.

HUGO DE S. VICTORE — Sextum præceptum est: « Non concupisces uxorem proximi tui. » Hic opponitur de hoc quod Dominus in Evangelio, cum sup- plet illud præceptum, « Non mœchaberis » dicit: « Ego autem dico vobis: Qui viderit mulierem ad coa-

cupiscendum eam am mœchatus est eam. » Sed hoc non fuit superaddere, cum in lege idem prohibeatur, ut in hoc præcepto : « Non concupisces uxorem proximi tui. » Hic enim concupiscentia prohiberi videtur sicut ibi. Ad quod potest dici quod vere hoc præceptum bene intellectum et actum prohibet et voluntatem et qui hoc præcepto sic intellecto et opere et voluntate a malo cessabant, non homines Veteris Testamenti sed Novi dicendi sunt, et lex eis sic intellecta, non vetus sed nova erat. Et secundum hoc in Evangelio nulla superadditio facta est, sed explanatur quod ibi occultum fuerat. Sed cum utrumque prohiberet lex bene intellecta secundum quod non littera sed spiritu dicenda erat; carnales autem alterum tantum intelligebant scilicet actum prohiberi, et hoc secundum litteram legis. Unde illud : « Littera occidit, spiritus autem vivificat. » Et secundum hoc facta est superadditio, CLXXVI, 124, 358, 359.

PETRUS COMESTOR. — « Non desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. » Hic prohibet concupiscentiam rei mobilis. Secundum Origenem, unum est præceptum, CXCVIII, 1166.

(Ad complementum vide præceptum sextum in hoc indice, supra.)

RUPERTUS, Tutiens. abb. — « Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. » Præcepti hujus decimi quasi quadam ferrea securi cunctarum prævaricationum radix amputatur, sive extirpatur. « Radix enim omnium malorum cupiditas. » Et notandum quia septem quasi percussioneibus, quo numero plerumque universitas designatur, universa cupiditas percutitur dum septenaria prohibitionem inhibetur. Nam cum sufficere posset ut diceret, « Non concupisces, » etiamsi nihil addidisset, maluit septenariam facere prohibitionem. Primo, « Non concupisces domum proximi tui. » Secundo, « Non desiderabis uxorem ejus. » Tertio « Non servum. » Quarto « Non ancillam... » Et septimo, « Nec omnia quæ illius sunt. » Omnium igitur quæ in mundo sunt dilectio damnata est, « quoniam omne quod est in mundo, inquit apostolus Jacobus, concupiscentia carnis est... » Hujus præcepti transgressor, jam tunc quisque addicitur, cum in voluntate habet mœchari, aut furari, sive aliquid quidpiam talium prævaricationum perpetrare, etiamsi voluntatem ipsam nequeat actu adimplere. Et quid dicemus de superadjiciendo consilio, quando vix aut fere nullus perfectus invenitur in adimplendo præcepto isto? « Quis enim gloriabitur castum se habere cor. » Audenter dico plures esse vel fuisse qui acceptaverunt consilium quam qui perfecte adimpleverunt mandatum. Plures enim, id est aliquos, non dubitamus dicere vel dixisse : « Cupio dissolvi et esse cum Christo, » qui autem gloriatur castum se habere cor, nullus aut rarissimus est. Hoc itaque tantum dixisse libeat, præceptum esse, non concupiscere; consilium autem cupere dissolvi et esse cum Christo, CLXVII, 1728.

Præceptum decimum.

« Non concupisces domum proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. »

BEDA VENERABILIS. — « Non concupisces rem proximi tui. » In hoc præcepto damnat ambitionem sæculi et refrenat concupiscentiam rerum et mundi cupiditatem, XCIII, 575.

HUGO DE S. VICTORE. — Septimum præceptum est : « Non concupisces rem proximi tui, » ibi prohibetur voluntas et actus. Voluntas secundum quod littera sonat... , CLXXVI, 124.

JOANNES Saresberiens., Carnotens. episcop. — Qui solas divitias congerere curant nihil in vita potius credi volunt via, quam cæteris prætulere : Ut eis indigentia expleatur, diversa probantur a diversis. Nullum grave periculum est, si spes dolosi nummi refulgeat. Ipsam fere naturam vincit amor pecuniæ, et res pene impossibiles ad possibilem redigit facultatem. Avaro nihil vile videtur, aut sordidum, et sibilante populo seipsum consolatur, imo et sibi applaudit, simul ac nummos contemplatur in arca... Dum itaque quæstum faciat, nulla pars mundi videtur inaccessibilis, et ipsius torridæ æstum major avaritiæ ignis exsuperat..., CXCIX, 675.

PETRUS COMESTOR. — « Non concupisces domum proximi tui. » Secundum S. Augustinum, hic prohibet concupiscentiam rei immobilis alienæ, CXCVIII, 1165.

(Ad complementum, vide septimum præceptum, supra, in hoc indice.)

PETRUS DAMIANUS (S.). — Hæc sunt divinæ legis edicta. Ab his omnia Scripturæ sacræ prodeunt instrumenta; his omnibus sancta religionis innititur disciplina. Hæc certe fluentium vulnerum vincula; hæc salubris est animarum languentium medicina. Omnes plane plagas, quas in Ægypto pertulimus, imo cunctos interiorum ægrotudinum morbos, quos in planitie sæcularis vitæ concepimus, apud montem Sinai, hoc est in sublimitate sacri propositi, curare debemus. In his itaque, homo, semper Esto. Hæc sedulus meditare, et, ut ita loquar, hæc pigmenta vel species in plisanario mentis tuæ jugiter tere. Ex hac igitur aromatum cella non exeas; sed hic omnes animæ tuæ latebras curiosius inspicere; cuncta viscerum tuorum arcana scrutare; medicamenta vulneribus, prout cuique apta perspexeris, adhibere, et incolumitatem, postquam semel adeptus fueris, pervigili satage solertia custodire. Nam peior est recidiva quam febris, et, sicut medici perhibent, diæta non minus est observanda quam cura, videlicet ut alimenta quæ sunt contraria caveas, et quidquid noxium, quidquid acceptis antidotis probatur adversum, tanquam virus lethale contempnas. Hoc est plane decachordum illud psalterium, quod crebra plectri jubemus impulsione percutere. Hoc est sanctis operibus quasi tot chordas quot sunt mandata, crispate. His itaque bene compositis, cum Moyse montana conscende, districtioris vitæ fastidium arripe, ut cum eo simul merearis audire : « Vade et dic eis : Revertimini in tentoria vestra; tu vero sta hic, et loquar tibi omnia mandata, et cæremotias et judicia. » Tu quoque dans mundo repudium, cum Domino jugiter permane, et in ejus conspectu promptus assiste. Neque enim dicit : Sede hic, vel recumbe mecum, sed, sta hic mecum, ut intelligas ipsum spirituale olium in laboris exercitio constitutum. Sta igitur in monte cum Domino, ut infœderabile bellum cum spiritibus nequitie jugiter conseras, ut illices passionum carnalium petulantibus non enerviter frangas. Sic itaque adversus ingruentium vitiorum barbariem dimica, ut rebelles cum Josue victor obtineas reges; ipseque te jubeat victricibus plantis eorum calcare cervices, quatenus hostium manubiis opulentus, et victoriarum titulis insignitus, terram repositionis triumphator attingas, imo cum veris Israelitis terram viventium hæreditario semper munere possideas. CXLV, 694.

CXLV.

INDEX DE DILECTIONE INIMICORUM,

ET DE INJURIARUM CONDONATIONE,

EX PATRIBUS OSTENDENS QUOAD NOS HUIUS OBLIGATIONIS EFFECTUS.

Hunc indicem duas in partes dividimus : prima pars quæstionem tractat ordine Patrum chronologico, et pars secunda ordine alphabetico, etc.

PARS PRIMA.

Quæstio hic tractatur juxta ordinem chronologicum Patrum.

TERTULLIANUS, Carthaginis presbyter et apologeta.

— Diligite inimicos vestros et benedicite eis qui oderunt vos, et orate pro eis qui vos calumniantur, dicite : Fratres nostri estis, eis qui vos oderunt. Si enim qui inimici sunt et oderunt et calumniantur, fratres appellandi sunt, utique et benedici odientes, orari pro calumniantibus.

jussit qui eos fratres deputari præcipit, II, 595 sq. Quid eruditius de maleficio an de maliloquio interdicere? Quid instructus injuriam non permittere, an nec vicem injuriæ sinere, I, 499. Scito ad redundantiam benignitatis ex Libris sacris præceptum esse nobis etiam pro inimicis Deum orare et persecutoribus nostris bona precari, *ibid.*, 446. Disciplina enim divina jubemur diligere inimicos quoque et orare pro eis qui nos persequuntur, ut hæc sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere, omnium est; inimicos autem, solorum Christianorum, *ibid.*, 696.

CYPRIANUS (S.), Carthaginis episc. et martyr — Quoniam et qui petitur flecti debet et non imitari; debet et censura divina adhiberi et sicut scriptum est: Donavi tibi debitum quoniam rogasti me; Deus ut est indulgens, et nos indulgentes esse debemus, IV, 314. Ex Christi exemplis diligendi sunt inimici illique patienter tolerandi, *ibid.*, 626.

ARNONIUS, rhetor et apologeta. — Nam, cum Christi magisteris acceperimus, malum pro malo rependi non oportere, injuriam perpeti quam irrogare esse præstantius, suum sanguinem potius fundere quam alieno cruore manus et conscientiam polluere; habet jamdudum hoc Christi beneficium ingratus orbis universus per quod feritatis mollita est rabies, V, 728.

LA TANTIUS, apologeta. — Magna est misericordiæ merces cui Deus pollicetur peccata se omnia remissurum esse; si audieris, inquit, preces supplicis tui et ego audiam tuas, VI, 676 sq. Dando igitur operam, ut indumento justitiæ pietatisque velemur quo nos exuat nemo, quod nobis sempiternum præbeat ornatum, *ibid.*, 686.

HILARIUS (S.), Pictaviensis episc. — Præcepit Dominus ut boni omnibus simus, communia omnibus existimantes, IX, 932. — Misericordibus misericordiæ munera præparat, ita ut solis misericordibus misericordiam suam præstiturus sit, *ibid.* Mutua universos charitate devinciens, nullam impacifiæ orationis fieri precem patitur; sed altari munera offerentes, si recordentur habere se cum fratribus aliquid simultatum, reconciliatos humana pace reverti jubet in divinam pacem, in Dei charitatem de charitate hominum transituros, *ibid.*, 938. Fides autem, nullius tam gravem dolorem esse patitur injuriæ sicut ultionem expetat, et illatæ sibi quisquam vindex sit contumeliæ, quia in judicio Dei et perpeccatis injuriam pro us est consolationis et pœna severior injuriosis, *ibid.*, 941. Conclisit omnia bonitate perfecta: Diligi inimicos fides præcipit et petulantes humanarum mentium, motus publicæ charitatis affectu frangit. Vocat igitur nos in Dei imitationem qui solem et pluviam tribuit bonis et malis, ut et ipsi perfecti simus sicut et Pater noster cœlestis perfectus est, *ibid.*, 942. Semper inimicis nostris indulgendum est, quia semper nobis Dominus indulget, *ibid.*, 1022. Inimicos omnes diligere Christus docuit, Judæ osculum non respuendo, *ibid.*, 804. Ubi non evidens est malitia, de aliis tutius est bene quam male judicari (ejusdem). Inimicorum dilectione in Dei ut hæreditatem, ita et imitationem vocamus, *ibid.*, 688.

FELIX (S.), papa. — Nos qui injusta patimur, hæc reservare debemus judicio Dei qui reddet unicuique secundum opera sua, qui per ministros intonuit: mihi vindicta, ego retribuam, XIII, 26. Non edocti sumus ita vincere, sed in patientia longanimitatis et humilitatis... ut vel paulatim valeamus imitari eum qui propter nos se humiliare dignatus est, *ibid.*, 27.

AMBROSIUS (S.), Mediolanensis episc. — Bona est hospitalitas: Habet mercedem suam primo munere gratiæ; deinde quod majus est, resurrectionis divinæ; omnes in hoc incolatu hospites sumus, XIV, 435. Et ideo anima nostra induat charitatem et charitatem hujusmodi quæ sit valida ut mors; quia sicut mors finis peccatorum est, ita et charitas, *ibid.*, 530. Cognoscamus virum perfectum non moveri ulciscendi doloris injuria, nec malorum rependere vicem. Jure ergo mirandus est Joseph qui hoc fuit ante Evangelium, ut læsus parceret, venditus non referret injuriam, sed gratiam pro contumeliis solveret, *ibid.*, 642. Quam latum est mandatum charitatis, diligite, inquit, inimicos; omnes utique in effectu charitatis inclusit qui non exclusit inimicos, XV, 1579. Christiano, inimicos non licet non amare, nam audi latum mandatum: benedicite eos qui persequuntur vos, et nolite maledicere, *ibid.* Justus adversus maledicentes sibi, tacet et orat, *ibid.*, 845. Injuria æquanimiter subeunda est, XV, 1525. Rogare autem Christianus debet pro inimicis, orare etiam pro persequentibus, sicut Dominus oravit dicens: Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt, XVI, 1570. Bonus est misericors homo qui dum aliis subvenit, sibi consulit et in alieno remedio sua vulnera curat; ignoscendo enim, agnoscit sese esse hominem, *ibid.*,

1591. Et vos igitur donate injurias. Bonum scutum oratio qua contumelia excluditur, maledictum expellitur, et in ipsos qui maledixerint frequenter retorquetur, *ibid.*, 1217. Christiani docentur non malum pro malo reddere ut perfecti sint, XVII, 160. Deus vult etiam beneficia dari nostris inimicis ut illos acquiramus ad vitam, illosque in bono vincamus, *ibid.*

CAIUS VETTIUS, Aquilinus, poeta. — Ast ego præcipiam ne quis consurgere in iras audeat, atque in odio fratris fervente moveri; et prius ad pacem properans transcurri petendam fraterno demum jam conciliatus amori, offer grata Deo, tranquillo pectore, dona, *ibid.*, 125.

COELIUS SEDULIUS, poeta. — Debita laxari nobis, qui cuncta rogamus, nos quoque laxemus; graviusque saluti nectimur, alterius si solvere vincula negamus, XVII, 420.

SULPICIUS SEVERUS, historicus ac poeta. — Tantam patientiam, adversus omnes injurias, S. Martinus assumpsit, ut quantum in ipso erat, nullum quo læsus fuerat a sua charitate repulerit, XX, 176.

CHROMATIUS (S.), Aquileiensis episc. — Nonne autem evangelico præcepto jubetur ut inimicos diligamus, odientes amemus, pro calumniantibus oremus, ut vere filii Dei esse mereamur? XX, 355. Nullus est hostis, si tribuat indulgentiam peccatorum, *ibid.* Remittite delicta et nulla bella vos turbabunt, si parcitis hostibus subacutibus, *ibid.*, 448.

EVAGRIUS, monach. — Animositatem et iram longe facito a te, et memoria malitiæ non demoretur apud te, XX, 1085.

HIERONYMUS (S.), Stridonis presbyter. — Sciendum est Christum non impossibilia præcipere sed perfecta. Stephanus quoque martyr pro lapidantibus inimicis deprecatus est, et Paulus cupit anathema esse pro persecutoribus suis. Hæc autem docuit et fecit Jesus dicens: « Pater, ignosce illis, » XXVI, 41. Nam sine ista dilectione qua inimicos et persecutores diligere jubemur, non possumus Domini legem implere qua dixit: « Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, » XXXI, 1264.

AUGUSTINUS (S.), Hipponensis episc. — Miseremini igitur tanquam misericordes, quia in eo quod diligitis inimicos, fratres vestros diligitis, XXXV, 2041. Admirabilis justitiæ descriptio a S. Augustino. « Justitia non novit fratrem, non novit matrem, non novit patrem; veritatem novit, personam non accipit, Dominum imitatur, » XXXVII, 1967. Ora pro inimico tuo, ut sit filius Patris sui, et sic filius Altissimi; cogita Patrem et agnosce hæreditatem, XXXVIII, 120. Ignosci vobis vultis? ignoscite, *ibid.*, 515. Si non diligitis inimicos vestros, nolite orare; nolite in Dominica oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra, *ibid.*, 384. Exercete vos, quantum potestis, ad exhibendam mansuetudinem etiam erga inimicos vestros, *ibid.*, 1430. Charitas etiam ad inimicos extendi debet. Dimittendum est ut dimittatur nobis. Rogas me pro misericordia, noli piger esse in misericordia, XXXIX, 1695 et seqq. Diligendi sunt inimici; dilexit nos Deus etiam inimicos, *ibid.*, 2256. Non frustra sperat parcendum peccatis suis qui ignoscit alienis, XXXV, 1862. Beatus qui amat inimicum propter Deum, *ibid.*, 1874. Orandum est pro inimicis nostris, aut ut obtineatur eorum conversio, aut in nobis divinæ bonitatis inveniat imitatio, XLV, 1876. Amplectenda quippe est homini tam benigna conditio: ut dimittendo delicta aliena, diluat sua, *ibid.*, 1892. Deus similiter jubet ut fratri nostro reconciliemur, seu juste, seu injuste, illum aliquid habere contra nos noverimus, XLIX, 343.

CASSIANUS, monachus. — Si imitationem Dei fuerit assecutus, tunc visceribus Dominicæ longanimitatis indutus, pro peccatoribus quoque orabit dicens: Pater ignosce illis, XLIX, 861.

PROSPER (S.), poeta. — Injustis etiam præstatur justa voluntas, nec quanquam spernant vota benigna hominum, LI, 507.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennatis episc. — Invidia, malum vetustum, prima labes, sæculorum venenum, ipsum angelum dejecit de cœlo, LII, 195.

VALERIANUS (S.), Cemeliensis episc. — Dimittat ergo unusquisque ex toto corde suo fratri; nullus recolat injuriam, nemo quærat vindictam. Sint tibi cum inimico blanda et pura colloquia, LII, 751. Hoc est inimicos diligere, odiis non respondere, contumelias patienter fere, donare injuriam aut manu aut verbis factam, *ibid.*, 733. Obediamus Christo, fratrum furentium injurias tolerando, *ibid.*, 309. Dimitte ergo delinquentibus in te totum, si vis ipse nihil de tuis Domino debere debitis, *ibid.*, 400.

LEO MAGNUS (S.), papa. — Eleemosynæ peccata dolent, mortem perimunt et pœnam perpetui ignis exstinguunt,

gaunt. Hæc virtus omnes utiles facit esse virtutes. In quo laudabuntur qui ad dexteram stabunt, nisi in operibus benevolentiae et charitatis officiis quæ Dominus Jesus sibi impensa reputabit? sinistris vero quid obiciatur, nisi neglectus dilectionis, duritia inhumanitatis et pauperibus misericordia denegata? LIV, 165. Qui enim temporalem relevat miseriam laborantis, evadit æternum supplicium peccatoris, *ibid.* Et merito etiam Dominus præcipit inimicos diligere et pro peccatoribus supplicari, *ibid.*, 170. Formam diligendi proximum a dilectione Dei sumamus qui etiam malis bonus est et etiam negatores suos suis donis consolet, *ibid.*, 190. Nemo diffidat sibi nitorem etiam post multa peccata restitui qui eleemosynam studuerit purificatione mundari, *ibid.* Charitatis lance omnia opera pensantur, *ibid.*, 169.

MAXIMUS (S.), Taurinensis episc. — Vide ergo quæ sit misericordiae gratia, quæ una et sola virtus est cunctorum redemptio peccatorum. Ita igitur eleemosyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi gehennæ extinguit incendium. Indulgentior est eleemosyna, quoniam baptismi lavacrum semel datur; eleemosynam autem quoties feceris, toties veniam promereris, LVII, 482. Ille viam Domino non parat qui in fratres odio feralis invidia inardescit, *ibid.*, 586.

SALVIANUS, Massiliensis presbyter. — Christus jubet ut inimicos diligamus et persequentibus beneficiamus, LIII, 65.

PAULINUS (S.), Nolæ episc. — Vicem injuriis reddere, humana ultio est; at inimicum diligere, vindicta celestis, LXI, 296.

FULGENTIUS (S.), Ruspensis episc. — Dominus usque ad inimicos charitatem jubet extendi et usque ad peccatores benevolentiam dilatari. Qui enim dilexerint suos inimicos, filii Dei erunt, LV, 739.

BENEDICTUS (S.), abbas. — Si meminervis quod aliquis tibi mala fecerit, surge velociter, et pro eo ora ut Deus illi parcat, LVI, 347.

CASSIODORUS, abbas. — Perfectum odium est nostros inimicos diligere, quia homines sunt, et eorum vitia semper horrere, LVI, 992.

GREGORIUS (S.), Turonensis episc. — Amico inimicoque semper bonum præbe consilium, LXXI, 599. Verbum autem malitiæ non habet in corde tuo adversus eum qui te lædit, ut possis dicere: Dimitte nobis debita nostra, LXXIII, 975.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa. — Injuriarum permissio est porta cœli, LXXIII, 659. Injuriam perferre, nec paria reddere est ponere animam pro proximo, *ibid.*, 681. Dimittamus ergo quod debetur nobis ut dimittatur quod debetur a nobis, LXXIV, 1210. Lata est ergo charitas quia et inimicorum dilectionem capit, *ibid.*, 840. Dominus jubet amicos diligere in se et inimicos propter se qui crucis patibulum sustinet et tamen suis persecutoribus effectum dilectionis impendit, LXXIV, 1204.

TAIO, Cæsaraugustanus episc. — Ille veraciter charitatem habet qui et amicum diligit in Deo et inimicum propter Deum, LXXX, 896.

DEFENSOR, Logogniacensis monach. — Ille propter Deum diligit qui etiam diligit eos a quibus non diligitur, LXXX, 607. Quomodo Deus nobis peccata donavit, sic etiam nos iis qui in nos peccant dimittamus, *ibid.*, 611. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari, *ibid.*, 698.

BONIFACIUS (S.), Moguntiacus archiepisc. — Quoniam sacra Scriptura erudimur, ne malum pro malo, sed etiam bona pro malis, reddamus, LXXXIX, 628.

BEDA Venerabilis. — Inimicorum dilectione filii Dei efficiuntur, imitare igitur Dominum tuum, pro inimicis intercede, LXXXIX, 616.

ALCUINUS, abbas. — Non potest a Deo peccator misericordiam petere et sperare, qui misericordiam non facit peccantibus in se, CI, 617. Unusquisque talem indulgentiam recepturus est a Deo qualem et ipse dederit proximo suo, *ibid.*

SMARAGDUS, abbas. — Amicus pariter diligitur et inimicus propter Deum, CI, 956.

JONAS, Aurelianensis episc. — Porro Christianorum proprium est, et amicum diligere in Deo et inimicum propter Deum, CVI, 235.

DRUTHMARUS, Corbeiensis monach. — Domine, dimitte nobis quæcunque in te peccavimus, quia et nos secundum præceptum tuum dimittimus his qui in nos peccant, CVI, 1515.

RABANUS MAURUS, Moguntiacus archiepisc. — Inimicos amare debemus non ut inimici permaneant, sed ut fratres fiant et ut Patris nostri perfectionem, quantum in nobis est, assequamur, CVII, 832, *seqq.* Itaque, fratres, rogo vos ut ex corde ignoscatis ei qui vos offendit ut dimittantur peccata vestra, CX, 41.

WAJAFRIDUS STRABUS, Fuldensis monach. — Non tantum fratres diligere debemus, cum Dominus dicat et pro inimicis orandum, CXIV, 98. Hanc cautionem cum Domino facimus; si dimittimus, dimittetur nobis, *ibid.*, 876. Hæc illis dimitte, precor, nec reddere, iudex, quæ se ere mihi;... ta ia qui mandas, exaudi talia clemens. (Sic orabat sanctus Mammæ dum a suis tortoribus cruciaretur,) CXIV, 1061.

HAYMOINUS, Halberstatensis episc. — In tali videlicet charitate quæ ad imitationem divinæ bonitatis etiam inimicis benefacere et hos diligere novit, CXVIII, 588. Dimitte proximo tuo nocenti tibi, et tunc deprecanti tibi peccata solvantur, *ibid.*, 912.

RODULPHUS, Bituricensis episc. — Placuit ut a cœtu Ecclesiæ expellantur ii qui odio inter se discesserint, quoadusque ad charitatem quæ operit multitudinem peccatorum venerint, CXIX, 716.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiensis abb. — Filiorum dilectio sola charitate acquiritur; charitas vero inimicorum dilectione firmatur, CXX, 263 *seqq.* Sola imitatione Patris cœlestis filii ejus esse possumus. Diligite inimicos vestros misericorditer et hæc sola dilectione supplete omnia quæ mandavi vobis, ut sitis filii Patris vestri, *ibid.*, Nullus est homo exceptus cui misericordiam denegamus, quando etiam inimicos diligere debemus, *ibid.*, 1470.

ABDO, Sangermanensis monachus. — Debetis dimittere ut dimittatur vobis et non decipiatis homines alios per vitiosa mendacia, CXXXII, 768.

HUCBALDUS, monachus. — Sine charitate aliæ virtutes homini minime prodesse possunt, CXXXIV, 917.

ADALGERUS (S.), episc. — Dignum est enim ut nos inimicos nostros, post offensionis veniam, in pristinae amicitiae plenitudinem referamus, CXLIV, 579.

PETRUS DAMIANUS (S.), S. R. E. cardinalis. — Dimitte nobis, Domine, quia nos donamus nostris debitoribus in tuo nomine, CXLVII, 538.

THEODORICUS Paderburnensis canonicus. — Ad eum qui tibi injuriam fecit, affabilem magis te exhibe, CLIII, 626.

ANSELMUS (S.), Cantuariensis archiepisc. — In oratione pro inimicis, sic Deum precetur: Exaudi, Domine, et tribue non solum amicis, sed etiam inimicis ea quæ tu scis unicuique expedire et omnibus vivis et defunctis misericordiam, CLVIII, 910. Deus præcipit nobis omnino dimittere in nos peccantibus, *ibid.*, 79. Dimittere debemus in nos peccantibus, si ea quæ peccavimus in Deum dimitti volumus, *ibid.*, 167.

ANSELMUS, Laudunensis canonicus. — Diligite inimicos vestros ut imitemini illum qui semper Pater vester est benevolus malis et bonis, CLXII, 1305. Diligite inimicos vestros, non tantum amicos, quia, si tantum amatis eos qui vos diligunt, nullam mercedem habebitis, *ibid.* Inimicos diligere debetis, ut sicut estis filii Dei per creationem, sitis etiam per imitationem, CLXIII.

BRUNO (S.), Signiacensis monachus. — Tu itaque sponte contenti dimittes, CLXVII, 949.

Munificentia quoque hospitalitatis est portio, ut non suscipiamus postulantiem victi fastidio, sed etiam præveniamus præcellenti officio. Exemplo enim illorum euntium in Emmaus, non solum hospites invitandi sunt, sed trahendi. Exhibenda est quoque hospitibus humilitas, ut gratia humilitatis, quæ etiam totam consummat hospitalitatem, gratius sit obsequium quod impendit. Recipiamus igitur in peregrino illum qui pro nobis in terra peregrinatus est de cælo, qui pro nobis egressus de patria, mendicus exstitit in via. O felix hospitium, quod Christo exhibetur in paupere! o felix lectus, in quo requiescit Christus in corpore! felix mensa ad quam sedet homo Deus in homine! O homo apud gentiles jura hospitalitatis servantur, apud fideles franguntur. Bruta animantia in adventu similitum gaudent, et eis quodammodo jus familiaritatis exhibent; homines vero humanitatis officium iuhibent. « Erubescite, Sidon, ait mare. » Erubescat mare a fluminibus adjuvari. Erubescat rationale ab irrationali instrui. Erubescat sol a camino et facibus calefieri...., CCX, 181, 182. De eleemosyna, CCX, 175.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episcop. — De eleemosyna faciendâ, XIV, 724. De eleemosynæ bonis, XIV, 1069. Liberalitatis exemplum erga pauperes a vidua evangelica propositum, XVI, 242.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepiscop. — De eleemosyna, CLIX, 56.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Sane cavendum ne quisquam existimet infanda illa crimina quæ illa qui agunt, « regnum Dei non possidebunt, » quotidie perpetranda, et eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, et per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodam modo, ut ea semper liceat impune committere, XL, 265.

Sane qui sceleratissime vivunt nec curant talem vitam moresque corrigere, et inter ipsa facinora et flagitia sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra ideo sibi blandiuntur, quoniam Dominus ait: « Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. », XL, 267.

Qui enim vult ordinate dare eleemosynam, a se ipso debet incipere, et eam sibi primum dare: « Miserere animæ tuæ placens Deo. » Propter quem dilectionis ordinem dictum est: « Diliges proximum tuum sicut teipsum. » Cum ergo Dominus Phariseos increpasset quod forinsecus se lavabant, intus autem rapina et iniquitate pleni erant, admonens quadam eleemosyna, quam sibi homo debet primitus dare, interiora mundari: « Verumtamen, inquit, date eleemosynam... », XL, 268.

Cum auditis omnia male facta eleemosynis redimi, nolite sic intelligere, ut intelligunt quidam perversi. Eleemosynæ enim possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si mores mutaveris. Si autem in eisdem malis perseveras, eleemosynis tuis non corrumpis iudicem. Ego dico propter illa scelera et crimina quæ omnes modo vitare debent qui accipiunt corpus Domini et sanguinem. Cæterum non me latet, vitam istam mortalem et in carne corruptibili constitutam sine peccatis esse non posse, sed illa quotidiana et levia habent etiam sua lavacra quotidiana.... Quod enim Deus statuit ut eleemosynæ, propter levia peccata, ille putat ad illa gravia sibi posse optulari, a quibus non vult discedere, sed in his cupit permanere perpetuo. Faciat pro his eleemosynæ, sed vita mutata; inde recedat, et huc accedat. Si autem dixerit in animo suo: Si quotidiana faciam latrocinia, etsi quotidianis corruptionibus adulterinis me contaminem...., et a tali vita omnino non recedam, faciens tamen quotidianas eleemosynas extinguo omnia peccata; tamen extinguis, sed cum extingueris...., pereunt ergo peccata, sed tecum. Si autem vitam mutaveris, illa pereunt, tu invenieris...., XXXIX, 1701, 1901, 2343.

Sed ne putetis, quia faciendâ sunt quotidie adulteria, et eleemosynis quotidianis mundanda sunt. Ad illa majora scelera non sufficiunt quotidianæ eleemosynæ, ut ea mundent. Aliud est ubi mutes vitam; aliud est ubi tolere vitam. Illa mutanda est; si mœchus eras, noli mœchus esse; si fornicator eras, noli fornicari; si homicida, noli esse homicida...., arbitraris hæc, nisi fieri desinant, quotidianis eleemosynis posse mundari?... XXXVIII, 88.

Beneficentia in corpus et animam proximi, XXXII, 1332. De sublevandis pauperibus, XXXIII, 471. De mercede eleemosynæ, XXXVI, 388, 435. Misericordia est exercenda, XXXVII, 1328. Christus in pauperes vestiendus, XXXVIII, 170, 219, 239, 243, 250, 253, 324. De operibus misericordiæ, XXXVIII, 406, 453, 1198, 1199. Quid eleemosyna sine fide, XXXVIII, 626. Eleemosyna justis laboribus faciendâ, XXXVIII, 648, 1200. Duo genera eleemosynarum, XXXVIII, 1041, 1043, 1053. Christus accipit quod pauperibus erogatur, XXXIX, 1519. De charitate

humana, XXXIX, 1530, 1533, 1536, 1586, 1590, 1651, 1671, 1690. De faciendis eleemosynis, XXXIX, 1700, 1842, 1846, 1876, 1895, 1957, 1949. Eleemosynæ inanes; an Deus velit eleemosynam fieri, XXXIX, 2259, 2230. Eleemosynarum genera multa, XL, 266. De visitatione infirmorum, XL, 1147. De misericordia, XL, 1246. De generalitate eleemosynarum, XLI, 1223. Opera misericordiæ sunt remedia, XLIV, 152.

BEDA Venerab., presbyt. — De eleemosyna, CXIV, 268.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb. — Beneficentia erga pauperes laudatur, CLXXXII, 235.

BRUNO (S.), Astens. abb. — De eleemosyna, CLXV, 422.

CÆSARIUS (S.), Arelatens. episcop. — De eleemosynis, LXVII, 1077.

CHROMATIUS (S.), Aquileiens. episcop. — De eleemosyna, XX, 354.

CYPRIANUS (S.), Carthaginens. episcop. et martyr — Loquitur in Scripturis divinis Spiritus sanctus: « Eleemosynis et fide delicta purgantur. » Et: « Verum date eleemosynam, et ecce vobis omnia munda », etc.... Quorum præceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor, adverso somnio territus, æstualet, pro avertendis malis ad divinam opem impetrandam remedium dedit dicens: « Propterea, o rex, peccata tua eleemosynis redime et injustitias tuas misericordiis pauperum. » Cui rex non obtemperans, adversa quæ viderat et infesta perpessus est; quæ evadere et vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Raphael quoque angelus paria testatur, et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat hortatur, dicens: « Bona est oratio cum jejuniis et eleemosyna, quia eleemosyna a morte liberat, et ipsa purgat peccata. » ostendit orationes nostras ac jejunia minus posse, nisi eleemosynis adjuventur; deprecationes solas ad impetrandum parum valere, nisi factorum et operum accessione adjuventur, IV, 605, 606.

Nec sic ista proferimus, ut non quod Raphael angelus dixit veritatis testimonio comprobemus. In Actibus apostolorum facti fides posita est, et quod eleemosynis, non tantum a secunda, sed a prima morte animæ, liberentur gestæ et impletæ res probatione compertum est. Tabitha, operationibus justis et eleemosynis præstandis plurimum dedita, cum infirmata esset et mortua, ad cadaver examine Petrus accitus est; qui cum impigre pro apostolica humanitate venisset, circumsteterunt eum viduæ flentes et rogantes, pallia, et tunicas, et omnia illa quæ prius sumpserant indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis vocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse quod sic petebatur, nec defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus, quando esset in viduis ipse vestitus. Cum itaque genibus nixus orasset, viduarum ac pauperum idoneus advocatus legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, conversus ad corpus, quod in tabula jam lotum jacebat: « Tabitha, inquit, exsurge in nomine Christi. » Mors itaque suspenditur, et spiritus redditur, ac mirantibus et stupentibus cunctis, ad hanc mundi denuo lucem redivivum corpus animatur... IV, 606, 607.

Plura de hac quæstione leguntur in opere. De eleemosynis, IV, 601, 622.

De eleemosyna, IV, 601. De bono operis et misericordiæ, IV, 723.

ELIGIUS (S.), Noviomens. episcop. — De eleemosyna, LXXXVII, 593.

FASTIDIUS, Britannor. episcop. — Eleemosynæ de lucris injustis, L, 396.

GAUDENTIUS (S.) Brix. episcop. — Sermo contra avaritiam et pro pauperibus, XX, 953. De mammona iniquitatis facite vobis amicos, *ibid.*, 973.

GEZO, abb. Dertonens. — De iis qui eleemosynas faciunt et peccata non dimittunt, CXXXVII, 495.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap. — De eleemosynis, LXXVI, 122, 179, 206, 229.

GUIGO I, Carthusianor. prior. — De cura infirmorum, CLIII, 622.

GUNTHERUS, Cisterciens. monach. — Proximo autem miseremur pluribus modis, videlicet compassione, oratione, correctione, consilio, auxilio et beneficio. Compassione miseremur proximo, quando vel ejus peccatis vel ærumnis in sericorditer condolemus. Peccatis Absalon filii sui condolebat David, cum ille patrem persequeretur, et condolebat ærumnis, cum ipse miserabilem ejus mortem lamentaretur. Oratione similiter miseremur proximo duobus modis, cum vel pro peccatis ejus vel miseris Deum orando humiliter imploramus. Pro peccatis proximorum orabat Stephanus, cum pro se lapidantibus imploraret, pro miseris autem Paulus, cum juvenem

Eutychum misera sorte peremptum orando suscitaret. Correctione quoque miseremur proximo duobus modis, cum vel eum de factis suis jam malis increpantes corripiamus; vel a faciendis misericorditer abstrahimus... Consilio quoque proximo miseremur quando erranti etsui prorsus ignaro salubri consilio subvenimus. Auxilio etiam eidem proximo miseremur, quando ad faciendum vel obtinendum bonum quod per se non potest, auxilium ei misericorditer obtinemus, vel exhibemus. Beneficio autem eidem miseremur, quando indigenti materiale stipendium, utpote cibi vel potus, aut vestis, vel pecuniæ effectum pietatis impertimur. In cuius beneficii exhibitione ista candida sunt, ne fiat de alieno, ne absque modo, ne detur indigno. Ne fiat de alieno...; ne absque modo, velut si uni dederis, unde pluribus poteras subvenire, ne dederis indigno, si dignus æque indigens valeat reperiri, quem admodum scriptum est: « Sudet eleemosyna tua in manu, donec invenies justum cui dederis, » licet alibi scriptum sit: « Omni petenti te tribue, » tamen hæc nostra beneficia ad domesticos fidei, et vicinos seu familiares nostros copiosius et frequentius debent extendi, CCXII, 210, 211.

Eleemosynam facienti ista conveniunt: mentis puritas, simplicitas, humilitas, liberalitas, hilaritas. Mentis puritas ei valde necessaria est, sine qua nec esset eleemosyna quidquid facere posset; quia cum eleemosyna nihil aliud sit quam misericordia, nulli misericors esse potest qui sibi ipsi per cordis impuritatem impius et immisericors esse convincitur. Quocirca si eleemosynam facere meditaris, necesse est eam a te ipso incipere et transire in proximum... Competit ei etiam simplicitas, ut ex eo quod sola pietatis causa fieri debet, non quærat favorem hominum, velut Pharisei... Humilitas etiam eidem multum est necessaria, ne quod ob amorem Dei et proximi humiliter faciendum est, arroganter et superbe fiat, ut faciunt quidam homines perditissimi, qui ea quæ pauperibus erogando erunt scurris et histrionibus largiuntur... Liberalitas quoque facienti eleemosynam adesse debet, ne sit exsanguis et aridus in erogando, sed pro modo facultatis fratri libenter impertiatur, non tam timens in posterum defectum suum quam præsentem illius attendens penuriam. Meminisse siquidem debet, quoniam qui dedit præsentia poterit, illis erogatis, alia copiosius ministrare... Hilaritas facienti eleemosynam semper adesse debet, ut id ipsum quod dat læto animo largiatur....

Proveniunt autem ex eleemosyna quinque hæc: remissio peccatorum, charitatis augmentum, spirituale gaudium, certa spes promissorum, perceptio præmiorum. Remissionem peccatorum ex eleemosyna provenire nulli dubium e se debet... Charitatis augmentum provenit ex eleemosyna tum erga Deum quam erga proximum, et alia, CCXII, 209-222.

De eleemosyna, CCXII, 210.

HAYMO, Halberstatens. episcop. — De modo largiendi eleemosynas, CXVIII, 188. — De eleemosyna, *ibid.*, 902.

HILDEBERTUS, Cenomanens. episcop. — Beneficentia erga pauperes, CLXXI, 189.

HINC MARUS, Remens. archiepiscop. — Quod eleemosynæ de alienis fieri non debent CXXV, 863. De operibus misericordiæ, CXXV, 888.

HIERONYMUS (S.), presbyt. — Hortatio ad eleemosynam, XXIII, 1101. Merces eleemosynæ, XXVI, 69. De infirmis et pauperibus recreandis, XXX, 583. De charitate erga infirmos, *ibid.*, 424.

INNOCENTIUS III, papa. — « Date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis. » Nemo dignius posset eleemosynam commendare quam ipsa Veritas commendavit, quæ per eleemosynam asserit universa mundari. Unde bene congruit nomen effectui, et interpretatio veritatis. Nam eleemosyna dicitur ab *elimino*, vel ab *eli*, quod est *Deus*, et *Moys*, quod est *aqua*, quia Deus per eleemosynam maculas peccatorum eliminat, et sordes abluunt vitiorum. Eleemosyna quidem est, indigenti pietatis intuitu subvenire, cujus quantus sit fructus Scriptura sacra demonstrat. Nam eleemosyna mundet, eleemosyna liberat, eleemosyna redimit, eleemosyna protegit, eleemosyna postulat, eleemosyna impetrat, eleemosyna perficit, eleemosyna benedicit, eleemosyna justificat, eleemosyna resuscitat, eleemosyna salvat.

Audi de singulis exempla per ordinem: « Date, inquit Dominus, eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis; » ecce qualiter eleemosyna mundat. Raphael angelus ad Tobiam: « Bona est, inquit, oratio cum jejuniis et eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata, et facit invenire vitam æternam; » ecce qualiter eleemosyna liberat. Daniel autem dixit ad Nabuchodonosor: « Placeat tibi consilium meum, rex, et peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas mi-

sericordiis pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis, » ecce qualiter eleemosyna redimit. Tobias vero, quia pergens « per omnem cognationem suam, dividebat unicuique prout poterat de facultatibus suis, esurientes aliebat, nudisque vestimenta præbebat, et mortuis sepulturam sollicitus impendebat. Cum rex jussisset illum occidi, fugiens nudus latuit, quia multi diligebant eum; » ecce qualiter eleemosyna protegit. « Absconde, inquit, eleemosynam in sinu pauperis, et ipsa orabit pro te » quia ignem ardentem aqua exstinguit, et eleemosyna resistit peccatis; ecce qualiter eleemosyna postulat. Cornelius autem centurio, faciens eleemosynas multas plebi, et deprecans Deum semper, vidit in visu manifeste angelum Dei dicentem sibi: « Orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei; » ecce qualiter eleemosyna impetrat. Dominus quoque dicit: « Si vis esse perfectus, vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum multum in caelis; » ecce quomodo eleemosyna perficit. « Anno tertio, dicit Dominus, separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore, et repones intra januas tuas, venietque Levites, qui aliam non habet possessionem tecum, et peregrinus, et pupillus ac vidua, qui intra portas sunt, et comedent et saturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris; » ecce qualiter eleemosyna benedicit. « Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria; » ecce qualiter eleemosyna justificat. Eum Tabitha, quæ plena erat bonis operibus et eleemosynis, obiisset, « circumsteterunt Petrum omnes viduæ fientes et ostendentes tunicas et vestes quæ faciebat eis; qui ponens genua oravit, et dixit: Tabitha, surge, et illa aperuit oculos, et viso Petro resedit; » ecce qualiter eleemosyna resuscitat. « Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium honorum meorum do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia salus domui huic facta est, eo quod et ipse filius sit Abraham. Venit enim Filius hominis quærere et salvare quod perierat: » ecce qualiter eleemosyna salvat, CCXVII, 745-748.

Sunt quoque et alii plures eleemosynarum effectus, quos ex subjectis testimoniis poteris cognoscere. Dominus in iudicio pietatis opera commendavit, pro quibus ipse misericordibus regnum largietur æternum. « Venite, inquit, benedicti Patris... esurivi enim et dedistis mihi manducare... Beati misericordes... In qua mensura mensi fueritis, remetietur... Dives ille qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide, quia non misertus mendico, nomine Lazaro, ... mortuus est et sepultus in inferno... Servus ille qui noluit misereri conservo suo, sicut dominus fuerit ei misertus, traditus est tortoribus... » etc... CCXVII, 748, 749, 750. De eleemosynis, CCXVII, 452, 747, 1145.

« Quod eleemosyna in peccata facta non valet ad meritum, nec suum effectum sortitur, sed est tamen præparatoria ad Dei gratiam consequendam... » Verum si tantæ virtutis est eleemosyna, vel potius tantæ est eleemosynæ virtus, faciant igitur homines quæcunque libuerint, et eleemosynis dumtaxat insistant, securi de Veritate quæ dicit: « Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. » Numquid ergo facientibus eleemosynas omnia munda sunt, ebriosis, adulteris, homicidis, cæterisque vitiorum sordibus involutis? Licenter ergo suas exercent turpitudines, et peragant voluptates, si eleemosyna sufficit ad redimenda peccata. Absit omnino qui teste Scriptura, « quidquid immundus tetigerit immundum erit. » Non enim offerentes a muneribus placent, sed munera ab offerentibus... attende prudenter quod dicit Apostolus: « Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, ... charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest... » Vera igitur eleemosyna de vera charitate procedit. Nam secundum charitatis mandatum hoc est: « Diliges proximum tuum sicut teipsum. » Ad quod pertinet illud: « Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. » Sicut ergo volumus nobis ab aliis in nostris necessitatibus subveniri, sic et nos debemus aliis in suis necessitatibus subvenire, ut sicut nos, ita proximum diligamus. Nisi enim ramus eleemosynæ de charitatis radice procedat, non habet pinguedinem vel humorem ut suavem vel maturum fructum producat. Nam vere eleemosyna fructus est charitatis. « Charitas autem operit multitudinem peccatorum. » De qua Veritas ait: « Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. » Eleemosyna quæ de charitate procedit, ipso profecto mundat a vitiis et redimit a peccatis... Sic eleemosyna præter charitatem vel potius ante charitatem donata, proficit quidem, etsi non sufficit; præparatoria, licet non

promeritoria gratiæ vel salutis, per quam tamen pervenitur ad gratiam et salutem. Reddit enim hominem habilem, reddit aptum, reddit idoneum, velut sitientem, velut anhelantem, velut appropinquantem ad fontem gratiæ salutaris, per quem liberatur a morte, mundatur a culpa, redimitur a peccato, CCXVII, 750, 751, 752.

Inter opera pietatis, quæ, secundum Apostolum, promissionem habent vitæ, quæ nunc est, pariter et futuræ, hospitalitatem nobis specialiter et frequenter divina Scriptura commendat, utpote quæ illa omnia comprehendit, propter quæ Dominus in ultimæ discussionis examine remuneraturum se bonos et malos asserit puniturum. Hæc enim pascit esurientes, sitientes potat, colligit hospites, nudos vestit, et non solum infirmos visitat, sed eorum in se infirmitates assumens, infirmantium curam agit, in carcere positus subvenit, et quibus vivis in infirmitate communicat, participat in sepultura defunctorum. Per hanc quidam angelis receptis hospitio placuerunt, cum Abraham et Lot hospitalitati vacantes angelos mernerunt hospitari, per quos Abraham jam senex futuræ sobolis accepit promissionem, et Lot fuit de incendio Sodomæ liberatus. Duo quoque discipuli, qui Jesum hospitio coegerunt, quem in expositione Scripturæ non noverant, in panis fractione noverunt. Per hanc superflua divitum quæ congregata forte servarentur ad mortem, in necessitates pauperum erogantur ad vitam. Per hanc terrena in cœlestia, et transitoria in æterna felici commercio transmutantur, dum per manus pauperum thesaurizamus in cœlis, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur; et facimus nobis de mammona iniquitatis amicos, qui, cum defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant, ... CCXV, 77.

Bonum est jejunium, sed melior est eleemosyna, quia quod jejunium subtrahit, eleemosyna tribuit. Alioquin quod jejunium subtrahit voluptati, reponit cupiditati. Qui vero dat eleemosynam, quodcumque sibi subducit, alii totum impendit. Per jejunium enim affligitur caro propria, per eleemosynam vero reficitur aliena. Illud præstat esurire, ista vero satietatem procurat. Rursum, bonum est orare, sed melius erogare, quoniam eleemosyna agit utrumque descendens ad proximum et ascendens ad Deum. Audi super hoc sententiam Sapientis: « Conclude eleemosynam, inquit, in corde pauperis, et ipsa pro te orabit ad Dominum. » Non enim desistit orare, qui non desinit bene agere, cum melius sit orare opere, quam sermone. Sed dices: Ego sum pauper, egenus et inops. Non habeo panem, non habeo vestem, non habeo stipem, ut quidquam valeam erogare. Verum attende quod apud Deum sufficit bona voluntas, ubi deest opportuna facultas. Nec tam attendit in munere quantitatem, quam devotionem in opere, pensans magis ex quanto, quam quantum. Respiciens enim Jesus, vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit autem quamdam viduam pauperulam mittentem æra minuta duo, et dixit: « Amen dico vobis quia vidua pauper plus quam omnes misit. Nam hi omnes ex abundantia sibi miserunt, in munera Dei; hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit misit, ... CCXVII, 752.

Cæterum solerter attende quod nisi dederis eleemosynam cordis, Deus non acceptat eleemosynam operis, ipso dicente: « Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis, nec Pater vester vobis dimittet, ... » Vides aperte quod Deus non approbat munus operis, nisi prius offeras munus cordis. Eleemosynam vero cordis prudenter impendis, cum aut offendentem dimittis, aut satisfacis offenso, ut nec ille contra te rancorem vel odium in corde retineat, nec tu contra ipsum retineas rancorem, vel odium in corde, ... CCXVII, 753-757.

Quod ad eleemosynam sicut ad aliquod et quodlibet opus bonum requiratur perseverantia, vide, CCXVII, 759, 762.

Restat dicendum de quibus sit eleemosyna facienda. Videtur profecto de his quæ juste possides et rationabiliter acquisisti, secundum illud Sapientis: « Noli offerre munera prava; non enim suscipiet illa Deus. » ... Multa sunt talia in Scripturis... Contrarium autem videtur Dominus in Evangelio docuisse: « Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. » Verum inter ea quæ acquiruntur injuste, quædam sunt in quibus transfertur dominium, quædam in quibus non transfertur. De illis ergo in quibus transfertur dominium, ut in negotiatione, militiâ, et hujusmodi, licite potest eleemosyna erogari, quia, cum effecta sint tua, licet offenderis illicite acquirendo, jam tamen, quasi de tuis, licite poteris erogare. De illis autem in quibus dominium non transfertur, ut de furto, rapina, sacrilegio et usura, non licet eleemosynam erogare, quia cum sint aliena, non tua, teneris ea his,

quorum sunt, restituere, non autem ea invitis dominis contrectare... Quod autem de mammona iniquitatis in Evangelio legitur, ad illas acquisitiones injustas; in quibus transfertur dominium, refertur, de quibus licite potest eleemosyna erogari. Quia vero, non auditores legis sed factores justii sunt apud Deum, rogo te, frater, et hortor, et precor, et moneo, quisquis es, Christiane, si vis esse quod diceris, ut studeas facere quod audisti, tenens pro certo quod eleemosyna quæ datur de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, magnam præstat fiduciam apud Altissimum, et ipsa contra omne periculum salutaris est medicina, CCXVII, 758, 759. Enchiridion charitatis, CCXVII, 761-764.

Circa eleemosynam quatuor diligenter attendas, videlicet causam, finem, modum et ordinem: causam, ut fiat ex charitate; finem ut fiat propter beatitudinem; modum, ut fiat ex hilaritate; ordinem, ut fiat secundum regulam.

Ex charitate autem danda est eleemosyna; quia sicut arbor ad fructum, ita charitas se habet ad eleemosynam. « Non enim potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere. » Propterea dicit Apostolus: « Si distribuero omnes facultates meas, » etc... Non ergo se quisquam frustra decipiat, ut æstimet eleemosynam sine charitate sibi posse sufficere ad salutem, licet ad tria valeat eleemosyna extra charitatem distributa. Vel ad habilitatem suscipiendi gratiam, vel ad pœnæ æternæ mitigationem, vel ad obtinendum bonum aliquod temporale.

Cum ergo quis erogat eleemosynam, debet eam propter æternam beatitudinem erogare, non propter favorem mundanum, vel propter humanam retributionem. Unde Veritas inquit in Evangelio: « Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis et vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. » Non est contrarium quod Dominus alibi ait: « Luceat lux vestra coram hominibus, et videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. » Primo quia et intentio potest existere in abscondito, et operatio in aperto, ut propter intentionem absconditam, nesciat sinistra quid faciat dextra. Et propter operationem operatam, videntes opera bona glorificent Patrem. Secundo, quia nemo debet facere opus bonum, ut ipse glorificetur ab hominibus, sed ut homines glorificent Deum. Unde primum prohibetur, secundum præcipitur. Rursum alibi Veritas ait: « Cum facies prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos aut fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, ne forte et ipsi te reintitent, et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos et cæcos, et beatos es, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in retributione justorum. » Hic finis, hæc merces, hoc præmium propter quod facienda est eleemosyna.

Porro danda est eleemosyna non ex tristitia, sed cum hilaritate; non cum mora, sed cum velocitate. Juxta quod docet Apostolus, dicens: « Unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilariter enim datorem diligit Deus. »

Cæterum in eleemosyna danda serva regulam ordinatam. Triplex enim eleemosyna est, cordis videlicet, oris et operis: ex corde datur per compassionem, ex ore per correctionem, ex opere per largitionem. De prima dicit Apostolus: « Quis infirmatur, » etc...; de secunda Dominus ait: « Si peccaverit in te frater tuus, » ...; de tertia dicit propheta: « Frange esurienti panem tuum. » Verum hæc triplex eleemosyna danda est ordinate. Primo nobis, secundo proximo. Crudelis est enim et fatuus, qui alii compatitur, et sibi non miseretur; qui alium castigat, et seipsum non emendat; qui alii subvenit, et se despicit. E contra præcipitur: « Miserere animæ tuæ placens Deo... » Ergo tibi ipsi primo danda est eleemosyna. Post te da proximis eleemosynam, et in eis quoque ordinem serva, præferens fideles, domesticos, propinquos. Propter quod dicit Apostolus: « Operamini bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. » Nam hoc exigit charitas ordinata... Sed inter hos præferendi sunt justii, si cæteræ circumstantiæ pares existant... Cum enim omnis homo tam bonus quam malus nobis ratione naturæ sit proximus, et ex præcepto divino teneamur diligere proximos sicut nos ipsos, profecto videtur, quod passim omni homini teneamur indigenti, cum possumus, subvenire, et cum majoris meriti videatur, inimicis benefacere quam amicis. E contra Veritas ipsa testatur: « Quicum-

que recipit justum in nomine justī, mercedem justī accipiet...)

Multum ergo contingeret eleemosynam retardari, si semper oporteret inter bonos et malos discerni. Sed cur in eleemosyna danda non præferas justum iniquo, cum ipse tibi meritis et precibus suis plus valeat apud Dominum promereri? Sane benefaciendum est et bonis et malis, et justis et impiis, et amicis et inimicis, cum necessitas exigit et facultas permittit; sed in talibus ponderandæ sunt circumstantiæ, ut possit discerni, quando et quomodo, et ubi, et cui magis debeat subveniri. Contingere enim potest, ut aliquando magis subveniendum sit malo quam bono, si videlicet premitur majori egestate, præsertim cum absque periculo non potest subventio prorogari. Et licet majoris sit meriti benefacere inimicis, quia tunc maxime propter Deum animo vis infertur; unde: « A diebus Joannis Baptistæ, regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. » Si tamen parentes indigeant, eis credo potius succurrendum, propter illud speciale mandatum: « Honora patrem tuum et matrem tuam. » ... Licet ergo benefaciendum sit generaliter omnibus proximis, amplius tamen bonis quam malis, justis quam impiis, nisi regulæ generali detrahatur aliqua specialis exceptio, circumstantiis ponderatis.

LAURENTIUS (S.), Novariens. episc. — Inter multa utilia et salutaria præcepta quæ scripta sunt in divinis Paginis, nulla est alia tam efficax, tam valida et velox nostrorum vulnerum medicina, quam præceptum eleemosynæ; siquidem eleemosyna non solum peccata purgat et vulnera conscientiæ curat, sed etiam animam ipsam de morte revocat, regnorumque cælestium facit esse consortem. Hujus præceptionis vel operis auctor est justissimus Tobias, cæcus corpore, et clarus opere; tentatus ad tempus et non mortificatus; temporali aspectu paulisper privatus, et perpetuo honorum operum lumine plenus. His talibus monitis instruebat filium: « Fili, de substantia tua fac eleemosynam, et ne avertas faciem tuam ab omni paupere; sic fiet ut a te non avertatur facies Dei. » Tulit etiam scrupulum de animo trepide vel dubie largientis, ut sive de multo, sive de modico, quispiam largiri non desinat. « Fili, secundum quod tibi est facito; si largior est substantia, largius eroga; si modica, porrige modicum. » Et noli dubitare dum erogas, noli diffidere, dicens: Ne forte non sufficiat nobis; sed esto lætus, dum erogas, quia hilarem datorem diligit Deus.

Homines cum simus in lubrica natura plerumque peccantes, non cesset anima justitiæ aqua exuberans. Radix omnium malorum quid est? Avaritia. Radix omnium bonorum quid est? Eleemosyna. Et qui nunc vulneratus es per avaritiam, cura te per eleemosynam. Mortuus es per avaritiam? vivifica te per eleemosynam. Exulcerata est peccatis anima tua? unge eam pietatis ac justitiæ opere. Audisti commonitionem justī: « Eleemosyna de morte liberal et non permittit intrare in tenebras. » Implicavit te cupiditas, habes multa piacula. Jaces avaritia perditus, depravatus luxuria, derogasti, blasphemasti, quia plurimis sæpe mentitus es, plerumque pejerasti? his nequitiae partibus, aliisque similibus obruta est mens, convulsa est conscientia? quid modo? numquid desperandum est inter hæc? Non sic jubet Dominus. Sed quid præcipit? « Facite, inquit, eleemosynam, et erunt vobis omnia munda?... » LXVI, 105, 116.

LAURENTIUS (S.), Novariens. episc. — De eleemosyna, LXVI, 105.

LEO MAGNUS (S.), pap. — De eleemosyna, LIV, 157, 159, 164, 166, 263, 281, 294, 297, 301, 438, 444, 490; misericordiam exercendam, LIV, 305, 444, 460.

LEO IX (S.), pap. — De eleemosyna, CXLIII, 1093.

LUCULENTIUS. — De eleemosyna, LXXII, 822, 831, 848.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc. — Misericordia erga indigentes, LVII, 473, 478, 480, 531, 739.

NICOLAUS I, pap. — Quibus eleemosyna sit eroganda investigastis, Bulgares, quod Dominus in Evangelio manifeste demonstrat, dicens: « Omni petenti da, » etc... verumtamen est in eleemosyna facienda quidam ordo discretionis observandus, quem nos pleniter exponere studio nunc brevitatis omitemus. Sed quidnam hoc nomen signet primitus indicemus; eleemosyna quippe Græce, Latine misericordia dicitur; et certe scriptum est: « Miserere animæ tuæ placens Deo. » Ergo primum sibi debet homo præcæteris eleemosynam facere, siquidem omnem regulam bene agendi a se debet homo incipere, placens scilicet Deo per munditiam mentis et corporis ac per hoc sibi tribuens illum panem vivum, qui de cælo descendit. Deinde vero eleemosyna exhi-

benda est propinquis egestatem patientibus, sicut scriptum est: « Carnem tuam ne despexeris; » nam et ipsa natura docet nos de hoc; et quod ipse propinquo meo non exhibuero quando extraneus exhibebit? Deinde autem his maxime misericordia præstanda est qui petere confunduntur. Sane notandum est, quia sunt nonnulli quibus nihil conferri debet, sicut scriptum est: « Da bono et ne receperis peccatorem... » etc., CXIX, 1013, 1014.

PASCHASIUS RABBERTUS (S.), Corbeiens. abb. — De modo eleemosynam exercendi, CXX, 270.

PAULINUS (S.), Aquileiens. patriarch. — De eleemosynis et piis operibus, XCIX, 200, 227.

PAULUS WINFRIDUS, diacon. — De eleemosyna, XCV, 1215, 1346.

PETRUS Cantor. — De eleemosyna, CCV, 286.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennat. archiepisc. — De eleemosyna, LII, 208, 231, 314, 520.

PETRUS DAMIANUS (S.). — LAUS ELEEMOSYNÆ: O virtus eleemosynæ, quæ velut fluentum fontis irrigui, et peccatorum inquinamenta detergis, et æstuantium vitiorum flammam exstinguis! o felix eleemosyna, quæ de gehennæ barathro tenebrarum filios extrahis, et adoptatos luci perpetuæ regnis cælestibus introducis! Tu de manibus pauperum volas in cælum, et illic tuis amatoribus paras hospitium. Si vinum es, non coacescis; si panis, non emittis mucorem; si caro vel piscis, non verteris in putredinem; si vestis præterea, nullam contrahis vetustatem; recens, jugiter servaris et nova, et mox ut tuus oblator obierit, ad eum illico multiplicata reverteris. Tu de jacentibus sub criminum squalore conspicuos; tu de dampnabilibus sanctos; tu facis de gentilibus Christianos. Quod nimirum Cornelius probat, cujus eleemosynæ ad divini conspectus culmen ascenderant.

O dives eleemosyna, quæ tuis amatoribus præbes hæreditatem immarcescibilem, et cælestis curiæ dignitatem! o miranda misericordiæ virtus quæ peccatorum omnium rubiginem purgat, frumentum vitiorum incitamenta mortificat, et splendore cælestis gratiæ tenebras hominum mentes illustrat! Hoc Deum facit hominibus debitorem, ut regnum sibi cælorum non jam quasi quod alienum est, quærant; sed veluti quod sui juris est, audacter invadant. O felix misericordia, quæ de miseria quidem nasceris, sed veram tuis exsecutoribus beatitudinem parat! Tu negotiatrix omni mangone prudentior, quæ terrenis mercibus cælestia comparas, et transitoriis æterna permutas! Felices nundinæ tuæ, in quibus datur hospitium, suscipitur habitaculum, præbetur panis exiguus, recipitur regnum, porrigitur nummus, comparatur aula cælorum..., CXLV, 222.

Opusculum iste S. Pater habet de eleemosyna, in quo optima leguntur, CXLV, 207-227.

Quamvis unusquisque sanctus omnibus florere virtutibus necessario debeat (neque enim singula quæque vere virtus est, si mista aliis virtutibus non est), una tamen virtus cuique est præ cæteris eligenda, cui mens familiarius inhærendo deserviat, atque ab ejus, ut ita loquar, obsequio non recedat. In cunctis quippe virtutibus æque nos exercere non possumus, sed dum unam arctius custodimus, in hac, quod ex reliquis minus est, adimplemus; et dum hanc indesinenter amplectendo constringimus, quasi totum virtutum corpus unius membri participatione tenemus.

Quam itaque virtutem tibi persuadeo peculiariter exsequendam? Numquid jejunium? sed continuo respondebis: Si immoderatis corpus meum jejunis attero, imminutibus tot causarum discursionumque laboribus mox succumbo. Si psalmodiæ meditationes indixero, ab orationis, inquires, assiduitate præpedior; quoniam ad respondendum salutationibus amicorum ac miscenda colloquia quotidie coactus impellor. Si nudis te, juxta morem apostolorum, pedibus hortor incedere; si duris, instar Joannis, membra tuis ciliciis edomare; si denique te in exilium proficisci; si carcerali custodia te jubeam penitentium more concludi, imminuentem præsto causaberis ægritudinem, vel potius non te posse perferre tam duram corporalis incommodi gravitatem. Qui ergo membra corporis tui adhuc times affligere, imo quia temetipsum per acrimoniam penitentiae necdum vales Deo sacrificium offerre, ad ea, quæso, quæ circa te sunt manum porrige, et quia non te, saltem quæ tua sunt, impertire, CXLV, 209, 210.

« Quod fructus ex divitiis capitur, si dispensentur pauperibus. » Nulla sane putredo vulneris in Dei naribus intolerabilius fetet, quam stercus avaritiæ. Et cupidus quisque dum sordentis pecuniæ quæstus accumulatur, vertens exedram in latrinam, quasi molem stercoreis coacervat. Hinc est quod per Ezechielem dicitur: « Argentum eorum foras projicietur, et aurum eorum in sterquil-

nium erit; argentum eorum et aurum non valebit liberare eos in die furoris Domini. » Et alibi: « Væ ei, qui multiplicat non sua, usquequo, et aggravat et contra se densum lutum! Avaro sane contra se densum lutum aggravare, est terrena lucra cum peccati pondere cumulare..... Sit ergo quilibet castus sit, sobrius sit, indigentibus alendis intentus, hospitalitati deditus, jejunet, vigilet, diem nocti psallendo continuet, si tamen avarus est, totum perdit, ita ut inter omnium criminum reos nequiores se invenire non possit. Nihil est enim avaro scelestius, nihil iniquius quam amare pecuniam. » Quid ergo proderit non occidere, non mœchari, non rapere, non denique perjurare, immunemque te prorsus a cunctis criminibus custodire, dummodo si a te avaritia non expellitur, nihil te nequius, nihil scelestius reperitur? CXLV, 552, 553.

De eleemosynæ bonis et effectibus, CXLV, 207. De

charitate, CXLV, 326. De frenanda ira, CXLX, 649. Non occides, CXLV, 1019.

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De eleemosyna faciendâ, CVII, 814. De eleemosynis et pauperibus, CIX, 783, 845. De eleemosynarum largitate, CX, 23, 97, 112, 205.

RATHERIUS, Veronens. episcop. De eleemosyna, CXXXVI, 698.

TAIO, Cæsaraugust. episcop. — Qui indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit Auctori, et hoc quod majus est, servavit iniquitati. Nonnunquam divites elati inferiores opprimunt et aliena rapiunt; et tamen quasi quædam aliis largiuntur..... LXXX, 891-895.

De eleemosynis, LXXX, 939.

CXLVII.

INDEX DE CORRECTIONE FRATERNA, EXPONENS CIRCUMSTANTIAS ET CONDITIONES REQUISITAS UT HOC PRÆCEPTO UNUSQUISQUE CIRCA PROXIMUM OBLIGETUR, ET FRUCTUS EX ILLA PERCIPIENDOS.

MONITUM.

Hic index duas in partes distribuitur; in prima parte sunt quædam notiones generales in ordine alphabetico, et in secunda sunt solutionis hujus quæstiones, velut appendix ad Indicem CXLV de dilectione inimicorum, in ordine chronologico.

PARS PRIMA.

Notiones speciales de correctione fraterna, in ordine alphabetico.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — Cavete ne sic ab alterius oculo festucam ejiciatis, ut in oculo proprio trabem non videatis, nec sic alterius velitis relevare lapsum, ut vestrum non videatis casum. Nec sic alterius curare debetis morbum, ut et vos ipsos postponatis ægros, ne cuilibet vestrum dicatur: « Medice, cura te ipsum, » Cura ergo primo teipsum, ut curatus alterius vulnera curare possis. Audite quid Dominus dixerit Pharisæis adulteram accusantibus: « Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. » Qua fronte poterimus arguere alios de eo quod in nobis gravius invenimus? Ad nos igitur pertinet mundos esse et sanctos; et si tunc fratrem nostrum peccare videmus, reprehendere eum cum omni mansuetudine debemus, ne per nostram negligentiam pereat. Caritas autem non odii, non rancoris, sed zelo justitiæ gladium correctionis evaginare debet. Tunc semper misericordia ligata sit in cordibus vestris, ne velut Judas, ille qui peccavit, desperatus ad suspendium pergat, XL, 1258.

PETRUS DAMIANUS. — Inter cætera sanctæ conversationis insignia, unum præ cæteris cave ne correptiones aliquando graviter feras, ne qualibet occasione redargui a tuis quoque junioribus erubescas. Quod videlicet hujus loci tam familiare est atque nativum, ut qui corripitur fugit... ad hoc enim homo de sæculo magisterio regularis disciplinæ submittitur, ut rubiginem quam de mundo lenocinante contraxerat, asperæ correptionis lima detergat. Unde est quod Sapientia loquitur in Proverbiis: « Convertimini ad correptionem meam; et proferam vobis Spiritum meum. »... Jure non hominis sed Domini correctio dicitur, cum in amore Christi a proximo in proximum quælibet severitas irrogatur, et nimis a sapientia deviat qui superbum cor divinis increpationibus non inclinat. Unde et Salomon ait: « Qui diligit disciplinam, diligit sapientiam; qui autem odit increpationes, incipiens est. » Quapropter idem dicit: « Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me et magistris non inclinavi aurem meam?... CXLV, 704, 705, 706.

Nunc ad memoriam redit quod Paulus, sicut ad Galatas scribit, beatum Petrum coapostolum increpavit; sed ei

quem velut discordando redarguit, votis interioribus concordavit. « Cum venisset, inquit Petrus Antiochiam, in faciem ei restitit... » O quam dura superficie tenus verba. et si solis attendatur in syllabis, ab apostolici culminis gravitate funditus aliena! Reprehensibilis est Petrus, cui ad corrigendum et ad corrigendum commissa sunt omnia regna terrarum. In faciem ei resistitur ad cujus imperium janua regni cælestis Christi fidelibus aperitur; simulationis auctor asseritur, qui primus est in prædicatoribus veritatis. « Sed cum vidissem quod non recte ambularent in veritate Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus... » Quid est hoc, beate Paule, quod priorem tuum increpationibus laceras, objurgationibus exacerbans? Quo pacto non vereris eum ante hominum ora confundere, cui speciali jure concessum est universali totius orbis Ecclesiæ præsidere? An fortassis excidit quod vos communis utriusque Doctor instruxit? « Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum; si autem te non audierit, adhibe duos vel tres testes. » Tu vero non private conventum, non clam coram testibus allocutum, sed palam omnibus arguis, et insuper ad posteritatis venturæ notitiam, quod gravius est, hoc te fecisse conscribis. An et illud es oblitus quod Timotheo ipse jussisti: « Senem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem? » Sed in eo quod B. Petrum Paulus coram omnibus manifeste redarguit, foris quidem contradictor apparuit, sed cordis ejus vota complevit. Gentiles enim venientes ad fidem non audebat Petrus, eis præsentibus qui ex circumcissione crediderant, in convescendi societate recipere, ne videlicet illi scandalum sustinerent, et mox a fide adhuc tenera sub hac occasione re ederent. Et ideo qui cum gentibus edere consueverat, quibusdam a Jacobo venientibus, ab eorum se consortio subtraherebat, timens scilicet ex circumcissione credentibus, ne, si eum convesci gentibus cernerent, perfidiæ periculum sustinerent. Nam quia Petrus ita per omnia sentiebat ut Paulus, gentes scilicet observare ritus Judaicos non debere, qui Actus apostolorum legit dubitare non poterit; imo hujus sententiæ primus auctor Petrus inter apostolos indubitanter invenitur, cujus nunc a Paulo quasi prævaricator arguitur. Ait enim: « Nunc ergo quid tentatis imponere jugum super cervices discipulorum, etc. »? Volebat ergo Petrus permaxime coram omnibus argui, gaudebat oburgantis inventionem confundi, ut id quod invitatus agebat, correptus omitteret, et in eo quod solus

attentare timuerat, socium inveniret. Paulus ergo cum Petro restitit, eique procul dubio intrinsecus concordavit, quem intrinsecus arguit; alioquin quomodo Paulus in alio condemnaret quod ipse non dissimili necessitate compulsus egisset? Nam propter Judæos, qui legis observantiam et veteres ritus tenendos esse perhibebant, et Timotheum, gentilis videlicet hominis filium circumcidit, et ipsa vetum solvens, sibi metipsi caput rasisit, et sacrificium juxta veteris legis cæremonias obtulit, CXLV, 708, 709, 710.

PETRUS BLESENS. — Amicus sic faciem reveratur amici, ut aures vel oculos ejus verbo sive gestu vel opere non offendat. Optimus amicitiae comes et ornamentum pretiosissimum verecundia est. E diverso peremptoria ejus est inverecundia, et attritæ frontis infrunitas. Plerisque accidit quod, cum iracundiæ ignis in eorum corde conceptus jam prodiret in publicum, aut cum jam verbum contumeliæ protulisset ad fauces, supervenientis aspectus amici sedabat æstuantis animi motum, turbatamque mentis faciem quodam placore vultus et auctoritate venerabili subito serenabat. In hoc etiam apparet amicitiae magna virtus, quod in suadendo vel dissuadendo aliquid multum potest. Quippe cum nec fides ejus sit dubia, nec blanda admonitio ejus suspecta. Amico igitur quod honestum est suadeas aperte, libere et secure; et, si utilitas ejus exegerit, eundem ne timeas objurgare. Cum autem plerumque molesta sit veritas, et propter hoc amicitia quandoque turbetur, illud quidem obsequium damnabile est quod amicum indulgentiorem vitiis facit. Fiat itaque admonitio non acerba, objurgatio non contumeliosa, adsit honesta et suavis affabilitas. Omnis autem assentatio sit procul a conditione amicitiae aliena. Verbum B. Ambrosii est: Si quid vitiosum deprehendis in amico, illum prius occulte corripe; si te non audierit, corripe eum palam; si vero se lædi putat, tu tamen eum corripe; et si animum ejus vulneret amara correptio, tu tamen corripe. Tolerabilia enim magis sunt amici vulnera quam adulantium oscula. Sicut Romani scribit auctor eloquii, objurgationes nonnunquam necessariae sunt, quas fieri oportet et majore vocis contentione, et acriore gravitate verborum, ita ut videamur irati; verum sicut ad urendum et secandum, sic ad hoc genus castigandi inviti et rarissime veniamus, maxime si nulla alia medicina supersit. Ira vero procul absit, cum qua nihil considerate, nihil recte fieri potest. Castigatio ergo ex gravitate et clementia condidatur, ut repellatur contumelia, et qui objurgatur se ipsum causam esse hujus acerbitatis agnoscat. In omnibus itaque servetur censura modestiæ, ne videatur quis iracundiæ suæ plus satisfacere quam amor. Sunt enim qui ebulliant interius, et astum vesaniæ nomine zeli palliant et colorant; sed qui sequuntur suæ mentis impetum, et non potius rationem, vix aut nunquam in corripiendo proficiunt. Sit ergo, quæso, in corripiendo sermo tristior, dejectior vultus, intercipientia verba singultus et lacrymæ; ut sentiat qui corripitur totum hoc ex amore, non ex rancore procedere. Si primam correptionem forte respuerit, recipiet vel secundam. Interim ora, plora, suspira, et vocem gemitus intercidas. Agat amicus in veritate quidquid emollire potest animum alterius; nihil tamen sit in verbo vel planello aut singulto simulatione aliqua subornatum. Simulatio siquidem et assentatio duæ virulentissimæ pestes sunt, quæ semper procul ab amicitia relegentur..... Amici ergo correctio tota de medullis animæ et de intima compassione procedat, ut sic se habeat in melioratione amici, sicut circa se fieri Propheta desiderat, dicens: « Utinam corripiat me justus in misericordia et increpet me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum » Sicut autem simulatio assentatioque amicitiae intoxicant puritatem, sic dissimulatio inter amicos quandoque parit et nutrit affectuum puritatem. Est enim quædam simulatoria, sed dispensatoria correctionis dilatio pro loco, pro tempore, pro persona. Nam si amicus publice objurgandus est, quantum salva lege amicitiae fieri potest, decet nos ejus dissimulare aut excusare erratum, et ad correctionem ejus tempus exquirere opportunum et familiare secretum. Dum enim ex turbatione recentis adhuc est inquietior æger animus, tanta dissimulatione opus est, donec, mentis nubilo serenato, pacatior verba blande monentis admittat. Certe cum rex David adulterio prodicionem et homicidium adjecisset, correpturus eum propheta Nathan, regiæ tamen deferens majestati, non subito, non mente turbata, tanti sceleris ei crimen impegit, sed congrua dissimulatione præmissa, et proposito ænigmate competenti sententiam contra se judicantis extorsit, CCVII, 891-895.

SMARAGDUS, abb.—Paulus apostolus ait: « Si quis autem non obaudit verbo nostro, per Epistolam hanc notate, et non commisceamini cum illo, ut confundatur; et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem. » Ac si diceret, si eum auctoritas Epistolæ nostræ non corrigit, per litteras vestras quis sit ipse nobis notificare, ut a nobis corripiatur, vel etiam per nostram Epistolam excommunicetur. Et vos non commisceamini cum excommunicato tandiu donec obediens præceptis consentiat apostolicis. Apertum hoc in loco dat Apostolus indicium, ut cum excommunicato nec in actu, nec in consilio, nec in aliquo commisceamur consortio. In uno eodemque homine et fraternitatem simul diligere, et vitia possumus odisse. Aliud enim est quod frater est, aliud quod vitiosus est homo. Diligamus ergo in eo fraternitatem nostram, et odio habeamus vitiositatem ejus. Persequamur in eo vitium, et emendatum ut nosmetipsos diligamus eum. Hinc beatus Gregorius: Sic nimirum proximis nostris exhibere odii discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod homines sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt. Dixit quidem senex: Quia debet homo mortificare se ipsum ab omni re mala, priusquam egrediatur de corpore, et non lædat ullum hominem. Et nisi habuerit homo in corde suo quod peccator est, Deus non exaudiet illum. Quid est in corde habere quod peccator est? Id est, si quis supportat peccata sua et non videt peccata proximi sui. Quando enim dimiserit homo voluntatem suam, tunc ei reconciliabitur Deus et suscipit orationem ejus. Si enim conspexerimus peccata nostra, non videmus peccata proximi. Stultitia est enim homini habenti mortuum suum, et relicto eo abire et flere mortuum proximi sui... Unusquisque ergo mortuum, id est peccatum suum plangere debet... Peccatum enim mortuum dicit propheta, ubi ait: « Qui lavatur a mortuo, et iterum tangit mortuum, id est, qui plangit peccatum, et iterum committit peccatum, nihil proficit lavatio ejus. » CII, 672, 675.

PARS SECUNDA.

Divisiones variae de correctione fraterna in ordine chronologico.

1. *Correctionis fraternæ negligentia sublata.* — S. Ambrosius, XVII, 715. — S. Augustinus (*), V, 111, 539; IX, 83, 98; X, 918; VII, 21. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 72. — Rabanus Maurus, CXII, 47. — Amulo, episc. Lugdun., CXVI, 128. — RATHERIUS, episc. Veron., CXXXVI, 414. — Ivo Carnot., episc., CLXV, 712; CLXI, 850. — Hildebertus, Cenoman., CLXXI, 605. — Algerus Scholastic., CLXXX, 901. — Petrus Lombardus, CXCII, 373.

2. *Correctionis fraternæ exercitium, pietas, negligentia, crudelitas* — S. Augustinus, V, 111. — Sidonius Apollinaris, LVIII, 747. — S. Benedictus, LXVI, 278. — Petrus Damianus, CXLV, 708. — S. Bernardus, abbas Clarævall., CLXXI, 108.

3. *Correctio fraterna, officium, munus, obligatio.* — S. Augustinus, XXXIII, 657; XXXIX, 1666, 1697, 1698; XLI, 21. — Leo Magnus, LIV, 1126. — S. Greg., episc. Turon., LXXI, 521. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 924; LXXVI, 895. — S. Columbanus, abbas, LXXX, 218. — Rabanus Maurus, CX, 89. — Hugo, episc. Lincoln., CLIII, 1042. — S. Anselmus, Cantuar., CLIX, 174. — Ivo Carnot. episc., CLXI, 711. — Algerus Scholastic., CLXXX, 875. — Adamus, Præmonstral. abbas, CCVIII, 558. — Philippus de Harveng, abbas bonæ Spei, CCIII, 1197.

4. *Correctionis fraternæ necessitas, utilitas.* — S. Ambrosius, Mediolan. arch., XV, 1715; XVII, 396. — S. Augustinus, XXXIX, 2289; XL, 202; XLV, 919-921. — Petrus Damianus, CXLV, 707. — Rupertus, abbas, CLXVIII, 1002. — Algerus Scholastic., CLXXX, 869, 870, 901, 903, 905, 906, 909, 910. — Gaudefridus, abbas, CLXXXIV, 500. — S. Hildegardis, CXCVII, 151, 202, 218, 298. — Philippus de Harveng, abbas bonæ Spei, CCIII, 199. — Coelestinus III, CCVI, 1083. — Innocentius III, CCXV, 62; CCXVI, 564; CCXVII, 1143.

5. *Correctio fraterna, commodum publicum, commune.* — S. Ambrosius, XVII, 307, 337. — S. Augustinus, XXXIX, 2283; XLI, 644. — Petrus Cantor, CCV, 285. — Petrus Blesensis, CCVII, 891. — Petrus Damianus, CXLV, 704.

6. *Correctio fraterna, medicamentum, remedium.* — S. Ambrosius, XIV, 591, 392, 1057. — S. Hieronymus, XXVI, 513; XXIII, 587. — S. Augustinus, XL, 722; XLVI, 228. — Cassiodorus, LXIX, 584, 647. — S. Gregor. Turon., LXXI, 528. — S. Eligius, episcop. Noviom., LXXXVII, 589. — Petrus Damianus, CXLIV, 276; CXLV, 706. —

(*) Tomi hujus Patris indicantur separatim e tomis Patrologiæ.

Algerus Scholastic., CLXXX, 915. — Guericus, abbas, CLXXXV, 111.

7. *Correctio fraterna. præceptum Domini pro omnibus.* — S. Ambrosius, Mediolan. arch., XVII, 50, 209. — S. Augustinus, XI., 200; XLV, 931, 916, 944; XL, 200; XLI, 21. — Ekkhardus Uraugiensis, CLIV, 814, 815. — Guichardus, Lugdun. arch., CXCIX, 1107.

8. *Libertas in praxi Correctionis (pia et sancta).* — S. Augustinus, XXXIII, 1074. — S. Petrus Chrysologus, LII, 617. — S. Benedictus, LXVI, 277, 922. — Petrus Damianus, CXLV, 416.

9. *Correctionis fraternæ natura.* — S. Ambrosius, XVII, 777. — S. Petrus Chrysologus, LII, 572, 575. — Cassiodorus, LXIX, 766. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 30, 472. — B. Albinus seu Alcuinus, C, 775. — Petrus Lombardus, CXCII, 505.

10. *Correctio fraterna, licita quatenus.* — S. Augustinus, XLIII, 452.

11. *Conditiones, qualitates correctionis fraternæ; quo animo?* — Tertullianus, I, 121, 122, 697; II, 152, 153, 195, 196, 239, 240. — S. Ambrosius, XIV, 391, 392. — S. Hieronymus, XXVI, 425. — S. Augustinus, XI., 200, 1095; XXXIV, 1261, 1262, 1263, 1298, 2143; XXXIII, 531; XXXVIII, 507, 549, 1698; XL, 199. — Leo Magnus, LIV, 1126. — S. Benedictus, LXVI, 278. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 799, 1070; LXXVI, 352; LXXV, 1057; LXXVI, 587; LXXVII, 36. — Rabanus Maurus, CVIII, 1200; CXII, 53. — Ivo, Carnot. episc., CLXI, 997. — Adamus Præmonstrat., CXCVIII, 268.

12. *Correctio fraterna ex auctoritate et potestate superiorum. Quomodo?* — S. Augustinus, XXXVIII, 274, 549, 762. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 114. — S. Jonas, abbas Elnon., LXXXVII, 1078. — Halitgarius, episc. Camerac., CV, 691. — Amalarius, presb. Metens., CV, 966, 967. — Rabanus Maurus, CIX, 981; CXII, 43. — Walafrius Strabus, CXIV, 980. — S. Lupus, abbas Ferrar., CXIX, 614. — Hincmarus, Rhem. arch., CXXV, 850. — Joannes VIII, papa, CXXVI, 750, 844. — Joannes, arch. Rotomag., CXLVII, 31. — S. Anselmus, CLIX, 146, 173, 175. — Sigebertus Gemblacens., CLX, 798. — Algerus Scholastic., CLXXX, 869. — Gillebertus, abbas, CLXXXIV, 123. — Guichardus, Lugdun. arch., CXCIX, 1107. — Innocentius III, CCV, 393, 526, 723, 1146, 1339.

13. *Correctio fraterna, quomodo recipienda?* — B. Lanfrancus, Cantuar. arch., CL, 365, 631. — Gillebertus, abbas, CLXXXIV, 238. — Ogerius, *ibid.*, 1192.

14. *Correctio fraterna, non est redditio mali pro malo.* — S. Hieronymus, XXV, 1044. — S. Augustinus, XXXIX, 1698; XL, 1232; XLIII, 550; XXXIII, 958. — B. Lanfrancus, Cantuar. arch., CL, 359.

15. *Correctio fraterna redditio boni pro malo.* — S. Augustinus, doct., XLIV vel XLV, 946.

16. *Correctionis fraternæ utilitas a Deo.* — S. Hieronymus, XXV, 1367. — S. Augustinus, XLV, 920. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 72, 90.

17. *Correctio fraterna non fit sine auxilio divino.* — S. Augustinus, XLV, 1246. — Amulo, episcop. Lugd., CXVI, 129. — Petrus Lombardus, CXCII, 373.

18. *Iuste corripuntur inobedientes etiam gratia nondum accepta.* — S. Hieronymus, XXV, 1375. — S. Augustinus, XLV, 920. — Amulo, episcop. Lugd., CXVI, 129.

19. *Correctio fraterna in regeneratos vel non.* — S. Augustinus, doctor, XLV, 921.

20. *Correctio fraterna, prædestinato medicamentum, reprobato pœnale tormentum.* — S. Augustinus, doctor, XLV, 942, 945.

21. *Dei eadem mansuetudo sive in corripiendo sive in erudiendo.* — S. Ambrosius, episc. Mediol., XIV, 1017. — S. Augustinus, doctor, XL, 98; XXXVI, 1145. — S. Benedictus, LXVI, 533. — S. Gregorius Magn., LXXVI, 354; 912; LXXVII, 45. — Walafrius Strabus, Fuld. mon., CXIII, 254. — Wernerus, abbas S. Blasii, CLVII, 1201, 1202. — Rupertus, abbas, CLXVII, 415. — Richardus S. Victoris, CXCIV, 1357.

22. *Usus præcepti correctionis fraternæ et orationis.* — S. Ambrosius, doctor, XIV, 1324; XVII, 511. — S. Augustinus, doctor, XXXIX, 2289; XLV, 919. — Hincmarus, Rhem. arch., CXXV, 845. — Guichardus, Lugdun. arch., CXCIX, 1103.

23. *Correctionis fraternæ, viæ sive modi, objurgatio, monitio, oratio.* — S. Augustinus, Hipp. episcop., doctor, XXXIX, 2279; XL, 123; XLI, 21; XXXIV vel XXXV, 1263; XXXIII, 23. — Cassianus, XLIX, 172-174, 175-174. — S. Prosper Aquitanus, LI, 185. — Cassiodorus, LXIX, 827. — S. Gregorius Magnus, doct. eccl., LXXVI, 511-398, 399; LXXVII, 91. — S. Chrodegangus, episc. Metens., LXXXIX, 1080. — Amulo, episc. Lugdun., CXVI,

128. — Paschalis II, papa, CLXIII, 436. — Rupertus, abbas Tuitiensis, CLXVII, 1123. — Ven. Hildebertus, Cenoman. episc., CLXXI, 279. — Algerus Scholasticus, CLXXX, 896. — Ogerius, abbas Luced., CLXXXIV, 1232. — Gerhohus, præpos., Reichersp., CXCIV, 1306. — S. Stephanus, Grandimontens., CCIV, 1096.

24. *Correptio et gratia non se invicem tollunt.* — S. Ambrosius, Mediol. arch. doct., XIV, 392-393. — S. Hieronymus, presbyt. doct. eccl., XXIII, 563. — S. Augustinus, Hippon. episc. doct., XLI, 442; XLV, 942. — Supplementum ad opera S. Augustini, XLVII, 561. — Cassianus, XLIX, 352, 417, 418, 544, 548. — S. Leo Magnus, pap. doctor, LIV, 263. — S. Eugyppius, abbas, LXII, 998. — Cassiodorus, LXIX, 602. — S. Gregorius Magnus, doct., LXXVII, 46, 792. Amulo, episcop. Lugd., CLVI, 129. — Isidorus Mercator, CXXX, 856. — Petrus Damianus, CXLV, 703.

25. *Correctio fraterna, quomodo faciendâ?* — S. Hilarius, Pictav. episc. doct., IX, 1021. Eusebius Vercellens., XII, 261. — S. Hieronymus, presbyt. doct., XXVI, 131. — Ambrosius, arch. Mediol., XV, 1307. — S. Hieronymus, presb. doct., XXIX, 565. — S. Augustinus, Hippon. episc. doct., XXXII, 1381; XLIII, 81, 82; XLV, 902, 946; XLIII, 83, 84. — Cassianus, XLIX, 172, 331, 332, 335. — S. Petrus Chrysologus, LII, 617. — S. Leo Magnus, LIV, 688. — S. Maximus Taurinens., LVII, 747. — S. Benedictus, LXVI, 921. — S. Cæsarius, Arelat. episcop., LXVII, 1086. — S. Gregorius Magnus, doct., LXXVII, 488. — S. Albinus seu Alcuinus, C, 775. — Smaragdus, abbas, CII, 672. — Sedulius Scotus, CIII, 224. — Rabanus Maurus, CIX, 891. — Lanfrancus, Cantuar. arch., CL, 365, 631. — Rupertus, abbas Tuitiens., CLXVII, 919. — Algerus, Scholastic., CLXXX, 869. — Ogerius, abbas, CLXXXIV, 1184. — Adamus, Præmonstrat., CXCVIII, 538 *et seqq.* — Alanus de Insulis, CCX, 161.

26. *In correctione fraterna diversitas pro culpis diversis.* — S. Augustinus, Hippon. episc., XXXVIII, 799; XLV, 944. — S. Leo Magnus, papa et doct., LIV, 669. — Julianus Pomerius, LIX, 443. — Amulo, episc. Lugdun., CXVI, 128. — S. Anselmus, Cantuar. episc., CLIX, 150. — L. Guillelmus, abb. Hirs., CL, 1042, 1044, 1046, 1047, 1048.

27. *Correctio fraterna, alia secreta, alia publica.* — Aquileius Juvencus, XIX, 250, 430. — S. Hieronymus, XXVI, 313; XXIII, 460. — S. Augustinus Hipponens., XXXIV, 1134; XXXVIII, 506, 652; XL, 842; XXXVIII vel XXXIX, 127, 510, 511, 946. — S. Benedictus, LXVI, 921. — S. Gregorius Magnus, doct., LXXV, 1021. — Lege: Beda Ven., XCII, 83, 84. — Rabanus Maurus, archiep. Mog., CVII, 1011; CX, 475. — Walafrius Strabus, Fuld. monach., CXIV, 146. — Petrus Damianus, CXLV, 705, 708. — B. Lanfrancus, arch. Cantuar., CL, 237, 357. — S. Guillelmus, abbas Hirsaug., CLIII, 950. — S. Hieronymus (supra legitur), XXVI, 313. — Ivo Carnot. episc., CLXI, 888. — S. Bruno, episc. Signiens., CLXIII, 797. — Rupertus, abb. Tuitiens., CLXVII, 657; CLXVIII, 1441; CLXIX, 869. — Hildebertus, Cenoman., CLXXI, 230. — Algerus, Scholastic., CLXXX, 909, 921. — Ogerius, abbas, CLXXXIV, 1184. Petrus Lombardus, CXCII, 355. — Gerhohus, præpos. Reichersperg., CXCIV, 1280. — Burchardus, Wormat. episc., CLX, 926. — Regino, Prumiens. abbas, CXXXII, 334. — Haymon, Halberstad. episc., CXVIII, 266. — S. Eugyppius, abbas, LXII, 863.

28. *In correctione fraterna, sævire non licet in malos.* — S. Augustinus, Hipponens. episc., XL, 1097; XXXIX, 1389. — S. Gregorius Magnus, pap. doct., LXXV, 926.

29. *Correctio fraterna, sanatio per confusionem.* — S. Ambrosius, arch. Mediol., XIV, 910; XV, 1324. — S. Hieronymus, presb. doct., XXIV, 685; XXX, 356, 537. — S. Augustinus, Hippon. episc., XXXIII, 654; XXXVIII et XXXIX, 779, 780. — S. Petrus Chrysologus, LII, 559, 569. — S. Gregorius Magnus, pap. doctor, LXXVI, 912, 913, 1018; LXXVII, 143. — Isidorus Mercator, CXXX, 852.

30. *Correctionis fraternæ origo (ex charitate).* — Tertullianus, III, 100. — S. Hieronymus, presb. doctor, XXV, 853. — S. Augustinus, Hippon., XLIV et XLV, 942-944. — S. Leo Magnus, pap. doct., LIV, 554.

31. *Correctio fraterna, officium dilectionis est.* — S. Ambrosius, Mediolan. arch., XV, 1323. — S. Augustinus, Hippon. Episc., XXXIX, 2116; XXXVIII, 54. — S. Leo Magnus, papa, doctor, LIV, 669. — S. Gregorius Magnus, papa, doctor, LXXVII, 476. — Walafrius Strabus, CXIV, 317. — Amulo, episc. Lugdun., CXVI, 128. Florus, diac. monach., CXIX, 598. — Petrus Damianus, CXLVII, 787. — Rupertus, abbas Tuitiens., CLXVII, 1803. — Ven. Hildebert. episc. Cenom., CLXXI, 279, 774. — Algerus,

scholasticus, CLXXX, 895, 896, 901. — Herveus, Bargiol. monach., CLXXXI, 1401. — Petrus Lombardus, CXCH, 522. — Joannes Saresberiensis, CXCLX, 996. — Innocentius III, papa, CCXVII; 1147.

32. *In correctione fraterna, severitas et charitas osculantur.* — S. Ambrosius, Mediol. arch., XIV, 1017. — S. Hieronymus presb. doctor, XXV, 111. — S. Augustinus, doct., XXVI, XXXVII, 504; XXXIII, 530. — S. Benedictus, LXVI, 278. — S. Gregor. Magnus, papa doct., LXXV, 311, 394, 970; LXXVI, 394, 912; LXXVII, 727, 1077. — Regino Prumiens. abbas, CXXXII, 334. — Burchardus, Wormat. episc., CXI, 926. — Ivo, Carnot. episc., CLXI, 717. — Algerus, Scholasticus, CLXXX, 898. — Adamus Præmonstrat., CXCIII, 272.

33. *In correctione fraterna melior cum severitate dilectio quam cum lenitate deceptio.* — S. Ambrosius, Mediolan. arch., XVI, 180. — S. Augustinus, Hippo. episc., XXXVIII, 124; XXXIX, 1697; XLI, 21. — S. Augustinus, Hipp. episc., XXXIII, 323. — S. Gregor. Magnus, pap., doct. LXXVII, 72, 73, 738, 1077. — Regino, Prumiens. abb., CXXXII, 210, 231. — Petrus Damianus, CXLV, 709. — S. Anselmus, Cantuar. arch., CLIX, 118. — Ivo, Carnot. episc., CLXI, 526. — Hildebertus, Cenoman., CLXXI, 996. — Algerus, Scholastic. CLXXX, 903. — Richardus S. Victoris, CXCIV, 1337. — Petrus Celsensis, CCII, 478.

34. *In correctione fraterna multa cum patientia agenda, etiam cum invitis benigne et severe plectendis.* — S. Augustinus, XXXIII, 531. — Petrus Damianus, CXLV, 705.

35. *Ubi nullus locus correctionis, ibi juste poscitur vindicta ultima.* — Tertullianus, II, 18. — S. Augustinus, XXXIII, 530.

36. *Correctionis fraternæ opportunitas, tempus.* — S. Cyprianus, IV, 772. — S. Benedictus, LXVI, 277. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 596. — S. Columbanus, abbas, LXXX, 218.

37. *Correctionis fraternæ vis et efficacia unde?* S. Augustinus, XLIV, 942; XXXVI, 595.

38. *Correctionis fraternæ utilitas unde?* — S. Augustinus, XL, 1150. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 1020. — Amulo, episc. Lugdun., CXVI, 129. — S. Augustinus, XLIV, 944.

39. *In correctione fraterna opus est magna consideratione ne peccetur.* — Tertullianus, III, 1003. — Sixtus, pap. II, V, 87. — S. Julius, pap. I, VIII, 986. — S. Hieronymus, XXII. — S. Augustinus, XXXIII, 533. — S. Leo Magnus, LVI, 891. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 266, 352; LXXVII, 48, 1166, 1055, 1101, 1507. — Hildebertus Ven., Cenom. ep., CLXXI, 27, 774; CLXXI, 1020. — Ogerius, abbas Luced., CLXXXIV, 676.

40. *In correctione fraterna facienda, quotidie peccatur.* — S. Ambrosius, arch. Mediol., XV, 1771. — S. Augustinus, doctor eccl., XXXIII, 333. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 1044. — Adamus, Præmonstrat. abb., CXCIII, 559. — Stephanus, Tornac. episc., CCXI, 495.

41. *Melius vel facilius corriguntur parvus homo et indoctus docilis, quam franguntur durus et perversus.* — S. Cyprianus, IV, 776. — S. Augustinus, doctor eccl., XXXIII, 873; XL, 160.

42. *Correctio fraterna neglecta vel omissa aliquando ex consilio charitatis.* — S. Ambrosius, arch. Mediol., XVII, 214. — S. Augustinus, doct. eccl., XXXIX, 2116; XLI, 21. — S. Leo Magnus, doct. eccl., LIV, 1039. — S. Gregor. Magnus, LXXVII, 669. — Ratherius, episc. Veron., CXXXVI, 414.

43. *Incorrigibiles tolerandi.* — S. Augustinus, XL, 199, 200; XXXVI, 1692. — S. Prosper. Aquitanus, LI, 274. — S. Benedictus, LXVI, 519, 864. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 1017, LXXVII, 91. — S. Algerus, Scholastic. Leodiens., CLXXX, 891. Petrus Blesensis, CCVII, 895.

44. *Correctio fraterna a minore quolibet non dedignanda.*

— S. Hieronymus, XXII. — S. Augustinus, doct. eccl., XXXIII, 290.

45. *Contra incorrigibiles.* — S. Hieronymus, presb. doct., XXVI, 426. — S. Augustinus, doct. eccl., XLI, 45; XLIV, 920, 921. — S. Leo Magnus, LIV, 1017, 18, 1126. — Cassiodorus, LXIX, 776. — S. Gregor. Magnus, LXXVI, 708; LXXV, 920, 842, 1021; LXXVI, 704, 884, 892, 895, 1250, 1310; LXXVII, 1279, 46, 43. — Walafrius Strabus, CXIV, 517, 365. — Haymon, Halberstat., episc., CXVII, 783. — Petrus Damianus, CXLV, 706. — S. Hinemar, arch. Rhem., CXXV, 798. — Hugo a S. Victore, CLXXV, 159. — S. Bernardus, abbas Claræv., CLXXXI, 1170. — Gerhohus præpos. Reichersp., CXCIV, 1280.

46. *Correctionem fraternam moleste ferentes disputant cum iis qui secum sedulo agunt, eosque objurgant.* — S. Ambrosius, arch. Mediol., XVII, 205. — S. Augustinus, Hipp. ep., XXXIX, 2321; XXXVIII, 73; XLIII, 450. — S. Leo Magnus, LVI, 891. — Lanfrancus, arch. Cantuar., CL, 357. — Hildebertus, episc. Cenoman., CLXXI, 1474.

47. *Corripi pudere vitium superbiorum.* — S. Ambrosius, doct. eccl., XVII, 307. — S. Augustinus, doct., eccl., XLI, 309. — S. Columbanus, abbas, LXXX, 218. — S. Isidorus, Hispal., LXXXIII, 1206.

48. *In correctione fraterna quot fructus in honestioribus!* — S. Cyprianus, III, 1011. — S. Ambrosius, XVII, 690. — S. Augustinus, doct. eccl., I, 725. — Petrus Damianus, CXLIV, 590.

49. *Correctio fraterna facilius in aliis quam lubens in nobis.* — S. Augustinus, doct. eccl., XL, 1258; XXXV, 2114. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 594. — Petrus Damianus, CXLVII, 518. — Gillebertus, abbas, CLXXXIV, 121.

50. *Laudabilius libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deviantem.* — S. Augustinus doct. eccl., XXXIII, 286. — Algerus, Scholastic., CLXXX, 869.

51. *Petrus humilis in correctione accepta magis ædificat, quam Paulus corripit.* — S. Augustinus, XXXIII, 112, 208, 277, 779; XI, 493; XXXIII, 285. — S. Petrus Damianus, CXLV, 708. — Hildebertus Cenoman., CLXXI, 997. — Algerus, Scholastic., CLXXX, 869. — Gerhohus Reichersp., CXCIV, 1316.

52. *Correctio promissa facit veniabiliora peccata.* — S. Augustinus, doct. eccl., XXXIII, 654.

53. *Dum verum nos molestat, a Christo non ab homine forte peccatore emendamur.* — S. Augustinus ep. Hipp., XXXIII, 247, 975; XXXIII, 130.

54. *Paulus non parcat vitiis sibi honorem exhibentibus.* — S. Hieronymus preb. doct., XXIII, 1022. — S. Augustinus, doct. eccl., XXXVIII, 273.

55. *Quomodo Deus corrigit.* — S. Augustinus, doct. eccl., CLIV, 921, 946; XLI, 159. — S. Prosper. Aquitan., LI, 653. — S. Petrus Chrysologus, LII, 629-630; 647. — S. Leo Magnus, LV, 71. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 573. — Rabanus Maurus, arch. Mog., CIX, 25.

56. *Flagellum Dei patienter ferendum.* — S. Ambrosius arch. Mediol., XV, 1440. — S. Augustinus, doct. eccl., XXXVIII, 446. — S. Gregor. Turon. episc., LXXI, 528. — S. Gregor. Mag., LXXV, 919-920; LXXVII, 651, 1166.

57. *Correctio hæreticorum quo modo?* — S. Augustinus doct. eccl., XXXII, 650, 656; XLII, 173. — S. Leo Magnus, LIV, 944, 1098, 1109, 1110, 1132, 1148.

58. *Correctio hominis, per visum cæsi.* — S. Augustinus, doct. eccl., XXXVIII, 1410. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 913; 1054. — Rabanus Maurus, arch. Mog. CVIII, 941. — Wernus, abb. S. Blasii, CLVII, 1202.

59. *Omne quod corrigitur imperfectum est.* — S. Hieronymus, presb., doct., XXVI, 561. — Innocentius III, pap., CCXV, 62.

60. *Correctio proximi semper optanda.* — S. Leo Magnus, pap., doct., LIV, 299; 1205. — S. Augustinus, doct. eccl., XXXVIII, 761.

CXLVIII.

INDEX DE SEX ECCLESIAE PRÆCEPTIS,

LOGICE REFERENS PATRUM SENTENTIAS DE NECESSITATE ILLA ADIMPLENDI,
ET ORDINATIM MEMORANS, CIRCA UNUMQUODQUE CHRISTIANORUM OFFICIA.

Ecclesia hæc sex præcepta Gallice sic nobis proponit :

- | | |
|---|--|
| <p>1. <i>Les dimanches messe ouïras</i>
<i>Et les fêtes de commandement.</i></p> <p>2. <i>Les fêtes tu sanctifieras,</i>
<i>Qui te sont de commandement,</i></p> <p>3. <i>Tous les péchés confesseras</i>
<i>A tout le moins une fois l'an.</i></p> | <p>4. <i>Ton Créateur tu recevras</i>
<i>Au moins à Pâques humblement,</i></p> <p>5. <i>Quatre-Temps, vigiles jeûneras,</i>
<i>Et le carême entièrement.</i></p> <p>6. <i>Vendredi chair ne mangeras</i>
<i>Ni le samedi même.</i></p> |
|---|--|

MONITUM DE POTESTATE ECCLESIAE.

Postquam beato Petro principi apostolorum Dominus ac Redemptor noster Jesus Christus ex utero Virginis pro nostra redemptione, ut erat verus Deus ante sæcula, verus homo in fine sæculorum apparere dignatus est, ligandi atque solvendi in cœlo et in terra potestatem tribuit, et januas regni cœlestis reserandas concessit, supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis : « Tu es Petrus, etc., » ad quam promissionem sanctæ apostolicæ institutionis cœmento cœperunt hujus fundamenta ex pretiosis succrescere lapidibus et annuente divina clementia, per studium structorum, et apostolicæ auctoritatis sollicitudinem usque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mensura sine sinistrae auræ impulsu consistere, cujus primatum B. Petrus merito promeruit. Post quem et hujus vicarii sincerissime Deo famulantes, carentes nebularum densitatibus, quæ recto ab itinere impedire assolent, dignius perceperunt, et in cura regiminis, quam pro dominicis ovibus susceperunt sollicite permanserunt..... Constat enim sanctam Romanam Ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum qui Dominico ore primatum Ecclesiarum suscipere promeruit, omnium Ecclesiarum esse caput, et ab ea rectitudinem atque ordinem in cunctis utilitatibus et ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas et synodicas, sanctorumque Patrum sanctiones inviolabiliter atque irrefragabiliter retineret exquirere ac sectari. — Et ideo consequens est ut, quod ab hujus sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis propere occurrente occasione, proprias tantum sequendo voluntates removeatur, sed firmiter et inconcusse teneatur, Nicolaus II papa, CXIX, 785, 786.

Sæpe, inquit in epistola ad Adonem Viennensem archiepisc., Sanctitatis vestræ litteras suscepimus, quæ nos monebant et obnixè rogabant, ut de ecclesiasticis causis Ecclesiam vestram qualiter agere deberet instrueremus. Unde nobis nihil melius visum est ut sanctitatem vestram ex decretis et institutis prædecessorum nostrorum doceremus, qui quo ordine Ecclesia in Deo auctore præesse dignoscimur, sive aliæ ab ipsa longe lateque fundatæ versentur, in scriptis suis evidentissime nobis tenendum reliquerunt. Beatissimus Innocentius papa, ita instruendo posuit : Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent Domini sacerdotes observare, nulla varietas, nulla diversitas, in ipsis ordinibus ac consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis ecclesiis aut tenere aut celebrare videntur : ac fit scandalum populis, qui dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesias non convenire, aut ab apostolis ipsam contrarietatem inditam. Quis enim nesciat, aut non advertat id quod a principe apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superduci aut introduci aliquid quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde videatur accipere exemplum?..... Oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis affectionibus student, caput institutionum videantur amittere..... Si prædecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt, ideo nunc respondemus non quod te ignorare credamus, sed ut majore auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut judicare non differas, ut scire valeamus quæ sint qui aut novitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ, quam Romanæ existimant consuetudinem esse servandam, Nicolaus, CXIX, 889, 890.

PRIMUM PRÆCEPTUM.

Les dimanches messe ouïras,
Et les fêtes de commandement.

FLORUS, Lugdunens. diaconus. — Erant autem sacrificia antea Judæorum secundum Aaron in victimis pecorum, et in hoc mysterio novum erat sacrificium corporis et sanguinis Domini, quod nunc diffusum est toto orbe terrarum..... Scriptum est enim : « Juravit Dominus et non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. »..... Sublatum est enim sacrificium Aaron, et cœpit esse sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Dominus itaque noster Jesus Christus in

corpore et sanguine suo voluit esse salutem nostram..... Ipse ergo a Domino Deo missus sacerdos noster assumpsit a nobis quid offerret Deo ; illas sanctas primitias carnis ex utero Virginis holocaustum obtulit Deo..... Tu sacerdos, tu victima, tu oblato, tu oblatio. Ipse sacerdos est qui nunc ingressus est interiora veli..... Sancti Patres in Veteri Testamento uni Deo et Creatori omnium victimas obtulerunt, quas sibi ipse offerri voluit, per earum similitudinem promittens victimam veram, per quam nos sibi peccatorum remissione reconciliavit in Christo Jesu Domino nostro, ut ei offerretur similitudo, promittens veritatem sacrificii, cui erat offerenda ipsa reddita veritas in passione corporis et sanguinis Christi : hujus sacrificii caro et sanguis ante adventum Christi per victimas simi-

litudine promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur. Proinde prima sacramenta, quæ observantur et celebrantur ex lege, erant prænuntiatiua Christi venturi, quæ cum suo adventu Christus implevisset, oblata sunt; et ideo oblata, quia impleta; non enim venit legem solvere, sed adimplere. Alia sunt instituta virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora....., ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum....., CXIX, 11-21.

Hanc igitur gratiam purificationis et redemptionis nostræ, quam nobis Dominus et Salvator in sacramento sui corporis et sanguinis commendavit, longe antequam pateretur in populis prædicavit; sed pridie quam pateretur, id est ea nocte qua tradebatur, in Cœna suis discipulis tradidit....., CXIX, 11-21.

Hinc est quod in illa Cœna paschali, quando Dominus traditus est, nihil de ipso corporis et sanguinis mysterio idem Joannes commemorat, quia videlicet copiosius hoc et sublimius in præcedentibus Evangelii sui partibus explicaverat, et a reliquis tribus evangelistis, quod in eadem Cœna in commemorationem Dominicæ passionis ad salutem fidelium fuerat traditum, diligenter noverat commendatum. Matthæi enim verba hæc sunt, etc....., CXIX, 21-24.

Primo igitur convenientibus in unum, et astantibus in domo Dei fidelibus, præcedente modulatione divinarum laudum, præcedente lectione apostolorum et evangeliorum, præcedente etiam nonnunquam sermone et allocutione magistrorum, subjuncta quoque Symboli confessione, et oblatione populorum, et iniuncta consecratione sacramentorum, in quibus mens astantium ad divina et cœlestia cogitanda ac desideranda præparatur, assistit sacerdos altari, et celebraturus divina mysteria, Ecclesiam salutando orat, et orando salutatur, dicens: « Dominus vobiscum... sursum corda, etc. », CXIX, 25-72.

IVO (S.), Carnotens. episcop. — Oportet ut in diebus Dominicis vel festis post sermonem missarum intra solemnia habitum, plebem sacerdos admoneat, ut juxta apostolicam institutionem, omnes in commune pro diversis necessitatibus preces fundant ad Dominum pro rege, et episcopis et rectoribus Ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis qui in ipsa parochia lecto decumbant, pro nuper defunctis, in quibus singulatim precibus orationem Dominicam sub silentio dicat. Sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones solemnitè expleat. Post hæc celebretur sacra oblatio: ait enim Apostolus: « Obsecro primo omnium fieri orationes, etc..... », CLXI, 193.

Admonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, ut bubulcos atque porcarios, et alios pastores vel aratores, qui in agris assidue commorantur, vel in silvis, et ideo more pecudum vivunt, in Dominicis et in aliis festis diebus saltem vel ad missam faciant vel permittant venire. Nam et hos Christus pretioso sanguine suo redemit....., CLXI, 194.

Ut Dominicis vel festis diebus presbyteri antequam missas celebrent plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit qui, proprio contempto presbytero, ibi velit missam audire. Quem si invenerint, statim ab ecclesia ejiciant, et ad suam parochiam redire compellatur....., CLXI, 194.

IVO (S.). — In Scripturis quidem veteribus ad agendum Pascha non est præceptum tempus, nisi ex mense Novorum luna decima quarta usque ad vicesimam primam. Ex Evangelio tamen quia manifestum est quo etiam die Dominus crucifixus sit, et in sepultura fuerit, et resurrexerit, adjuncta est etiam ipsorum dierum observatio per Patrum concilia, et orbi universo Christiano persuasum, eo modo Pascha celebrari oportere. Quadragesima jejuniorum habet auctoritatem et in veteribus Libris ex jejuniis Moysi et Eliæ, et ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonstrans Evangelium non dissentire a lege et prophetis. In persona quippe Moysi lex, in persona Eliæ prophetæ accipiuntur. Inter quos in monte gloriosus apparuit Dominus, ut evidentiùs emereret, quod de illo dicit Apostolus: « Testimonium habens a lege et prophetis. » In qua ergo parte anni congruentius observatio Quadragesimæ constitueretur, nisi confinis atque contigua Dominicæ passioni? Quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est hac continentia, ut ab ipsius mundi amicitia jejunetur, quæ utique fallaciter blandiri, et illecebrarum succos circumspargere atque jacere non cessat, CLXI, 190. (Vide tertium Decalogi præceptum, in indice, 144, et indicem de festis, 149.)

SECUNDUM PRÆCEPTUM.

*Les fêtes tu sanctifieras
Qui te sont de commandement.*

NICOLAUS I, papa. — In quorum apostolorum vel martyrum, seu confessorum atque virginum diebus festis a labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In solemnitatibus utique beatæ Mariæ Virginis et sanctorum duodecim apostolorum, ac evangelistarum, atque præcursoris Domini Joannis, et S. Stephani primi martyris, necnon et in eorum sanctorum natalitiis, quorum apud vos, Deo favente, memoria celebris et dies festivus habetur. Sane sciendum est, quoniam idcirco in diebus festis ab opere mundano est cessandum, ut liberius ad ecclesiam ire, psalmis et hymnis et canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis sanctorum communicare, ad imitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, eleemosynas indigentibus ministrare valeat Christianus. Quæ omnia si quis negligens, orationi tantum vacare noluerit, et ad cæteras mundi vanitates licitos labores converterit, melius illi fuerat ipso die beati apostoli Pauli præceptis obaudire laborare manibus suis, ut haberet unde tribueret necessitatem patientibus, quemadmodum ipse, qui licet Dominum ordinasse dicat, ut qui Evangelium annuntiaret, de Evangelio viveret, non tamen usus est hac potestate, sed manibus suis laborabat ne quem eorum quibus Evangelium prædicabat, gravaret.

Quod interrogatis: Utrum liceat in festivitatibus sanctorum judicium peragi, et utrum eadem die debeat homo, si dignus fuerit, ad mortem judicari, sciendum quoniam in his festivitatibus, in quibus superius ab omni opere mundano cessandum esse monstravimus, multo magis a sæcularibus negotiis, et adhuc a mortibus abstinendum fore decernimus, quoniam, quamvis utrumque fortasse sine culpa valeat exerceri, quando tamen his quæ Dei sunt, arctius homo debet hæerere, quæ mundi sunt a se convenit penitus resecare, præcipue enim eo die ad militiam divinam accedens homo, implicari non debeat negotiis sæcularibus, et ob reverentiam tantæ solemnitatis non oporteat in medium proferri, nisi unde omnibus gaudium, pax, et spiritualis lætitia generetur, CXIX, 985, 986.

RODULFUS, Bituricens. episcop. — Festos dies in anno celebrare sanximus, hoc est, diem Dominicum Paschæ cum omni honore et sobrietate venerari, simili modo totam hebdomadam illam observare decrevimus, diem Ascensionis Domini pleniter celebrare. In Pentecosten similiter ut in Pascha, Nativitatem sancti Joannis Baptistæ, Petri et Pauli diem unum, sancti Laurentii, Assumptionem sanctæ Mariæ, Dedicationem S. Michaelis, Natalem sancti Martini, sancti Andreæ et omnium apostolorum..... Et illas festivitates sanctorum observare decrevimus quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt, vel reliquiæ venerantur: His prædictis diebus ab operibus quiescendum esse diximus. Cæteras festivitates sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, atque virginum congruo honore celebrandas esse censemus, CXIX, 717. (De hoc præcepto vide indicem amplissimum de festis infra, 149.)

TERTIUM PRÆCEPTUM.

*Tous tes péchés confesseras
Au moins une fois l'an.*

CANUTUS I, Anglorum rex. — Rogamus etiam per Dei amorem ut quilibet Christianus intelligat sedulo proprium suum commodum..... sed agendum, quam diligentissime a peccatis revertamur, et singuli delicta nostra confessario nostro sedulo consteamur, ut semper abstineamus, ac sedulo compensemur, CLII, 1175.

REGINO, Prumiens. abb. (ex Burchard.). — Presbyteri debent admonere plebem sibi subjectam, ut omnis qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatum, feria quarta ante Quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad vivificantem matrem Ecclesiam, ubi quod male commisit cum omni humilitate et contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia pœnitentiæ secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum, tradaturque Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Non solum autem ille qui mortale aliquod commisit, sed etiam omnis homo quicumque se recognoscit immaculatam Christi tunicam quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem venire festinet....., CXXXII, 215. (Vide sequens præceptum.)

QUARTUM PRÆCEPTUM.

*Ton Créateur tu reccuras
Au moins à Pâques humblement.*

FLORUS, Lugdunens. diaconus. — « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. » Qua petitione nostra sufficientiam quotidiani victus petimus; nomine panis totum significantes, quoniam panis dicitur totum id sacramentum fidelium, quod in hoc quoque tempore necessarium est non tamen ad hujus temporis, sed ad illam æternam felicitatem assequendam. Nam panis vitæ Christus est, quam dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et Eucharistiam quotidie sumimus, intercedente aliquo graviore delicto, a Christi corpore separemur..... Et ideo panem nostrum, id est Christum, quotidie nobis dari petimus, ut qui in eo manemus et vivimus, a sanctificatione ejus et corpore non recedamus, sine quo vivere in æternum non valemus, CXIX, 67.

GEZO, Dertonens. abb. — Confessiones autem dari diligentius præcipimus, maxime de commotionibus animi, antequam ad missam eatur, ne forte quis accedat indignus ad altare, id est, si cor mundum non habuerit. Melius est enim exspectare donec sanum fuerit et alienum a scandalo atque invidia, quam accedere audacter ad iudicium tribunalis. Tribunal enim Christi altare est, et corpus suum inibi cum sanguine iudicat indigne accedentes. Sicut ergo a peccatis carnalibus et capitalibus temperandum est antequam communicandum sit, ita etiam ab interioribus vitiis et morbis languentis animæ abstinendum est ante veræ pacis conjunctionem et æternæ salutis compaginem. Cum itaque ad terribilem mensam opportunum tempus invitat, præcavendum est summopere ut nullus ibi Judæus reperiat, nullus malignus accedat, non fucata verba lingua proferat, nec insidiæ mente condantur, sed quod voluntas possidet, sermo declaret. Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornavit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita corpus Christi facit et sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Ore sacerdotis verba proferuntur, et Dei virtute consecrantur et gratia: « Hoc est, ait, corpus meum. » Hoc verbo proposita consecrantur, et sic illa vox quæ dicit: « Crescite et multiplicamini et complete terram, » semel quidem dicta est, sed omnium tempore sentit effectum, ad generationem operante natura; ita et vox illa simul quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ usque ad hodiernum diem et usque ad ejus adventum præstat sacrificio firmitatem. Nul us igitur fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat proximare mysteriis, ne condemnetur et sententiam mereatur et quod Judas sustinuit patiat. Nam illum post communicationem mensæ diabolus intravit, non quia contempserat Dominicum corpus, sed quia impudentia et malignitas roentis ejus ut adversarius in eo habitaret effecit, ut discas quod indignis et fucate mysteriorum secreta celebrantibus, a diabolo præparantur insidiæ, et magis magisque ademptantur, qui non æquo animo communicare festinant. Et hæc dico, non ut vos terream, sed ut cautiores efficiam. Nemo sit Judas in mensa. Hoc sacrificium cibus est spiritualis; nam sicut corporalis cibus cum ventrem invenerit adversis humoribus occupatum amplius lædit, magis nocet, nullum præstat auxilium, ita est iste spiritualis cibus si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdit, non sua natura, sed accipientis ex vitio. Pura igitur mens, etc., CXXXVII 391, 392.

IVO (S.), Carnotens. episcop. Liquido apparet quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani Dominicum corpus intraret quam cæteri cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos Dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit, et emendat, mensis suis ista miscere. Namque Salvator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem ultimum hoc voluit infigere cordibus et memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos Ecclesias dispositurus erat, servaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo variasset. Cum vero ait Apostolus, de hoc sacramento loquens: Propter quod, « fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate; si quis esurit, domi manducet ut non ad iudicium convenialis; » statim sublexit: « Cætera autem, cum venero, ordinabo. » Unde intelligi datur quia

multum erat, ut totum illis agendi ordinem insinuaret, quem universa per orbem servat Ecclesia, ob ipsum ordinatum esse, quod nulla horarum diversitate variatur, CLXI, 190, 191.

JONAS, Aurelianens. episcop. — Ad perceptionem vero sacri corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi nihilominus monemus, ut sicut Christianæ religioni expedit, congruis temporibus salubriter vos præparetis, attendentes illud evangelicum: « Qui manducat..., etc. » CVI, 304.

NICOLAUS I, papa... — Corpori et sanguini Dominico quotidie in Quadragesima majori si deberetis communicare consulitis; quod ut fiat Dominum omnipotentem suppliciter exoramus, et vos omnes vehementissime exhortamur, si tamen mens in affectu peccandi non sit, vel si hanc non de criminalibus peccatis conscientia impoenitens, vel non reconciliata fortassis accuset, vel si fratri discordanti quis vestrum suo vitio reconciliatus minus existat. Nam quem de horum aliquo conscientia mordet, gravari tanto munere potius quam remedium consequi quodlibet arbitramur: Verum de hoc et de his qui Ecclesiam quidem intrant, nec tamen facta oblatione communicant, sacri canones forte sufficienter enuntiant, qui antistiti vestro sunt, qui Deo vobis auctore per mediocritatem nostram ordinandus est, tribuendi, et ab eo sacerdotibus, qui claves tenent scientiæ duntaxat aperiendi, et vobis nihilominus, in quibus opus est et minime prohibetur, insinuandi. Interim tantum Quadragesima, quam mos Ecclesiæ majorem appellat, omni est die servato superiore tenore communicandum quoniam semper est orationi vacandum, et sacrificiis fidelium concurrendum..., CXIX, 983, 984.

Tunc recte non licet cuilibet communionem Christi percipere, quando gulæ deditus non invenitur jejunos, adeo ut mysticam mensam parvipendens prius cibi laici sumptu jejunium solvisse videatur, Christique venerandum corpus ac pretiosum sanguinem a cæteris non discernens alimentis non præposuisse omni humanæ refectioni, sed postposuisse noscatur. Remedium quippe salutiferum est corpus Christi contra peccatum, et qui hoc ante omnem escam veneranter non sumit... Et certe quotidie medicos vacuis visceribus sua cernimus pocula propitiare; et si hoc pro sanitate corporis agitur quanto potius est pro animæ salute patrandum? Cæterum quamobrem non debeat is cui sanguis ex ore vel manibus profluxerit corpus ac sanguinem Christi percipere, regula nulla docet. Nam quod invitus quis patitur, in culpam ei non debet imputari, ac per hoc nec a participatione tanti remedii coerceri: novimus namque quia mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim infirmitas recessit. Si itaque mulier hæc influxu sanguinis posita vestimenti Domini tactu non iudicatur indigna, ipsius imo Domini; nam ipse dixit: « Tetigit me aliquis » cur ei qui sanguis ex ore vel naribus fluorem sustinet, non liceat salutifera Christi sacramenta percipere, CXIX, 1004, 1005.

TAIO, Cæsaraugustanus episcop. — Unusquisque peccator redemptionis cruce pretium sumens confitetur ac laudat Deum... Ut sacramentum Dominicæ passionis in nobis non sit otiosum, debemus imitari quod sumimus, et prædicare cæteris quod veneramus..., LXXX, 795.

QUINTUM PRÆCEPTUM.

*Quatre-Temps, Vigiles jeûneras,
Et le Carême entièrement.*

ARSALON, Sprinckirsburgens. abb. — Videres homines, oblitos mandatorum Dei, etiam ipsos dies jejuniorum in derisum sibi potius, quam in fructum convertere, quia etsi quandoque jejunent, neque integre, neque pie, neque sobrie jejunant. Non integre, quia semel aut bis in hebdomada jejunantes, cæteris diebus vacant comestationibus et calicibus epotandis, cum tamen omnes a quinto decimo anno et supra ad universum teneantur jejunium, nisi infirmitate, vel alia certa et rationabili causa excusentur. Non pie jejunant, quia, etsi abstineant a cibus, sed a vitiis nunquam, cum tamen infructuosa sit ciborum abstinencia, cui comes non est abstinencia vitiorum. Eo etiam pie non jejunant, quia quod corpori jejunando subtrahunt, in arca reponunt, iterum ventri offerendum, teste Gregorio, non Dei, sed ventris debet appellari eo quod alienæ paupertati impendi debeat quod per abstinenciam sibi nobis possumus defraudare. Non sobrie jejunant, quia aut avidius, aut splendidius, aut citius, aut abundantiore cibo et potu quam oportet, jejunium solvunt. Avide enim comedere reprehenditur Esau, qui propter avidam comestionem leuiticæ primogenituræ perdidit dignitatem. Sic etiam

splendide nimium comedere reprehenditur in divite evangelico de quo dicitur: Qui epulabatur quotidie splendide. Citius etiam quam oportet, jejunium solvere, ecclesiastica sanctio probat esse vitiosum, quæ stabilivit jejunandum esse usque ad horam nonam. Unde beatus Hieronymus dicit: Tertiam et Sextam et Nonam, Vesperum quoque et diluculum nemo est qui nesciat, nec cibus ante sumatur quam istæ orationes Deo solvantur. Quod ulique de tempore jejuniorum recte intelligi potest. Abundantiore etiam cibo vel potu quam decet, jejunium solvere, probat ipsa ratio esse vitiosum, quando quidem hoc non est abstinere sed voluptati operam dare..., CCXI, 105-108.

ALANUS DE INSULIS. — De vigiliis, CCX, 178.

ATTO, Vercellens. episc. — De jejunio quadragesimali, CXXXIV, 40.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc. — Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus septimam hebdomadam, et vocatum est hoc tempus Quinquagesima. Quadragesima ideo servatur, quia Moyses et Elias et Salvator quadragesima diebus et noctibus jejunasse leguntur, XVII, 853.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — Scire debetis quod hoc solemne jejunium quod alma mater Ecclesia hodierna die præcipit observari, a creatione hominis in ipso mundi primordio præcepit Deus in paradiso Adæ et Evæ, ut a fructu arboris abstinerent. Hoc etiam ante legem Moyses sanctus observavit et legem suscepit. Hoc sub lege Elias astrinxit, et ad cælum in cursu volavit. Eva quoad abstinuit, virgo fuit, et in paradiso permansit; sed dum jejunium violavit, in miseriam corruit, libidinis corruptionem persensit, sub domino constituta remansit, et de paradiso expulsa fuit. Moyses etiam post jejunium cum Deo facie ad faciem locutus est, qui ante jejunium Deum nec videre, nec ad eum accedere ausus fuerat. Jerosolyma a Sennacherib tempore Ezechiae regis et Isaiae per jejunium liberatur, et centum et octoginta quinque milia cœlitus interfecti sunt in nocte una, et ne feterent eorum corpora, incinerati et in pulverem redacti sunt. Tempore etiam Jonæ jejunium prædicantis in cinere et cilicio veniam impetravit. Nunquid et Josue filius Nave jejunavit, priusquam per diem et cursum solis et lunæ temperavit et hostes superavit?... Sed scitote quod antiquitus patres nostri fideles jejunare consueverunt in vigiliis magnarum solemnitatium usque ad noctem; quod laudandum erat et bonum.... Nolo tamen quod diebus Dominicis jejunetis....., XL, 1275, 1276. De utilitate Jejunii, XL, 707-716. De quadragesimali jejunio, XXXII, 1456. De jejunio filiorum sponsi, XXXV, 1539. De jejunio quadragesima dierum, XXXV, 2170. Quadragesimarius numerus in jejunio, XXXVIII, 695, 811.

BENEDICTUS (S.), monachor. institut. — De observatione quadragesimali, LXVI, 751.

BERNO, Augiensis abbas. — Ut ex veterum præcipue S. Augustini sermonibus potest intelligi, necessarium est nostræ religioni annualiter quatuor jejunia celebrare. Nam quatuor temporibus volvitur annus, vere, æstate, autumno et hieme. Hæc quatuor tempora solent nos per delectamenta sua revocare a Creatoris amore, qua de re jejunandum est in unoquoque tempore ut castigentur nostra quatuor elementa, ne subripiantur a delectatione mundi....., CXLII, 1090.

BERNO, Augiæ Divitis abbas. — De jejunio Quatuor Temporum, CXLII, 1073. Dialogus de jejunio Quatuor Temporum, CXLII, 1087.

BERNARDUS (S.), Claravallens. abbas. — De jejunio Quadragesimæ, CLXXXIII, 173. De vigiliis sanctorum jejunio celebrandis, CLXXXIII, 501.

BERTARIUS (S.), Cassinens. abbas. — Quomodo per annum jejunandum sit, CXXVI, 987.

BONIFACIUS (S.), Moguntin. episc. — Exhortatio de jejunio Quadragesimæ, LXXXIX, 854.

BURCHARDUS, Wormaciens. episc. — Quadragesima summa observatione est observanda, ut jejunium in ea præter Dominicos qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quem infirmitas impederit, nullatenus solvatur, qui ipsi dies decimæ sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimæ usque in Pascha Domini sex hebdomadæ computantur, quarum videlicet dierum xl et ii sunt. Ex quibus dum sex dies Dominici abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent, v. g. si per cccclxv dies annus ducitur, nos autem per xxxvi dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus. Et ut sacer numerus quadragesima dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro jejunio consecraverat, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadragesima dierum tollantur, id est, quarta feria, quæ caput jejunii subnotatur, et quinta feria sequens, sexta et Sab-

batum. Nisi istos quatuor dies superioribus triginta et sex adjunxerimus, quadragesima dies in abstinentia non habebimus. Jubemur autem ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare. Quapropter ut omnis decima a nobis Deo rite persolvatur, tollamus decimam anni, et in ea peccata nostra confitendo, corrigendo nos, jejunando, vigilando, orando, eleemosynas largiendo, abstergamus, et carnem nostram decimemus, ut ad sanctum Pascha securi pervenire possimus, CXL, 884, 885.

Constituimus ut Quatuor Tempora anni, ab omnibus cum jejunio observentur, id est, in Martio hebdomada prima; in Junio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta: quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, id est, feria quarta, et sexta et Sabbato.

Cum, exigentibus peccatis, Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec hujus flagelli aliquod remedium inveniri posset, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt ut triduanum jejunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias, ante Ascensionis Domini diem, celebrarentur. Agamus et nos hos dies cum summa reverentia et devotione, cum abstinentia carnis et humilitate cordis, non ut visibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, qui in sacco et cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates et comessationes, CXL, 886. Presbyteri cum sacras festivitates populo annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis servare moneant, CXL, 887.

CALIXTUS, papa. — Sic Benedictum coepiscopum alloquitur: «Fraternitatis amore constringimur, et apostolico moderamine cogimur, ut consultis fratrum, prout Dominus dederit respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus.» Jejunium quod ter in anno apud vos celebrare didicistis, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic et nos quaternum solemne agamus jejunium, per anni quatuor tempora, et sicut replemur frumento, vino et oleo ad alenda corpora, sic repleamur jejunio ad alendas animas..., CXXX, 129.

CANUTUS, Anglorum rex. — De jejunio violante, CLI, 1179.

CHRODEGANGUS (S.), Metens. episc. — De Quadragesimæ observationibus, LXXXIX, 1073.

ERNALDUS, Bon. Vail. abbas. — De jejunio Christi, CLXXXIX, 1163.

GUIDO, abbas. Farfens. — De jejunio Quatuor temporum, CL, 1237.

HONORIUS, Augustodunens. — De Quadragesima, CLXXII, 655. De jejunio Domini, et cur nos non jejunemus eo tempore quo ipse jejunavit, CLXXII, 656. De jejunio Quatuor temporum, CLXXII, 684.

HUGO DE S. VICTORE. — De capite jejunii et penitentia eadem die incipienda, CLXXVII, 881.

IVO, Carnotens. episc. — De capite jejunii, CLXII, 578.

JOANNES BELETHUS, Parisiens. theolog. — De institutione Quadragesimæ et reliquis jejunandi formis, CCII, 22. Quare non jejunemus eo tempore quo Christus jejunavit, CCII, 90. De jejunii Quatuor temporum et de illorum institutione, CCII, 137. De vigilia sancti Joannis, CCII, 141.

LEO MAGNUS (S.), pap. — Cur Quatuor temporum jejunia instituta, LIV, 185. De quadragesimali jejunio, LIV, 263. De jejunii Pentecostes institutione, LIV, 418. De modo implendi jejunium, LIV, 453. Dissertatio de jejunio Sabbati, LV, 627.

MARTINUS (S.), Legionens. canonic. regular. — Quid autem sibi vult, quod Moyses quadragesima diebus jejunavit? Cujus jejunium quædam figura est in consideratione hujus numeri. Quadragesimario enim numero dierum Moyses et Elias, et ipse Dominus jejunaverunt. Præcipitur enim nobis ex lege et ex prophetis (unde etiam in monte inter utrasque personas medius Salvator effulsit), ut ab omnibus mundi illecebris aviditatem nostram tanquam jejunio temperantiæ refrenantes, quoad perfectio Decalogi legis per quatuor ejusdem mundi partes, id est in toto orbe prædicatur, ut decem quater ducta quadragesimarius numerus signent, CCVIII, 785.

Notandum præterea quia dierum sanctæ Quadragesimæ numerus non solum a sanctis Patribus est institutus, sed etiam a Domino Jesu Christo est consecratus. Quod Moyses in monte Sinai quadragesima diebus et totidem noctibus jejunavit, non hoc propria virtute, sed divina dispensatione gratia fecit. Elias etiam in fortitudine vel

refectioe unius subeinericii panis quadraginta diebus et quadraginta noctibus ambulare non posset, nisi hoc illi Dei clementia præstitisset. Hunc etiam numerum Dei Filius per seipsum jejunando consecravit et in remissionem peccatorum Ecclesiæ omni suæ id fieri mandavit. Non sunt ergo hoc sacra jejunia a fidelibus vilipendenda, nec otiose vel negligenter prætereunda, quia non humana voluntate aut sapientia, sed divina dispensatione sunt instituta. Non igitur homo in remissionem peccatorum suorum neg igit facere, quod Dei et hominis Filius, qui peccatum non fecit, et in cujus ore non est inventus dolus, ut nobis exemplum daret abstinentiæ, cognoscitur fecisse. CCVIII, 785.

MAXIMUS (S.), Taurinensis. episcop. — Sanctæ Quadragesimæ rationem, cujus hodie initium celebramus, frequenter edidimus, et cur tot dierum numero jejunemus sæpe docuimus. Diximus enim quod Dominus Jesus Christus hunc eundem numerum jejunii consecravit, et continuatis diebus et noctibus, non capiens eibum, unum jejunii corpus effecerit, hoc est, licet diei ordo noctis interrumpatur adventu, non tamen interruptus est ordo jejunii....., LVII, 311.

Adverte quanta nobis spiritualis vitæ documenta succrescunt, quamque magnificis ad propositum sanctitatis provocamur exemplis, quod quadragenis diebus referuntur beatus Moyses et Dei Filius jejunasse. Illud sane perspicite quia quantum distat servus a domino, tantum necesse est eorum distare jejunium. Moyses enim veteris editor legis est, Christi Novi conditor Testamenti. Jejunat Moyses ut præceptis legalibus unius populi erudiat disciplinam; Christus jejunat ut universas redimat gentes....., LVII 525. Nos vero, quibus propugnator invictus hanc venerabilem Quadragesimam dedicavit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra jejuniis, ut animas virtutibus saginemus. Jejunet in nobis perniciose luxuries, jejunet omnis iniquitas, jejunet odiosa contentio; abstinemus ab epulis, magis abstinemus a vitiis; sic nos temperemus, sic sobrii simus a vino, ut nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodest observatione quadraginta dierum jejunandi nos tempora custodire, et legem non tenere jejunii? Quid prodest vobis vacare a conviviis et diem litibus occupare? Quid prodest proprium non edere panem, et victum diripere miserorum? Jejunium Christiani egentis debet esse refectio....., LVII, 326, 328, 361, 388.

De jejunio quadragesimali, LVII, 503. De jejunio generali, LVII, 558. De jejunio Domini in festo, LVII, 561.

NICOLAUS I, papa. — Consulentibus Bulgaris si liceat absque jejuniorum tempore quantulumcunque valde mane comedere, respondemus, quoniam meminim patrum nostrorum ante horam hanc tertiam manducasse, nec sancta Ecclesia ante horam hanc traditionem sumendi cibum accepisse, recolimus, vel monumentis quibuscunque reperimus; e contrario vero quosdam eorum usque ad vesperum, alios autem usque ad nonam horam diei, porro alios usque ad sextam invenimus jejunasse; nullum autem mane ubi quantulumcunque sumpsisse comperimus, cum potius *Væ* dictum qui mane comedunt fuisse legerimus. Quamobrem ab isto maledicto vos alienos esse desiderantes hortamur, ut ante horam diei tertiam, nullum omnino corporalem cibum, etiam in ipsis insignibus solemnitatibus omnino sumatis; nam quæ solemnitas potest esse Pentecoste sublimior, in qua Spiritus sanctus super apostolos descendit, ac per hoc homines mernerunt in se suscipere Dominum? In ista nempe festivitate sancti apostoli cum aliis nonnullis hora diei tertia reperiuntur fuisse jejuni, cum repletos Spiritu sancto, et loquentes omnium gentium linguis, quibusdam incredulis audientibus et obstupescensibus, eo quod msto essent repleti his, qui simul aderant falso dicentibus, Petrus apostolorum princeps responderit dicens: « Non enim, sicut vos aestimatis, ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia. » Ubi notandum quod non solum apostoli, sed et omnes qui cum ipsis erant, id est centum viginti viri, super quos Spiritus sanctus cecidit, hora diei tertia jejuni reperiuntur. Simul etiam notandum quod non dixerit beatus Petrus simpliciter..... Sed addiderit, « cum sit hora diei tertia, » ac si patenter diceret: Ipsi liquido nostis, quod non sit istis consuetudini ante horam diei tertiam jejunium solvere, quamobrem frustra illos ebrios esse putatis. Imitamini itaque hos, ut Spiritus sanctus, etiam non tardius, saltem hora diei tertia vos jejunos inveniens, sicut istos, vos quoque inspiratione suæ gratiæ repleat. (XIX, 1002, 1003.

PETRUS CHRYSOLOGUS, Ravennat. archiepiscop. — De jejunio quadragesimali, LII, 634, 678.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — De vigiliarum jejunio, CXLV, 800. De triduo jejunio, CXLV, 962.

PETRUS DE HONESTIS, Ravennat. cleric. — De jejunio Quatuor temporum et vigiliarum, CLXIII, 722.

PRUDENTIUS, poeta:

Jejuniorum dum litamus victimam

Nil hoc profecto purius mysterio.

Quo fibra cordis expietur vividi,

Intemperata quo domantur viscera.

Hinc si licenter diffuens potu et cibo;

Jejuna rite membra non coerceas,

Sequitur, frequenti marcide oblectamine,

Scintilla mentis, ut tepescat nobilis,

Animusque pigris stertat in præcordiis.

Frenentur ergo corporum cupidines..... etc.

(LIX, 812-814.)

RABANUS MAURUS, Fuldens. abb. — De jejunio quadragesimali et Pentecostes, CVII, 335. De jejunio decimi mensis, CX, 13. De jejunio quadragesimali, CX, 20. De jejunio quarti mensis, CX, 43. De jejunio septimi mensis, CX, 56. De vigiliis, CX, 90. De jejunio, CXI, 136.

REMIGIUS, Curiensis. episcop. — De jejunio septem hebdomadarum ante Pascha, CII, 1103.

REGINO, Prumiensis. abb. (ex concilio Moguntin.). — Constituimus ut Quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio observentur, id est in Martio, hebdomada prima; in Junio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta, quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, id est feria quarta et sexta et Sabbato. Veniant omnes ad ecclesiam hora nona cum litanis ad missarum solemniam, CXXXII, 245.

(Ex Burchardo). — Presbyteri cum sacras festivitates populo annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis servare moneant, CXXXII, 244.

(Ex concil. Moguntin.). — Si quis indictum jejunium superbiendo contempserit et observare cum cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi concilio præcipitur ut anathematizetur. Quicumque indictum jejunium violant sine gravi necessitate, memorentur Jonathæ filii Saul regis, qui maledictum patris parvipendens parumper mellis in summitate virgæ comedit, et idcirco mortis sententiam promeruit, CXXXII, 244.

REGINO, Prumiensis. abb. — De jejunio Rogationum, CXXXII, 243. De jejunio Quatuor temporum, CXXXII, 243. De vigiliis sanctorum, CXXXII, 244.

RODULFUS, Bituricens. episcop. — Dies autem quadragesimales cum summa observatione custodiendi sunt, ut jejunium in eis, præter dies Dominicos, qui ab abstinentia subtracti sunt, nullatenus solvatur, quia ipsi dies decimæ sunt anni nostri, quos cum omni religione et sanctitate transigere debemus. Nulla enim in his occasio sit resolvendi jejunii, quia alio tempore solet jejunium charitatis causa dissolvi. Isto vero nunquam debet, et in alio tempore jejunare præmium acquirere est. In hoc vero præter infirmos aut parvulos, quisquis non jejunat, penam sibi acquirit quia eosdem dies Dominus et per Moysen et per Eliam et per semetipsum sacro jejunio consecravit... , CXIX, 718.

De jejunio in quatuor anni temporibus conservando, quando lectiones duodecim in Sabbato leguntur, statutum est a sanctis Patribus ut in primo mense in prima hebdomada, in Junio in secunda hebdomada, in Septembri in tertia hebdomada, in Decembri in quarta hebdomada, tribus diebus, id est, quarta et sexta et septima feria, omnes exceptis infantibus et infirmis, usque ad nonam jejunent et abstineant se a carne. Eodem modo in diebus Rogationum jejunandum est, et a carne triduo abstinendum est. Jejunia vero a sacerdotibus indicta, sine necessitate rationabili solvenda non sunt. In diebus itaque jejunii eleemosyna facienda est, et cibum et potum quo quisque uti vellet, si non jejunaret, pauperibus eroget, quia jejunare et cibos prandii ad cœnam reserva non mercedis, sed ciborum est incrementum, CXIX, 718.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — De Quatuor temporum jejunio, CLXX, 62.

SIGEBERTUS, Gemblacens. — De differentia Quatuor temporum, CLX, 814.

STEPHANUS, Cisterciensis. abb. — Qua septimana jejunia Quatuor temporum in mense Septembri ageuda sunt, CLXVI, 1412.

STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandimontens. instit. — De temporibus jejunandi, CCIV, 1158.

UDALRICUS, Cluniacens. monach. — De jejunio Quatuor temporum in mense Junio, CXLIX, 675. De septimana jejunii Quatuor temporum, CXLIX, 691. De capite jejunii et de Quadragesima, CXLIX, 696. De jejunio Quatuor temporum in mense Martio, CXLIX, 697.

URBANUS III, pap. — De jejunio servando, CCII, 1339.

AUCTOR incertus. — De vernali jejunio, CLI, 995. De æstivâ jejunio, CLI, 997. De autumnali jejunio, CLI, 1000. De hiemali jejunio, *ibid.* De capite jejunii et de Quadragesima, CLI, 1013.

TERTULLIANUS, presb. Carthaginens. — Æque stationes (jejunia, secundum Pamelium) nostras, ut indignas; quasdam vero et in serum constitutas, novitatis nomine incusant, hoc quoque munus et ex arbitrio ob-eunlum esse dicentes, et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quod pertineat ad interdictionis questionem, semel pro omnibus causis respondebo... Si quia Petrus, et qui cum eo, ad horam nonam orationis templum introgressi leguntur, quis mihi probabit illos illa die statione functos, ut horam nonam ad clausulam et expunctionem stationis interpretetur?... Atqui facilius invenias Petrum hora sexta capiendi cibi causa, prius in superiora ad orandum ascendisse, quo magis sexta diei finiri officio huic possit, quæ illud absolutura post orationem videbatur. Porro, cum in eodem commentario Lucæ, et tertia hora orationis demonstratur, sub qua Spiritu sancto initiali, pro ebriis habebantur, et sexta, qua Petrus ascendit in superiora, et nona qua templum sunt introgressi, cur, non intelligamus, salva plane indifferentia semper et ubique et omni tempore orandi? II, 966, 967.

Horum igitur tempora observantes, et dies, et menses, et annos galaticamur? Plane, si Judaicarum cæremoniarum, si legalium solemnitaturn observantes sumus; illos enim Apostolus dedocet, compescens Veteris Testamenti in Christo sepulti perseverantiam, et Novi sistens. Quod si nova conditio in Christo, jam nova et solemnia esse debent; aut si omnem in totum devotionem temporum et dierum et mensium et annorum erasit Apostolus, cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejunii Parasceven?... II, 973, 974.

Processimus itaque ad exempla... Deliquerat Israel in aquatione apud Maspha, congregatus a Samuele, sed ita statim delictum jejunium diluit, ut periculum prælii simul fugerit. Cum maxime Samuel offerrebat holocaustum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam quam abstinentia populi..., II, 962, 963.

Redeamus et ad nova documenta properamus; in limine E. angelii, Anna prophetis filia Phanuelis, quæ infantem Dominum et agnovit. Jejuniorum quoque testimonio augetur; ipse mox Dominus baptismâ suum, et in suo omnium, jejuniiis dedicavit.... Docuit etiam adversus diriora dæmonia jejuniiis præliandum. Denique ut in centurionem Cornelium, necdum tinctum dignatio Spiritus sancti cum charismate insuper prophetiæ fest nasset, jejunia ejus legimus exaudita. Puto autem et Apostolus inter labores suos et pericula et incommoda post famem et sitim, jejunia quoque plurima enumerat, II, 963, 964.

THEODULFUS, Ambianens. episc. — De jejunio quadragesimali, CV, 203.

(Vide INDICES. — De jejunio et abstinentia CL; et De sensuum mortificatione, CLI, infra).

SEXTUM PRÆCEPTUM.

*Vendredi chair ne mangeras
Ni le samedi mêmement.*

NICOLAUS I, papa. — Quot temporibus vel diebus in circuitu sit anni a carnibus abstinendum.... Verum

interim in diebus jejuniorum, in quibus per abstinentiam et lamentum penitentiae præcipue Domino supplicandum est, modis omnibus est a carnibus abstinendum. Quoniam licet omnibus orare et abstinere conveniat, jejuniorum tamen temporibus amplius abstinentiæ inservire oportet, videlicet, ut qui se sciverit illicite perpetrasse, secundum sacra decretalia in his etiam a licitis se quibusdam absteineat, quadragesimali videlicet tempore quod est ante Pascha; jejunio post Pentecosten, jejunio ante solemnitatem Assumptionis sanctæ Dei Genitricis et semper virginis Dominæ nostræ Mariæ, necnon jejunio ante Natalis Domini nostri Jesu Christi festivitatem: quæ jejunia sancta Romana suscepit antiquitus et tenet Ecclesia. In sexta vero feria omnis hebdomadæ, et in cunctis vigiliis insignium festivitatum a carnium esu cessandum et jejunio incumbendum, ut veraciter cum Psalmographo dici valeat: « Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum lætitia. » Si quis vero vestrum aliis voluerit forte diebus a carnibus abstinere, non est prohibendus, quoniam quanto quis hic in lacrymis magis seminaverit, tanto amplius in gaudio messurus est in vita æterna..., CXIX, 980, 981.

Quarta feria quamvis e cæteris diebus præter sextam feriam sit amplius mororibus operandum, pro eo quod Dominus ipso jam die in corde terræ, hoc est Judææ traditoris, quodammodo sepultus erat, dum hunc ipse morti tradere meditabatur; tamen si vestrum quis eodem die vult, potest omnino carnes comedere, nisi forte sibi aut a sacerdote esset interdictum, quoniam scriptum est: « Melior obedientia quam sacrificium, » aut ipsam feriam inter dies jejuniorum evenire contigerit....

Sexta vero feria passionem Dominicam, et apostolorum mæstitiam recolentes, ab omnium carnium epulis, et pinguedine gustus noster arcendus est, præter si Nativitas Domini et Epiphaniarum ejus, aut festivitas beatæ Matris Domini et intemeratæ Virginis Mariæ, seu apostolorum principum Petri et Pauli, atque sancti Joannis Baptistæ, seu B. Joannis evangelistæ, necnon et clavigeri cœli germani, Andreæ scilicet apostoli, quin etiam et beati Stephani protomartyris ipso die fortassis evenire contigerit. Nam quod sancta Ecclesia, ut fideiis anima in festivitate eorum jejunia, vel abstinentias quæ non sunt perpetuo voto propositæ,olvere debeat, Dominus testatur in Evangelio dicens: « Mulier cum parit tristitiam habet; cum autem peperit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, » mulierem dicit sanctam Ecclesiam. Sicut enim mulier nato in hunc mundum homine lætatur, ita Ecclesia in vitam futuram fidelium populo migrante digna exultatione repletur, pro qua ejus nativitas multum laborans et gemens in præsentis quasi parturiens dolet; nec novum debet cuiquam videri, si natus dicitur qui ex hac vita migraverit; quomodo enim usitato more dicitur nasci, quando quis ex utero materno procedens in hanc lucem exit; sic quoque jure natus appellari potest quilibet ab hujus sæculi tenebris ad lumen pertingens viventium: pro qua ergo re apte consuetudine tenetur ecclesiastica, ut solemnnes beatorum martyrum, vel confessorum Christi dies, quibus de hoc mundo ad regionem migravere vivorum, nuncupentur natales, sed et eorum solemnities non funebria tanquam morientium, sed utpote in vera vita nascentium natalitia vocentur....., CXIX, 980-982.

(Vide Indices CXIX et CL, in quibus hoc præceptum per occurrentiam frequentius tractatur).

CXLIX.

INDEX DE FESTIS,

IN QUO VICISSIM ET LOGICE DISSERITUR DE FESTIS IN GENERE,
ET DE ILLORUM ORIGINE, NUMERO ET ANTIQUITATE;
DE VIGILIIS ET OCTAVIS,
DE FESTIS DOMINI, B. MARIE VIRGINIS, SANCTORUM ET SANCTARUM,
ET DE DIE DOMINICA, ETC.

MONITUM.

Hic: De festis in genere et in specie Index analyticus quinque partes includit: Primam scilicet de festis in genere, de Vigiliis et de Octavis; — Secundam de festis Domini; — Tertiam de festis B. Mariæ; — Quartam de festis sanctorum tum in genere, tum in specie spectatis; — Quintam denique de die Do-

minica in genere et de singulis Dominicis per annum. Pars quæque in capita iterum iterumque subdividenda dividitur. Res ad quodlibet festum vel ad quamcunque diem Dominicam spectantes, ex SS. Patribus accuratissime excerptæ, in unum coactæ et secundum ordinem logicum digestæ, uno capite vel articulo concluduntur. — Festis cujusque datur definitio litteralis, logica; interpretatio mystica; exponuntur institutio, antiquitas, excellentia, modus rationesque quibus est observandum; et sub fine cujuslibet articuli, ad instar appendicis, indicantur officium, missa, preces liturgicæ, sermones, homiliæ, hymni, carmina, etc., etc., quæ ad illud festum pertinent. Hunc de festis diligentius exaratum et maxime completum indicem non sine multo fructu consulere possunt, quicumque prædicatores vel scriptores hanc materiam sunt aggressuri.

PARS PRIMA.

DE FESTIS IN GENERE.

CAPUT PRIMUM. — De definitione, institutione et numero festorum.

Festi inde vocantur dies quod jus in eis fatur et nefasti quibus jus non dicitur; feriæ a fando dicuntur, Raban. Maurus, CX, 361. — Festivitas a festis diebus quasi festivitas quod in eis sola res divina sit, id., CXI, 307; S. Isidorus, LXXXII, 250. — Festivitas quasi fasti divinitas, Honorius, Augustodun., CLXXII, 644. — Dies festus mystice communio fidelium, Godefrid. abb., CLXXXIV, 102. — Festus dies de malo in bonum transire, *ibid.*, 170. — Quid per festivitatem nisi gaudium internum, quid per Sabbatum nisi quies mentis accipitur? Hugo a S. Vict., CLXXV, 587. — Festivitas indesinens in celo celebrabitur, Rabanus Maurus, CX, 1032. — Ea in Ecclesia anniversarie celebrantur quæ insigniter certis diebus facta sunt, S. August. XLII, 505. — Dies miraculo aut mysterio aliquo nobilitati quotannis festivitate celebriori coluntur, S. Paulin. Nolan., LXI, 649. — Festus dies sollemnis in honore Dei et sanctorum confessione sacratus, Aur. Cassiod., LXX, 822. — Solemnia festa vocat Ecclesia quæ certa sunt observatione constituta. Beleth., CII, 17. — Diem festum e celo nobis præstat Deus, S. Petrus Chrysol., LII, 472. — Festos dies instituit Deus, Joann. Rothomag. archiepisc., CXLVII, 253. — Festivitas ecclesiastica non est infructuosa, S. Petrus Chrysolog., LII, 467, 468. — Non consecranda pro nostris voluntatibus sed pro suis virtutibus *ibid.*, 471, 472. — Festivitates Domini suis vocabulis suas causas eloquuntur, *ibid.*, 613. — Variis nominibus concordant, Anonym., XIII, 652. — Pluribus nominibus exprimi solent: Festivitas, Festum, Celebritas, Exitus, Obitus, Transitus, Assumptio, Deposito, Dormitio, Passio, Dedicatio, Nativitas, Natalis vel Natale et Natalitium, Beleth., CII, 17. — Festa quædam generalia, quædam particularia, *ibid.*, 18. — Triplex solemnitas, solemnitas peccatorum, solemnitas iustorum, solemnitas beatorum; primam celebrat caro exterius, secundam spiritus, tertiam angeli et homo glorificatus, Thom. Cisterciens., CCVI, 220.

Festis ethnicorum abstinebant Christiani, Tertull., I, 492. A feriis gentilium abstinendum et cur, S. Ambros., XVII, 617, 618. — Christiani celebrabant festa a Judæorum et Ethnicorum festis prorsus distincta; Tertull., I 632. — Si Judaicarum cæremoniarum observantes sumus, galaticamur, id., II, 973. — Non tantum gentilium sed et Judæorum vitanda sunt consortia, S. Ambrosius, XVII, 617, 618. — Dies festi Judæorum post Evangelium non observandi, S. Hieron., XXII, 1220, 1221. — Festivitates Judæorum figuræ festivitatum Christianorum, Raban. Maur., CVII, 359. — Festivitates Judæorum causas terrenas habuerunt, Rupert., CLXVII, 1756. — Nostræ vero spirituales sunt, *ibid.*, 1647. — Populus Israëliticus quatuor præcipue celebrabat solemnitates, Pascha, Pentecosten, Scenopegiam et Enceniam; nos autem tantum duo istorum servamus, Pascha, Pentecosten sed alia et alia ratione, Beleth., CII, 155; Sicard., CCXIII, 378. — Ecclesia anathematizat eos qui cum Judæis in festivitate paschali decimum quartum diem celebrari definiunt et Sabbata, S. Hieron., XXII, 1222. — Festivatum pompa reddidit Judæos obstinatos, S. Petrus Chrysolog., LII, 219, 220. — Festi dies Christianorum et dies sollemnes paganorum, S. August., XL, 343. — Festi dies Christianorum non iidem ubique. — Aurel. Cassiod., LXIX, 1043, 1053. — Apostolus et Evangelia festivitatem Paschæ et alias celebritates honorandas esse dixerunt, Aurel. Cassiod., LXIX, 1053, 1153. — Origo sanctorum synaxium. — Walafrid. Strab., CXLV, 921; Arnob., V, 1076. — Festivis diebus convivium, S. Gregor. Turon., LXXI, 342.

Christiani celebrabant diem Dominicum, Tertull. II, 79. — Natalitia martyrum, *ibid.*, S. August., XL, 676. S. Paulin. Nolan., LXI, 572, 573. — Oblationes pro defunctis offerebant, Tertull., II, 79. — Octo festivitates Ecclesia catholica detinet, Sabbatum, Domini Natalem, diem

Epiphaniæ, Jejunium Quadragesimæ, Quartam Sabbati, Parasceven, Paschæ festivitatem, Pentecosten, S. Philast. XII, 1273, 1274. — Ascensionis Domini et adventus Spiritus sancti festa traditione recepta, S. August., XXXIII, 200. — Solemnitates Christianorum recenset S. Paulin. Nolan., LXI, 649, 828. — Festa Nativitatis, Epiphaniæ et Ascensionis Christi antiquitus instituta, *ibid.*, 648. — Distinctis temporibus in Ecclesia celebrantur, *ibid.*, 649, 650. — Sanctorum festa antiquitus in Gallia recepta, Litug. Gallican. LXXII, 169, 170, 171. — Solemnitas Circumcisionis circa medium sæculi VII, inter præcipuas festivitates relata, S. Isidor., LXXXI, 478 (n.). — Festa ætate Paulini Aquileiensis ut dies Dominicæ sabbatizanda, S. Paulin. Aquileiens., XCLX, 559 (n.). — Festa in medio sæculi XII in Gallia recepta, Adalhard., *Statuta pro monachis*, CV, 537, 538. — Dies quibus monachis ab opere Dominico parendum, *ibid.*, Festivitates in quibus merita dabantur, *ibid.*, 544. — Tempora feriandi per annum, Hetto, CV, 764; Rodulf. CXIX, 717; Walter, *ibid.*, 740; Grimald., CXXI, 768; Regino CXXXII, 265; Ludovici II Capitularia ecclesiastica, CXXXVIII, 624, 625; S. Ivo, CLXI, 266, 267; Gratian. — CLXXXVII, 1781. — Festa absque omni forensi opere excolenda, Flodoard., CXXXV, 498. — Quibusnam festis præsulibus Beneventanæ cathedræ pallii usus concessus, Joann. XIII, CXXXV, 677; Joann. XIX, CXLI, 1138. — Solemnitatum octo veteris legis cum octo festivitatum novæ legis mira concordantia, S. Petrus Damian., CXLIV, 531-534. — Quatuor gradus festivitatum in monasterio Cluniacensi, Uldaric., CXLIX, 654-656. — In ordine S. Benedicti, Lanfranc., CL, 473. — Apud Carthusianos, Guigo, CLIII, 651-654. — Novem præfationes tenet Ecclesia sancta Romana et quibusnam festis, Gratian., CLXXXVII 7511. — Quid sit statio vel processio, Beleth. CII, 18. — Videntur stationes a veteri lege ad nos fluxisse, *ibid.*, Processiones duæ sunt, una in ramis Palmarum, altera in Dominicis diebus in ejus memoriam quam discipuli Christo exhibuerunt in die Ascensionis, *ibid.*, 20.

Litania *supplicatio* vel *rogatio* interpretatur; duplex major et minor. Quare, Beleth., CII, 28. — Major litania celebratur in festo B. Marci, minores litanie celebrantur cum jejunio et processionibus in triduo ante Ascensionem, S. card., CCXIII, 367.

Primitiva Ecclesia quintam feriam observabat in memoriam Ascensionis sicut et Dominicam in memoriam Resurrectionis, Sicard., CCXIII, 374. — Baptismus ad diem Dominicam et ad horam tertiam pertinet, sed in Sabbato ponitur et quare.

Festis tantum diebus et solo solemnitatis studio Ecclesiam adeuntes, ab Origene increpantur, S. Augustin., XXXIX, 1755, 1757. Festivitates Turonum, S. Gregor. Turonens., LXXI, 565. — Festum duplex aut triplex in Dominica occurrens celebratur, Joann. Rothomag. archiepisc., CXLVII, 59. — Festa nova non temere et inconsulta sede apostolica instituenda, S. Bernard., CLXXXII, 335.

CAP. II. — De agendis vel vitandis in celebratione festorum.

Quomodo Dominica solemnia celebrabimus? Utique quomodo et apostoli, fide non pecunia tuti, Tertull., I, 419. — Piæ et sanctæ Christianorum synaxes, *ibid.*, 468. — Nefas Christianis turpia gentilium convivium in collegio frequentare, S. Cyprian., III, 1050. — Festi dies non agendi cum Judæis vel hæreticis, nec cum paganis, S. Ambr., XVII, 617, 618; S. Leo Magn., LVI, 718. — Christiani ad congregationes idololatriæ non colligantur, S. Isidor. conc. Laodicens., LXXXIV, 152, 153. — Festa cum paganis non celebrentur, *ibid.* — Convivia Judæorum Christianis interduntur, *ibid.*; Concil. Aurel., II, 281. — Celebrare festa cum hæreticis, Judæis vel paganis aut ab eis munera festiva recipere vetitum, Fulgent. Ferrand., LXXXVIII, 187, 872; Raban. Maur., CXII, 1417, 1418; Isidor. Mercat., CXXX, 289. — Festivitates celebrare spiritualiter est a malis operibus vacare, Rupert. abb., CLXVIII, 679. — Sanctificantes nosmet ipsos ut sanctum diem in sanctitate celebremus, S. Hieronym., XXIII,

99. — Solemnitatum gaudia nescit cui nec cor purum nec corpus castum, S. Augustin., XXXIX, 2169. — Per omnes festivitates castitas servanda, S. Ambros., XVII, 605. — Festa religiose observanda, S. Augustin., XXXVIII, 274. — Festa quaedam celebrata cum lætitia convivantium in publicis mensis, *ibid.*; S. Gregor. Turonens., LXXI, 542; S. Gregor. Magn., LXXVII, 518. — Festivis diebus convivia sibi parant sæculares, cordis delicias religiosi, S. Bernard., LXXXIII, 452. — Principio permissum fuit Ecclesiæ festos dies martyrum cum luxu celebrare, S. August., XXXIII, 118. — Per diversa loca diebus Dominicis et quinquaginta post Pascha et solemnibus martyrum et festis quibusque, prandetur, *ibid.*, 146. — Solemnitatibus martyrum insultant Christiani quidam luxuriis suis, *id.*, XXXVI, 867. — Festa in vanitatem et delicias veri indignum, S. Bernard., CLXXXIII, 44. — Abusus in festis sanctorum, *ibid.*, 486. — In festis paschalibus, *ibid.*, 282. — Festivitates sanctorum non in epulis profusioribus sed in eorum imitatione celebrantur, S. Petr. Chrysolog., LII, 555. — Festivitates bonis operibus ante plures dies debent præveniri, S. August., XXXIX, 1974, 1976. — Observatio Sabbati bonis operibus intendere, S. Prosper Aquitan., LI, 467. — Vera Sabbati observatio, abstinentia a peccato, *ibid.*, 477. — Male celebrat Sabbatum qui ab operibus bonis vacat, *ibid.*, 467. — Festivitatis gaudium habeat misericordiam in egenos, S. Petr. Chrysolog., LII, 489. — Festivitates cœlestes Judæus decimis honoravit, Christianus vel centesimis honoret, *ibid.*, 219, 220. — Gaudia festivitatum sint cauta, *ibid.*, 549, 550. — In festivitatibus procurandum, ut omnes ad Dei gratiam recurrant, *ibid.*, 214.

Diebus festivis vestitus nitidior, S. Leo Magn., LIV, 272. — Tempa ornatiores, *ibid.*; S. Paulin. Nolan., LXI, 464, 908, 909; Floribus, *ibid.*, 467, 909; Velis, *ibid.*, 909. — Anima maxime purganda, S. Leo Magn., LIV, 272. — Dies festi jucunditate tum externa, tum interna celebrandi, *ibid.* — Cessandum a peccatis, cessandum a labore, *ibid.*, 506. — Festis diebus pulmentaria augenda, S. Benedict. abb., CIII, 1222, 1223. — In solemnitatibus Natalis Domini et Paschæ pulmenta monachis aucta, Anonym., CV, 749. — Festis diebus antiqui Christiani vacabant prorsus orationi, S. Agobard., CIV, 75. — Festum diem agere vacare ab operibus noxiis et cohiberi a quibusque superfluis, Godefrid. abb., CLXXIV, 96. — Festi dies solemnes a jejuniis immunes, Tertull., II, 79; S. Petr. Damian., CXLV, 351.

In die Dominico aut aliis majoribus festivitatibus integre audienda divina mysteria, S. Augustin., XXIX, 2276, 2278. — In missis unius vel duarum horarum spatio standum, *ibid.*, 2277, 2278, 2279. — Missarum solemnia, S. Gregor. Turon., LXXI, 820, 821. — In festivitatibus si una agenda non suffecerit, nulla sit dubitatio iterare sacrificium, S. Isidor., Epistol. Leon., LXXXIV, 119. — Missæ in præcipuis duntaxat solemnitatibus hora tertia celebrentur, *ibid.*; Conc. Aurelian., II, 281. — Quibusnam diebus fiebant eulogiarum distributiones, S. Eutychian., V, 166; Udalic., CXXXV, 1073; Ratherius, CXXXVI, 682. — In solemnitatibus beatæ Mariæ Virginis et sanctorum duodecim Apostolorum ac Evangelistarum, etc., ab opere mundano cessandum et divino vacandum, Nicol. papa, CXIX, 986. — Die Dominica vel cæteris festis diebus, etiam urgente bello, aptius ab armis quam ab oratione cessandum, *ibid.* — Lucernæ constitutæ in ecclesiis ad sacras lectiones diebus Dominicis et festis, Anastas. biblioth., CXXVIII, 1227, 1243. — Festis diebus stantes oportet orare, Regino, CXXXII, 388. — Quibusnam festis non genuflectitur, S. Ivo, CLXI, 261, 267. — Parocharii et bubulci diebus Dominicis et festivis ad missam veniant, Regino, CXXXII, 279, 363, 457, 459, 461; Burchard., CXL, 638. — Missarum solemnia non ante horam tertiam celebranda, Regino, CXXXII, 188. — Telesphorus papa constituit ut nullus ante horam tertiam missas celebraret, Gilbert., CXXXIX, 557. — Dies Dominica et approbatæ sacerdotibus festivitates observandæ, Atto, CXXXIV, 106. — A proprio episcopo prædicatæ, Ludovici Germaniæ regis conventus, CXXXVIII, 614. — Regem procedere coronatum in diebus festis non usu receptum, Atto, CXXXIV, 982. — Beatus Remigius petit ut pro sua commemoratione omnibus diebus festis ac Dominicis ablatio offeratur, Flodoard., CXXXV, 65. — Quodlibet diei solis festum celebretur ab hora pomeridiana diei Saturni, usque ad diluculum diei Lunæ, Anonymus, CXXXVIII, 514. — Ut Paschalis hebdomada festive tota celebretur, et in Pentecoste feriæ II, III, IV, non minus quam dies Dominicis solemniter honorentur, Ottonis Magni Constitutiones, *id.*, 852. — Dies quibus forense opus agere prohibetur, *ibid.*; Ottonis III Edictum, CXXXVIII, 854. — Ne per missas peculiare plebs a

missis publicis abstrahatur, Burchard., CXL, 638. — Presbyteri cum sacras festivitates populo annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis servare moneant, *ibid.*; Conc. Aurel., CXL, 887. — In exordio nascentis Ecclesiæ non eo quo nunc modo vel ordinè sacra celebrantur missarum solemnia, Berno abb., CXLII, 1055, 1056. — Ad missarum solemnia semper est aliquid offerendum, Gratian., CLXXXVII, 1720. — Celebratio missarum solemnium in Ecclesia Lugdunensi juxta antiqua statuta, *Statuta Eccles. Lugdunens.*, CXCIX, 1094, 1095.

Quater in anno, id est, Natale Domini, et Cœna Domini, Pascha et Pentecoste, omnes fideles communicare debent, Udalic., CXXXV, 1073; Rather., CXXXVI, 562 (n.); Burchard., CXL, 963. — Ter in anno quisque fidelium communicet in Pascha videlicet et Pentecoste et Natali Domini, Rather., CXXXVI, 562 (n.); Gratian., CLXXXVII, 1738.

Apud Saxones populus debebatolvere aratri eleemosynas xv dies a Paschate et fetuum decimas ad Pentecosten et frugum terræ ad Omnium Sanctorum festum et denarium S. Petri ad S. Petri festum et census ecclesiæ ad S. Martini festum, Opera adespota, CXXXVIII, 458; Sæculi XI Monument. liturgica, CLI, 1174, 1193.

Fidelibus aliquid de Evangelio aut epistola omni die Dominico vel festis diebus annuntiandum, Leo IV papa, CXV, 679. — In festis diebus concio ad populum habenda, Flodoard., CXXXV, 409. — Ut unus sit omnibus sacerdotibus modus orandi, Edgard. regis canones, CXXXVIII, 502. — Ut omnis presbyter in diebus festis populum admonet quas preces ad Deum fundere debeat, Burchard., CXL, 658; S. Ivo, CLXI, 195. — Parochia absentes a divinis officiis in Dominicis et festis observentur et notentur, Joannes Rothomag. archiepisc., CXLVII, 254. — Festivis diebus quales sermones conveniant, S. Bernard., CLXXXIII, 44. — Ecclesia sua prælatus non debet abesse, Petr. Cantor., CCV, 179. — Festa in quibus Rothomag. archiepiscopi capitulo distributiones faciebant et quibus panem et vinum offerebant, Petr. Blesens., CCVII, 1179. — In festis vinum populo in atrio Ecclesiæ distribuebatur, Gregor. Turon., LXXI, 1021. — Festivitates apostolorum, martyrum, confessorum atque virginum congruo honore celebrandæ sunt, Rodolph., CXIX, 717.

Festa quibus olim carnes edere licitum est in feria sexta contingerent, Nicolaus papa, CXIX, 981. — Festivitates quaedam non suo tempore celebrantur. Quare, S. Petr. Damian., CXLV, 243. — Sic Paschalis festivitas, Ascensio Domini, Pentecoste, Decollatio S. Joannis Baptistæ, festivitas S. Jacobi nec non et B. Petri a Vinculis, *ibid.* — In festis solemnioribus omnes campanæ pulsandæ, Joannes Rothomag. archiepisc., CXLVII, 32, 40, 53, 57, 58, 59, 73, 84, 103, 160, 161, 178, 181, 187, 189. — Festa quibus *Credo* cantatur, *ibid.*, 38. — Quibusnam festis in ordine S. Benedicti dicebatur *Credo*, Lanfrancus, CL, 481. — In festis tempore Adventus et Quadragesimæ non psaliebatur *Gloria in excelsis*, Joannes Roth. archiepisc., CXLVII, 38, 81, 165. — Festa si in Quadragesima contingant ut dies Dominici celebrantur, Udalic., CXLIX, 656. — Tempora et festa quibus dabatur pax Dei et sanctæ Ecclesiæ per omne regnum, Edward. III, leges, CLI, 1191. — Solemnitates dedicationum ecclesiarum singulis annis octo diebus sunt celebrandæ, S. Ivo, CLXI, 203. — Curia regum in Natali, Pascha et Pentecoste; in Hispania in quatuor solemnitatibus scilicet, Natali, Paschæ, Pentecostes et S. Jacobi, *id.*, CLXII, 328. — In omnibus festivis diebus quando pulsantur magnæ campanæ, cantant canonici Vesperas, Matutinum et missam Dominicam per totum annum, Guichard., CXCIX, 1094. — Quodlibet festum sive apostolorum, sive martyrum, si Dominicis privilegiatis contingat, ad feriam secundam remittendum, Belet., CCLI, 73. — Prohibetur festum fatuorum quod singulis annis in festo Innocentium, aut S. Stephani aut Circumcisionis fieri solebat, Petrus Blesens., CCVII, 1168, 1173. — In solemnibus diebus ut Dominicis et aliis officium per tres nocturnos distinguimus, Sicard., CCXIII, 154. — In solemnitatibus quoque sanctorum tres nocturnos aut Vigiliis celebramus, *ibid.*, 158.

In festivitatibus Domini et S. Mariæ, vel duodecim apostolorum seu reliquorum sanctorum quorum usus est in Provincia, annis singulis officium divinum diu nocturne procurandum, S. Chrodegang., LXXXIX, 1074. — Festa in quibus episc. cœteris suis refectorem faciebat, *ibid.* — In solemnitatibus præcipuis officium plenarium celebretur et bis reficiatur, *ibid.*, 1089. — Festa quorum Vigiliis in pane et aqua faciunt Carthusiani, Guigo, CLIII, 646. — Quibusnam festis et Octavis officium defunctorum non celebrant Carthusiani, *ibid.*, 656. — In Nativitate quoque Pascha et Pentecoste cum frater ai-

quis professionem facturum est missam cantat majorem, LXXXIX, 666. — In festis Purificationis et Annuntiationis dicitur *Gloria in excelsis*. quodcumque contingant, *ibid.*, 1146. — Festa in quibus fratres Carthusiani bis habent vinum, *ibid.*, 735. — Festa semel in anno cum capitulo celebranda, *ibid.*, 1149. — Monachi festis diebus stant in albis, Rupertus, abb., CLXX, 53.

Dies Dominica et alia festivitates absque opere servili a vespera in vesperam celebrandæ, S. Eutychian., papa, V, 166; S. Hieronym., XXII, 1222; Regino, CXXXII, 190, 285, 356; Udalric., CXXXV, 1073; Rather., CXXXVI, 455, 562 (n.). — Festorum ac Dominici otium a Patribus sancitum S. Augustin., XXXIX, 2274. — Feriatis diebus in quibus res divina sit et abstinere homines a litibus oportet, S. Isidorus, LXXXIII, 965. — Dies Dominicus et alia festa colenda cessando ab operibus servitutis et carnis, et operibus sanctis vacando et audiendo verbum sacrum, S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 336, 337. — Abstinere primum oportet ab omni peccato, et ab omni opere terreno, cessante omni causarum strepitu, *ibid.*, 338 (n.). — Deus prohibet laborem in die festo, Haymo, CXVIII, 1005. — Festa quibus ab operibus quiescendum, Rodolph., CXIX, 717; Nicol., *ibid.*, 986. — In his festivitibus nulla sint judicia, *ibid.* — Super omnia Dominicum diem et sanctorum festivitates ab omni seculari opere cautissime custodire procuremus, S. Odo abb., CXXXIII, 950. — In diebus festis etiam a licitis vacandum est cum urgeat Ecclesiæ mandatum, S. Bruno Astens., CLXIV, 279. — Festis diebus aliquando laborare permissum, Regino, CXXXII, 438. — Tempora quibus mallum vel placitum publicum prohibitum, Adrevald., CXXIV, 1077; Ludovici Germaniæ regis conventus, CXXXVIII, 595; Burchard., CXL, 888; S. Ivo, CLXI, 274. — Festa et jejunia celebranda, *Canuti regis edicta*, CLI, 1175. Festa et tempora quibus ordalia et juramenta prohibita, *ibid.* — Festivitatum violatores puniendi, S. Gregor. Turon., LXXI, 1159. — Deus transgressores punit, Haymo, CXVIII, 1006. — Ratherius cum excommunicatione interdixit ut Dominica die ab opere servili cessaretur; idque vi obtinuit, Rather., CXXXVI, 682.

Si liber diebus festis operetur perdat libertatem, si servus, perdat corium vel hidgildum, Alfredi Magni leges eccles., CXXXVIII, 458. — Eduardi Senioris leges, *ibid.*, 461. — Si dominus servos suos die festo ad opus cogat, puniatur, *ibid.*, 461. — Perdat servum et solvat violatæ legis pœnam apud Danos, multam apud Anglos, *Canuti regis edicta*, CLI, 1179. — Abstinere primum oportet a peccato, S. Prosper Aquit., LI, 477; S. Leo Magnus, LIV, 506; S. Paulinus Aquileiensis, XCIX, 336. — Dominica die cibus carniū se ingurgitare improbat, Gregor. Turon., LXXVII, 1531, 1552. — Tempora in quibus ab uxoribus et a nuptiis abstinendum, S. Eutychian., papa, V, 166, 167; S. Paulin. Aquileiensis, XCIX, 338; Burchard., CXL, 960, 100, 1013; Beletus, CCII, 72. — Item tribus hebdomatibus ante festivitatem S. Joannis Baptistæ, S. Ivo, CLXI, 616. — Nec non et in sanctorum solemnitatibus, Gratian., CLXXXVII, 1645. — Quadragesimæ, noctis Dominicæ, aut festivitatis ulius præclaræ violatores, quadraginta diebus penitentiam agant, Rather., CXXXVI, 573. — Christiani abstinere debent a solemnitate nuptiarum, a choreis et clamorosis venationibus, S. Bruno Ast., CLXIV, 729. — Ut in diebus festis spectacula minime celebrentur, Fulgentius Ferrand., LXXXVIII, 931; Atto, CXXXIV, 45. — Festis solemnibus saltationes et tripudia vetita, Isidorus Mercat., CXXX, 455. — Qui die solemnium ad spectacula vadit, excommunicatur, S. Ivo, CLXI, 265. — Ut nullus festivitates majores in villa celebret, *ibid.*, 266. — Diebus festis saltem tempore divini officii campanæ occludantur, Joannes Rothomag. archiepisc., CXLVII, 45. — Nundinæ diebus festis non fiant, *ibid.*, 253.

CAP. III. — De Vigiliis in genere.

Dies festi præcedens dicitur Vigilia vel ejus loco jejunium quod vice Vigiliarum est institutum, Beletus, CCII, 141. — Vigiliarum devotio perantiqua, Tertull., I, 1294; Alcuin., CI, 1275. — Antiqua est Vigiliarum devotio, famillare bonum omnibus sanctis, S. Hieronym., XXX, 234; S. Isidor. Hisp., LXXXIII, 759; S. Chrodegand., LXXXIX. — Vigiliæ antiquæ et auctoritate fundatæ, S. Hieronym., XXX, 237. — Testamento tum Veteri, tum Novo consignatur gratia Vigiliarum, *ibid.*, 255. — Constat exemplis et monitis, *ibid.* — Vigiliæ a pastoribus cœperunt qui vigilias super greges suos nascente Christo custodierunt, Honorius, CLXXII, 644; Sicard., CCXIII, 216. — Institutæ fuerunt forsitan ad corrigendas paga-

norum vigilias, S. Paulin. Aquileien., XCIX, 251 (n.). — Hæretici Nyctages superfluas esse Vigiliæ aestimabant, S. Chrodegand., LXXXIX, 1067.

Vigiliæ vocantur nocturni, Aurel. Cassiodor., LXX, 347. — Vigiliæ nocturnæ, S. Greg. Turon., LXXI, 428; Regino, CXXXII, 356. — Vigiliæ tres de nocte olim in Ecclesia, Joann. Rotomag. archiepisc., CXLVII, 83, 84. — Vigiliæ nocturnæ in tres nocturnas dispertuntur, Rupert., abb., CLXX, 14; Sicard., CCXIII, 158. — Vigiliæ matutinæ, S. Greg. Turon., LXXI, 291. — Vigiliæ sunt duplices spirituales et materiales, Alanus de Ins., CCX, 178, 179. — Vigiliæ spirituales materialibus præferendæ, *ibid.* — Vigiliæ alia carnalium, alia spiritualium, S. Bernard., CLXXXIII, 403.

Vigiliæ Dominicæ, S. Greg. Turon., LXXI, 807, 978. — Vigiliæ S. Mariæ, S. Eutych., V, 166. — Vigiliæ sanctorum, S. Paulin. Nolan., LXI, 660; Sicard., CCXIII, 158. — Vigiliæ apostolorum, Leo IV, CXV, 681. — Vigiliæ martyrum, Flodoard., CXXXV, 41. — Vigiliæ solemnes mortuorum, Atto., CXXXIV, 974.

Vigiliæ utiles, S. Bernard., CLXXXIII, 678. — Vigiliarum utilitates, Alan. de Insul., CCX, 178, 179. — Fructuosæ, S. Aug., XLII, 1117. — Vigiliarum locus et necessitas, Raban. Maur., CX, 90. — Observatio Vigiliarum, Aurel. Cassiod., LXIX, 962, 985, 1189. — Vigiliæ frequentandæ, S. Aug., XXXIX, 1977, 2019, 2022, 2029. — Ante lucem ad Vigilias conveniendum in Ecclesia, *ibid.*, 2275, 2280. — Ad Vigilias cum pueris baptizandis mulieres veniebant Quadragesima, *ibid.*, 1751. — Vigiliis pauperes et artifices diebus etiam non festis interesse innuitur, *ibid.*, 2284. — Vigiliæ Dominicæ a fidelibus frequentatæ, S. Greg. Turon., LXXI, 807, 978. — Vigiliæ devote celebrandæ, *ibid.*, 782. — Vigiliæ in jejuniis agendæ ut purificati per abstinentiam dignius celebremus sequentis festi lætitiā, Alcuin., CI, 1214; S. Bernard., CLXXXIII, 501. — Vigiliis sanctorum necesse et vigilare hominem spiritualem qui solemnitate celebrare desiderat in spiritu et veritate, *ibid.*, 403. — In Vigiliis solemnitate sanctificatio requiritur, Adam. Scot., CXCVIII, 209. — Vigiliis in sanctorum festivitibus populus interesse studet, Alcuin., CI, 712. — Sanctorum solemnitates antiquitus privilegio celebratæ, S. Paulin. Nol., LXI, 660. — Vigiliæ apostolorum observandæ, Leo IV, CXV, 681. — Vigiliæ martyrum religiosissime observatæ, Flodoard., CXXXV, 41. — Vigiliæ apud sepulcra martyrum extra templa, Aurel. Cassiod., LXXIX, 1008. — Quomodo observabantur in sanctorum festivitibus vel omnibus solemnitatibus Vigiliæ, S. Benedict., CIII, 897. — In Vigiliis omnium festivitatum ab uxoribus abstinendum, Ratherius, CXXXVI, 566. — In Vigiliis debet celebrator affligi ut in solemnitate valeat gratulari, S. Petr. Dàmian., CXLIV, 548. — Ut in omnibus Vigiliis pax sit ubique, sæc. XI, monum. liturg., CLI, 1191, 1154. — Ut clerici Vigiliis non desint, Atto, CXXXIV, 38. — In Vigilia sanctæ Mariæ, sancti Joannis et Vigiliis indictis aliorum sanctorum eulogiæ post missam plebi distribuendæ, S. Eutychian., V, 166. — Vigiliæ nocturnæ in festis ab omnibus celebrabantur, S. Greg. Turon., LXXI, 821, 898, 978. — Vigiliæ singulis hebdomadibus a vespera illucescente Sabbato celebrantur, Cassian., XLIX, 141. — Vigiliæ et plures et strictiores in monasteriis *ibid.*, 134. — Longiores in Sabbato, *ibid.*, 145. — In Vigiliis jejunabant, Regino, CXXXII, 244; S. Paulin. Nolan., LXI, 610. — In Vigiliis sanctorum in quadragesimali cibo jejunetur, S. Aug., XXXII, 1458. — In nonnullis sanctorum Vigiliis jejuna instituta, *id.*, XL, 1276; Alcuin., CI, 1215. — Jejunium ante Assumptionem et ante Nativitatem Domini antiquitus ab Ecclesia Romana receptum et servatum, Nicolaus, pap., CXIX, 951.

Praxis Vigiliarum, S. Paulin. Aquileien., XCIX, 327. — Vigiliæ a Paschali primo de more celebratæ Sabbato in basilica, S. Petri Anast., Biblioth., CXXXVIII, 1263. — De existentia et celebratione sacrarum Vigiliarum in Ecclesia Aquileiense ætate S. Nicetæ, S. Nicetas, LII, 1091. — Stationes Vigiliarum in præcipuis solemnitatibus a Perpetuo episcopo Turonens. in Ecclesia Turonensi institutæ, S. Greg. Turon., LXXI, 567. — Quibusnam Vigiliis ætate S. Paulini, jejunium indictum, S. Paulin. Aquileien., XCIX, 255. — Gregorius III regulas celebrandi solemnia Vigiliarum restauravit ampliavitque, Anast., Biblioth., CXXXVIII, 1029, 1050. — Praxis Vigiliarum in Ecclesia Antissiodorensi ab Anario episcopo statuta, Anonym., *id.*, 255. — Apud monachos Cluniacenses, Laniranc., CL, 573. — Apud Carthusianos, Guigo, CLIII, 646. — Quando Vigilia die Dominico contigerit fiat jejunium et commemoratio die Sabbati, *ibid.*, 1145. — Presbyteri fideles jejunium Vigiliarum servare moucant, Burchard., CXL, 887.

Vigiliarum praxis in jejunium commutata, S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 251; Joannes Rothomag., CXLVII, 84; Beleth., CII, 141.

More antiquo duo nocturnalibus praeceptis festivitibus agebantur officia, unum in initio noctis a pontifice cum capellanis, alterum in medio noctis articulo cui populus aderat, Sicard., CCXIII, 216. — Postea Vigiliæ interdictæ jejunium locum et nomen retinuit, *ibid.*, 375. — De Vigiliis, Regino Prumiens., CXXXII, 225, 476.

CAP. IV. — De Vigiliis in particulari.

§ I. — De Vigiliis Domini.

De Vigilia natiuitatis Domini. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 29; S. Protad., LXXX, 422; S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 112; Christian. Druthmar., CVI, 1261; Grimald., CXXI, 859, 884, 886; Isuard., CXXIII, 835; Ado, id., 177, 201; Robert. rex, CXLI, 945; Udalric., CXLIX, 691; CLI, 951; Stephanus, CLXVI, 1585; Honor., CLXXII, 729, 735; Beleth., CII, 75. — Vigilia Natiuitatis jejunio celebranda, Nicolaus, pap., CXIX, 981; S. Petr. Damian., CALV, 800, 801. — Inter Vigiliis praecepta proprium officium habens nocturnum atque diurnum, Sicard., CCXIII, 375; Sermones, S. Bernard., CLXXXIII, 87, 90, 94, 100, 105; Adam. Scot., CXCIII, 200, 205, 208, 213; Petr. Collens., CII, 654. — *Homiliae*; S. Greg. Magn., LXXVI, 1103; Beda Vener., XCIV, 51; Paul. Winfrid., XCV, 1162; Haymo, CXVIII, 47; Godefrid., CLXXIV, 639, 642, 645, 648, 651, 655.

De Vigilia Epiphaniae. — Praxis Ecclesiae, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 58; S. Protad., LXXX, 412; S. Isidor., LXXXV, 626; LXXXVI, 150; Raban., CX, 1124; Grimald., CXXI, 839, 884, 886; Sæc. XI, Monument. liturg., CLI, 952; Stephan., CLXVI, 1591. — Vigilia Epiphaniae jejunio caret, S. Greg. Magn., LXXVIII, 293 (n.); Helerich., CXXXVII, 487. — Jejunium tamen olim in ea celebratum, Joannes Rothomag., CXLVII, 43, 90. — *Homilia*, Paul. Winfrid., XCV, 1186.

De Vigilia Paschæ. — Pars dicitur nox Vigiliarum, S. Gaudent., XX, 843. — Paschæ Vigilia velut mater omnium sanctarum Vigiliarum, S. Aug., XXXVIII, 1088. — Paschæ noctem pervigilabant Christiani, hanc Vigiliam habebant solemnem, Tertul., I, 1294. — Celeberrimam, Aurelius Prudent., LIX, 818. — Paschæ Vigiliam forinsecus et intrinsecus celebremus, S. Aug., XXXVIII, 1088. — In Vigilia Paschæ *Gloria in excelsis Deo* canitur pro baptizandis, S. Petr. Damian., CXLV, 804. — Missa in nocte, S. Greg. Turon., LXXI, 231, 232. — De Vigilia Paschæ, Alcuin., CI, 1215. — Noctis Paschalis mera præconia, Rupert., CLXX, 168. — *Homiliae*; Beda Vener., XCIV, 133; Paul. Winfrid., XCV, 1526; Raban. Maur., CX, 135, 137; Haymo, CXVIII, 444 (*Vide SABBATUM SANCTUM*).

De Vigilia Ascensionis. — Praxis Ecclesiae, Amalar., CV, 1500; Grimald., CXXI, 898; Honor., CLXXII, 700; Eginhard., CIV, 418; Sicard., CCXIII, 375. — In Vigilia Ascensionis olim jejunium, S. Greg. Magn., LXXVIII, 688. — *Homiliae*, S. Aug., XXXV, 1901; Raban. Maur., CX, 226, 228.

De Vigilia Pentecostes. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 110; S. Isidor. Hispal., LXXXV, 609; LXXXVI, 685; Alcuin., CI, 1225, 1226; Amalar., CV, 1068, 1215; Grimald., CXXI, 868, 898; Joannes Rothomag., CXLVII, 57; Udalric., CXLIX, 671; Stephan., CLXVI, 1407; Honor., CLXXII, 701, 735, 756; Sicard., CCXIII, 375. — Jejunium in Vigilia Pentecostes, Liturg. Gall., LXXII, 206, 207. — In Vigilia Pentecostes leguntur lectiones, Alcuin., CI, 1225, 1226. — Baptismus in Vigilia Pentecostes, Alcuin., 1225, 1226; Hugo a S. Victore, CLXXVII, 455; Sicard., CCXIII, 375. — *Homiliae*, Beda Vener., XCIV, 189; Godefrid., CLXXIV, 876; Raban. Maur., CX, 247, 249, 252, 253. (*Vide PENTECOSTEN*.)

§ II. — De Vigiliis B. Mariæ Virginis.

Vigilia Natiuitatis B. Mariæ celebrata et miraculum in ea obtentum, Joann. XIII, CXXXV, 1066. — Olim jejunium ante Purificationem B. Mariæ, Joannes Rothomag., CXLVII, 90.

De Vigilia Assumptionis. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 150, 132; S. Protad., LXXX, 418; Amalar., CV, 1506; Grimald., CXXI, 912; Sæc. XI, Monument. liturg., CLI, 897, 967. — Vigilia Assumptionis jejunio celebranda, S. Paulin. Aquil., XCIX, 255 (n.); Nicolaus, CXIX, 981; Petrus Damian., CXLV, 800, 801. — *Homiliae*, Godefrid., CLXXIV, 957.

§ III. — De Vigiliis sanctorum.

De Vigiliis sanctorum, Stephan., CLXV, 1415; Honor.,

CLXXII, 644. — Missa in Vigilia apostolorum, S. Greg. Magn., LXXVIII, 150; Sæc. XI Monument. liturg., CLI, 945. — Missa in Vigilia unius martyris, S. Greg. Magn., LXXVIII, 163. — Missa in Vigilia plurimorum martyrum, *ibid.*, 165. — Missa in Vigilia confessorum, *ibid.*, 167, 169. — Missa in Vigilia Virginum, *ibid.*, 171.

De Vigilia S. Joannis Baptistæ. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 120; S. Protad., LXXX, 417; Grimald., CXXI, 909; Guido abb., CL, 1219; CLI, 892; Honor., CLXXII, 700; Eginhard., CIV, 589. — Missa in Vigilia S. Joannis Baptistæ post solis occubitum, S. Greg. Magn., LXXVIII, 394, 695. — *Homiliae*, Beda Vener., XCIV, 202; Raban. Maur., CX, 336, 337.

De Vigiliis apostolorum Petri et Pauli. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 123; S. Protad., LXXX, 417; Amalar., CV, 1506; Guido abb., CL, 1221; Sæc. XI, Monument. liturg., CLI, 892; Sermo S. Bernard., CLXXXII, 40; Odilo, CXLII, 1020. — *Homiliae*, Beda Vener., XCIV, 214; Raban. Maur., CX, 345, 348; Bruno Ast., CLXV, 825.

De Vigilia Omnium Sanctorum. — Praxis Ecclesiae, S. Greg. Magn., LXXVIII, 146; S. Protad., LXXX, 420; Guido abb., CL, 1240. — Vigilia sanctorum omnium dies est afflictionis, Sicard., CCXIII, 424.

CAP. V. — De Octavis.

S. MARTINUS Legion. — Abstinentia ab esu carniæ quadragesimalis jejunii tempore vetustissima in Ecclesia, LVII, 570. Jejunium Quadragesimæ non ab hominibus constitutum, sed cœlesti majestate præceptum est, 508. Ejus initium feria 4, ante primam Dominicam in Quadragesima, valde vetustum est in Ecclesia, 303.

EUGYPIIUS. — Jejunium omnis corporis castigatio, LXXII, 1013.

CASSIODORUS. — Jejunium dictum est quasi *inedium*, quod abstinentes diutius ad inediam usque perducit, LXX, 246.

Vita Patrum — Abstinentia a potu, LXXIII, 824; a vino, a pane; ab aqua; a pane et aqua; a pane et vino; a carniibus; a coctis, 1103.

S. ISIDORUS Hispal. — Jejunium res sancta, opus cœleste, janua regni, forma futuri, quod qui sancte agit Deo iungitur, alienatur mundo, spiritualis efficitur, LXXXII, 776.

S. ELIGIUS. — Jejunia sunt gratiæ Dei primordia, re-

conciliationis sacrificia, salutis remedia, castitatis fundamenta, LXXXVII, 605.

S. PAULINUS. — Duplex jejunium corporis et animæ, XCIX, 252.

SMARAGDUS. — De abstinentia, CII, 622.

S. BENEDICTUS Anian. — De jejunio, CIII, 807. Jejunium quartæ et sextæ feriæ, 1158. Kalend. Januarii, 1141. Quadragesimæ, 1157, 1198. Hebdomadæ sanctæ, 1202. Parasceves, 1202.

RODULPHUS. — De jejunio quadragesimali et aliis jejniis institutis, CXIX, 718.

REGINO. — Jejunium quatuor temporum, CXXXII, 456. Jejunium vigiliarum, 244 Rogationum, 243.

GOFFRIDUS. — Hoc est spirituale jejunium, per quod sine dubio societas acquiritur civium supernorum, et ille laudabiliter hoc jejunium servat, quem detractio nulla exasperat, quem nec furor nec immoderata ira exagitat, quem superbia gratia Dei non spoliatur, quem maledictis lingua non maculat, quem rancor non cruciat, CLVII, 171.

HONORIUS. — Ob tres causas Ecclesia ante Pascha instituit jejunium: primo, quia ante Pascha Christi passio celebratur, ut et per afflictionem carnis compatiatur, quatenus ei conregnare mereatur; secundo, ut quia cuncta verno tempore naturali motu in libidinem concitantur, per jejunia ab impetu luxuriæ reprimantur; tertio, quia illo tempore filii Israël terram repromissionis intraverunt, vel illi de Babylonia reversi sunt, CLXXII, 636.

HILDEBERTUS. — Duplex est jejunium, corporale et spirituale; corporale est, quo nos contemperamus a cibis; spirituale, quo abstinemus a vitiis, CLXXI, 447.

S. BERNARDUS. — Jejunium quadragesimale, CLXXXIII, 174.

BELETHUS. — Jejunium est communis omnium membrorum satisfactio, ut scilicet membra satisfaciant pro peccatis quæ admiserunt, CCII, 20. Aliud carnis, aliud mentis; carnis est, cum quis abstinet a cibis; mentis, quando quis jejunat a vitiis, 22. Aliud etiam institutionis, aliud devotionis, aliud paritatis, aliud dispensationis.

PETRUS, Cellensis. — Abstinentia duplex est, abstinentia a cibo, et abstinentia a malo, CII, 681.

GARNERIUS. — De variis jejuniorum speciebus, CV, 660.

ALANUS DE INSULIS. — Est multiplex jejunium, consuetudinis, avaritiæ et cupiditatis, infirmitatis, crapulæ et gulositatis, laudis et apparentiæ, CCX, 177. De variis jejunii circumstantiis. Jejunium est abstinentia a cibo et potu, 822. Dicitur abstinentia a temporalibus bonis: dicitur etiam immunitas peccati, *ibid.*

GUNTHERUS. — Jejunare abstinere est, ex quo jejunium, id est, abstinentia derivatur. Est jejunium spirituale et corporale; spirituale est ab omnibus pravis voluptatibus mentis et corporis humiliter abstinere, CCXII, 207. Jejunium corporis est a cibo et potu corporali ob salutem animæ rationabiliter abstinere, 208.

INNOCENTIUS III. — De triplici solemni jejunio, videlicet quatuor temporum, Quadragesimæ, et vigiliarum, CCXVII, 360.

I. — De jejunii et abstinentiæ conditionibus.

TERTULLIANUS. — Ut facilius homo ad jejunandum formaretur, paucis et non gloriosis escis assuefactus est, et nihil de lautioribus esuriturus, II, 306.

S. AMBROSIIUS. — Jejunium quale debeat esse, XIV, 709 *et seqq.* Jactantia in jejunio declinanda, 710. Jejunare et abstinere a cibis non multum prodest, nisi addatur pietas, 473. Qui jejunant a cibo, et non se abstinent a malo, similes sunt diabolo, qui non manducat, et tamen a malo non cessat, XVII, 664. Jejunia nostra non debent sæculi actibus occupari, sed sacris Litteris exerceri, 662. Quod vobis subtrahitis jejunando, in cælum debetis transmittere in pauperes, 663.

S. HILARIUS. — Jejunantium sit conscientia pura, et bona opera, IX, 943.

JUVENCUS. — Jejunandum est, sed non ad vanam captandam famam, XIX, 135.

S. CHROMATIUS. — Non propter humanam gloriam, sed propter futuram spem, soli Deo jejunemus, XX, 363. Qui ita jejunant, ut magis hominibus quam Deo placeant, habent quidem laborem de corporis afflictione, sed per inanem gloriam mercedem laboris apud Deum habere non possunt, *ibid.* Opus jejunii, et ipsius corporis atque animæ afflictionem vultus hilaritate velemus, 364.

S. HIERONYMUS. — Jejunii tempore a vino et carnibus abstinendum est, XXIII, 610. Fortissimum jejunium quod et quale sit, 234. Jejunia sint moderata, 575. Superstitiosa vitentur, 234. Nihil est grande simulare

jejunia, possessionum redditibus abundare, et vile jactare palliolum, 281. Nihil prodest biduo triduoque transmissio vacuum portare ventrem, si compensetur saturitate jejunium, 255. Sint quotidiana jejunia, et refectio satietatem fugiens, *ibid.* Jejunia tunc proficiunt, cum recedimus a vitiis, et flemus antiqua peccata, XXIV, 772. Jejunium nostrum non sit lucrum marsupii, 566. Cum jejunas, læta sit facies, XXII, 412. Sic debes jejunare, ut non palpites, et respirare vix possis, 1117. Jejunantes quomodo pejores non jejunantibus, 421.

S. AUGUSTINUS. — Qui jejunant ut prandeant lautius, negotium ventris agunt, non religionis, XXXVII, 1108. Jejunia Deo accepta quænam, XXXVIII, 1042. Jejunium cum oratione et eleemosyna, 811. Jejunium sine oratione et eleemosyna non sufficit, XXXVI, 482. Oratio jejunantis libera sit a cupiditate et odio, XXXVIII, 1044. Jejunium sine misericordia ei nihil est qui jejunat, 1043. Pauperibus erogandum est prandium quod per jejunium intermittitur, XXXVI, 482. Accipiat esuriens Christus, quod jejunans minus accipit Christianus, XXXVIII, 1053. Voluntaria copiosi inopia fiat necessaria inopis copia, *ibid.* Quod vobis demittis jejunando, eleemosynis addite prærogando, 1040, 1047. Jejunium inutile esse ab iniquitate non recedentibus, aut piis exercitiis non vacantibus, XXXIX, 2029. Quidquid præter Dei mandatum feceris, quamvis abstineas, non jejunas, 2030. Jejunia Deo accepta, 2080. Cum accepta sunt Deo, si illi qui necessitate jejunant, reficiantur a nobis, 2026. Sic jejunat, ut in alio manducante, te prandisse gaudeas, 2027. Jejunia nostra ut plena sint, eleemosynæ pinguedine saginentur, *ibid.* Jejunii refectio est oratio, 1887. Jejunii sit comes oratio cum misericordia, XXXV, 2364. Jejunium cum eleemosyna duplex bonum, sine eleemosyna nullum bonum, 2023. Sine eleemosyna tale est, qualis sine oleo lucerna, 2024. Jejunium sine eleemosyna negotiationis est genus, 2029.

CASSIANUS. — Abstinentia qualis esse debeat ad superandum fornicationis spiritum, XLIX, 274. Abstinentiæ modus non omnibus uniformis, 158.

S. PETRUS CHRYSOLOG. — Jejunium esurit et sitit, quod non pietatis cibo pascitur, quod potu misericordiæ non potatur, LII, 209. Alget et deficit jejunium quod non eleemosynæ vultus tegit, quod non miserationis operit vestimentum. Pietas facit splendere jejunium, et ad totam radiare continentiam claritatem. Sicut juhar solis clariorem perficit diem, et totam nubium dispergit obscuritatem, sic eleemosyna jejunii sanctificat sanctitatem. Misericordia et pietas jejunii sunt alæ, per quas tollitur et portatur ad cælum, sine quibus jacet et volutatur in terra. Jejunium sine misericordia simulacrum famis est; sine pietate jejunium occasio est avaritiæ, non est propositum parcitatis, 210. Jejunium sine misericordia non est veritas, sed figura. Qui non jejunat pauperi, Deo fingit, qui jejunans prandium suum non erogat, sed reponit, cupiditati probatur jejunare, non Christo, *ibid.* Gubernator prudens a littore cum navim solvit, cum mare transiturus intra fluctus, domus, patriæ, conjugis, pignorum curas deponit, et ita totus mente, corpore, sensu, nauticis laboribus occupatur, ut et fluctuum possit superare discrimina, et stationem lucrosi portus periculi victor intrare, 208. Sic nos ingressi iter abstinentiæ, pelagum jejunii, Quadragesimæ viam, navim corporis nostri solvamus a littore mundano; sæcularis patriæ renuntiemus curis; in crucis arbore tota mentis vela tendamus; virtutum funibus, sapientiæ remis, gubernaculis disciplinæ, navigii nostri muniamus incessum. Et subducti terris speculemus cælum, ut ducatu signorum cælestium inter liquidos colles latentis viæ inoffensum tramitem tenere possimus; ac si gubernando Christo, flante Spiritu sancto, evictis voluptatum spumis, superatis vitiorum fluctibus, decursis criminum procellis, transvectis scopulis peccatorum, atque omnium delictorum naufragiis evitatis; Paschæ portum, lucrum vitæ, gaudia resurrectionis intremus, 208 *et seqq.*

S. SALVIANUS. — Jejunium inutile, quod et quale, LIII, 233. Jejunium cum eleemosyna bonum, 185. Jejunii longis ei opus est qui tempus satisfactionis amisit, 233.

S. LEO MAGNUS. — Jejunium sine eleemosyna non tam purgatio animæ quam carnis afflictio est, magisque ad avaritiam quam ad continentiam referendum est, quando aliquis sic a cibo abstinet, ut etiam a pietate jejunet, LIV, 175. Nostra jejunia abundant fructibus largitatis, et in pauperes Christi benignis sint secunda muneribus, *ibid.* Jejunio addenda eleemosyna, 172. Et oratio, 173. Jejunium quomodo observandum, LV, 106. Non solum a cibis carnalibus,

sed etiam a noxiis animi delectationibus jejunandum, 110.

S. MAXIMUS. — Sanctificat ille jejunium cujus car adulatio potentum amicorum parentumque gratia, clientum parva magnaque munuscula a recti tramite non avertunt. Sanctificat jejunium suum, cujus justitia cor non vilescit. Sanctificat jejunium qui flammam sævientis iracundiæ mansuetæ mentis placabilitate restinguit; qui lascivientes oculos turpi ab aspectu habentis castitalis avertit; qui conviciorum jacula, scuto patientiæ repercussa dispergit; qui litigantium tumultus pacifici sanitate sermone, et linguæ prudentioris arte compescit; qui consurgentes in semetipso vanarum cogitationum spinas evangelico sulcante vomere, velut quidam pectoris sui arator excidit; qui inopias egenorum pro quantitate substantiæ suæ miserantis manus humanitate solatur; qui præceptis divini legis intentus, diabolica a corde suo respuit tentamenta, LVII. 507, 508. Si volumus Deo placita exhibere jejunia, simus in corde fortes, in judiciis justis, in amicitia fideles, in injuriis patientes, in contentionibus moderati; refugiamus turpiloquia, adversus iniqua constantes, in conviviis sobrii, in charitate simplices, inter subdolos cauti, condolentes tristibus, contumacibus resistentes; in suspicionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles cœquales, *ibid.*

S. FULGENTIUS. — Voluntarium jejunium esuriam sublevet jejunantium, ut in fructu misericordiæ tuorum possit jejuniorum fecunditas apparere, LXV, 321. Jejunii adhibenda temperies, ut corpus nostrum nec saturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet, 332.

S. BENEDICTUS. — Jejunium in pane et aqua in pœnam ebrietatis, LXVI, 320. — Violatæ abstinentiæ, 640. Violatæ silentii, 365.

VICTOR CAPUANUS. — Occultum sit jejunium, LXVIII, 271.

Vita Patrum. — Abstinentia cibi et potus quæ et qualis sit oportet, LXXIII, 1090. — Jejunia moderata sunt meliora, LXXIV, 29. Jejunii modus optimus, LXXIII, 920.

S. ISIDORUS Hispal. — Hoc est perfectum et rationabile jejunium, quando noster homo exterior jejunat, interior orat, LXXXIII, 651. Sæpe abstinentia simulate agitur, jejuniaque per hypocrisim exercentur. Quidam incredibiliter abstinent, ut hominibus curiosis sancti appareant. Jejunium et eleemosyna in abscondito esse amant, ut solus Deus, qui inspicit omnia, meritum bonorum operum rependat, 652. Jejunia cum bonis operibus Deo acceptabilia sunt. Qui autem a cibis abstinent, et prave agunt, dæmones imitantur, quibus esca non est, et nequitia semper est. Qui execrationis studio non abstinentiæ voto ab escis carniū se suspendunt, hi potius execrandi sunt. Spernitur jejunium quod in vesperum repletionem ciborum reficitur. Spernitur, jejunium quod in vesperum deliciis compensatur.

SMARAGDUS. — Bene jejunat quicumque esuriam suam relecti pauperis satietate sustentat, CII, 685. Bene jejunat qui divini recordatione judicii semetipsum refrænans, ab omni se illecebrarum voluptate suspendit. Bene jejunat qui carnem suam vitiorum germina pullulantem, sanctarum meditatione virtutum, et sobrietatis amore castigat. Bene jejunat qui fraternas injurias pacifici pectoris lenitate dimittit. Gratissimum Deo defert jejunium, qui mentem suam a pravis cogitationibus, oculos a concupiscentia, linguam manusque a lite custodit. Et sic jejunium nostrum sanctificet castitas, ornet patientia, benignitas foveat, misericordia lætificet, commendet humilitas, *ibid.* Quomodo sanctificetur jejunium, *ibid.*

THEODULFUS. — Jejunium Quadragesimæ summa cura observandum est, CV, 203. Cum jejunio eleemosyna jungenda est, 204. A quibus abstinendum sit cum jejunatur, *ibid.* Nihil valet jejunium quod conjugali opere polluitur, et quod orationes, vigiliæ et eleemosynæ non commendant, 205.

HAYMO. — Non est tantummodo jejunandum a concupiscentia ciborum; sed ab omni lætitia temporalium delectationum, CXVIII, 901. — Si corporaliter jejunantes perniciosissimis animæ vitiis implicemur, nihil nobis proderit carnalis afflictio pretiosiore parte pollutis, *ibid.* Quia comes jejunii eleemosyna est, dignum est, ut quod corpori nostro subtrahimus per abstinentiam, pauperibus erogemus per misericordiam, 194. Sibi et non Deo jejunat, qui hoc quod corpori subtrahit per abstinentiam, non pauperibus erogat, sed sibi in posterum reservat, 195. Qui autem jejunat et eleemosynam tribuit, necesse est ut ab omni iracundia et odio atque impatientia cor suum custodiat, *ibid.* Sanctificare jejunium, est cum abstinentia carnis eleemosynam tribuere, et cætera pietatis opera impendere, *ibid.*

S. PASCASIUS. — Hominibus ille jejunat, qui favore eorum captus vanam gloriam quærit. Ille vero Deo Patri qui propter ejus amorem sese macerat, et quod sibi subtrahit alteri largitur, CXX, 305. In diebus jejuniorum nostrorum, nec caput sufficit misericordiæ operibus perungi sine pura conscientia, neque conscientiam sufficit lavare ab operibus peccati, si non bona quæ possumus instanter agamus, *ibid.* Ut reniteat caput Spiritus sancti gratia perfusum, purgetur conscientia ab omni labe peccati, et lavetur fonte lacrymarum, quatenus jejunium acceptabile fiat, et nos Spiritus sancti gratia delibutos candidioresque commendet, *ibid.*

RATHERIUS. — Abstinentia nostra, nisi sit triformis, est per omnia ad perfectionem inutilis, ut primum a meditatione prava, secundo a locutione noxia, tertio ab operatione, pro Dei timore vel amore, perversa cessemus, CXXXVI, 692. Jejunandum a vitiis abstinendo, 691. Male jejunant, qui quod subtrahunt ventri, non tribuunt pauperibus; sed aut ventri aut mammonæ reservant, 695. Reprehensi qui abstinentiæ diebus a peccatis non abstinent, *ibid.* Nulla solemnitate amplius delectatur Deus quam illo jejunio, quo cibo abstinetur et a vitiis, 567. Cum jejunio jungenda oratio et eleemosyna.

RADULPHUS. — Habenda est recta intentio in jejunio, in mente misericordiæ compassio; in conscientia munditia, in cœlo thesauri repositio, CLV, 1782.

RUPERTUS. — Jejunantium distantia triplex, dum jejunant alii propter Dei regnum; alii propter infaustam memoriam casuum adversorum; alii propter humanæ laudis appetitum, ut glorificentur ab hominibus tanquam justis, quia misera ambitione repleti sunt, CLXVIII, 1438. Qui jejunantes caput suum non unxerunt, nec faciem suam lavarunt, hi sunt quorum thesauros in terra thesaurizatos linea vel ærugodemolita est, quia valde teneosum caput est et æruginosa facies, ubi totus jejunii fructus est videri et glorificari ab hominibus, dum propter tristitiam tristemque vultus maciem, hypocritæ nequam sancti putantur, *ibid.*

HILDEBERTUS. — Ad sanctificandum jejunium non modo a cibis sed a vitiis nos contineamus, in nos delinquentibus dimittamus, indigentibus bona impendamus, CLXXI, 448. Jejunium sanctificandum oratione et misericordia, 450.

S. BERNARDUS. — Sic debes nutrire corpus tuum, ut non superbiat; et iterum sic debes reprimere, ut non cadat; sic debes reficere carnem tuam, ut serviat, CLXXXIV, 1244. Omni studio debemus despiciere gulam ciborum; spernanda est concupiscentia escarum; cavenda est cura ventris; non debemus comedere ut venter impleatur, sed ut corpus sustentetur, *ibid.* Cum devotione et fervore suscipiendum est jejunium, CLXXXIII, 175.

PETRUS LOMBARDUS. — Jejunium cum eleemosyna jungendum, CXCI, 1622.

PETRUS COMESTOR. — Jejunantis est sordes quærere, in cinere et cilicio sedere, sordidas vestes habere; esse in carnis maceratione, in victus attenuatione, in vultus tristitia et pallore, faciem non lavare, nec ad mensas opulenti capite delibuto sedere, CXCXVIII, 1749. Jejunans eligat desertum, id est membra ipsius consuetas desideriorum carnalium deserant officinas, deserant oculi videre vanitatem, desinant aures intendere fabulosas nugationibus; deserat lingua ingurgitari cibo et inebriari viuo, et in quo est luxuria; desinant manus innoxium fundere sanguinem; desinant pedes currere post filios alienos, 1760. Actio jejunantis triplex: jejunium, eleemosyna, oratio, *ibid.*

PETRUS Blesensis. — Jejunium sanctificare est jejunare in sanctitate et justitia coram Deo, non coram hominibus, sicut hypocritæ tristes, CCVII, 601. Forma et modus jejunii, *ibid.*

S. MARTINUS Legion. — Jejunandum non propter humanam gratiam, sed propter æternam gloriam; non propter hominum laudem, sed propter cœlestium bonorum spem; non propter mundum, sed propter Deum; non sicut hominibus placentes, sed sicut Deo servientes, CCVIII, 673. Hypocritæ facies suas exterminant, quia non devote propter Deum jejunant, sed ut ab hominibus temporalem mercedem recipiant. Non jejunant ut remissionem peccatorum consequantur, sed ut mortalibus honorentur. Tristes jejunant, non ut peccata redimant, sed ut adulantibus placeant, 674.

ALANUS DE INSULIS. — Non prodest jejunium corporis absque jejunio mentis. Quid enim valet, si os jejunet a cibo, dum lingua resolvitur mendacio, dum oculus epulatur in vanis, aures deliciatur in fabulis, nares olantur in odoramentis? CCX 177.

GUNTHERUS. — Conveniunt hæc jejunanti: mentis constantia, corporis munditia, spiritualis lætitia, in vultu

hilaritas, in verbis et factis maturitas, in cibo et potu sobrietas, CCXII, 209.

INNOCENTIUS III. De modo jejunii, CCXVII, 364.

II. — De jejunii virtute et efficacia.

TERTULLIANUS. — Jejunia non modo naturæ mutationem aut periculorum aversionem aut delictorum obliterationem, verum etiam sacramentorum agnitionem merentur, II, 963. Jejunis siccitates depulsæ, I, 703. Israel statim jejuniio delictum delevit, II, 962.

S. AMBROSIUS. — Elias jejunus filium viduæ ab inferis resuscitavit; jejunus pluvias ore deposuit; jejunus ignes de cœlo eduxit, jejunus curru raptus est ad cœlum; et quadraginta dierum jejuniio divinam acquisivit præsentiam, XIV, 698, 699. — Jejunio ore statuit fluentia Jordanis et redundantem fluminis alvenm repente siccatum pulverulentum transmisit vestigio, *ibid.*

Jejunium refectio animæ, cibus mentis, vita angelorum, culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis, 699. Jejunium bonum operimentum, quod animam tegit, ne a tentatore deprehendatur, bonum velamen quod tegit culpam. Jejunium a peccato liberat, 701. Jejunium virtutem ignis exstinxit, ora obstruxit leonum, maris fluentia solidavit, petram solvit in fontes aquarum, 704. Jejunium continentia magisterium est, pudicitia disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miserationis expensa, lenitatis institutio, charitatis illecebra, senilis gratia, custodia juventutis. Est infirmitatis allevamentum, alimentum salutis. Nemo cruditatem jejunando incidit, nullus per continentiam ictum sanguinis sensit. Bonum itineris viaticum, bonum totius vitæ, bonum in mari, sedat naufragia, cibum servat, 705. Abstinentiæ potus, cibus parcimoniam docet, vitia nescire, qui docet causas nescire vitiorum, XVI, 205. Abstinencia facit etiam juventutis annos senescere, 1196. Jejunii spiritali adipe pinguescit anima. Ipsi sancti cum jejunant, tunc fiunt præstantiores. Moyses cum jejunaret legem accepit, Petrus edoctus est Novi Testamenti gratiam, Daniel ora clausit leonum, futurorumque temporum vidit negotia, 1193. Venter abstinencia contractus humanos in altum elevat sensus, XVII, 759. Nul lum tam grave delictum est, quod non purgetur abstinencia, elemosynis exstinguatur, 605. Murus est Christiano jejunium, inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico, 644.

S. HIERONYMUS. — Possumus per jejunium redire in paradysum, unde per saturitatem fueramus ejecti, XXIII, 507. Elias, quadraginta dierum jejuniio præparatus, Deum vidit in monte Oreb, 308. Congregatum Samuel populum in Nasphat, indicto jejuniio, roboravit, et fecit hostibus fortiozem. Ahab rex impiissimus, ut sententiam Dei subterfugeret, jejuniio impetravit. Anna uxor Helicanæ inanem cibo ventrem, filio meruit implere, Daniel et tres pueri revelationem merentur jejuniio. Cornelius centurio ut Spiritum sanctum acciperet antequam baptisma, elemosynis meruit crebrisque jejuniis.

S. AUGUSTINUS. Jejunium fraudatio carnis et lucrum mentis, XI, 706. Jejunii virtus, XXXII, 1456. Fructus, XXXIX, 1887. Jejunii utilitas pluribus exemplis ostenditur, 2025, 2026.

CASSIANUS. — Jejunii virtus et utilitas, XLIX, 553.

S. PETRUS CHRYSOLOG. — Jejunium est singulare sanctitatis aratrum, colit corda, eradicat crimina, evellit delicta, vitia subruit, charitatem serit, copiam nutrit, parat innocentia messem, LII, 288. Est jejunium vitiorum mors, vita virtutum, pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ, robur mentium, vigor animarum. Est castitatis murus, pudicitia propugnaculum, civitas sanctitatis, 209.

S. LEO MAGNUS. — Abstinencia Domino viam parat et mentem erigit ad cœlestia, LIV, 186. Cum a licitis abstinetur, facilius illicitis resistitur, 450. Per abstinenciam vitiorum incentiva truncantur, 416. Jejunia nos contra peccata faciunt fortiores, concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, et omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt, 175.

S. MAXIMUS. — Jejunium sanctificat hominem, magnamque ei gratiam præstat, LVII, 314. Quadraginta duabus mansionibus comparatur jejunium Christianorum, quibus peractis Israelitæ ex Ægypto ad terram promissam pervenerunt, 311. Per jejunium quadraginta dierum et quadraginta noctium Moyses scriptas digito Dei tabulas meruit accipere, 577.

S. PAULINUS. — Jejunium, quo ab omnibus vitis abstinemus, est animæ vestimentum, LXI, 513. Corporis animam sçinat, 238. Castitatem fovet, 626.

S. BENEDICTUS. — Jejunium conservandæ castitati inservit, LXVI, 334.

S. GREGORIUS TURON. — Jejunii efficacia, LXXI, 195.

Vita Patrum. — Abstinencia hostis domesticus infirmatur, LXXIII, 866. Dæmon fugatur, 436. Jejunium passionem superat, 768. Hostem domesticum debilitat, 866. Frenum est peccati, 868. Monachi condimentum est; siccit fistulas delectationum, mentem elevat, *ibid.* Jejunium et vigilia animam humiliant, 1014.

S. GREGORIUS MAGN. — Abstinencia sacra fructus et dignitas, LXXIX, 323. Abstinencia multi carnis motus enervantur, 324. Abstinencia cum humilitate potest fornicationem superare, 397.

S. ISIDORUS HISPAL. — Per jejunium occulta mysteriorum cœlestium revelantur, divinique sacramenti arcana panduntur, LXXXIII, 651. Jejunia fortia tela sunt adversus tentamenta dæmoniorum. Cito per abstinenciam devincuntur, *ibid.* Jejunio libido restringitur, luxuria superatur; sequestrata saturitate, non dominatur luxuria, 848. Abstinencia carnem superat, luxuriam frenat, libidinis impetum frangit, sitis et fames carnis luxuriam interimunt, *ibid.* Per jejunium prosternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur, 776.

S. ELIGIUS. — Jejunia vitam imitantur angelicam; his excitantur mentes fidelium, his reficiuntur animæ, per hæc moriuntur culpæ, delentur delicta, his gradibus pervenitur ad cœlestia, his armis dimicamus contra diabolum, LXXXVII, 605.

S. PAULINUS. — Jejunium bonum animæ et corpori, XCIX, 234.

HAYMO. — Sicut fomentum omnium vitiorum est gula, sic nutrix omnium virtutum abstinencia, CXVIII, 194. Quamdiu primi parentes in paradiso manserunt, tandiu a cibo vitio abstinuerunt. Postquam gulæ desideriis satisfecerunt, paradisi amoenitatem statim amiserunt. Daniel et tres pueri, qui in aula regis miræ abstinencia fuerunt, non solum leonum dentes evaserunt, et fornacem ignis non senserunt, sed etiam interpretandi sacra mysteria scientiam acceperunt. Joannes, quia miræ abstinencia fuit, Redemptorem non solum videre, sed etiam baptizare meruit, *ibid.*

GODEFRIDUS. — Jejunium una cum humilitate dæmonum tentationes superat, CLXXIV, 166. Præparat nos ad Christi adventum, 66.

S. BERNARDUS. — Per jejunium fornicatio superatur, luxuria restringitur, CLXXXIV, 1243. Abstinencia carnem superat, frangit motum libidinis, dissolvit virtutem fornicationis. Per famem et sitim luxuria destruitur. Abstinencia ædificat in anima virtutes, et destruit vitia corporis, 1244. Pueri in camino ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. Daniel liberatus est de ore leonum, quia servavit in se abstinenciam ciborum. Jejunium est refectio cordis, 171. Medetur vulneribus, exasperatas conscientias lenit, *ibid.* Jejunium non solum abolitio est peccatorum, sed exstirpatio vitiorum; non solum obtinet veniam, sed et promeretur gratiam, non solum delet peccata præterita quæ commisimus, sed et repellat futura quæ committere poteramus, CLXXXIII, 176. Jejunium orationi devotionem et fiduciam donat, orandi promeretur gratiam, *ibid.*

BELETHUS. — Eva, quamdiu abstinit, virgo fuit incorrupta. Moyses post jejunium cum Deo locutus est. Elias post jejunium igneo curru in cœlum subvectus est. Hierosolyma a Sennacherib tempore Ezechia regis et Isaia, centum octoginta quinque milibus civibus una nocte interfectis, fuit liberata, et ne inter cineratos fererent, solus Sennacherib cum decem tantum aufugit in Ninivem, ubi sexagesimo die post a propriis suis filiis fuit interemptus. Item, Jona iram Dei concitante, Ninivite in sacco et cinere jejunium penitentia agentes consecuti sunt veniam. Josue filius Nave jejunio, dum illud per integrum diem agebat ad Gabaon, solis et lunæ cursum cohibuit, et hostes suos superavit, CCII, 21.

PETRUS BLESSENS. — Jejunio carnis petulantia refrenatur; fletu et p'actu purgatur anima se in eis mortificans, et quasi complantata similitudini mortis Christi, convertitur in ærumna sua, et ærumna ejus vertitur in gratiam et in gloriam, CCVII, 601.

S. MARTINUS Legion. — Moyses per jejunium quadraginta dierum et noctium a Domino legem accipere meruit, CCVIII, 673. Elias quadraginta dies jejunans in eremum secessit, stansque in ostio speluncæ magnam Dei visionem vidit. Daniel, angelo revelante, meruit sacramenta mysteriorum cognoscere.

ALANUS DE INSULIS. — Jejunium carnem macerat, animam elevat, concupiscentia fomitem refrenat, excitat rationem. Jejunio meruit Moyses Dei colloquium,

Daniel interpretationem somniorum, Elias subsidium, Ninivitæ remissionem peccatorum, CCX, 177. Jejunium valet ad medicinam corporis et animæ, conservat corpus a morbo, animam a peccato, 178.

GUNTHERUS. — Jejuniorum effectus est : dæmonum expulsio, malarum cogitationum exclusio, peccatorum remissio, vitiorum mortificatio, futurorum bonorum expectatio, cœlestium gaudiorum perceptio, CCXII, 210.

INNOCENTIUS III. — Valet jejunium ad iram Dei placandam et veniam impetrandam; ad pœnam vitandam, et nequitiam extirpandam; ad munditiam retinendam, et ignorantiam repellendam; ad victoriam consequendam et gratiam obtinendam, CCXVII, 357 et seqq.

III. — De jejunii necessitate.

S. AMBROSIIUS. — Sicut homo per appetentiam interditi fructus amiserat gratiam, ita per jejunium reparari ejus virtutem oportuit, XIV, 1067. Jejuna, si vis vincere carnis illecebram, XV, 1618. Quadraginta dierum numero jejuniis et orationibus crebrioribus nostrorum levemus supplicia peccatorum, XIV, 360. Qui non jejunat, intectus est, et nudus, et patet vulneri, XVI, 1127. Quæ salus nobis esse potest, nisi jejunio eluerimus peccata nostra, 1193. Abstinentiæ et sobrietatis arma sumenda sunt adversus spiritalia nequitiae, XVII, 401.

S. AUGUSTINUS. — Jejunium ad carnem domandam est necessarium, XL, 709. Jejunandum quando acriore luctamine cum hoste confiligimus, XXXVIII, 1049.

CASSIANUS. — Abstinencia a carnibus necessaria ad frenandam libidinem, LIX, 225. Ejus necessitas, 351.

S. LEO MAGNUS. — Jejunium ab omnibus observandum, LIV, 501. Jejunium pœnitentiæ necessarium, 447. Per jejunium omnia vitia expellenda, 1438.

S. FULGENTIUS. — Jejunii insistendum, LXV, 321.

S. LEANDER. — Jejunia valido corpori imponenda sunt; et quas rebellis caro lege vitiorum impugnat, jejunio attenuandi sunt jugi, LXXII, 884. Subjuganda est jejunii caro rigida, et eatenus refrenanda, ut legi mentis et imperiis animæ subjaceat ut ancilla, 882, 883.

S. ISIDORUS. — Si carnis molestias sentis, si carnis stimulis tangeris, si libidinis suggestionem pulsaris, si animum tuum fornicationis titillat memoria, si caro te impugnat, si te luxuria tentat, si libido invitat, adime tibi saturitatem panis, parcimonia tuum corpus castiga, jejunii et abstinentiæ inservi. Esuri et siti, abstine et aresce; non potes tentationes vincere, nisi jejunii erudiaris, LXXXIII, 848. Escis libido crescit, ciborum saturitas carnis luxuriam suscitatur, edacitatis vitio crescit tentatio carnis, *ibid.*

S. ELIGIUS. — Sicut corpori vulnerato medicamenta, sic, et multo amplius, animæ peccatorum vulneribus sauciata necessaria sunt jejunia; maximeque, quia primos parentes nostros, propter gulam, a paradisi gaudiis expulsos novimus, procurandum nobis est, si ad ea reverti cupimus, ut per abstinentiam viam nobis illo redeundi præparemus, LXXXVII, 603.

HAYMO. — Jejunium necessarium est ad superandas diaboli tentationes, CXVIII, 192. Maceremus carnem nostram per abstinentiam, 194. Virtutem abstinentiæ toto corde suscipere debemus; ut et futura mala possimus extinguere, et præterita peccata diluere, *ibid.*

ADALGERUS. — Debet corpus affligi per abstinentiam, CXXXIV, 924. Castigandum semper et affligendum est, ut ad malum opus animam non trahat, et ad peragendum bonum sit semper idoneum, *ibid.*

RATHERIUS. — Jejunandum ut a corde expellatur diabolus, CXXXVI, 692.

GOFFRIUS. — Ad conquirendam salutem æternam abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi et animæ quoque jejunium per abstinentiam vitiorum fuerit sociatum, CLVII, 171.

S. ANSELMUS. — Adime tibi saturitatem panis; parcimonia tuum corpus castiga: jejunii et abstinentiæ intentus pallida ora gere, aridam porta corpus. Nisi jejunii erudiaris, non potes tentationes vincere, CLVIII, 680.

HUGO A S. VICT. — Maceratio carnis jejunii attenuanda est, ne nova prurigne ad voluptuosam vitam revolet CLXXVII, 857.

S. BERNARDUS. Non potest quisquam accipere perfectionem virtutum, nisi prius domuerit in se ventris gulam, CLXXXIV, 1244. Sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radiantur atque ædificantur in anima, ita et per suavitatem ciborum omnia vitia nutriuntur et confortantur in corpore. Nemo potest a semetipso tentationes dæmonum expellere, nisi refrenaverit in se appetitum gulæ, *ibid.* Jejunandum et abstinendum a cibis. Aridum portandum corpus. Per cibum et potum crescit luxuria. Si per gulam et ingluviem peccavimus, quid

restat nisi ut per abstinentiam reparemur? CLXXXIII, 678. Jejunet oculus qui deprædatus est animam, jejunet auris; jejunet lingua, jejunet manus, jejunet ipsa anima, 176. Jejunet oculus a curiosis aspectibus et omni petulantia; jejunet auris a fabulis et rumoribus, jejunet lingua a detractatione et murmuratione, ab inutilibus, vanis atque scurrilibus verbis; jejunet manus ab otiosis signis, et ab operibus omnibus, sed et multo magis anima ipsa jejunet a vitiis et propria voluntate sua, *ibid.*

S. MARTINUS LEGION. Jejunet in nobis perniciosa luxuries, jejunet sumptuosa ventris ingluviens, jejunet omnis iniquitas perversa; jejunet contentio odiosa; jejunemus ab epulis, et maxime a vitiis, CCVI, 731.

IV. — De jejunii tempore.

S. AMBROSIIUS. — Dominica die jejunare non possumus, XVI, 1029. Hoc est in resurrectionem Christi non credere, si legem quis jejunii die resurrectionis indicat, *ibid.* Sunt quidam qui quarta feria carnem non edendam statuerunt, sunt qui Sabbatis, sunt iterum qui a Pascha usque ad Pentecosten edant, XVII, 167.

S. AUGUSTINUS. Jejunium ante solemnitate passionis Christi maxime conveniens, XXXVIII, 1050. Quadragenario numero cur institutum, 1051. Jejunium Quadragesimæ habet auctoritatem et in veteribus et libris ex Evangelio, XXXIII, 217. Jejunium ante Pascha non celebrabant Manichæi, XLII, 178. Jejunia Christianorum per dies Paschæ perque alias in Christo solemnitates, et eorumdem jejunia pro paganis in ipsorum festis profanis, XXXVII, 1261. Jejunium Natalis Domini, XXXIII, 254. Quarta feria jejunatur, quia eo die Judæi ad occidendum Dominum reperiuntur, 150. Plebs Romana quarta et sexta feria et Sabbato jejunare consuevit, 140. Jejunandum quint. Sabbati Romanis non videtur, *ibid.* Jejunant Sabbato quod Pascha præcedit, etiam qui aliis Sabbatis prandent, 150. Jejunent alii Sabbato propter humilitatem mortis Domini alii jejunium relaxant propter requiem Dei, *ibid.* Sermo cujusdam Urbici, quo probat Sabbato jejunandum, adversus Ecclesiam universam injuriosissimus, 157. Jejunium Sabbati exinde profectum esse, quod Petrus Dominico die cum Simone certaturus, pridie jejunaverit, Romanorum aliqui existimant, alii falsum putant, 146. In obserando Sabbati jejunio, sequendus mos episcoporum, 156. Jejunare per nonnullos dies certis de causis mos Ecclesiæ prohibet XXXVIII, 1052. Jejunium maxime festis diebus non agiture XXXIII, 145. Jejunia Christiani relaxant paschali tempore, stantes orant, alleluia cantant, quod est signum resurrectionis, 218. Jejunium die Dominico non est illicitum, sed non sine justo scandalo hunc diem quis jejunio decernat, XXXVIII, 144, 150. Apostoli non solebant die Dominico solemniter jejunare, 249. Dies quibus jejunandum est aut non jejunandum non definiuntur, 158. Jejunia statuta solemniter celebrari nolunt Ariani, sed cum quis que voluerit, jejunandum, XLII, 40. Jejunium quotidianum suadetur, exceptis iis diebus quibus Ecclesia prohibet jejunare, XXXVIII, 1052. Excepto Sabbato et Dominico, multi tota vita sua jejunant, maxime in monasteriis constituti XXXIII, 140. Jejunia crebra, quotidiana vel etiam incredibiliter continuata in catholica communiione, XXXII, 225. Jejunium publice indictum XXXIX, 1865, 1948. Jejunium publicum in Kalend. Januarii, 2002. Jejunia ante Pascha XXXV, 2364. Cur et in nonnullis sanctorum vigiliis instituta XL, 1276. In jejunii quatuor temporum in vigiliis sanctorum, necnon feria quarta et sexta in quadragesimali cibo jejunetur XXII, 1458.

CASSIANUS. — Jejunium Sabbati Romæ et in Ecclesia occidentali cur institutum, XLIX, 147. Jejunium solvendum diebus Dominicis et in Pentecoste, 111.

S. LEO MAGNUS. — Quatenus non jejunandum die Domico, LVI, 886.

S. BENEDICTUS. — Jejunium iv et vi feriæ LXVI, 662. Jejunium feria vi etiam tempore paschali, *ibid.* Jejunii relaxatio tempore paschali diebus Dominicis, 669. Et in præcipuis festis, 668.

S. GERMANUS. — Jejunium quadragesimale LXXII, 257. Jejunium triduum Rogationum, 286. Jejunium in vigilia Pentecostes, 206.

Vita Patrum. — Jejunium iv et vi feriæ, LXXIII, 1161. Jejunium hebdomadarium in Scythia, 931. Jejunio xxx dierum torquentur martyres Epictetus et Asion, 402. Jejunia hebdomadaria, 897.

S. ISIDORUS, Hispal. — De jejunio Quadragesimæ, septimi mensis, Pentecostes, Kalendarum Novembrium, Januariarum, triduo, diversorum dierum, LXXXIII, 771.

Liturgia Mozarab. — Jejunium Epiphaniæ, LXXXV, 224. Kalendarum Januarii, *ibid.* Jejunium Sabbati.

S. FRUCTUOSUS. — A Pascha usque ad Pentecosten

observanda sunt jejunia, a Pentecoste usque ad octavo decimo Kalendas Octobris, ab octavo decimo Kalendas Octobris usque ad Pascha sollicitè jejunandum est, et in Quadragesima vino et oleo penitus abstinendum, LXXXVII, 1407, 1408.

S. BONIFACIUS. — De jejuniis Quadragesimæ, LXXXIX, 867.

S. BERTORIUS. — Mensis primi hebdomada prima feria quarta et sexta et Sabbato jejunandum usque ad vesperum, CXXVI, 987. Mensis quarti, id est Junii hebdomada secunda, feria quarta et sexta et Sabbato jejunandum usque ad Nonam. De reliquis jejuniis, 988.

ANASTASIUS. — Jejunium quatuor temporum servare mandavit S. Calixtus, CXXVII, 1517. Jejunium Sabbati imperavit S. Innocentius I, CXXVIII, 147. Jejunium vii hebdomadarum ante Pascham Telesphorus, CXXVII, 1175. Jejunium nulla ratione die Dominica aut fer. v peragatur, 1499.

S. ISIDORUS. — Jejunandum non est diebus Dominicis, CXXX, 271. Nec feria quinta quæ dicitur Cæna Domini, 563. Jejunandum non est mensibus Julii et Augusti, 420. Jejunare die Natalis Domini, hæresim sapit, 894. Jejunans die Dominica habendus est hæreticus, 583.

ATTO. — De jejuniis quadragesimali et quatuor temporum, CXXXIV, 44, 45.

RATHERIUS. — Jejunium quatuor temporum, Rogationum, CXXXVI, 560. Jejunium usque ad Nonam protrahendum, 563. Quadragesimæ tempore quotidie jejunandum, exceptis Dominicis, *ibid.*

Canonum prisca collectio. — Quod non est jejunandum die Dominico, CXXXVIII, 134. Quod jejunandum est in quarta et sexta feria, *ibid.*

BURCHARDUS. — De jejuniis, CXL, 883.

JOANNES ROTOMAG. — Jejunium quadragesimale, CXLVII, 212. Quatuor temporum, 207.

PETRUS DE HONESTIS. — Jejunandum est a Kalendis Novembris usque ad Nativitatem Domini, et a Septuagesima usque ad sanctum Pascha, CLXIII, 723. Quarta, et sexta feria, ac Sabbato quatuor temporum et in vigiliis jejunandum, *ibid.*

GRATIANUS. — De temporibus quibus jejunia celebranda sunt, CLXXXVII, 569 et seqq.

S. BERNARDUS. — Jejunium in vigilia S. Andreae, CLXXXIII, 503. Jejunium Sabbati Romæ observatum, non Mediolani, CLXXXII, 402. Jejunia regularia usque ad Nonam, CLXXXIII, 174.

S. MARTINUS Legion. — Est quadruplex ratio quare jejunium nostrum Paschæ continuamus. Ideo jejunamus ante Pascha ut passionem statim sequatur resurrectio. Secunda causa est, ut per hoc filios Israel imitemur qui statim post egressum pascha celebraverunt; tertia quoniam fervor libidinis magis solet nos incendere in tempore veris; quarta, quia statim post jejunium debemus corpus Domini accipere.

V. — De mirandis jejunii et abstinentiæ exemplis.

S. AMBROSIIUS. — Elias ad caput suum collyridam et vas aquæ reperit, et ideo in virtute escæ illius quadragesima diebus jejunavit, XVI, 1197. Patres nostri, cum mare transirent pedibus, aquam, non vinum bibebant. Daniel et Hebræi pueri patrio cibo, et aquæ potu, iurorem leonum represserunt, 1197. Ninive se a morte jejuniis liberavit, 1128.

JUVENCUS. — Jejunium Christi, XIX, 113. Discipulorum Joannis et Christi, 176.

RUFINUS. — Abstinentia monachorum Evagrio cohabitantium pane, sale, et aqua tantum utentium, XXI, 449.

CASSIANUS. — Abstinentia antiquorum Patrum, XLIX, 164. Abstinentia cujusdam senis sexies comedentis et adhuc esurientis, 244. Pærsii abbatis usque ad solis occasum, 245. Abstinentiæ singularis exemplum, 938.

S. PAULINUS NOLAN. — Jejunium quadragesimale quomodo Paulino observatum, LXXI, 226.

Vita Patrum. — Abstinentia Abban ab aqua, LXXIV, 41. Abraamis, lactucis, intybis et apiis vitam ducentis, in autumno vero fructibus, 77. Aëpsimæ lente madefacta viventis, *ibid.* Item Damiani, discipuli Polychronii, 95. Adolii, altero tantum die comedentis, in Quadragesima vero post quintam diem se reficientis, LXXIII, 1191. Ammonii, nihil eorum unquam gustantis, 1103. Item suorum 1175. Ammoy, in morbo etiam ciborum incuriosi, 865. Anaxamontis, paucissimo cibo contenti, LXXIV, 139. Antonii, pane, sale et aqua duntaxat utentis, LXXIII, 152. Item Palæmonis, 221. Item monachorum Evagrio cohabitantium. Arsenii, paucissimo cibo contenti, 865. Barlaam, aqua et oleribus victitantis, 564. Benjamin, triennio oleum non gustantis, 895. Candidæ, a carnibus, 1211. Cononis, xxx annis semel in hebdomada panem comeden-

tis, et aquam bibentis, LXXIV, 120. Eliæ jam episcopi a vino abstinentis, 154. Elpidii, Sabbato tantum et die Dominica comedentis, LXXIII, 1192. Esti ante solis occasum cibum non sumentis, 819. Alterius Evagrii aqua et oleribus tantum victitantis, 1183. Eusebii cicere et fabis aqua madefactis se nutrientis, LXXIV, 79. Ejusdem, xv caricis Quadragesimam transigentis, *ibid.* Hilarionis, in monachatu nihil occisum comedentis, 865.

Joannis, ad decennium omni cibo corporali se privantis 1152. Joannis, a viatico se abstinentis, quia ei senior non benedixerat, LXXIV, 146. Macarii Romani, triennio herbis viventis, LXXIII, 424. Macarii Alexandrini et suorum ab uva, 1112. Annis vii tantum cruda comedit, *ibid.* Macedonii, hordeo madefacto se sustentantis, LXXIV, 65. Marciani, nunquam ad satietatem comedentis aut bibentis 27. Mariæ Ægyptiacæ, septemdecim annis in eremo tribus panibus victitantis, LXXIII, 683. Deinde herbis contentæ, 684. Monachi cujusdam ab omni potu abstinentis, 824. Item alterius senis xi diebus a potu se continentis, 872. Monachi alterius, ab omni potu etiam in ardentissima febre, in agro metentis, et ne spicam quidem sine venia comedentis, 867. Monachorum circa Jordanem commorantium, tempore Quadragesimæ, 675. Eorundem pane non vescentium, LXXIII, 1195. Monachorum septem, herbis, pomis et rore viventium, 804. Monachorum in Scythia ab omni juscule abstinentium, 865. Moyses duodecim unguis sicci panis viventis, 1120. Onuphrii dactylis et herbarum foliis victitantis, 215. Pachomii, qui toto conversionis suæ tempore nulla unquam fuit creatura satiatus, 262. Palæmonis, pane, sale, et aqua tantum victitantis, 233. Pauli Galatæ, sextario lentis et parvo vasculo aquæ Quadragesimam transigentis, 1028. Pauli Nazarensis, quinquaginta annis panis elemosyna ab Ecclesia ministra viventis, LXXIV, 139. Petri Pyoni, tepida aqua pro vino utentis, 868. Philoromi, a coctis, 1194. Pior, aqua salsa, uno paximatio, et quinque olivis victitantis, 757. Pityrionis, bis tantum in hebdomada comedentis, 1177. Polychronii, septem dies jejunare soliti. Posidonii a pane xl annis abstinentis, LXXIII, 1178. Posthumii, aqua et oleribus tantum vescentis, 432. Publii, panem ad trutinam comedentis LXXIV, 142. Romani, pane, sale et aqua tantum contenti 62. Veterum Scythiarum, nunquam nisi hospitalitatis ergo cibum sumentium, 147. Senioris cujusdam LXXIII, 740. Alterius etiam in morbo cibum recusantis, 872. Item alterius ægroti, omnis cibi oblii, *ibid.* Senis cujusdam, xl diebus a potu se continentis, *ibid.* Simeonis Stylitæ, septimo tantum die cibum sumentis, 325. Sisvi, a vino abstinentis, *ibid.* Theodori pueri admiranda, 250. Virginis cujusdam Sabbato tantum et Dominica comedentis, 1122. Macarii vini pocula etiam aquæ abstinentia castigantis, 767.

Jejunium Adolii v dierum, 1192. Cononis xxx annis, semel tantum in hebdomade comedentis, LXXIV, 129. Cyræ portentorum, 112. Davidis, Eusebii discipuli, biduanum 140. Eliæ in juventute hebdomadarum LXXIII, 1153. Elpidii comedentis tantum Sabbatis et Dominicis, 1192. Eronis trium mensium, communionem excepta, et quandoque olere agresti, 1133. Euprosiæ triduanum et quadruduanum, 630. Macarii mirandum, 1115. Marci, hebdomadas integras jejunantis LXXIV, 126. Theodori sæcularis usque vesperam, annis xxii, præter Sabbatis et Dominicis, 198.

S. GREGORIS MAGNUS. — Hic erat abstinentia tanta ciborum, ut infirmato stomacho lacessitus vix subsistere procul dubio videretur; LXXV, 65. Moyses ut legem percipere mereretur, bis quadragesima dies numero jejunavit, LXXIX, 321. Elias ut Jezabel manus evaderet, quadragesima diebus in unius cibi fortitudine ad Oreb Dei montem pervenit. Jesus Christus per quadragesima dies in eremo jejunans; nullum cibum sumpsit, *ibid.*

S. ELIGIUS. — Moyses xl dies jejunavit; Daniel trium hebdomadarum, jejunium continuavit, et angelica colloquia promeruit. Elias propheta in fortitudine unius panis subcinerici, cum modico aquæ poculo ambulavit xl diebus et noctibus. Joannis Baptistæ esca erant locustæ et mel silvestre LXXXVII, 606.

RABANUS MAURUS. — Leguntur aliqui sanctorum per biduanas, sive per triduanas, sive etiam per totam hebdomadam jejunium extendere; plerique quod nec vinum nec siceram biberunt, nec aliquid manducaverint præter panem siccum et olera; alii quod ab omni carne se abstinerint, alii quod in tantum se abstinerint, quod nec pane in cibo usi sint, sed paucis caricis corpus suum sustentaverint, CVII, 358.

HAYMO. — Christus quadragesima diebus et noctibus jejunavit. Item Moyses et Elias, CXVIII, 193. Mira Danielis et Joannis abstinentiæ, 194. Item Ninivitarum, *ibid.*

S. PETRUS DAMIAN. — Rodulphi abstinentia, CXLIV, 1011. S. Venerius non panem comedit, non vinum bibit, non coctum aliquid omnino gustavit; sed solis arborum pomis et herbarum radicibus vixit, 975. Per continuum annum Romualdus nihil aliud in cibum habuit, nisi tantum per singulos dies ex uno pugillo elixi cicercis vixit, 961. Abstinentia Cæsaris Augusti quanta, CXLV, 565. Abstinentia quorundam fratrum eremitarum commendatur, 545.

HONORIUS. — Dominus quadraginta diebus absque cibo jejunavit; Moyses bis quadraginta diebus ab omni cibo abstinuit; Elias quadraginta diebus jejunus permansit; Daniel tres septimanas absque cibo fuit, CLXXII, 650.

S. BERNARDUS. — Christus prædicaturus jejunat; Elias, ut curru igneo levaretur, jejunat; Ninivitæ excidium suum jejunio redimunt; Esther jejunio populum servat, et Assueri indignationem sedat; Joannes Bæptista totam vitam jejunio transigit ad viam Evangelio sternendam, CLXXII, 705. Cujusdam novitii mirabilis abstinentia, *ibid.*

PETRUS CANTOR. — Paulus primus eremita semper jejunavit, quousque de cœlis panis sibi mitteretur, CV, 328. Hilario quinque caricis in die per quindecim annos contentus fuit. Sancta Ægyptiaca quadraginta annis vixit de duobus panibus et radicibus. Hieronymus contentus fuit vili olusculo, pane cribrario et aqua, *ibid.*

PARS TERTIA.

QUÆSTIO DIVERSIMODE EXPLICATUR ORDINE ALPHABETICO.

ADALGERUS, monach. — De abstinentia, CXXXIV, 924.

ALANUS DE INSULIS. — De jejunio, CCX, 176.

ALCUINUS, abb. — De jejunio, CI, 624.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. episc. — De jejunio, CLIX, 88.

ANSELMUS, Havelbergens. episc. — De forma jejunii, et abstinentia carniæ, CLXXXVIII, 1104. — De jejunio, *ibid.*, 1108.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episcop. — Non vobis ergo videatur levis res aut superflua, ne quisquam forte hoc faciens Ecclesiæ consuetudine cogitet apud se, et dicat sibi, aut suggerentem intrinsecus audiat tentatorem: Quid facis quia jejunas? Defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat; tibi ipsi ingeris pœnam, tui ipsius tortor et cruciator existis. Deo ergo placet quia te crucias? ergo crudelis est, qui delectatur pœnis tuis. Responde hujusmodi tentatori: Excrucio me plane, ut ille parcat; do de me pœnas, ut ille subveniat, ut placeam oculis ejus, ut delectem suavitatem ejus: nam et victima excruciat, ut in aram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali dissuasori malo, servo ventris, responde per hanc similitudinem, et dic: Si jumento forte insideres, si equo uteris, qui te gestiando posset præcipitare, nonne ut securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres et fame domares quem freno non posses? Caro mea jumentum meum est, iter ago in Jerusalem, plerumque me rapit, et de via conatur excludere; via autem mea Christus est; ita exultantem non cohibebo jejunio? Si quis hoc sapit, etiam ipso experimento probat quam utiliter jejunetur. Nunquid enim caro ista, quæ nunc domatur, semper domabitur? Dum temporaliter fluitat, dum mortalitatis conditione prægravatur, habet exultationes suas manifestas et periculosas menti nostræ. Caro est enim adhuc corruptibilis, nondum surrexit; nam non semper sic erit; nondum habet statum proprium cœlestis beatitudinis; nondum enim facti sumus æquales angelis Dei, XC, 709.

Finis nobis jejuniorum nostrorum, ad iter nostrum. Quid sit ipsum iter, et quo tendamus, hoc considerandum est. Namque et pagani jejunant aliquando, nec regionem quo tendimus norunt; et Judæi jejunant aliquando, et viam in qua ambulamus, non apprehenderunt. Tale est hoc, ac si aliquis equum domet, in quo erret. Jejunant hæretici; video quales eant, interrogo quo eant: jejunatis, ut cui placeatis? Deo, inquiunt. Munus, putatis, accipit? Sed prius vide quid dicit: « Relinque munus, et vade prius reconciliare fratri tuo. Nunquid membra tua recte domas, qui Christi membra dilanias? Improbaretur ergo jejunium tuum si immoderate severus existeres in servum tuum. Approbabitur jejunium tuum, cum non agnoscis fratrem tuum? Non ego quæro a quo cibo abstineas, sed quem cibum diligas. Dic mihi quem cibum diligas, ut approbem quod ab isto cibo te abstineas. Diligis justitiam? forte, inquis, diligo. Appareat ergo justitia tua., XL, 711, 712

De jejunio XXXVIII, 811; De jejunio et abstinentia,

PATROL. CCXX. INDICUM III.

XXXVIII, 1043; Sermo de utilitate jejunii, XL, 707; De jejunio et ubi fuit institutum, XL, 1275.

BENEDICTUS (S.) Anianens. abb., — qualiter ordo jejuniorum teneatur, CIII, 458; De modo jejunandi, CIII, 524; De jejuniiis, CIII, 566, 694.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb., — De jejunio, CLXXXIII, 176; de duplici vitio jejunantibus timendo, CLXXXIII, 743; De abstinentia, CLXXXIV, 716.

BRUNO (S.), Signiens. episc., — De abstinentia, CLXV, 936.

BURCHARDUS, Wormacens. episcop. — De jejunio, CXL, 884.

CANUTUS, Anglorum rex. — De jejuniiis, CLI, 1175.

ELIGIUS (S.), Noviemens. episcop. — De jejunii laudibus, LXXXVII, 605.

EUGYPIIUS, African. abb. — De jejunio LXII, 1035.

FRUCTUOSUS (S.), Bracarens. episcop. — De jejuniiis, LXXXVII, 1107.

GARNERIUS Lingonens. episcop. — De jejunio, CCV, 660.

GUIGO I, Carthusian. prior. — De jejuniiis, CLIII, 705.

GUNTHERUS, Cisterciens. monach. — Videamus de jejunio, quid illud sit, quot species, cui conveniat jejunanti, quæ sit jejuniorum utilitas vel effectus. Jejunare, ut aiunt, abstinere est; ex quo jejunium, id est abstinentia, tam sensu quam voce derivatur. Hujus autem diversæ sunt species. Est enim jejunium spirituale et jejunium corporale. Jejunium spirituale est, ab omnibus pravis voluptatibus mentis et corporis humiliter abstinere. Jejunium vero corporis est, a cibo et potu corporali ob salutem animæ rationabiliter tentare. De jejunio spirituali nihil verius dici posse puto quam quod omni tempore ab omni homine servandum atque tenendum est. De corporali autem jejunio secundum diversas ejus species certa potest ordinari doctrina... Quæ autem jejunia tempore gratiæ in Ecclesia recepta sunt, aut sunt catholicæ institutionis, aut monasticæ religionis, aut spontaneæ devotionis, aut necessariæ correctionis. Catholicæ institutionis sunt illa, quæ omnibus quos ætas vel ægritudo non impedit observanda proponuntur, veluti jejunium Dominici adventus, vel Quadragesimæ, vel Quatuor Temporum, vel sanctarum Vigiliarum. Monasticæ religionis sunt... Inter quæ jejunia, quoniam illud quod Pascha præcedit famosius est, dicitur de Salvatore: « Cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, etc. »

Conveniunt autem jejunanti hæc, mentis constantia, corporis munditia, spiritualis lætitia, id vultu hilaritas, in verbis et factis maturitas, in cibo et potu sobrietas; mentis constantia quæ gulæ tentantis insidias conculcet et reprimat; corporis munditia ne plus jejunanti noceat libido et carnis impuritas quam prosit jejunium; spiritualis lætitia, qua jam de præmio futuræ beatitudinis certus exsultet et gaudeat. In vultu debet esse hilaritas, ut non sit sicut hypocritæ tristes. ., in verbis et factis maturitas..... Sunt autem quinque modi quibus contra sobrietatem agi solet, videlicet cibum impatienter appetendo, tempus præveniando, lautiores cibos quærendo, nimis ambitiose præparando, in nimia quantitate sumendo. Primo modo in cibo peccavit Esau, quando lentis edulio primogenita commutavit. Eodem modo potu David, quando concupivit aquam de cisterna quæ erat in Bethleem, ... Secundo modo peccavit Jonathas..... Tertio modo, est de illis, quibus melius sapiunt quæ pluris emuntur.... CCXII, 207-209.

Jejuniorum utilitas vel effectus est dæmonum expulsio, malarum cogitationum exclusio, peccatorum remissio, vitiorum mortificatio, futurorum bonorum certa expectatio, cœlestium gaudiorum perceptio. Dæmonum expulsio, non tam ab aliis quam a nobis, quia malignus spiritus cum viderit hominem pro peccatis suis affligi, contemnis se videns, ulterius penes eum residere non audet, licet etiam ab obsessis aliorum corporibus virtute jejunii dæmonia frequenter expellantur, sicut dicit Salvator: « Hoc genus dæmonii non ejicitur nisi in oratione et jejunio, » Malarum cogitationum exclusio, quia jejunanti pro peccatis detestabile est de faciendo peccato cogitare. Peccatorum remissio, quia jejunantibus Ninivitis Dominus placatus est; quod utique non esset, si eis peccata dimissa non fuissent. Vitiorum mortificatio, quia mortificata carne assiduitate jejunandi, etiam in ipsa peccati fames exstinguitur. Futurorum bonorum certa expectatio, quia qui pie et pure pro peccatis affligitur, non potest promissa penitentibus præmia non sperare. Cœlestium gaudiorum perceptio, quia omnes qui pro vita æterna diuturnis jejuniiis corpus affligunt, mox ut e carne migraverint, ad æternæ satietatis convivium perducuntur, CCXII, 210.

Liber de jejunio, CCXII, 207.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episcop. De jejuniis, XIV, 697. De origine et antiquitate jejunii, XIV, 700. Sermo de jejuniis, XVII, 644.

HILDEBERTUS, Cenomanes. mon.—De jejuniis, CLXXI 442.

HILDEGARDIS (sancta) abbatissa, — In abstinentia discretionem esse servandam, CXCVII, 319.

HUGO DE S. VICTORE.—De jejuniis, CLXXXVI, 891. De tribus gradibus abstinentiæ, CLXXVII, 548. De duplici fructu jejunii, 553.

ISAAC DE STELLA, abb.—De jejuniis, CXIV, 1790.

ISIDORUS (S.), Hispalens. episcop.—De jejuniis, LXXXIII, 1211. De abstinentia, LXXXIII, 631, 1241.

IVO Carnotens. episc.—De jejuniis, CLXI, 264.

JOANNES BELKTHUS, Parisiens. theolog.—De jejuniis, CCII, 20. De jejuniis Adventus, CCII, 73.

LEANDER (S.), Hispalens. episc.—De abstinentia, LXXII, 882. De jejunii modo, *ibid.*, 884.

LEO MAGNUS (S.), pap.—Præceptum jejunii, LIV, 172, 180. De abstinentia, LIV, 185. Cur Quatuor Temporum jejunia instituta, *ibid.* Jejuniis omnibus præceptum quia omnibus necessarium, *ibid.*, 301. Jejunia ex traditione apostolica indicta, *ibid.*, 409, 418. De fructibus jejunii, *ibid.*, 420. De necessitate jejunii, *ibid.*, 441. Jejuniis Christianorum quantum præstet observantia carnali Judæorum, *ibid.*, 444. Dissertatio de jejuniis Sabbati, LV.

ODO (S.), Cantuariens. archiepiscop.—De jejuniis, CXXXIII, 949.

PAULUS WINFRIDUS, diaconus.—De jejuniis, XCV, 1213.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennatens. archiepiscop.—Sermones de jejuniis, LII, 208, 219, 314, 320. De quadragesimali jejuniis, LII, 634, 678.

PETRUS BLESENS.—De jejuniis, CCVII, 601.

PETRUS CELLENS. Carnotens. episc.—De abstinentia, CCII, 680.

PETRUS COMESTOR.—De jejuniis, CXCVIII, 1536, 1749.

PETRUS DAMIANUS, cardinal.—De jejuniis, CXLV, 347, 795.

PETRUS DE HONESTIS, Ravennat. cleric.—Quæ sunt legitima jejunia, CLXIII, 723.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiens. abb.—De jejuniandi modo, CXX, 302.

PETRUS, Cantor.—Jejuniis generali abstinetur ab omni peccato mortali; jejuniis speciali, de quo hic, a cibo et potu. Hoc consecravit Dominus, jejuniis in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus, quod præfi-

guratur per jejuniis Moysis, et jejuniis Eliæ. De hoc ait Propheta in persona Domini: « Humiliabam in jejuniis animam meam. » Et Dominus in Evangelio: « Hoc genus dæmonii non potest ejici, nisi in oratione et jejuniis. » Et Apostolus: « Exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in jejuniis, etc. » Et Dominus: « Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, etc. »

Est autem jejuniis avari detestabile, et est jejuniis medici indifferens; et est jejuniis hypocritæ et superbi execratio... Et est jejuniis christiani in maceratione carnis, siccum et sobrium...

Hæc fuit via sanctorum pallidorum et exsanguentium tendentium ad patriam. Ut enim testatur S. Hieronymus in *Vita S. Pauli*, Paulus primus eremita semper jejunavit, quousque de cælis sibi panis mitteretur. Qui duplicatus est, cum ad eum veniret Antonius. Cui ille: Eia, frater, comedamus; duplicata est nobis annona. Et quod incredibile vobis videtur, S. Hilario quinque caricis in die per quindecim annos contentus fuit. Sed tunc senex et imbecillis frusto panis hordeacei refectus est. Sancta Ægyptiaca quadraginta annis vixit de duobus panibus et radicibus. S. Hieronymus contentus fuit vili olusculo, pane cribrario et aqua. Sed hoc arctissimum jejuniis pro ignavia et corruptione nostra attingere non possumus. Sit ergo nobis jejuniis arctum de pane et aqua, ita etiam ut rationabile sit obsequium nostrum..., CCV, 527, 528.

PONTIUS abb.—De jejuniis et abstinentia, CLXIII, 1478.

ROBERTUS PULLUS, cardinal.—De jejuniis, CLXXXVI, 914. De abstinentia, *ibid.*, 1143.

RADULPHUS ARDENS.—De jejunii modo, CLV, 1782.

RATHERIUS, Veronens. episcop.—De jejuniis, CXXXVI, 692.

RICHARDUS A S. VICTORE.—De abstinentia, CXCVI, 14. De austeritate abstinentiæ, *ibid.*, 1109.

RUPERTUS, Tuitiens. abbas.—De jejuniis in Adventu, CLXX, 63, 523.

SMARAGDUS, abb.—De abstinentia, CII, 622.—Quid sit sanctificare jejuniis, CII, 682.

TAIO, Cæsaraugustan. episc.—De jejuniis, LXXX, 860.

TERTULLIANUS, Carthaginens. presbyt.—Lib. de jejuniis, II, 953.

VICTOR, Capuanus episc.—De occulto jejuniis, LXVIII, 271.

ZACHARIAS, Chrysopolitan. episc.—De occulto jejuniis, CLXXXVI, 142.

CLI.

INDEX DE MORTIFICATIONE SENSUUM,

SEU MENTIS ET CORDIS,

ORDINE LOGICO VARIAS SS. PATRUM SENTENTIAS COLLIGENS.

Hic index duas in partes dividitur. Pars prima est secundum ordinem Patrum chronologicum summam enuntiativa; secunda vero, in ordine alphabetico varias Patrum sententias refert in extenso, ut apprimè quæstio capiatur ab omnibus.

PARS PRIMA.

LOCA PATRUM IN ORDINE CHRONOLOGICO, SPECIALI PRÆNOTATA SENTENTIA, TANTUM INDICANTUR.

I. — De mortificatione sensuum in genere.

Mortificatio sensuum exemplo Christi comprobata, S. Hilarius, IX, 923; S. Ambrosius, XV, 1763; S. Augustinus, XXXVIII, 275; S. Gregorius Magnus, LXXV, 623, 666; Smaragdus, CII, 284; Rupertus, CLXVII, 1036; Hildebertus, CLXXI, 842; S. Bernardus, CLXXXII, 663.

Mortificatione moriendum sensibus, S. Ambrosius, XIV, 828; XVI, 231, 485; XVII, 24; S. Gregorius Magnus, LXXIX, 85, 86. — Suadet abnegatio sui ipsius, S.

Ambrosius, XVI, 63. — Augetur carnis infirmitate animæ fortitudo, S. Ambrosius, XVI, 485; S. Hieronymus, XXII, 553; S. Eucherius, LIII, 166; S. Leo, LIV, 421; S. Paulinus, LXI, 204; S. Bernardus, LXXXIII, 932. — Corpus in servitutem redigendum, S. Ambrosius, XVI, 1093; XVII, 233; S. Augustinus, XL, 294; Cassiodorus, LXX, 1083; Beda, XCIV, 113. — Mortificatione caro cum Christo crucifigitur, S. Ambrosius, XVII, 123; Beda, XCII, 137; S. Petrus Damianus, CXLIV, 350; Joannes Rotomag., CXLVII, 46; Lanfrancus, CL, 283, 284; Radulphus Ardens., CLV, 1536, 1538. — De calice mortificationis, S. Hieronymus, XXII, 480. — Mortificatio grande virtutis meritum, *ibid.*, 534; S. Eucherius, L, 836. — Abstinentia facilius quam temperatus usus, S. Augustinus, XL, 390. — Sensibus tantum utendum ad vitæ necessitatem, id.

XXXII, 1327. — Amor rerum sensibilium perniciosus, id., XXXVIII, 646, 1415. — Caro mortificatione domanda, id., XL, 691, 709; XXXVIII, 107, 854; XLIV, 183; XXXVII, 1826; XLII, 391; Eegyptius, LXII, 962. — De mortificatione, Cassianus, XLIX, 1279; Adalgerus, CXXXIV, 924; Alanus de Insulis, CCX, 149. — Corpus castigandum ut diabolus et mundus vincantur, S. Augustinus, XL, 294; XLI, 283. — Corpori non parcendo ei consulitur, id., XXXVIII, 1258, 1261. — Deliciae contemnendæ, id., XXXIII, 296. — Saturitati non cedendum, Cassianus, XLIX, 240. — Sensuum mortificatio perfectionis instrumentum, id., L, 506. — A licitis etiam temperandum, *ibid.*, 311; S. Gregorius Magnus, LXXV, 666; LXXVI, 1256; Theodorus Cantuar., XCIX, 935; Halitgarus, CV, 678; S. Remigius Antissiodor., CXXXI, 885; Radulphus Ardens, CLV, 1795. — Mortificatio interna gratia mitigatur, S. Benedictus, LXVI, 259. — Mortificatos Deus visitat, Cassiodorus, LXX, 1075.

Myrrha symbolus mortificationis in Ecclesia, Cassiodorus, LXX, 1075; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1113; Haymo, CXVIII, 114; Rupertus, CLXVII, 915. — Inferni cogitatio mortificationis laborem levat; qui gulam edomare non curant, incaute ad spiritualia bella insurgunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 555, 556. — Mortificatio thesaurus, id., LXXV, 688. — Effectus mortificationis, *ibid.*, 683; LXXVI, 1137. — Mortificatio carnis nunquam deserenda, id., LXXIX, 520. — Maxima pars regulæ monachorum mortificatio est, S. Columbanus, LXXX, 215.

Mortificatio humilitatis sociæ, S. Columbanus, LXXX, 215. — Mortificatio triplex, *ibid.*, 266. — Discumbere super fenum, quid? Ven. Beda, XCII, 72. — Christus mortificationes nostras Deo Patri offert, *ibid.*, XCIII, 53. — Justi in siti, frigore et nuditate vicerunt, S. Paulinus, CXIV, 251. — Juxta vocem Pauli per mortificationem hostia viva fiamus, Alcuinus, CI, 1191. — Mortificatio in quo consistat, Smaragdus, CII, 618. — Amarum mortificationis poculum sumamus, ut de subsequente salute gaudeamus, S. Odo, CXXXIII, 631; Atto Vercell., CXXXIV, 841. — Carnis immortificatæ horrenda vastatio, S. Petrus Damianus, CXLIV, 229. — Mortificatio pœnitentibus salutaris, *ibid.*, 231, 551, 609; Joannes Rotomag., CXLVII, 45. — Caro non mortificata pigri viri ager habetur, S. Petrus Damianus, CXLIV, 427. — Mortificationis insignia præferamus, *ibid.*, 912. — Mortificatio vitia refrenat, *ibid.*, 758; Ven. Hildebertus, CLXXI, 511. — Carnaliter non vivendum, Lanfrancus, CL, 213, 232. — In mortificatione Deus laudatur, S. Bruno Carthusian., CLII, 819. — Mortificanda membra nostra, Rupertus, CLXVIII, 999.

Laus mortificationis sensuum exteriorum, *ibid.*, 1103. — Carnis mortificatio quam necessaria christianis, V. Hildebertus, CLXXI, 588. — Mortificatio assiduitate mitescit, *ibid.*, 941; S. Bernardus, CLXXXII, 308. — Mortificatio animam vivificat, Godefridus, CLXXIV, 328, 682. — Castigatione ad mortem paramur, *ibid.*, 25. — Mortificatio Deo dulce ferculum, *ibid.*, 612. — Carni molestum potius eligendum, S. Bernardus, CLXXXIII, 123. — Carnis mortificatio ipsi carni proficit, *ibid.*, 223, 347.

Carnis mortificatio martyrii genus, S. Bernardus, CLXXXIII, 939. — Mortificationis conditiones, *ibid.*, 631; CLXXXIV, 328. — De mortificatione concupiscentiæ, *ibid.*, 46, 315. — Mortificationis necessitas, *ibid.*, 757. — Carnis mortificatione configuramur Christo, id., CLXXXV, 152. — Stupenda mortificationis exempla, S. Ambrosius, XVI, 494; Juvencus, XIX, 106; Sulpicius Severus, XX, 193; Rufinus, XXI, 449; S. Hieronymus, XXII, 891; XXIII, 304; S. Augustinus, XXXII, 1340; XLII, 223; XXXIII, 149; Cassianus, XLIX, 244, 263; Salvianus, LIII, 193; Julius Pomerius, LIX, 563; S. Paulinus, LXI, 226, 321; S. Benedictus, LXVI, 623, 650, 740; Cassiodorus, LXIX, 1105, 1109; LXX, 245; S. Leander, Hispal., LXXII, 882; Ven. Beda, XCI, 755, 666, 790, 804; Alcuinus, CI, 664, 679, 684; Smaragdus, CII, 875; S. Benedictus, CIII, 353; Rabanus Maurus, CVII, 356; Burchardus, CXL, 822; S. Petrus Damianus, CXLIV, 351, 1017; S. Bernardus, CLXXXII, 705; S. Stephanus Grandimontens., CCIV, 1016.

II. — De mortificatione gulæ.

(*Vide supra*, in integrum Indicem CL. De jejunio et abstinentia.)

III. — De mortificatione visus.

Referuntur varia de S. Augustino in visus delectatione præcavenda. S. August., XXXII, 799, 800. — In lege evangelica jubetur oculorum mortificatio. Salvianus, LIII, 193. — Commendatur oculorum custodia. S. Maxi-

mus Taur., LVII, 810; S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 1172. — De mortificatione oculorum apud monachos. S. Bened., LXVI, 407. — De refrenanda oculorum concupiscentia. S. Gregorius Magn., LXXVII, 89; Taio, LXXX, 939; V. Beda, XCIV, 57. — Per oculos immortificatos penetrans vitia. S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 849; V. Beda, XCII, 68; S. Anselmus, CLVIII, 679; V. Hildebertus, CLXXI, 306.

IV. — De mortificatione auditus.

Delectatio carnis etiam in cantu præcavenda, S. Aug., XXXII, 799. S. Agobardus, CIV, 335. — Cantus illecebræ reprimendæ, Eegyptius, LXII, 581. — In monasteriis organa prohibita. S. Bened., LXVI, 475. — Canora musica animam molliens ad vitium disponit. V. Beda, XCIII, 68. — Sepiendæ sunt aures spinis. id., XCIV, 57; S. Agobardus, CIV, 335, 336.

V. — De mortificatione tactus per cilicium.

Cilicium perantiquum pœnitentiæ instrumentum, S. Pacianus, XIII, 1088. S. Paulinus, LXI, 312, 313, 871, 900. V. Beda, XCII, 15; XCIII, 682. — Suadetur usus cilicii. S. Hier., XXIII, 97. S. Paulinus, LXI, 52. — Cilicium pœnitentibus induendum. Salvianus, LIII, 185. S. Greg. Magn., LXXVIII, 458. S. Fructuosus, LXXXVI, 1126. V. Beda, XCII, 15. Joannes Rotom., CXLVIII, 94. Hugo de S. Victore, CLXXVII, 881. Petrus Cantor, CCV, 349. — Definitur quid sit cilicium. S. Benedict., LXVI, 777. Cassiodorus, LXX, 245. Hugo de S. Victore, CLXXVII, 881. — Morientibus cilicium imponitur. S. Gregor. Magn., LXXVIII, 340, 341. Alcuinus, CI, 1277. — Cilicium dicitur vestimentum ecclesiæ. Regino Prum., CXXXII, 434. — Cilicio sancti assidue tecti. Marbodus, CLXXI, 1557.

VI. — De mortificatione linguæ.

Lingua immortificata peccatorum fons, S. Ambr., XVI, 27, 28. S. Hier., XXII, 954. Arnobius Junior, LIII, 550. S. Greg. Magn., LXXVII, 73. Taio, LXXX, 942, 943. Jonas Aurel., CVI, 250. Haymo, CXVIII, 292. Isidorus Mercator, CXXX, 150. S. Bernardus, CLXXXIV, 537, 1229. Alanus de Insulis, CCX, 163. — Ad linguam domandam exhortationes, Zacchæus, XX, 1186. S. Aug., XXXVIII, 935, 978; XLIV, 254. XL, 1239. Salvianus, LIII, 65. S. Bened., LXVI, 350. S. Greg. Magn., LXXV, 802. S. Isidor. Hisp., LXXXIII, 1174. S. Petrus Damian., CXLIV, 912 *et seqq.* S. Anselmus, CLVIII, 679. V. Hildebertus, CLXXX, 1569. S. Bern., CLXXXIII, 597. — Varia silentii bona. S. Hieron., XXII, 554. S. Aug., XXXVI, 414. XXXVIII, 1146; XL, 1102. S. Greg. Magn., LXXVI, 907. LXXVII, 72; S. Donatus, LXXXVII, 288. S. Odo, CXXXIII, 149. Adalgerus, CXXXIV, 923. S. Petrus Dam., CXLIV, 913. S. Bern., CLXXXII, 589. CLXXXIII, 435, 445; CLXXXIV, 569, 568, 688, 682. Adamus Scotus, CXCVIII, 324, 422. S. Stephanus Grand., CCIV, 1154. — Silentii exempla. S. Hieronymus, XXIII, 1037. S. Aug., XXXII, 1450, 1455. S. Bened., LXVI, 360, 363, 368. S. Greg. Magn., LXXVII, 256. LXXIX, 521, 522. S. Columb., LXXX, 240. S. Isid. Hisp., LXXXIII, 878. S. Donatus, LXXXVII, 281. S. Bern., CLXXXIV, 687. — Silentium natura hominis docet. S. Bened., LXVI, 406, 47. — Elocutio de commodis silentii. Cassiod., LXX, 280, 285, 286. — De verbis otiosis. S. Paulinus, XCIX, 244. S. Bened., CCII, 543. Jonas Aurel., CVI, 249. Adalgerus, CXXXIV, 922. — Monachus habet linguam crucifixam quam Christus non habuit. S. Hildebertus, CLXXI, 569.

PARS SECUNDA.

QUÆDAM PATRUM IN ORDINE ALPHABETICO SENTENTIÆ IN EXTENSO REFERENTUR, UT COMMODIUS QUÆSTIO CAPIATUR.

ADALGERUS, episcopus. — Admoneo, inquit in epistola ad Nonsuidam reclusam, dilectionem tuam ut non delicatos cibos quæras, nec ante horam congruam comedere velis, nec dicas in corde tuo: Ecce aliæ, ita vel ita faciunt. Scito pro certo quod unusquisque, quo in hac vita plus in Dei servitio laboraverit, eo majorem post mortem a Domino mercedem recipiet. Ne igitur tam gravis videatur continentia virtus, miraculum hic inseram:

Dorotheus talem vitam ducere curavit, ut quotidie lapides a mari colligeret, et annis singulis hospitium ædificaret, et ipsa hospitia dabat illis qui non habebant hospitia; noctibus autem propter eorum cibum faciebat sportellas. Cui cibus erat panis uncia sex, et olerum minorum fasciculus unus, et ad bibendum aqua. Sic a

juventute sua vivens, nec in senectute defecit. Nunquam visus est in lectulo soporatus, vel pedes pro requie tetendisse, aut dormire pro voluntate.... huic laboranti quidam dixit: « Cur ita perimis corpus tuum? » Cui ille: Quia me, inquit, illud occidit..... CXXXIV.. 920-922. Varia sunt exempla de continentia oculorum, locutionis et vestitus, de abstinentia, de compunctione et de qualitate orationis...., *ibid.*, 921-928.

Magnum certamen est vitiorum adversus virtutes. Tunc enim poteris omnia vitia vincere repugnando cum divino adjutorio, si contra vitia singula opposueris virtutes. Solet enim pugna vitiorum adversus virtutes ad profectum hominis venire, quia per illud certamen mens excitatur, et ab elationis vitio purgatur. Contra singula quoque vitia virtutes sunt adhibendæ; contra luxuriam, munditia cordis est adhibenda; contra iracundiam vero patientia, contra timorem mittenda est fiducia; contra teporem vero zelus est opponendus; contra tristitiam quoque malam adhibendum est gaudium spiritale; contra acediam vero fortitudo est assumenda; contra avaritiam assumenda est largitas; contra superbiam autem humilitas est proponenda; contra odium vero charitas virtus assumenda est... Si te somnolentia gravat, stude illam viuere amando vigiliam... Si te delectat balneorum usus, veniat tibi ad memoriam beatus Jacobus frater Domini, qui primus post apostolos Jerosolymorum rexit Ecclesiam, de quo Josephus narrat, quod nunquam carnem comederit, nec balneo usus fuerit unquam, nec lineis vestibus fuerit indutus, non caput suum secundum consuetudinem gentis suæ oleo unxerit. Si in delectationem tibi deliciæ veniant, propone ante oculos tuos Joannem Baptistam, qui fuit in utero matris suæ sanctificatus, et de quo Dominus Jesus dixit, quod major illo inter natos mulierum non surrexit. Narrat enim de eo sanctum Evangelium, quod mel silvestre et locustas edebat. Si ei, qui in te peccat, qui tibi detrahit, aut maledicit, aut in aliquo lædit non potes ignoscere, sicut vis, veniant ad memoriam quanta et qualia passus fuerit pro te Christus: pro te factus est homo, mortalis, corruptibilis, passibilis, qui erat immortalis, impassibilis. Assumpsit pro te carnem ex Virgine, in qua pateretur et moretur; pro te quoque fuit flagellatus, alapis cæsus, sputis linitus, spinis coronatus, ad extremum etiam crucifixus; pro te hæc omnia sustinuit Christus, ut te a diaboli potestate liberaret. Pendens vero pro te in cruce, quid dicebat? « Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. » Ille ergo qui sine peccato occidebatur, pro suis inimicis orabat; et tu, si aliquam molestiam patiaris ab aliquo, non potes ex toto corde dimittere?.... Si tibi venerit voluntas vagandi, recole quod jam mortua es, quod crucifixa es. Nunquam crucifixo homini venit voluntas vagandi; non, quia nihil cogitat nisi de morte sua... Tu ergo, si vis vivere, mortifica per virtutes omnia vitia. Per charitatem mortifica odium; per gaudium occide tristitiam; per pacem exstingue dissensionem; per patientiam mortifica impatientiam; per bonitatem occide malitiam; per mansuetudinem exstingue ferociam; per continentiam mortifica intemperantiam; per castitatem occide impudicitiam. Si isto modo actus carnis mortificare curaveris, sine dubio perenni lætitia cum angelis fruere, CXXXIV, 929-931.

ALREDUS, Rievallens. abb. — Assiduis vigiliis corpus tabefacere, quotidianis laboribus carnem affligere, vilissimis cibis membrorum labefactare vigorem, non solum non modici laboris, sed et ei, quam tantopere niteris commendare adeo charitati constat esse contrarium, ut totam mentis suavitate evacuans, omni eam spirituali dulcedine reddat effcetam. Hæc est illa ridenda quorundam opinio, qui spiritualem dulcedinem in carnis quodammodo suavitate constituunt, asserentes corporis afflictionem contrariam esse spiritui, exteriorisque hominis passiones interioris minuere sanctitatem. » Cum enim, inquit, caro ac spiritus affectu sibi naturali cohæreant, necesse est suas invicem communicent passiones. Ac sic impossibile ut non hujus oppressione alterius hilaritas perturbetur, ita ut in illud gaudium spirituale, mœroris quadam anxietate dejectus, spiritus nullatenus valeat respirare. Acute hæc vel investigari videntur, vel probari. O rem pudeendam! secundum regulas Hippocratis gratia quæritur spiritualis. Sic nimirum, sic errant, qui physicis argumentis magis quam præceptis apostolicis innituntur. Ipsius namque sunt hæc, qui super ventrem repit, qui terram comedit, qui sub umbra dormit in locis humentibus, qui negotium ventris et libidinis sub colore actitat sanctitatis. Sic enim facilius simplices quosque ab apostolica paupertate et angelica puritate cogitat exterrendos, si majorem divinæ dulcedinis gratiam in remissione vita sibi æstiment

ad futuram. Plane hæc est sapientia non desursum descendens sed prorsus terrena, animalis diabolica. Hæc est prudentia verbi, sapientia carnis, quæ cum suavitate doceat carnis, crucem Christi evacuare contendit; in qua profecto quantum ad carnem nihil est suave, nihil molle, nihil tenerum, nihil omnino delicatum. Sed non illa evacuatur. Illa potius hanc delicatam doctrinam evertit, quam clavi sacris inditi membris expugnant, quam lancea illa dulcibus impressa visceribus acumine salutari debellat. Ego prorsus contra sentio, audacterque pronuntio, carnis afflictionem, si sana præcedat intentio, et fuerit servata discretio, quam tamen, non propria conjectura, sed exemplis majorum capere oportet, ne forte remissio et dissolutio sub colore se discretionis oppallient; sic, inquam, carnis afflictionem, non spiritui contrariam, sed necessariam; sed nec divinam minuere consolationem, sed potius sentio provocare; adeo ut hæc duo semper æquari in hac duntaxat vita existimem, exteriorum scilicet tribulationem et interiorum consolationem. Quid enim? forte Deus huic divitiis et deliciis affluentis suæ consolationis dulcedinem impertit, quam a pauperculo suo pro se quotidie moriente rigida censura suspendit? Absit hoc de illo dulcissimo, suavissimo, compatientissimo sentire vel credere! Sed si ego dico, potest forsitan dubitare. Si autem Christus dicit, hæreticum est non credere. Quid ergo, inquis? Tuæ sententiæ magis quam propriæ credam experientiæ? Et quid, si alius longe aliud se testatur expertum? Certe ille, quo magis affligitur, eo majorem divinæ dulcedinis gratiam experitur. Plane cui vult miseretur, CXCIV, 654, 655.

Accedat ergo ille athleta fortissimus, testis fideissimus, disputatur egregius, in quo Christus loquitur; qui quotidie pro Christo moritur, qui omnem tribulationem patitur, cui foris pugna, intus timores, qui castigat corpus suum et in servitutem redigit; qui non gratis panem suum manducat, sed in fatigatione nocte et die operatur, cujus manus et sibi et qui cum eo sunt, necessaria subministrant; qui denique in labore et ærumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in frigore et nuditate, sub signis Jesu acerrimus miles insudat: ille, inquam, hanc dirimat quæstionem, et utrum tanta tribulatio, tam mira fatigatio, consolationem ei subtraxerit spiritualem, ostendat. Dicat ergo Paulus, utrum suos in præsentis tribulatione, plus ille consolator sine consolatione relinquat..... Ergo qui majorem divinæ dulcedinis consolationem in carnis suavitate quam tribulatione constituunt. Paulum audiant dicentem: « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, etc. Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. » Sive ergo jejuniis maceremur, sive afficiamur jejuniis, sive laboribus alteramur: « Benedictus Deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. » Etsi lapidibus obruamur, etsi vinculis astringamur, etsi cædamur virgis, etsi carceris toleremus angustias: « Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. » Premat diabolus, sæviat mundus, insectetur odiis, aggrediatur maledictis, diripiat substantiam, commaculet famam: « Benedictus, etc. » Et hic non his qui in divitiis et deliciis, sed his qui in omni pressura sunt, suam consolationem promittit. Et nihil quæstionis relinquens adjecit: « Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Quid manifestius? Hoc est plane, duo scilicet hæc coæquari, exteriores passiones et interiores consolationes. Denique Salomon, quibus divina consolatio sit infundenda, mysticis verbis declarat, dicens: « Date siceram mœrentibus et vinum his qui amaro animo sunt. Bibant et obliviscantur egestatis suæ, et doloris non recordentur amplius. » Aperte his verbis vinum illud, quod lætificat cor hominis, non otio dissolutis, non diem in cachinno et fabulis expendentibus, sed his qui amaro sunt animo, repromittit; siceramque illam quæ de pomis novis et veteribus, quæ in sponsi deliciis sponsa conservat, conficitur; non epulantibus et potantibus, sed propter angustias hujus vitæ mœrentibus, et egestate et dolore laborantibus pronuntiat esse domandam: « Bibant, inquit, et obliviscantur egestatis suæ, laboris videlicet magnitudinem, divina consolatione asserens minuendam. Cui sententiæ apertissime concinit Psalmista: « Secundum multitudinem, inquit, dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. » O consolatio quæ infirmos sanat, debiles roborat, allevat desperatos. Ipsa est consolatio gementibus, pausatio laborantibus, tentatis protectio, viaticum itinerantibus. Quam quidem consolationem illi sibi adimunt, qui statim ad primos sudores resiliunt, vel in pristinum torporem devolventes, vel viles quasdam consolationes in crebra

confabulatione, vel amicorum visitatione, vel certe in propriae voluntatis libertate conquirunt. Quas consolationum sordes sanctus Propheta contemnens: « Renuit, inquit, consolari anima mea. » Quid ergo? Sine omni consolatione relictus est? Absit! « Memor fui Dei, et delectatus sum. » Nemo ergo arduam illam viam, quæ ducit ad vitam exhorreat. Nemo remissionem quam semel abiecit, timida infelicitate repetat, sed sicut ait S. Bernardus, sustinens non lassescat, nec discedat, sciens, quia secundum multitudinem laborum, quos tolerat pro Christo, consolationes ejus lætificabunt animam illius. Verum gustata dulcedine spirituali non statim odio dissolvatur; mox enim latere spiritualis insurget Amalec, non armis, sed orationibus evincendus. Quoniam enim in tentationibus animus plus nimio fatigatur, sollicita orationum devotione ad materna ubera Jesu properandum, ex quorum abundantia lac tibi miræ consolationis eliciens, dicas cum Apostolo: « Benedictus Deus, qui consolatur, etc....., CXCIV, 656, 657... »

Sicque probabit expertus, non modo nullius laboris, imo summæ esse jucunditatis, pudicitia suavitate perfundi, quanquam onerosum sit naturalia incentiva, immundaque desideria, quæ de concupiscentia carnis emergunt freno temperantiæ cohibere. Similiter non solum jucundum, sed insuper gloriosum, cum gulæ fuerit concupiscentia superata; non se servum sui ventris, sed dominum intueri, illa mira exultatione tripudians: « Ego autem didici in quibus sum sufficiens esse. Scio humiliari, scio et abundare; ubique et in omnibus institutus sum, et esurire, et satiari, et abundare et penuriam pati. Sed et amor carnis si fuerit perfecte sopitus, vel certe igne divini amoris absorptus, nullum erit in exterioribus labor, quia non poterit mens ejus afflictione turbari, cujus non potest dilectione dissolvi. Suavitas ergo jugi Domini et levitas oneris ejus in voluptatum contemptu consistit. Nemo ergo æstimet majorem in vitiis quam in virtutibus esse delectationem, CXCIV, 657, 658. »

ALANUS DE INSULIS. — Monet propheta pœnitentes, in jejuniis, et fletu et planctu esse. Et Dominus ait: « Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. » Gregorius quoque ait quod peccator debet etiam indulgere jejuniis, ut Deus aliquando convertat cor ejus ad pœnitentiam. Jejunium carnem macerat, animam elevat, concupiscentiæ fomitem refrenat, excitat rationem. Jejunio meruit Moyses Dei colloquium, Daniel interpretationem somniorum. Elias subsidium, Ninivitarum remissionem peccatorum. Exemplum jejunandi nobis Christus dedit, qui in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus jejunavit. Non tamen prodest jejunium corporis, absque jejuniis mentis; aliter fallax est et deceptorium, quid enim valet, si os jejunet a cibo, dum lingua resolvitur mendacio, dum oculus epulatur in vanis, auris delicatur in fabulis, nares oliantur in odoramentis, tactus discurrit in plantis, manus in rapina, pes extra ordinariam viam? Jejunent cæteri sensus cum gustu, ut qui fuerunt comites delectationum, socii sint passionum.

Est autem multiplex jejunium: jejunium consuetudinis, quod non fit ex charitate, sed ex sola consuetudine, ne homo videatur contra publicum navigare. Istud ad hoc solum proficit, ut vitet pravum exemplum, ne præbeat scandalum. Est jejunium avaritiæ et cupiditatis, ubi sic evacuatur stomachus, quod impleatur locus, et istud est perniciosum. Est jejunium infirmitatis, ut consequatur sanitas; et istud indifferens est, quia nec bonum nec malum. Est etiam jejunium crapulæ et gulositatis, ut affectuosius sumatur cibus, et istud est pessimum. Est jejunium laudis et apparentiæ, quo utuntur hypocritæ ut inde laudem humanam consequantur; et istud est malum.

Est jejunium indigentia et necessitatis, quo jejunant pauperes; et istud est indifferens. Est jejunium coactionis, quo multi utuntur claustrales, et istud est insufficientis. Cæteris ergo omissis jejunii, ad istud est aspirandum, quod est charitatis, quo castigatur corpus, imperat spiritus, et sic homo vivit ut angelus. Per jejunium enim fit homo spiritus; per mediocre edulium, homo; per superfluum, pecus.

Multæ jejunii circumstantiæ, quæ informant ipsum jejunium, scilicet, a quo, ubi, quando, et quare. *A quo*, ut a cibis deliciosis absteineat; quid enim prodest jejunare a cibo, si quod amisit in tempore, recuperet delectatione vel quantitate? Tempore enim prandii debet jejunans mediocri cibo uti, ut in pane subveniat proximo, et sic affligat se ipsum, ut reficiat proximum. Considerandum est etiam, *ubi*; servanda enim est patriæ consuetudo, ut si fueris Romæ, Romano vivito more; unde Augustinus ait: « Cum Romæ sum, in Sabbato non jejunio; cum Mediolani jejunio. *Quando*, ut in diebus constitutis fiat jejunium. Sunt enim quidam dies in quibus non est jeju-

nandum, ut in diebus dominicis et quibusdam magnis festivitibus, propter scandalum. Quare ut intuitu Dei ex charitate fiat. Quot sunt a carnalibus abstinentiæ, tot sunt species jejuniorum diversæ. Est jejunium in continentia, in abstinentia, in humilitate, in mansuetudine, exultatione. De jejunio dicit Augustinus: « Laudent te jejunia, non viscera eructantia. »

Jejunium ad medicinam corporis et animæ valet. Conservat enim corpus a morbo, animam a peccato. In hac medicina, cœlestis philosophia cum naturali concordat. Hæc enim medicina et stomachum purgat a vitio crapulæ, et animam ab indignatione. Si Adam in paradiso jejunasset ab esu velito, non esset damnatus exilio. Si jejunasset Esau a lenticula, non perdidisset primogenita. Si Noe jejunasset a vino, non denudasset femora vel pudenda. Ergo per jejunium purgatur corpus ut recipiat eucharistiam sacramentaliter; spiritus, ut recipiat spiritualiter. Hoc debet esse præambulum ad Eucharistiæ sumptionem. Contemnat ergo homo in præsentem escam materiale, ne in futuro sentiat ignem gehennalem. Adsint tria ista quæ informant jejunium, bona intentio, eleemosynarum elargitio, charitatis inflammatio. Si caro optat delectamenta ciborum, consideret homo quia non refert unde fiat materia stercorum. Si velit caro prævenire horam prandii, confugiat ad asylum exercitii, ne otium gula excitet, appetitum augeat. O homo, si consideres Patres antiquos, qui bis tantum aut semel in septimana utebantur tenui esca, nulla vel modica tua tibi viderentur jejunia. Sed, si te non movent antiquorum exempla, saltem moveat beati Nicolai infantia, qui quarta vel sexta feria semel tantum sugebat ubera.

Pudeat non jejunasse adultum, dum videret jejunasse parvulum. In nostri confusionem cedit exemplum parvuli dum nos corrigunt infantes et pueri, CCX, 176-178.

Si ad fugam avaritiæ et cupiditatis prædicator voluerit auditorum animos inclinare, sumat initium sermonis ab illa autoritate quæ dicit, avaritiam esse idolorum servitutem; vel ab illa quæ dicit, tria esse insatiabilia; quartum vero quod nunquam dicit: Sufficit.... Cum cætera certis terminis claudantur, avaritia nullo concluditur. Terra suis limitibus terminatur; cœlum suis terminis arctatur, sola avaritia mensura non sistitur....

Audi quid contra te dicat natura! O homo, sine honoribus te genui, sine honoribus ad me redeas; sine divitiis te peperi, sine divitiis ad me venias: sine mundana gloria intrasti, sine illa exeas! O homo, quæris facere tua, quæ sunt aliena! Certe a te aliena sunt, quæ tecum nata non sunt; tua esse nequeunt tecum diu, vel semper esse non possunt. Considera illud philosophi: « Honesta res est læta paupertas.... » Si ad naturam vivas, nunquam pauper eris; si ad opinionem, nunquam dives. Exiguam naturam desiderat, opinio immensum.... CCX, 123, 124.

Audi quid dicat contra te charitas: O homo, cur ditas te his quibus indiget proximus? Cur tibi approprias quæ communicanda sunt pauperibus? Cur cibis his lineas et vermes, quibus cibandi sunt pauperes?....

Audi quid contra te dicat proximus: O homo, cur mihi injuriaris, cur mihi pro meis mortem moliris? Cur imponis falsa et commentaris crimina ut meam evacues bursam, ut emungas pecuniam? Si injuriaris mihi, vindicta de te sumetur in instanti; si me deprædaveris pecunia, prius te deprædaveris in anima; si me vulneres in corpore, prius vulneraberis in mente, CCX, 124.

* AUGUSTINUS (S.), Hipponensis. episc. — *Ut se gerit ad tentationes gulæ.* — Reficimus quotidianas ruinas corporis edendo et bibendo, priusquam escas et ventrem, Domine, destruas, cum occideris indigentiam meam satietate mirifica, et corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. Nunc autem suavis est mihi necessitas, et adversus istam suavitatem pugno ne capiar, et quotidianum bellum gero in jejuniiis, sæpius in servitutem redigens corpus meum, et dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames et sitis quidam dolores sunt; urunt et sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat. Quæ quoniam præsto est, ex consolatione munerum tuorum, in quibus nostræ infirmitati terra et aqua et cœlum serviunt, calamitas deliciæ vocantur.

Hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiator laqueus concupiscentiæ. Ipse enim transitus voluptas est, et non est alius qua translatur quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi et bibendi adjungit se tanquam pedisequa periculosa jucunditas, et plerumque præire conatur, ut ejus causa fiat, quo salutis causa me facere vel dico vel volo. Nec idem modus utriusque est; nam quod salutis causa est delectationi parum est. Et saepe incertum fit utrum adhuc

necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infelix anima, et in eo præparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, et invoco dexteram tuam ad salutem meam, et ad te refero astus meos; quia consilium mihi de hac re nondum stat. Docuisti me, Pater bone (omnia munda mundis...) et omnem creaturam tuam bonam esse, nihilque rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur Didici hæc; gratias tibi, laudes tibi Deo meo magistro meo, pulsatori aurium mearum, illustratori cordis mei; eripe me ab omni tentatione. Non ego immunditiam absonii timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus quod cibo esset usui manducare permisum; Etiam cibo carnis relictum, Joannem mirabili obstinentia præditum, animalibus hoc est locustis, in escam cedentibus, non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum; David propter aquæ desiderium a se ipso reprehensum, et Regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum. Ideoque et populus in eremo, non quia carnes desideravit, sed quia escæ desiderio adversus Dominum murmuravit, meruit improbari.

In his ergo tentationibus positus certo quotidie adversus concupiscentiam manducandi et bibendi; non enim est quod semel præcidere et ulterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temperata relaxatione et constrictione tenendi sunt. Et quis est, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum. XXXII, 797-799.

Confiteatur ut se habet ad tentationes carnalis libidinis. — Jubes certe, Domine, ut contineam a concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum, et ambitione sæculi... Sed adhuc vivunt in memoria mea, talium rerum imagines, quas ibi consuetudo me fixit; et occurrant mihi vigilantibus quidem carentes viribus, in somnis autem non solum usque ad delectationem, sed etiam usque ad consensionem factumque simillimum. Et tantum valet imaginis illusio in anima mea et in carne mea, ut dormienti falsa visa persuadeam quod vigilantibus vera esse non possunt. Nunquid tunc ego non sum, Domine Deus meus? Et tamen tantum interest inter me ipsum et me ipsum, intra momentum quo hinc ad soporem transeo, vel huc inde retranseo! Ubi est tunc ratio, quæ talibus suggestionibus resistit vigilans? Et si res ipsæ ingerantur, inconcussus manes. Nunquid clauditur cum oculis? Nunquid sopitur cum sensibus corporis? Et unde sæpe etiam in somnis resistimus, nostrique propositi memores atque in eo castissime permanentes, nullum talibus illecebris adhibemus assensum? Et tamen tantum interest, ut cum aliter accidit, evigilantes ad conscientie requiem redeamus; ipsaque distantia reperiamus nos non fecisse; quod tamen in nobis quoquo modo factum esse doleamus.

Nunquid non potens est manu tuas, Deus omnipotens, sanare omnes languores animæ meæ atque abundantiore gratia tua lascivos motus etiam mei soporis exstinguere? Augebis, Domine, magis magisque in me munera tua, ut anima mea sequatur me ad te, concupiscentiæ visco expedita, ut non sit rebellis tibi, atque ut in somnis etiam non solum non perpetret istas corruptelarum turpitudines per imagines animales usque ad carnis fluxum, sed ne consentiat quidem. Nam ut nihil tale vel tantillum libeat, quantum possit nutu cohiberi, etiam in casto dormientis affectu non tantum in hac vita, sed etiam in hac ætate, non magnum est Omnipotenti, qui valet facere supra quam petimus et intelligimus. Nunc tamen quid adhuc sim in hoc genere mali mei, dixi Domino bono meo, exsultans cum tremore, in eo quod donasti mihi, et lugens in eo quod inconsummatus sum, sperans perfecturum te in me tuas misericordias usque ad pacem plenariam, quam tecum habebunt interiora et exteriora mea, cum absorpta fuerit mors in victoriam, XXXII, 796, 797.

Ut se gerit ad odorem illecebras. — De illecebra odorum non satago nimis. Cum absunt non requiro; cum adsunt, non respuo, paratus etiam eis semper carere. Ita mihi videor; fortasse fallor. Sunt enim et istæ plangendæ tenebræ, in quibus me laet facultas mea quæ in me est; ut animus meus de viribus suis ipse se interrogans non facile sibi credendum existimet, quia et quod inest, plerumque occultum est, nisi experientia manifestetur. Et nemo securus esse debet in ista vita, quæ tota tentatio nominatur, utrum qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Una spes,

una fiducia, una firma promissio, misericordia tua, XXXII, 799.

Ut se gerit ad oculorum illecebras. — Pulchras formas et varias, nitidos et amœnos colores amant oculi. Non teneant hæc animam meam; teneat enim Deus qui fecit hæc, bona quidem valde, sed ipse est bonum meum, non hæc. Et tangunt me vigilantem totis diebus, nec requies ab eis datur mihi, sicut datur a vocibus canoris, aliquando ab omnibus, in silentio. Ipsa enim regina colorum lux ista, perfundens cuncta quæ cernimus ubiubi per diem fuero multimodo allapsu blanditur mihi aliud agenti et eam non advertenti. Insinuat autem se ita vehementer, ut si repente subtrahatur, cum desiderio requiratur, et si diu absit, contristat animum.

O lux quam videbat Tobias, cum clausis oculis istis filium docebat vitæ viam. Resisto seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuam. Quam innumerabilia, variis artibus et opificiis in vestibis, calceamentis, vasis et cujuscemodi fabricationibus, picturis etiam diversisque figmentis, atque his usum necessarium atque moderatum et piam significationem longe transgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras sequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti sunt et exterminantes quod facti sunt! At ego, Deus meus et decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, et sacrifico laudem sacrificatori meo, quoniam pulchra trajecta per animas in manus artificiosas ab illa pulchritudine veniunt, quæ super animas est, cui suspirat anima mea die ac nocte. Sed pulchritudinum exteriorum operatores et sectatores inde trahunt approbandi modum, non autem inde trahunt utendi modum. Et ibi est, et non vident eum, ut non eant longius et fortitudinem suam ad te custodiant, nec eam spargant in diliciosas lassitudines. Ego autem hæc loquens atque discernens etiam istis pulchris gressum innecto; sed tu evellis, Domine, evellis tu, quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Nam et ego capior miserabiliter, et tu evellis misericorditer; aliquando non sentientem, quia suspensius incideram; aliquando cum dolore, quia jam inhæseram, XXXII, 800, 801.

Ut se gerit ad voluptates aurium. — Voluptates aurium tenacius me implicaverant et subjugaverant; sed resolvisti et liberasti me. Nunc in sonis quos animant eloquia tua, cum suavi et artificiosa voce cantantur, fateor aliquantum acquiesco, non quidem ut hæream, sed ut surgam cum volo. Attamen cum ipsis sententiis quibus vivunt, ut admittantur ad me, quærent in corde meo nonnullius dignitatis locum, et vix eis præbeo congruentem. Aliquando enim plus mihi videor honoris eis tribuere quam decet, dum ipsis sanotis dictis religiosius et ardentius sentio moveri, animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur; et omnes affectus spiritus nostri pro sui diversitate, habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitantur. Sed delectatio carnis meæ, cui mentem enervandam non oportet dari, sæpe me fallit, dum rationem sensus non ita comitatur ut patienter sit posterior; sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam præcurrere ac ducere conatur, ita in his pecco non sentiens, sed postea sentio.

Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatus cavens, erro nimia severitate; sed valde interdum, ut melos omne cantilenarum suavium quibus Davidicum Psalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim, atque ipsius Ecclesiæ; tutiusque mihi videtur quod de Alexandrino episcopo Athanasio sæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem Psalmi, et pronuntianti vicinior esset quam canenti. Verum tamen cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, et nunc ipso quo moveor, non cantu, sed rebus quæ cantantur, cum liquida voce et convenientissima modulatione cantentur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis et experimentum salubritatis, magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Tamen cum mihi accidat, ut me amplius cantus, quam res quæ canitur, moveat, pœnaliter me peccare confiteor, et tunc malle non audire cantantem. Ecce ubi sum; flete mecum, et pro me flete, qui aliquid boni vobiscum intus agitis unde facta procedunt. Nam qui non agitis, non vos hæc movent. XXXII, 800.

CASSIANUS, Massiliens. presbyt. — Vitia cum omni hominum genus pulsant, non tamen uno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationis locum obtinet principalem, in alio superequitat furor, in alio

cenodoxia vindicat tyrannidem, in alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impugnari, diverso tamen modo et ordine singuli laboramus.

Quamobrem ita nobis adversus hæc arripienda sunt prælia, ut vitium unusquisque quo maxime infestatur explorans, adversus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem observationemque diligens, adversus illud quotidiana jejuniorum dirigens spicula contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebroque gemituum tela contorquens, adversus illud vigiliarum labores ac meditationes sui cordis impendens, indesinenter quoque orationum ad Deum fletus fundens, et impugnationis suæ extinctionem ab illo specialiter ac jugiter poscens. Impossibile namque est de qualibet passione triumphum quæmpiam promereri, priusquam intellexerit industria vel labore proprio victoriam certaminis semel obtinere non posse, cum tamen ut valeat emundari, necesse sit eum die noctuque in omni cura et sollicitudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutum, rursus latebras sui cordis simili intentione perlustret, et exploret quam sibi inter reliquas perspexerit diriolem, atque adversus eam specialius omnia spiritus arma commoveat, et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam, quia et mens triumphorum processu reddetur fortior et infirmiorum pugna succedens promptiorem et proventum faciet præliorum, ut fieri solet ab his qui coram regibus mundi hujus omnigenis congreddi bestiis, præmiorum contemplatione, consueverunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum vocatur. Hi, inquam, feras quascunque fortiores robore vel feritatis rabie conspexerint diriores, adversus eas primæ congressionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquis, quæ minus terribiles minusque vehementes sunt, exitu faciliore prosternunt. Ita et vitii semper robustioribus superatis, atque infirmioribus succedentibus, parabitur nobis absque ullo discrimine perfecta victoria. Nec tamen putandum quod principaliter quis contra unum dimicans vitium, et velut incautus aliorum tela prospiciens, inopinato ictu facilius valeat sauciari; quod nequaquam fiet. Impossibile namque est eum qui pro cordis sui emundatione sollicitus erga impugnationem vitii cujuslibet intentionem suæ mentis armaverit, adversus cætera quoque vitia generalem quemdam horrorem et custodiam similem non habere, sed cum principali cordis nostri intentio velut specialem sibi pugnam adversus unam exceperit passionem, pro ipsa orabit attentius, peculiari sollicitudine ac studio supplicans, ut eam diligentius observare, et per hæc celerem mereatur obtinere victoriam, XLIX, 630, 631.

PATRICIUS (S.), Hibernorum episcopus. — Fortiter ergo resistendum carnali voluptati; fortiter contra fallaces hujus mundi blanditias pugnandum, contraque multimodas Satanæ suggestiones invigilandum. Omni studio lata sæculi via vitanda est, quæ ducit ad mortem; at vero omni cordis desiderio via angusta quæ ducit ad vitam, adæquanda est et appetenda. Via hæc angusta, est via abstinentiæ et castitatis et humilitatis, et omnis religionis, quam viam ante nos Christus attrivit, qua via ad suum regnum migravit. Cujus et vestigia et nos sequamur, donec post eum ad urbem regiam perveniamus in qua ipse regnat..., LIII, 833.

PAULINUS (S.) Aquileiensis patriarcha. — Teramus carnis nostræ superbiam, quia caro est quæ animam perdit, et totam superbiam affert. « et qui in carne seminatur, de carne et metet corruptionem. » Caro est quæ recipit diabolum; diabolus enim seminat in carne nostra semina sua, id est homicidium, fornicationem, concupiscentiam, libidinem, iram, rixam, ebrietatem, superbiam, furtum, et omnem suggestionem malam, dicente Apostolo; « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus spiritus aeris hujus, adversus spiritalia in cœlestibus. » ... Caro est misera bestia, quæ gravat animam, dicente Apostolo; « Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. » ... Caro enim nostra in malitia semper vult potens esse; in abstinentia autem, id est in jejuniis et in vigiliis et orationibus ac bonis operibus infirmam se esse fingit...

Itaque mortificemus carnem nostram per abstinentiam et jejunium et vigiliis et orationes, ne vobis adducat diabolum cum concupiscentiis malis. Caro autem data est nobis quasi animæ bellum quæ si mortificetur, adducit vitam; si nutriatur, præparat se contra animam ad bellum. Laudo autem illum qui carnis suæ potest habere potestatem. Dum infirmitatem carnis nostræ timemus salutem animæ nostræ negligimus.... Væ, væ animæ miseræ quam caro persequitur! Caro nostra quotidie contra animam pugnat, et nos contra carnem

pugnare quotidie debemus... Omnem suggestionem malam caro concupiscit et demonstrat; caro concupiscit omne malum; caro hortatur maleficia; caro provocat iram, homicidium, adulterium et rixam; caro inserit ebrietatem et portat omnem concupiscentiam malam hujus sæculi; et omnia mala desiderat caro. O caro bestia crudelis, quid habes, quid gravas animam, quæ nihil desiderasset nisi Deo servire, si tibi inimicæ non se junxisset? Tu autem caro misera, non solum te ipsam occidis, sed et animam occidis. Non sufficit tibi perditio tua, sed adhuc animam vis in infernum demergere. Væ tibi, anima quæ carnem accepisti contrariam, quæ nec ipsa intrat, nec te permittit introire in regnum cœlorum! O caro mala, quid quæris, quid desideras? Non vis laborem sustinere; non vis inquietam conquirere; suffocas animam, ut versa vice tu sis domina et illa ancilla... Nec tu effugies pœnam, dum ipsa anima patitur gehennam; nec enim sine te poterit judicari in die judicii, XCIX, 274—278.

Est adhuc alia malorum carnis congestio, XCIX, 278, 279.

Oratio animæ ad Deum adversus mala carnis. — Non sit in me obsecro, Domine, concupiscentia libidinis, sed amor pulcherrimæ castitatis. Sim ad malum audiendum tarda, ad verbum tuum festina, ad perficiendum accelerans. Sim in tuo timore sollicita, in amore perfecta, in fide constans, in spem nullatenus dubitans. Dilectione proximi ferveam, odii amore non urar, nec invidiæ livore tabescam. Sanctum opus in me semper spira ut cogitem, compelle ut faciam. Suade me ut diligam te, confirma me ut teneam te, custodi me ne perdam te. Non ingrediatur nec requiescat in domicilio meo, ubi tua debet esse mansio, pes superbiæ nec gulæ concupiscentiæ, fornicatio, nec avaritia, invidia nec ira, tristitia nec vana gloria. Sed profundam humilitatem posco... Da mensuram abstinentiam, qua superflua ventris refrenetur edacitas, quæ me perimit. Da castitatem cordis, quæ me impollutam reddat. Da munditiam spiritus, quia immunda carnis luxuria me demergit. Da manus largifluas ad erogandum eleemosynas, quo tenax avaritia respuatur. Da dilectionis amorem, quo zelus exstinguatur invidiæ. Concede tolerantiam patientiam, per quam ira crudelis bestia superata deficiat. Tribue æterni gaudii spem, qua tristitiæ amaritudo demulceatur. Fac intrinsecus mentem de bono opere gloriari in te, ut vanæ gloriæ foras ex me non prodeat jactantia. Dona etiam mihi in omnibus tenere justitiam, magnanimitatem, temperantiam, et fac me cum simplicitate esse prudentem, ut et beatam vitam sinceriter agam, et malum prudenter fugiam; atque fraudulentam atque deceptoriam astotiam diaboli intelligere valeam, ne me per speciem boni fallat; et discernere rationabiliter valeam et providere quid boni agam, vel quid mali refugiam. Fac me post hoc mitem, benevolam, pacificam, mansuetam, sine simulatione esse, omnibus bonis concordem, in vigiliis, in jejuniis, in orationibus constanter strenuam. Da etiam in mansuetudine moderatum sermonem, adipisci silentium, ut loquar quod condecet, taceam quod loqui non oportet, ve quidquid ex virtutum fructu conferre dignaberis. Da sine aliquo errore immaculatam tibi servare fidem, et juxta fidem digna esse opera mea, ut fidem rectam opere pravo non polluam; et te quem credendo confiteor, male vivendo non denegem; et te quem strenua fide sequor actu, negligentiam operibus non offendam.

Fac me in sancto conversantem proposito sequi justitiam, diligere misericordiam, amare veritatem, refutare mendacium, falsum nihil meditari vel loqui, te indesinenter timere, te amare, te diligere, tua præcepta servare, pacem cum omnibus sine dolo retinere, discordes sine simulatione ad concordiam provocare, charitatem cunctis insimulatam offerre, nullum scandalizare, nulli me præferre, sed omnibus inferiorem judicare, reverentiam et timorem, non propter timorem potentum, sed ob Altissimum exhibere; senioribus obedientiam, et charitatem æqualibus offerre; gratiam opportune dilectionis junioribus ostendere; fraterna onera, sive pericula æquanimiter sustinere; cunctis simul prodesse, non obesse; nulli nocere, nulli adversari, nullum calumniari, nulli offendiculum ponere, nullum judicare, nulli detrudere, nulli injuriosam esse, nullius carpere vitam, nullius explorare semitam; sed de me ipsa tantum esse sollicitam, malum pro malo nequaquam rependere; injuriarum mearum nec memorem esse ullatenus nec vindicem, sed in omni bonitate superare malitiam; maledicenti benedictionem parare, inimicum et amicum diligere; convicia et contumelias irascientium sustinere, non rependere, injurias cito oblivisci, offensori meo ignoscere, ad veniam concedendam semper paratam esse; aliena non concupiscere, nec occasione qualibet auferre; mea vero non habentibus misericorditer erogare; advenam et peregrin-

num propter te, qui redemisti me, retinere, esurientem reficere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum operire, visitare languidum, requirere carceratum, consolari tristem, afflicto et lugenti compati, non habenti præbere necessaria, victum et vestitum dividere cum egeno, amplecti indigenam, fovere domesticum, amare peregrinum, redimere captum, suscipere advenam, tueri pupillum et orphanum, suffragari viduæ, subvenire oppresso, præstare auxilium desolato, . . . ; vel quæcunque præceptorum tuorum documenta declarant, diligenter credere et audire, ardentem investigare, prudenter scire, festinanter exercere, desideranter implere et coram te humilem semper existere, ut surgam, non dejiciar; erigar, non subruar; ascendam, non descendam, quia caro cum qua inhabito, semper perducere me vult ad peccatum, mecum vult coronari, sed non mecum decertare.

Nullum pessimiorum patior hostem quam corpus meum in quo inhabito. Est enim quasi leo subversor in domo mea; undique me pestifero morsu dilacerando consumens. Ideo longa trabens suspiria, clamitando dicam; « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei. » per quem? « Per Jesum Christum Dominum nostrum. » hæc velim, o Jesu salvator bone, redemptor optime; hæc velim quæ lucusque nunc supplicanda deprecata sum; hæc et hæc deprecor, quia pretiosissimo sanguine tuo redempta sum, ut propter carnis corruptionem non peream in æternum, non veniam in mortem secundam, neque in terram oblivionis. Hæc vox mea in auribus misericordiæ tuæ sonet, ut tuam, non carnis faciam voluntatem; et omnis mens mea te meditetur, in te delectetur, te sequatur, te confiteatur, quia redimendo me in æternum misericordia tua est, et in misericordia tua revixi perdita peccatis adolescentiæ meæ, et egi pœnitentiam coram te, quia servasti mihi tempus conversionis, quæ considerans peccata mea compuncta sum, et te inspirante egi pœnitentiam coram te.

Læta jam inde tibi nunc et semper innumeras gratias refero, quia ut invenirem te, tu prius quæstisti me; ut redirem ad te, tu compulisti; ut verberarer, tu sicut pius Pater respexisti; ut confiterer, tu es operatus; ut me recognoscens plangerem, tu dedisti mihi. Pone, Domine, lacrymas meas in conspectu tuo, et perveniat ad te in cœlum deprecatio mea. Adesto, precor, et subveni, atque in manibus tuis commendatam tibi me ipsam suscipe, liberans me de ore sævissimi draconis et de manu atrocissimi inferni. Cum acceperis me, et auferes de medio umbræ mortis, imo deduces in semitam lucis, in clarissimam regionem viventium. Colloca me in caulibus tuis gregum tuorum, quia tu es pastor bonus, qui requiris et reducis perditam ovem, tueris et salvam inventam; sanas et foves languidam. Et tu es misericors Dominus, qui sperantes in te non confundis, requirentes te non derelinquis, revertentes ad te non respicis; sed exultando et laudando suscipis, atque in æterna beatitudine una cum sanctis et electis tuis æternaliter regnare concedis, quia est tibi cum æterno Patre et Spiritu sancto, una deitas, gloria, virtus, imperium et potestas in sæcula sæculorum. Amen, XCIX, 279-282.

PETRUS CANTOR. — *De vitio linguæ.* Malæ autem loquacitatis, vel garrulitatis quatuor sunt causæ: adulatio, jactantia, cupiditas, incauta loquacitas. Loquacitas itaque contraria est bonæ taciturnitatis, contra quam clamat Propheta dicens: « Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis. Non declines cor meum in verba malitiæ, » unde abbas Serapion: Non est membrum in corpore meo quod ita timeam sicut linguam: « Si quis putat se esse religiosum, non refræns linguam suam a malo, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. » Idem Serapio ait: Diu flevi, multos labores sustinui, et diu in eremo vixi, nunquam tamen ad mensuram humilitatis et taciturnitatis, quam habuit filius meus Zacharias potui pervenire. Item: Nunquam presente sene emisi verbum, sed quod dicebat laudabam. Item idem cuidam quærenti: Quomodo quietus habitabo? respondit: Inter quos vivis, vive sicut advena, non dominus, et nunquam potestatem habeat verbum tuum coram te. Item idem: Si vis amari et quietus vivere, multum tace. In multiloquio enim non deerit peccatum. » Lanfrancus ne pro sua litteratura superbiret, semper tacuit, quousque perventum est usque ad fidei periculum.

Quidam enim Patrum ne peccaret in lingua fere semper quasi frenum, calculum in ore detulit. Item, sicut totius est peccare in remissione misericordiæ, quam in rigore justitiæ, sic et in taciturnitate magis quam in loquacitate. Item: « Quis est homo qui vult vitam, etc. » CCV, 195, 196.

Gula quatuor habet satellites: quid, quantum, quale, quando. *Quid*, consistit et attenditur in genere edulii;

quantum in quantitate; *quale* in condimento cibi, vel salsamenti, vel etiam utilitate; *quando* in temporis maturitate et frequentia.

Propter gulam, hinc maria homo scrutatur; hinc terram; alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno labore prosequitur. Nullis animalibus, nisi ex fastidio, pax est. Quantulum est quod ex istis epulis, quæ per tot comparatis manus, fesso voluptatibus ore bibatis? quantulum ex ista periculose capta dominus crudus ac nauseans gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longe advectis per istum stomachum inexplebilem labitur? Dico vos infelices esse, quod non intelligitis, majorem vos famem habere quam ventrem, CCV, 330.

S. Hieronymus ait: Quidam impinguati et dilatati de patrimonio Crucifixi, dapibus et vino ventrem confundunt et distendunt, ventris officio dissuetum conversum in saccum; marcidos cibos et putridos ingerunt et egerunt, stomachumque æstuantem potione sedant et relevant, ut Saul aquas bibens singulis noctibus inebriatus est. Quod si Apostolus, o filia, castigat corpus suum, et in servitutem redigit, ne aliis prædicans, ipse reprobus efficeretur, quomodo tu juvenula adhuc in fervore juventutis posita, dapibus et vino plena, de castitate eris secura. Quod si Vesuvius ardens, si Olympus ignivomus, si Ætna vaporibus plena caloribus ardet, quanto magis juveniles medullæ vino et dapibus plenæ et inflammatae! CCV, 331.

Patet ergo ex sanctorum auctoritatibus abstinentiam et sobrietatem collectaneas et nutrices esse continentiæ, gulam vero luxuriæ. Venter enim mero æstuans de facili labitur in libidinem. Cave tibi, ne prosternaris in convivio inter epulas cum filiabus Job. In majoris fratris convivio filios Job Satan obruit, non quod illi ventri vacabant, sed tamen quia inter convivia intentio mentis bona minus fervet et minus providet. Samson inter epulas Philistæos prostravit; Nabuchodonosor abutens epulis et vasis Domini audivit voces terribiles. Diabolus gula primos parentes tentavit. CCV, 332.

Gulam et ebrietatem conjungimus, quia sicut gula, ita et ebrietas ventrem distendit, carnem accendit, libidinem fovet et nutrit. Unde Lot, quem non vicit Sodoma, vicerunt vina, ut committeret incestum cum filia; Noe etiam, etc. CCV, 330.

Contra pigros. — Enervantibus autem sacræ Scripturæ, peccatorumque pessimis ponderatoribus, adjuncta est, et collectanea pigritia, ob quam nec lectitant, nec per scrutantur sacram Sripturam. Pigritia maximum est peccatum. Quid accusans Salomon, ait: « Usquequo, piger, dormis? quando consurges ex somno tuo...? » CCV, 246-249.

Et cum in omni fere genere humano, pigritia redargui possit et inveniri, maxime in clero reperitur, quia magna otia clericorum sunt. Non est quid agatur apud eos, cum tamen dicat Apostolus: « His denuntia ut panem suum scilicet proprii laboris, manducent. » Sic et illud exponitur: « In labore et sudore vultus tui vesceris pane tuo. » Per panem omne necessarium corpori intelligitur. A parte, totum scilicet corpus intellige. Labor enim hominis consistit, non tantum in acquirendo cibum, sed in vestiendo, in ædificium in quo habitat præparando. Est autem labor multiplex, naturæ, gratiæ et culpæ. Labor naturæ duplex, corporalis scilicet et spiritualis; spiritualis in cogitatione, corporalis multiplex. Nec prohibet Dominus laborem naturæ, qui est scilicet ad necessitatem, ubi ait: « Nolite solliciti esse de crastino, » secundum sollicitudinem vitiosum, non necessariam providentiam. Labor gratiæ est ad gratiam et propter gratiam. Qui duplex est, corporalis scilicet et spiritualis, et uterque triplex. Est enim labor pœnitentialis, ut: « Laboravi in gemitu meo. . . . » CCV, 249, 250.

Commendatio solitudinis loci. — S. Hieronymus a scholis liberalium artium convolans ad eremum, sic scribit cuidam, cum ad eremum, et mundi contemptum invitans: O desertum Christi floribus vernans! O solitudo, in qua nascuntur illi lapides de quibus in Apocalypsi civitas magni regis extruitur! O eremus familiaris Deo gaudens! Quid agis, frater, in sæculo, qui major es mundo? Quandiu tectorum umbræ te premunt? Quandiu famosarum urbium carcer includit? Crede mihi, in eremo nescio quid plus lucis aspicio. Licet, sarcina carnis abjecta, ad purum ætheris volare fulgorem. Paupertatem times? Sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris? Nemo athleta sine sudoribus coronatur. De cibo cogitas? Sed fides famem non timet. Supra nudam metuis humum exesa jejuniis membra collidere? Sed jacet Dominus tecum. Squalidi capitis horret inculta cæsaries? Sed caput tuum Christus est. Infinita eremi vastitas terret? Sed tu paradisum mente deambula.

Quotiescunque illuc cogitatione transcendens, toties in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis? Sed qui in Christo semel lotus est, non habet necesse iterum lavari. Et breviter ad cuncta audias Apostolum respondentem: « Non sunt condignæ passionis hujus temporis... » Delicatus es miles, si hic vis gaudere in sæculo, et postea regnare cum Christo, CCV, 213, 214. Intremus, idem inquit, solitudinem, quasi quædam secreta ruris, ubi cibarios panes et olus manibus nostris irrigatum, lac deliciæ rusticanae, viles quidem, sed innocentes cibos præbent. Ita viventes, non ab oratione somnus, nec saturitas a lectione revocabit. Si æstus est, secretum arboris umbram præbebit. Si autumnus, ipsa aeris temperies et strata subter folia, locum quietis ostendit. Vere ager floribus depingitur, et inter querulas aves psalmi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit et brumales nives, ligna non emam, calidus vigilabo, vel dormiam certe, quod sciam utilius, non algebo. Habeat sibi Roma suos tumultus, arena sæviat, circus insaniat, theatra luxurient, rumoribus vacet, salutationibus gaudeat: « Nobis Deo adhærere bonum est.... CCV, 214.

Idem ait: quoties in eremo constitutus, scilicet in horrido monachorum habitaculo, putavi me Romanis interesse deliciis, sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra, deformis et squalida cutis, sicut Æthiopicæ carnis obduxerat; quotidie lacrymæ, quotidie gemitus, et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. Sic ob gehennæ metum tali carcere ipse me damnaveram, et socius factus scorpionum et ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora jejuniis, et mens desideriis æstuabat, ad Jesu pedes jacebam, rigabam lacrymis, crine tergebam, et repugnantem carnem vigiliis et jejuniis cibo crudo utens et aqua frigida, cum in cocto aliquid sit luxuriæ, mihi subjugabam, CCV, 215.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal. — Age, homo, quid est caro ista, quam videlicet tam vigilantibus cura vestibis contegis, et tanquam regiam sobolem molliter nutris? Nonne massa putritudinis? Nonne vermis, pulvis ac cinis? Nec iste qui nunc est, a sapiente viro attenditur, sed potius dignum est ut sanies, virus, fetor et obscenæ corruptionis illuvies, quæ postmodum futura est, perpendatur. Quas ergo gratias tibi referent vermes, qui voraturi sunt carnes quas moliter ac suaviter enutristi? Age, inquam, cur passus est Christus? An ut proprios reatus ablueret, et excessus sui commissa deleteret? Sed audi Petrum de illo dicentem: « Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. » Ad quid ergo passus est? Adhuc Petrus ipse respondet: « Christus, ait, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. » Christus ergo primo passus est, quem protinus apostoli sunt secuti, quorum et nos vestigia præcipimur imitari sicut unus eorum dicit: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. » Ad quid ergo Christum legimus passum, nisi ut ejus e vestigio prosequamur exemplum? Obsecro itaque vos, dilectissimi, aures vestras a serpentinis perversa loquentium sibilis claudite, easque in simplicitate pauperis et crucifixi Christi Jesu virgines custodite; aureum Babylonis peculum et calicem iræ Dei, qui vobis blande porrigitur, ab ore vestro repellite; pestifera superbiorum et adulterantium verbum Dei venena vitæ. De quibus ad Timotheum Apostolus ait: « Profana et vaniloqua devita; multum enim proficiunt ad impietatem; sermo eorum ut cancer serpit, » Ne vobis et mihi, quod absit! gemina formido contingat, quam Apostolus diversis ponit in locis: « Vobis quidem timeo, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate quæ est in Christo Jesu; mihi autem illud timeo ne sine causa laboraverim in vobis... » Non ergo mens sancta participare crucem Christi metuat, non ejus contumeliam in nuditate corporis erubescat.... Numquam plane de sui corporis nuditate confunditur qui clara mentis acie futuræ præmia retributionis contemplantur, nec perhorrescit plagarum sub momento volentem asperitatem qui provide considerat eam quæ sibi compensanda est suavitatis æternæ dulcedinem.

O quam jucundum, o quam insigne spectaculum! cum supernus judex de cælo prospectat, et homo semetipsum in inferioribus pro suis debetis mittat! Ubi reus ipse, in pectoris sui tribunalibus præsidens, trifarium tenet officium: in corde se constituit judicem, reum in corpore, manibus se gaudet exhibere tortorem, ac si Deo sanctus pœnitens dicat: Non opus est, Domine, ut officio tuo me punire præcipias; non expedit ut me ipse justis examinis ultione percellas; ipse mihi manus injicio,

ipse de me vindictam capio vicemque meis peccatis reddo. Et hoc est profecto quod Petrus apostolus admonet dicens: « Nemo vestrum patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; si autem ut Christianus non erubescat. » Enimvero ubi hoc fit, dæmones fugiunt, et quod ad Christi gloriam earumque sit ignominiam, cernere perhorrescunt. Huic contra spectaculo assistant angeli, qui gaudent de peccatore converso; et hoc Deo gaudentes annuntiant, cum jam invisibilis judex id ipsum per se delectabiliter cernat. Hæc est hostia quæ viva mactatur, ad Deum per angelos oblata defertur; et sic humani corporis victima illi unico sacrificio quod in ara crucis oblatum est, invisibiliter permiscetur; et sic in uno thesauro sacrificium omne reconditur, videlicet et quod unumquodque membrum et quod caput omnium obtulit electorum, CXLV, 684-686.

SMARAGDUS abb.—Jejunia nostra sanctificemus religionis obsequiis. Quid autem est aliud: « Sanctificare jejunium, » nisi jejunii causa sancta velle, justa facere, iniqua vitare. Sanctificat ille jejunium qui flammam sævientis iracundiæ, mansuetæ mentis placabilitate restinguit. — Sanctificat jejunium, qui lascivientes oculos turpi ab aspectu habenis castitatis avertit. — Sanctificat jejunium, qui conviciorum jacula scuto patientiæ repercussa dispergit. Sanctificat jejunium qui litigantium tumultus pacifici sermonis et linguæ prudentioris arte compescit. Sanctificat jejunium qui consurgentes in semelipso vanarum cogitationum spinas evangelico sulcante vomere, velut quidam pectoris sui arator excidit. Sanctificat jejunium qui inopias egenorum pro quantitate substantiæ suæ miserantis manus humanitate solatur. Apprime sanctificat ille jejunium qui per omnia præceptis divinæ legis intentus diabolica a corde suo repulit tentamenta. Et ideo, si volumus placita exhibere jejunia, simus in fide fortes, in judiciis justis, in amicitia fideles, in injuriis patientes, in contentionibus moderati, refugientes turpiloquia, adversus iniqua constantes, in conviciis sobrii, in voluptatibus continentes, in charitate simplices, inter subdolos cauti, condolentes tristibus, contumacibus resistentes, in suspicionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles cœquales. Si hujusmodi virtutibus nostrâ voluerimus sanctificare jejunia, tribuente Domino ad festivitatem Paschalis gratiæ, et ad gaudia cœlestium promissionum indubitata fiducia et conscientia lætiore veniemus.

Bene jejunat quicumque esuriem suam refecti pauperis satietate sustentat. Bene jejunat qui divini recordatione judicii semetipsum refrenans, ab omni se illecebrarum voluptate suspendit. Bene jejunat qui carnem suam vitiorum germina pullulantem, sanctorum meditatione virtutum et sobrietatis amore castigat. Bene jejunat qui fraternas injurias pacifici pectoris lenitate dimittit. Gratissimum Deo defert jejunium qui mentem suam a pravis cogitationibus, oculos concupiscentia, linguam manusque a lite custodit. Et sic jejunium nostrum sanctificet castitas, ornet patientia, benignitas foveat, misericordia lætificet, commendet humilitas, ut gemino quodam corporis animique jejunio divinæ nos gratiæ semper commendemus, CII, 682, 683.

TAIO, Cæsaraugustan. episcop.—Peccata carnis ignorantibus tanto sollicitius ruinam præcipitem metuant, quanto altius stant. Noverint itaque quia quo magis loco prominenti consistunt eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur, qui tanto ardentius solet erigi, quanto se robustius conspicit vinci; tantoque intolerabilius dedignatur vinci, quanto contra se videt per integra infirmæ carnis castra pugnari. Admonendi sunt castimoniam servantes, ut incessanter præmia suspiciant... Eunuchi quippe sunt, qui, compressis carnis motibus, affectum in se pravi operis abscidunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit; hi cantant canticum quod nemo possit dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia..., LXXX, 858-860.

Abstinentes sollicitè semper aspiciant ne cum gulæ vitium fugiunt, acriora his vitia ex virtute generentur; ne dum carnem macerant, ad impatientiam spiritus erumpant, et nulla jam virtus sit quod caro vincitur, si spiritus ab ira superetur. Pensandum est virtus abstinentiæ quam parva respicitur, quæ non nisi ex aliis virtutibus commendatur... Jejunium quippe sanctificare est adjunctis bonis aliis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt abstinentes ut noverint quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt indigentibus largiuntur..., LXXX, 861, 862.

SERIES DECIMA SEPTIMA.

In Serie præcedenti de præceptis tum Dei tum Ecclesiæ tractavimus, et cum ex illorum observatione oriantur virtutes, Series hæc decima septima vicissim exhibebit Indices de virtutibus theologicis, Fide, Spe, Charitate; de Virtutibus moralibus, quæ sunt multiplices; de Officiis vel muneribus cleri tam regularis quam sæcularis; de Continentia et Cælibatu; de Virginitate et Virginibus; de Monialibus Deo consecratis; de Viduis; de Regibus, etc. Illis præterea subnectimus tres Indices, quorum primus Anecdotalis Lectori proponit præclarissima Facinora quæ in Patrologiæ Cursu referuntur; secundus revocat memorabiles sententias ex SS. Patribus excerptas, quæ præsertim ad virtutes et ad vitæ christianæ informationem attinent; tertius vero memorat Virtutes ethnicorum speciales quas Patres laudibus extulerunt.

CLII.

INDEX DE FIDE,

IN EO SPECTATA QUOD SIT VIRTUS THEOLOGICA,
ET PRÆBENS PATRUM DOCTRINAM DE ILLIUS NATURA ET PRÆSTANTIA, DE
NECESSITATE ET EFFECTIBUS, DE QUALITATIBUS, OBJECTO ET PRÆMIO.

I. — De fidei natura.

Fidei donum, S. Hilarius, X, 258. — Fides animæ et cordis officium est, id., IX, 434. — Fides donum est misericordiæ Dei, S. Ambrosius, XVI, 83. — Fides est a Deo, S. Augustinus, XXXIV, 83. — Est opus Dei, id., XXXV, 1602. — Donum Dei, id., XXXII, 622; XXXVII, 1116; XXXVIII, 234, 730, 911, 913, 915; XLIII, 247; XLIV, 552, 897, 976. — Donum omnino gratuitum, id., XLVI, 599, 616. — Fidei initium Dei donum est, id., XXXVIII, 979; XLIV, 961. — Non solum initium fidei, sed etiam incrementum donum Dei est, *ibid.*, 992, 993. — Fides unde dicta, id., XXXV, 1760; XL, 515. — Fides sic appellata est, quia sit quod dicitur, XXXIII, 285; XXXVIII, 320. — Fides est sperandorum substantia, convictio rerum quæ non videntur, id., XXXVIII, 699. — Fides catholica testimonio lectionis collecta, et apostolica veritate fundata, *ibid.*, 355. — Fides titubat, si divinarum Scripturarum auctoritas vacillat, id., XXXIV, 33. — Fides habet quoddam lumen suum in Scripturis, id., XXXVIII, 698. — Fides est credere quod non vides, id., XXXV, 1690. — Fides proprie est rerum quæ non videntur, id., XL, 235. — Fides tollitur si tollatur assensio, *ibid.*, 243. — Ubi defecerit ratio, ibi est fidei ædificatio, id., XXXVIII, 1137. — Fides est recta credulitas, ex qua omne quod non est peccatum est, et sine qua impossibile est placere Deo, S. Fulgentius, LXV, 570. — Fides a Deo datur, *ibid.*, 159, 448, 473. — Fides unde dicta, Cassiodorus, LXX, 563. — Fides est rerum non apparentium argumentum, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1202. — Fides illarum rerum argumentum est quæ apparere non possunt, Taio Cæsaraug., LXXX, 816.

Fides idipsum est quo fieri credimus id quod nondum videre valemus, S. Hildephonsus, XCVI, 108. — Fides est ignotæ rei et mirandæ certitudo, Alcuinus, CI, 972. — Est credere quod non vides, C, 867. — Fides ideo sperandorum substantia est, quia in se omnia illa gerit quæ non videntur, S. Paschasius, CXX, 1394. — Fides maximum Dei donum est, *ibid.*, 1436. — Fides justitiæ est origo, sanctitatis caput, devotionis principium, religionis fundamentum, *ibid.*, 1389. — Fides ea est per quam vere credimus et confitemur etiam si nondum intelligimus,

ibid., 1599. — Fides est fundamentum tam præsentis quam futuræ vitæ, Isidorus Mercator, CXXX, 27. — Fides est credulitas Dei promiscue accepta, Ratherius, CXXXVI, 594. — Fides quid sit, S. Petrus Damianus, CXLIV, 708. — Quid fides, Guibertus, CLVI, 657. — Fides est virtus quædam per quam ea quæ dicuntur nobis, etsi nondum appareant, certissime tamen credimus et fieri non dubitamus, S. Bruno Sign., CLXV, 903. — Definitio fidei secundum Apostolum, Hildebertus Cen., CLXXI, 1068. — Est vera virtus si per dilectionem operetur, *ibid.*, 1069. — Fides unde dicta sit, eo quod scilicet fiat dictum, *ibid.*, 1022. — Fides prima omnium virtus, *ibid.*, 1213. — Fides est omnium virtutum maxima, Godefridus, CLXXIV, 342. — Compendium veteris et novi Testamenti, *ibid.*, 515. — Fides quid sit, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 43. — Refellit definitionem fidei, qua dicit Abælardus fidem esse æstimationem, S. Bernardus, CLXXXII, 1061. — Fides ab intellectu qui differat, *ibid.*, 790. — Fides ex merito non est, sed Dei donum, Robertus Pullus, CLXXXVI, 837. — Fides quid sit, Petrus Lombardus, CXCI, 883. — Fides sola gratia nobis donatur, Balduinus, CCLIV, 587. — Deus est consummator fidei, *ibid.*, 592. — Fides ex Deo sola est, Petrus tantor., CCV, 266.

II. — De variis speciebus fidei.

Fides jacens et pene dormiens, S. Cyprianus, IV, 468. — Fides scabra, id., III, 1194. — Fides certa futurorum, id., IV, 676. — Fides cordis, S. Hilarius, IX, 338; S. Philastrius, XII, 1297. — Fides baptismi, *ibid.*, 1181. — Fides historica et temporalis, fides spiritalis et æterna, S. Augustinus, XXXIV, 166. — Fides duplex, fides qua credimus et fides in promissis, id., XLIV, 235. — Fides alia vulgaris, alia superior a qua fideles vocantur, id., XXXVIII, 145. — Fides alia humanorum pactorum, alia qua baptizati fideles vocantur, id., XXXIII, 184. — Viva fides est, quæ credit in id quod credi debet, S. Anselmus Cant., CLVIII, 221. — Mortua vero fides quæ tantum credit in id quod credi debet, *ibid.* — Fides perhibetur esse duplex, Rupertus Tuit., CLXIX, 433. — Fides triplex, præceptorum, signorum, promissorum, S. Bernardus, CLXXXIII, 668. — Vivida et victoriosa

quæ, *ibid.*, 293. — Mortua et ficta quæ, *ibid.*, 668. — Fides in trifariam dividitur, et quæ dicatur fides ficta, mortua et probata, Wolbero, CXCIV, 1019.

III. — De excellentia fidei.

Fide nihil pretiosius, S. Ambrosius, XIV, 1020. — Pretium tuum est, quo emuntur divina mysteria, *ibid.*, 660. — Pretium nostrum est, quæ omnes homines Christo acquisivit, *ibid.*, 1175. — Fides enim æternum patrimonium est, pecunia temporale, *ibid.*, 420. — Nihil sublimius fide, *ibid.*, 1258. — Fides thesauris omnibus opulentior, *ibid.*, 580. — O thesauris omnibus opulentior fides! o virtutibus corporis omnibus fides fortior, *ibid.*, 292. — Dignitatem et meritum facit fides, *id.*, XVII, 81. — In omnibus decora est fides, *id.*, XVI, 164. — Major fides est, quam lex, *ibid.*, 78. — Fides auro præferenda, S. Augustinus, XXXVII, 218. — Fides aurum est, carnalis concupiscentiæ frenum, *id.*, XXXVII, 1242. — Fidei christianæ quanta sit præstantia, S. Maximus Taurin., LIII, 348. — Fides omnium prima virtutum, S. Gregor. Magnus, LXXIV, 588. — Prima mater virtutum et origo est fides, Petrus Cantor., CCV, 270. — Fides est fundamentum aliarum virtutum, Petrus Pictav., CCXI, 1090.

IV. — De necessitate fidei.

Deus sanguinem nostrum non desiderat, sed fidem quærit, S. Cyprianus, IV, 594. — Solus evadet in fine mundi quisquis in sanguine et signo Christi inventus fuerit, *id.*, III, 1120. — Fidei in Dei rebus necessitas, S. Hilarius, X, 37. — Credendi necessitatem præstat sola dicti Domini auctoritas, *ibid.*, 275. — Fides ad sanitatem merendam prærequisita, *ibid.*, 195. — Eadem repositur ad animæ salutem, *ibid.* — Fidei fundamento eruto non superest spes, *id.*, IX, 783. — In fide catholica salus principaliter consistit, *id.*, X, 718. — Sine fide frustra fiunt opera bona, *id.*, IX, 504. — Virtutes sine fide folia sunt, videntur virere, sed prodesse non possunt, S. Ambrosius, XIV, 945. — Et opera vana sunt, *id.*, XV, 1725. — Fides hic necessaria, S. Augustinus, XXXVIII, 236. — Necessaria ad salutem, *ibid.*, 784. — Sine fide nullus unquam justus fuit aut erit, *id.*, XL, 621. — Fides quousque necessaria, *id.*, XXXII, 877. — Sine fide impossibile est placere Deo, XLIV, 755. — Fides primum præceptum et initium religionis, *id.*, XXXVIII, 237. — Initium salutis, *ibid.*, 912. — Fides necessaria ad pie vivendum, *id.*, XLI, 610. — A fide omnis justitia sumit initium, *id.*, XXXIII, 877. — Fides sine operibus nihil prodest, sicut nec opera sine fide, *id.*, XXXVI, 238. — Fidei necessitas, *id.*, XXXIX, 1950; XL, 755, 775. — Sine fide nihil unquam boni operis inchoatur atque perficitur, *id.*, XXXIX, 2234; XLV, 1791. — Fidei integritas in omnibus articulis ad salutem necessaria, S. Nicætas, LII, 1081. — Sine fide nihil sanctum, nihil castum, nihil vivum, S. Leo Magnus, LIV, 207.

Fides quam necessaria, S. Fulgentius, LXV, 671. — Sine fide qua in Deum credimus impossibile est placere Deo, *ibid.*, 622. — Fides et baptismus ad salutem necessaria, *ibid.*, 702. — Cordis puritas esse non potest, ubi fides non est, *ibid.*, 171. — Non credentes mortui dicuntur, Cassiodorus, LXX, 625. — Fidei necessitas, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 320. — Sicut rami sine virtute radicis arefiunt, sic opera bona a fide sejuncta nulla sunt, *ibid.*, 711. — Nemo potest ad veram pervenire beatitudinem, nisi per fidem, Haymo, CXVIII, 896. — Placere Deo non possumus nisi rectam fidei regulam sequamur, S. Petrus Damianus, CXLV, 21. — Fides est origo virtutum, bonorum operum fundamentum, totius humanæ salutis exordium, *ibid.* — Sine fide impossibile est placere Deo, Lanfrancus, CL, 400. — Necessitas fidei, S. Anselmus Cant., CLVIII, 221. — Necessaria fides ut anima summam essentiam credendo, tendat in illam, *ibid.*, 265. — Sine fide nullus homo habens intellectum regnum Dei mereri potest, 531. — Fidei necessitas ad salutem maxima, Ivo Carnot., CLXI, 482. — Sine fide regni cælestis palatium non ingrediuntur, S. Bruno Sig., CLXV, 902. — Sancta Ecclesia neminem ad se venientem recipit, nisi prius fidei ornamento indutus fuerit, *ibid.* — Fides necessaria est qua credantur quæ non videntur et subsistant in nobis per fidem quæ nondum præsentia nobis sunt per speciem, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 983. — Fides origo est in nobis ac fundamentum virtutum ac bonorum operum, *ibid.* — Sine fide nemo justus esse potest, Philippus de Harveng., CCIII, 290.

V. — De effectibus fidei.

Fides integra de salute secunda est, Tertullianus, I, 1222. — Fide tuti sunt Christiani, *id.*, II, 119. — Ubi fides fuerit, ibi nec bestię ipsæ nocere possunt, *ibid.*,

421. — Si montes transferre potest, multo magis militem, *ibid.*, 119. — Fide mundantur corda, S. Cyprianus, III, 1204. — Fides multum prodest, *ibid.*, 735. — Fidei robur immobile, *ibid.*, 798. — Fides nostra terret iniquos, recreat justos, S. Hilarius, IX, 412. — Fidei vis contra præstigia, *ibid.*, 369. — Ad arcendum dolorem, *id.*, X, 378. — Per fidem habet unde sedetur animus, *id.*, IX, 193. — Habet in se virtutem generalis auxilii contra omnes morbos, *id.*, X, 64. — Fides vitæ nostræ immobile fundamentum, S. Zeno, XI, 270. — Conscientiam medullitus mundat et quomodo, *ibid.*, 258. — Ubi fides est, non est dolor, *ibid.*, 420. — Fide Deo commendat, S. Optatus, XI, 883. — Fides ubi vera est, ibi veri luminis gratia, S. Ambrosius, XV, 1316. — Christus illuminat fidei claritate, resurrectionis suæ gloria, et divinorum operum potestate, XV, 1442. — Fides sapientes facit, *ibid.*, 1432.

Fide tangitur Christus, fide Christus videtur, S. Ambrosius, XV, 1638. — Fides nos Deo repræsentat, *id.*, XIV, 977. — Fides est quæ dona conciliat, *ibid.*, 753. — Fides justificat confugientes ad se, *ibid.*, 117. — Fidem solam gratia Dei posuit ad salutem, *ibid.*, 82. — Qui credit in Christum sola fide gratis accipit remissionem peccatorum, *ibid.*, 183. — Fides propitium facit Deum, si bonis operibus approbetur, *ibid.*, 220. — Fides christiana omnem superbiam amputat, *id.*, XVI, 506. — Fidei victoria est, cum omnia vitia et crimina subjugantur, *ibid.*, 482. — Quicunque fidei christianæ se sociaverit, fit civis sanctorum et domesticus Dei, *ibid.*, 379. — Ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia; ubi gratia, ibi hæreditas, *id.*, XVII, 1258. — Fide potestatem accepimus filii fieri Dei, S. Augustinus, XLV, 1614. — Fides ad Christum nos trahit, *id.*, XXXIII, 878. — Fide vere acceditur ad Jesum, *id.*, XXXIV, 1101. — Fides in Christum, si adsit, nulla peccata remanebunt, *id.*, XXXVIII, 788. — Fides vita, *id.*, XXXV, 1577, 1727, 1815. — Fides ad divina capienda facit habiles, *id.*, XLII, 822. — Fide corda mundantur, *id.*, XXXIV, 447; XXXVII, 1550. — Per rerum temporalium fidem pervenit homo ad æternam veritatem, *id.*, XXXIV, 1070. — Fides ad visionem perducit, *id.*, XXXVIII, 105. — Lætificabit in patria quem fides non consolatur in via, *id.*, XXXIV, 541. — Fides reipublicæ divinæ nos adsciscit, XXXIII, 535. — Fides præparat sanctos regno Dei, *id.*, XXXV, 1815. — Fide mens purgatur, ut Deum videre valeat, *id.*, XXXVIII, 36, 368, 541.

Per fidem salus gentium, S. Petrus Chrysologus, LI, 18. — Fides subito curat quod ars diu non curat, *ibid.*, 33. — Dat salutem, *ibid.*, 34. — Fide accedimus ad Deum, *ibid.*, 100. — Fides et impios ad justitiam et mortuos revocat ad vitam, S. Leo Magnus, LIV, 309. — Fides peccati radices evellit, S. Paulinus Nolanus, LXI, 299. — Fides renovatio vitæ, Eegyppius, LXII, 587. — Tam suaves offert fides fructus, ut etiam ipsa conciliet corda regnantium, Cassiodorus, LXIX, 522. — De efficacia fidei, S. Gregorius Turon., LXXI, 933, 1020. — Per fidem operibus junctam illuminantur tenebræ, serpentes, fugiunt idola prosternuntur, etc., *ibid.*, 741. — Fide et operibus ad æternam gloriam pervenitur, *id.*, LXXIII, 470. — Fides operi juncta salvat hominem, S. Hildephonsus, XCVI, 189. — Fides nos a peccatis omnibus purgat, mentes nostras illuminat, Deo reconciliat, etc., Halitgarius, CV, 671. — Fructus fidei in centurione, S. Paschasius, CXX, 349. — Per fidem justificantur peccato originali, Guibertus, CLVI, 490. — Pro fidei mensura gratiæ donantur, *ibid.*, 422. — Quanta sit fidei efficacia apparet exemplis variis, S. Bruno Sig., CLXV, 903, 904. — Fides hominem facit recte merentem, Rupertus, CLXIX, 43. — Homines ad principatum angelorum sublimat, *ibid.*, 18. Fide conjunguntur electi Deo, sicut mulier viro suo, *ibid.*, 200. — Fides nos generat Christo, Godofridus, CLXXIV, 760. — Petro promeretur clavem regni cælestis, *ibid.*, 124. — Fides justum facit et custodit, S. Bernardus, CLXXXV, 115. — Prospera et adversa vincit, *ibid.*, 114. — Item mundum et mortem, *id.*, CLXXXIV, 274. — Omnes æque nobilitat, *ibid.*, 140. — Fide vincimus hostes, *id.*, CLXXXIII, 293. — Fides quæ per dilectionem operatur sola virum bonum parit, Robertus Pullus, CLXXXVI, 839. — Fides complet voluntatem, obtinet salutem, *ibid.* — Per fidem in novam creaturam mutamur, Balduinus, CCIV, 592. — Filii Dei efficiuntur, *ibid.*, 595.

VI. — De qualitatibus fidei.

Cedat curiositas fidei, Tertullianus, II, 27. — Laudanda fides quæ ante credit observandam esse quam didicit, *ibid.*, 78. — Fidei perversitas est probata non credere,

non probata præsumere, *ibid.*, 146. — Fidei qualitas de genere conversationis æstimari potest, *ibid.*, 56. — Fides habet tentationem et probationem, *ibid.*, 112. — Famem non timet, I, 678. — Martyrii debitor est, *id.*, II, 158. — Fides nostra debet esse simplex, S. Cyprianus, IV, 760. — Fides una est, *ibid.*, 1136. — Fidei et perfidiæ non potest esse societas, *id.*, III, 829. — Fides ori atque cordi debet esse connexa, S. Hilarius, X, 397. — Scientia in fide est, ratio in Dei virtute, *ibid.* — Fides in simplicitate est, in fide iustitia, *ibid.*, 398. — Fidei timor in custodia mandatorum Dei comprobatur, *ibid.*, 359. — Fidei militia est custodire mandata, *ibid.*, 626. — Fidei nostræ maximum opus est humilitas, *ibid.*, 725. — Fidei unitas, *ibid.*, 267. — Fidei natura subijci loquacitatis artificia non patitur, *ibid.*, 259. — Fides quam præsumpta quæ mavult magis novellæ suæ traditioni credi, quam antiquitati, *ibid.*, 265. — Ubi fides modicâ, illic turbatio, S. Ambrosius, XV, 1633. — Non debet scindi, sed solida permanere, *ibid.*, 1834. — Bona fides cum pulchro operum renitet ornatu, *id.*, XVII, 562. — Si fides opera non habuerit, mortua est, S. Hieronymus, XXIII, 227. — Perfecta est Deum de Deo credere, *ibid.*, 171. — Pura moram non patitur, *ibid.*, 1040. — Nonsit otiosa, *id.*, XXIV, 660. — Fides non est superbiorum, S. Aug., XXXVII, 650, 874. — Humilitatem habet, *id.*, XXXV, 1670. — Fidei simplicitate lactari oportet, cum parvuli sumus, *id.*, XL, 309. — Fides sine spe et sine charitate pia non est, *id.*, XXXIII, 456. — Fides quælis esse debeat, *id.*, XXXIX, 1959. — Fides christiani quæ et quæ diaboli, *id.*, XL, 1190. — Fides interior et exterior, *ibid.*, 1189. — Fides sola sine operibus non commendat apud Deum, *id.*, XXXV, 2412. — Fides spe nutritur ut corpus cibo, dilectione animatur ut corpus anima, *id.*, XL, 1025. — Fides nostra ex moribus hominum pendere non debet, *id.*, XXXVII, 1592. — Qui non amat, inaniter credit et sperat, *id.*, XLI, 286. — Fides sine charitate mors est, *id.*, XXXV, 1578. — Fides non requirit arbitros, S. Petrus Chrysologus, *id.*, LII, 9. — Fides stat per orationem, jejunium et elemosynam, *ibid.*, 43. — In corde, non in chartis ponenda, *ibid.*, 57. — Qui fidem quærit, rationem non quærit, *ibid.*, 58. — Fides tradenda memoriæ, non libro, *ibid.*, 61. — Fides Christiani quæ et qualis esse debeat, S. Salvianus, LIII, 69. — Caritas robor fidei, fides fortitudo est charitatis, *ibid.*, 289.

Vera salus non erit ubi vera fides non fuerit, S. Fulgentius, LXV, 573. — Conscientia bona non est, nisi ubi est fides non ficta, *ibid.*, 543. — Fidem fictam Apostolus fidem vocat non secundum rei veritatem, sed secundum opinionem, *ibid.* — Quod mens credit lingua non taceat, S. Gregorius Magnus, LXXV, 1029. — Fides charitatem præcedit, *id.*, LXXVI, 98. — Quæ signa veram fidem comitari debeant, *ibid.*, 1574. — Fides nullis operibus completa non solum invenitur indecora, sed etiam mortua, S. Hildephonsus, XCVI, 189. — Fides omnium Christianorum una esse debet, Alcuinus, CI, 1546. — Fides sine fiducia et fortitudine ubique infirmatur, S. Paschasius, CXX, 360. — Meditandum omni Christiano ut integra sit ei fides, et non qualiscunque, *ibid.*, 717. — Fides nuda sit viribus humanis, nulli unquam defuit victoria, nisi cui talis fides deficit, *ibid.*, 1425. — Fides recta verior quam visio, *ibid.*, 1395. — Fides quomodo vera, Lanfrancus, CI, 115. — Fides mortua est sine Dei dilectione, Goffridus, CLVII, 232. — Sine charitate fides nihil prodest, Rupertus, CLXIX, 869. — Fides sine opere, stella sine luce, Hildebertus Cenonens., CLXXI, 403. — Sola perfecta fides Deo placet, S. Bernardus, CLXXIV, 728. — Fides ficta pejor et periculosior quam nulla, *id.*, CLXXXV, 111. — Fides otiosa inutilis, *id.*, CLXXXII, 216. — Fides qualis a nobis exigitur, Petrus Lombardus, CXCI, 127.

VII. — De objecto et merito fidei.

Fidei primum et maximum officium est, ut in verum Deum credatur, S. Augustinus, XLI, 127. — Fides in

Deum creatorem non sufficit ad salutem, *id.*, XLIV, 219. Nullus justorum etiam antiquorum a damnatione totius massæ perditionis salvus esse potuit, nisi per fidem in Christum, *id.*, XXXV, 1918. — Fidei catholicæ quod contrarium est, illud nulla dubitatione falsissimum esse credendum esse, *id.*, XXXIV, 262. — Fides catholica quid tenet, *ibid.*, 221. — Fidei catholicæ expositio, *id.*, XXXIX, 2180. — Fidei nihil addi, nihil minui potest, S. Leo Magnus, LIV, 1062. — Quocunque loco fueris constitutus, principaliter atque indubitanter toto corde retine Patrem Deum et Filium Deum, et Spiritum sanctum Deum, S. Fulgentius, LXV, 673. — Ista est fides catholica ut credamus, etc., S. Bonifacius, LXXXIX, 857. — Credendum est pariter in Patrem et Filium et eorum Spiritum, etc., S. Anselmus, CLVIII, 220. — Velle credere quod est credendum est recte velle, *ibid.*, 529. — Quæ de Christo credenda sunt, diserte exponuntur, *id.*, CLXIV, 425.

Secundum fidei merita tantum quisque accipit, quantum se credat accipere, S. Cyprianus, IV, 665. — Fidei meritum, S. Hilarius, X, 184, 195, 627. — Non ex salute fides, sed salus ex fide expectanda, *id.*, IX, 965. — Fide merendum quod petitur, *ibid.* — Fidei meritis reservatur beatitudo, *ibid.*, 599. — Fidei merito præcedenti quomodo tribuitur misericordia, S. Augustinus, XXXV, 2061. — Fides inchoat meritum, sed etiam fidei meritum est donum Dei, *id.*, XLIV, 965. — Fides est principium meriti, S. Bruno Sign., CLXIV, 736. — Fides ex merito non est, sed Dei donum, Robertus Pullus, CLXXXVI, 837. — Fides non merito operum præcedentium donatur, Balduinus, CCIV, 587.

VIII. — De fide antiquorum.

Fides ante Christum non erat in terris, Tertullianus, I, 1260. — Ante Domini Passionem salus per nudam fidem fiebat, *ibid.*, 1215. — Fides Antiqui et Novi Testamenti eadem, S. Leo Magnus, LIV, 319, 354. — Antiqui in fide Christi vivere et placere, *ibid.*, 314, 319, 454, 365, 377. — De fide antiquorum, de perfectione et imperfectione charitatis, Petrus Pictaviens., CCXI, 1115.

Libri de fide tractantes.

- Tractatus de fide, S. Zeno, XI, 269.
 De fide libri quinque, S. Ambrosius, XVI, 523.
 Liber de fide, Rufinus, XXI, 1124.
 De fide rerum quæ non videntur, liber unus, S. August., XL, 172.
 De fide et symbolo liber unus, *ibid.*, 181.
 De fide et operibus liber unus, *ibid.*, 197.
 De fide spe et charitate, *ibid.*, 231.
 De fide seu de regula veræ fidei liber unus, S. Fulgentius, LXV, 672.
 De fide, Taiq Cæsar., LXXX, 816, S. Hildeb., XCVI, 188.
 Homilia de fide spe et charitate, Raban. Maur., CX, 83.
 De fide, Haymo Halberst., CXVIII, 896.
 De fide, spe et charitate, S. Paschasius Radb., CXX, 1588.
 De fide catholica, S. Petrus Damianus, CXLV, 19.
 De fide, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 327; Abælardus, CLXXVIII, 1695.
 De fide, S. Bernardus, CLXXXIV, 1200; CLXXXIII, 770.
 De fide, Robertus Pullus, CLXXXVI, 816.
 De fide, Petrus Lombardus, CXCII, 805, 1082.
 Liber de commendatione fidei, Balduinus, CCIV, 571.
 De commendatione fidei, defectio fidei, Petrus Cantor., CCV, 266.
 Testimonia gentilium de fide, Petrus Bles., CCVII, 869.
 De fide, Petrus Pictav., CCXI, 1089.

CLIII.

INDEX DE SPE, UT VIRTUTE THEOLOGICA,

QUA ERIGITUR ANIMUS AD SPERANDAM A DEO ÆTERNAM
BEATITUDINEM EJUS AUXILIO OBTINENDAM,IN QUO DE ILLIUS NATURA ET CERTITUDINE, DE NECESSITATE, PRÆSTANTIA,
OBJECTO ET EFFECTIBUS,
AC DE PRÆSUMPTIONE ET DESPERATIONE ILLI OPPOSITIS.I. — *De spei natura.*

Spei natura, S. Hilarius, X, 628. — Spes ne sit incertorum præsumptio, sed expectatio cognitorum, id., IX, 417. — Spes quid sit nisi futurorum expectatio, S. Ambrosius, XVI, 1081. — Spes non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui sperat. S. Augustinus, XL, 255. — Quid spes, Haymo, CXVIII, 875; S. Paschasius Radbertus, CXX, 1455. — Quid sit inter spem et fidem, *ibid.*, 1438. — Spes autem quæ videtur non est spes, Laufrancus, CL, 152. — Spes quæ sit, S. Bruno Carth., CLIII, 47, 74, 427. — Quid spes, S. Bruno Sign., CLXV, 906; Hildebert. Cenoman., CLXXI, 1069; Hugo de S. Victore, CLXXV, 464. — In quo differant spes et fides, id., CLXXI, 1069. — De spe, quid sit, Petrus Lombardus, CXCII, 811. — Quid sit inter fidem et spem, *ibid.* — Spes quid, Petrus Pict., CCXI, 1094.

II. — *De variis speciebus spei.*

Spei alia gentium, alia christianorum, S. Augustinus, XXXVIII, 1024. — Spes carnalis, *ibid.*, 34. — Spes bonorum temporalium quam inanis et incerta, *ibid.*, 861. — Spes vana in pecunia, in honore, in amico potente, id., XXXVI, 237, 600. — Spes perversa decipit, sicut bona et recta liberat, id., XXXVIII, 535. — Spes alia est præmiorum æternorum, alia divini auxilii, id., XXXVII, 1541. Quotuplex spes, S. Bernardus, CLXXXIII, 668.

III. — *De certitudine spei nostræ.*

Spei nostra nititur Dei promissis, S. Hilarius, IX, 548. — Maxime nititur Dei misericordia, *ibid.*, 322. — Quantis ad sperandam veniam nos Deus titulis indulgentiarum provocaverit, S. Ambrosius, XV, 1442. — Spei nostræ certitudo, S. Augustinus, XXXVIII, 861. — Spes Christianorum quam solida, id., XXXVII, 1074. — Spes nostra in promissione Dei fundatur, XXXV, 1656. — Spes nostra quibus arrhis salutis a Deo erigitur, XXXVII, 1941, 1942. — Spes nobis data salutis, quia certa est, tanquam jam data esset eadem salus loquitur Apostolus, XLII, 251, 252. — Spes nobis in Christo est, quia jam in illo completum est, quod nobis promissum speramus, XLII, 251. — Spei certitudo in causa est, ut quod faciendum est, factum dicatur, id., XXXVIII, 180. — Spes quam certa, S. Bernardus, CLXXXIII, 200. — Spes ex Dei cognitione et sui nascitur, id., CLXXXIII, 973. — Tria considero in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis, S. Bernardus, CLXXXIII, 544. — Spes nostra innititur gratuitæ Dei electioni et bonitati, Adamus Præmonst., CXCVIII, 820.

IV. — *De necessitate et præstantia spei.*

Spei gestis est ostendenda, S. Hilarius, IX, 548. — Spes æternorum honorum in veterum Patrum vita et gestis continetur, *ibid.*, 631. — Spei futuri sæcularia contemnenda, *ibid.*, 941. — Spes illa videtur esse connexa fidei et charitati ut sint aliis aliæ necessariæ, S. Zeno, XI, 269. — De Domini miseratione non diffidendum et

infusum, quo in Deum firmiter credimus, iisque omnibus plane assentimus, quæ Deus revelavit, etiamsi illa captum nostrum superent. Quod explicatur. Est lumen, quia per eam mens nostra irradiatur et cognoscit quæ a Deo revelata sunt. Per hoc lumen firmiter, hoc est sine dubitatione, cum assensu pleno, certissime, credimus Deum existere, ipsique omnino confidimus. Inter ea quæ a Deo revelata sunt, alia intelligentia consequimur, alia ingenii nostri aciem superant, et utraque per fidem credimus. Intelligimus, v. g., cælum et terram fuisse a Deo condita. Non plane intelligimus qui fieri possit, ut Deus unus in tribus personis subsistat; utrumque fide certissima credimus, quia Deus utrumque revelavit, cum fidei hujus fundamentum sit Verbum Dei solum. Neque enim aliud fide theologica credimus quam quod dixit et revelavit. Et Deo revelanti credimus, quia Deus nec sapientissimus falli, nec optimus fallere potest; nam impossibile est mentiri Deum.

Cognoscimus autem quæ sunt a Deo revelata, per ministerium Ecclesiæ Christi, cui Deus credidit verbi sui depositum. Quod Ecclesia sumit ex Scriptura sacra et traditione. Quicquid enim Deus revelavit hominibus, quicquid Ecclesia proponit de fide credendum, totum in Scriptura vel traditione continetur. Scripturæ nomine intelligimus Verbum Dei scriptum in iis libris quos canonicos dicimus; traditionis nomine intelligimus Verbum Dei non scriptum in libris canonicis, sed ab apostolis ad nos usque continua successione, ore transmissum et veluti per manus traditum.

Dicimus verbi Dei depositum, nimirum Scripturam et traditionem Ecclesiæ fuisse a Christo commissum, quia ad solam Ecclesiam catholicam ex Christi instituto pertinet, tum Scripturas, tum traditiones seras et sinceras a falsis secerare; et interpretari et significare quis sit sensus Scripturarum et traditionis.

Ait S. Augustinus, lib. xiii contra Faustum, c. 4, 5. An Faustus apostolos nostros pro se testes vocabit? Non opinor homines producet, sed libros aperiet, quos non pro se, sed contra se apertos reperiet. Quod si eos infalatos dixerit, ipse testium suorum fidem oppugnabit. Si autem alios quos dicat apostolorum nostrorum codices protulerit, quomodo eis ipse auctoritatem dabit quam per Ecclesias Christi ab ipsis apostolis constitutas non accepit, ut inde ad posteros firmata commendatione transeurreret? Nostrorum porro librorum auctoritas, tot gentium consensione, per successiones apostolorum, episcoporum, conciliorum roborata Manichæis adversa est; vestrorum autem nulla est, quia et a tam paucis profertur, et ab iis qui Deum et Christum mendacem colunt.

Et in lib. xxviii, c. 2 et 4. Dices illam narrationem non esse Matthæi quam Matthæi esse dicit universa Ecclesia, ab apostolicis sedibus usque ad præsentem episcopos certa successione perducta... istum librum credite esse Matthæi, quem ex illo tempore quo Matthæus ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum Ecclesia certa connexionis successione usque ad tempora ista perduxit. Sed alium forte proferes librum, qui nomen habeat alienius apostoli, quem a Christo constat electum, et ibi Christum natum ex Maria Virgine non esse lecturus es. Cum ergo necesse sit alterum horum librorum esse mendacem, cui nos potius censes fidem accommodare debere? Eine quem illa Ecclesia ab ipso Christo inchoata et per apostolos protracta certa successionum serie usque ad hæc tempora, toto terrarum orbe dilatata, initio traditum et conservatum agnoscit atque approbat, an ei quem eadem Ecclesia incognitum reprobat? Si enim prolata fuerint aliquæ litteræ, quæ nullo alio narrante ipsius proprie Christi esse dicantur... quia et illæ litteræ si proferrentur, utique considerandum erat a quibus proferrentur. Si ab ipso, illis primitus sine dubio proferri potuerunt, qui tunc ei cohærebant, et per illos etiam ad alios pervenire. Quod si factum esset per præpositorum et populorum successiones confirmatissima auctoritate clarescerent. Quis est ergo tam demens, qui hodie credat esse epistolam Christi quam protulerit Manichæus, et non credat facta vel dicta esse Christi quæ scripsit Matthæus? aut si etiam de Matthæo, utrum ipse ista scripserit dubitat, de ipso quoque Matthæo non potius id credat quod invenit in Ecclesia, quæ ab ipsius Matthæi temporibus usque ad hoc tempus certa successionum serie declaratur, et credat nescio cui ex transverso de Per-side. Cum ipse apostolus Paulus post Ascensionem Domini, de cælo vocatus, si non inveniret in carne apostolos, quibus communicando, et cum quibus conferendo Evangelium, ejusdem societatis esse appareret, Ecclesia illi omnino non crederet? Sed cum cognovisset eum annuntiantem quod etiam illi annuntiabant, et in eorum communione atque unitate

viventem, ita eum Domino commendante, meruit auctoritatem, ut verba illius hodie sic audiantur in Ecclesia, tanquam in illo Christus locutus audiat. Et putat Manichæus credi sibi debere ab Ecclesia Christi, loquenti contra Scripturas tanta et tam ordinata auctoritate firmatas, per quas ei præcipue commendatum est ut quisquis illi annuntiaverit præterquam quod accepit, anathema sit.

Cum igitur tantum auxilium Dei, pergit idem S. Augustinus in lib. *De utilitate credendi*, c. 17, n. 35. tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos ejus Ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani ab apostolica sede per successiones episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum majestate damnatis culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare vel summæ profecto impietatis est, vel præcipitis arrogantia. Nam si nulla certa ad sapientiam salutemque animis via est, nisi cum eos rationi præcolit fides, quid est aliud ingratum esse opi atque auxilio divino, quam tanto robore prædictæ auctoritati velle resistere?.... Scripturarum a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod universæ jam placuit Ecclesiæ, quam ipsam Scripturarum commendat auctoritas, ut, quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, hujus obscuritate quæstionis eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat.

Vincentius Lirinensis, in suo Commonitorio ait: Sæpe igitur magno studio et summa attentione perquirens a quamplurimis sanctitate et doctrina præstantissimis viris, quoniam modo possim certa quædam et quasi generalia ac regulari via catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ pravitate falsitate discernere, hujusmodi semper responsum ab omnibus fere retuli. Quod sive ego, sive quis vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque vitare, et in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam Domino adjuvante deberet, primum scilicet divinæ legis auctoritate, tum deinde Ecclesiæ catholicæ traditione. Hic forsitan requirat aliquis: Cum sit perfectus Scripturarum canon, sibi que ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ut ei ecclesiasticæ intelligentiæ jungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed ejusdem alloquia alius aliter atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit; aliter Arius, Eunomius, Macedonius; aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Jovinianus, Pelagius, Coelestinus, aliter postremo Nestorius. Atqui idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris anfractus, ut prophetiæ et apostolicæ interpretationis linea secundum ecclesiasticam et catholicam sensus normam dirigatur.

Sancta Tridentina synodus de ista traditionis quæstione, decernit, ad coercenda petulantia ingenia, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei et morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentiam, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore edendæ forent. Consul. Matth. xi, 25; xvi, 18; xviii, 17; xxviii, 20. Luc. x, 16. Rom. i, 14; I Cor. i, 26. Ephes. iv, 14. I Timoth. iii, 15

Fides prorsus necessaria est ad salutem. Nulla salus iis qui firmiter non credunt quicquid credit et docet Ecclesia. Unde necesse est omnino, ut singuli credant in genere quicquid credit Ecclesia; et ex iis nonnulla capita, quæ præcipua sunt, distincte norint; scilicet, Mystera sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis Verbi, Redemptionis hominum per Christum, quæcunque apostolorum symbolo continentur; præcepta Dei et Ecclesiæ; multa quæ pertinent ad sacramenta, præsertim ad baptismum, Eucharistiam et pœnitentiam. Quod sic explicamus: Distinctam articulorum fidei cognitionem majorem minoremve habere tenetur unusquisque pro ratione status, conditionis, ingenii, temporis et cæterorum hujusmodi. Quæ cuique cognitio distincta necessaria sit difficile est certo statuere. Non hic quæstio est de iis quæ ante Christum essent necessario credenda. Loquimur solum de baptizatis quibus adest liber rationis usus. Nullus ex iis salvari potest, quin noverit mysteria sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis et Redemptionis. Tenentur singuli addiscere saltem præcepta Dei et Ecclesiæ, symbolum apostolorum, effectum baptismi, aliaque multa quæ per-

tinent ad sacramenta sive confirmationis, sive Eucharistiæ, sive pœnitentiæ, sive Extremæ-Uctionis, et ad status sui atque conditionis rationem et officia.

Hæc dicta intelligantur de rudioribus inter Christianos. Qui enim religionem penitus investigare et cognoscere possunt, nec curant, iis periculosior est ignorantia. Nihil enim est, quod nostra pluris intersit, quod ad nos spectet magis, quam singula nosse quæ Ecclesia credit, et omnium Ecclesiæ observationum rituumque rationes investigare. Id si ita est, mirum plerosque Christianorum torpere oscitanter supina ignorantia, cujus valde timendus ipsius exitus est in tremendo Dei iudicio. Quod conterunt tempus ludis, nugis, inanibus colloquiis, voluptatibus, id si in religionis studio collocarent, esset hæc illis et facilis et iucunda et utilis occupatio. Non est quod excusent suam ignorantiam.

PETRUS LOMBARDUS. — Dicendum de sufficientia fidei ad salutem. Illis enim qui præcesserunt adventum Christi et qui sequuntur, videtur profecisse fides secundum temporis processum, sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitione et articulorum quantitate, vel constantia et devotione. Est autem quædam fidei mensura sine qua nunquam potuit esse salus. Unde Apostolus: « Oportet accedentem ad Deum credere quia est, et quod remunerat est sperantium in se. » Sed quæritur utrum hoc credere ante adventum et ante legem, ad salutem suffecerit. Nam tempore gratiæ constat certissime hoc non sufficere; oportet enim universa credi quæ in symbolis continentur. Sed nec ante adventum nec ante legem videtur hoc suffecisse, quia sine fide Mediatoris nullum hominem vel ante, vel post fuisse salvum sanctorum auctoritates contestantur. Unde S. Augustinus: « Illa fides sacra est qua credimus nullum hominem, sive majoris, sive minoris ætatis, liberari a contagione mortis et obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem Dei et hominum Jesum Christum. » Cujus hominis ejusdemque Dei saluberrima fide etiam illi justi salvi facti sunt, qui priusquam veniret in carne crediderunt in carnem venturum. Eadem enim fides est et illorum et nostra. Proinde cum omnes justi sive ante incarnationem sive post, nec vixerint, nec vivant, nisi ex fide incarnationis Christi, profecto quod scriptum est, « non esse aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat salvari nos, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. » Idem S. Augustinus ait: « Nemo liberatur a damnatione, quæ per Adam facta est, nisi per fidem Jesu Christi. Eadem fides Mediatoris quæ nos salvat, salvos justos faciebat antiquos, pusillos cum magnis, quia, sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum: et sicut nos mortuum, ita illi moriturum; et sicut nos resurrexisse, ita illi et resurrecturum, et nos et illi ad iudicium vivorum et mortuorum venturum....., CXCII, 809-811.

Fides est virtus qua creduntur quæ non videntur. Quæ tamen non de omnibus quæ non videntur accipiendum est, sed de his tantum quæ credere ad religionem pertinent. Multa enim sunt quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est, quia non ideo a religione deviat.

Accipitur autem fides tribus modis, scilicet pro eo quo creditur, et est virtus; et pro eo quod creditur, et non est virtus; et pro eo in quo creditur, quod aliud est ab eo quo creditur. Unde S. Augustinus ait: aliud sunt ea quæ creduntur, aliud fides qua creditur. Illa enim in rebus sunt quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur; hæc autem in animo credentis est, et tantum conspicua cujus est, et tamen nomine fidei censetur utrumque, et illud scilicet quod creditur, et id quo creditur. Id quod creditur dicitur fides, sicut ibi in Symbolo S. Athanasii: « Hæc est fides catholica.... Fides autem qua creditur, si cum charitate est, virtus est, quia charitas mater est omnium virtutum, quæ omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem virtus est, qua non visa creduntur. Hæc est fundamentum quod mutari non potest, quæ posita in fundamento neminem perire sinit, unde S. Augustinus ait: « Fundamentum est Christus Jesus, id est, Christi fides, scilicet quæ per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus, quæ neminem perire sinit. Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione Christiani est; alia dæmonis est. Nam et dæmones credunt et contremiscunt. Sed multum interest utrum quis credat Christum, vel Christo, vel in Christum. Non ipsum esse Christum dæmones crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt. Aliud est enim credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo est credere vera esse quæ loquitur, quod et mali faciunt, et nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deum, est credere quod ipse sit Deus, quod etiam mali faciunt. Credere in

Deum est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, et ejus membris incorporari. Per hanc fidem justificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona operanda sunt quæ fiunt per dilectionem Dei. Ipsa enim dilectio, fidei opus dicitur. Fides ergo quam dæmones et falsi Christiani habent, qualitas mentis est, sed informis, quia sine charitate est. Nam et malos fidem habere, cum tamen charitate careant, Apostolus ostendit dicens: « Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam, etc. » Quæ fides etiam donum Dei dici potest, quia et in malis quædam Dei dona sunt, CXCII, 805.

2. De fidei fundamentis quæ sunt, Scriptura sacra, traditio et auctoritas conciliorum et Patrum.

Cum diversis modis dicatur fides, fatendum est tamen unam fidem, ut ait Apostolus: « Unus Dominus, una fides. » Sive enim fides accipiat pro eo quod creditur, sive pro eo quo creditur, recte dicitur fides una. Si enim pro eo quod creditur accipiat, ex hac intelligentia dicitur una fides, quia idem jubemur credere, et unum idemque est quod creditur a cunctis fidelibus. Unde fides catholica dicitur esse, id est universalis. Si vero accipiat fides pro eo quo creditur, ea ratione una dicitur esse fides, non quia sit una numero in omnibus, sed genere, id est similitudine. Unde S. Augustinus: Fides (quam qui habent fideles vocantur, et qui non habent infideles) communis est omnibus fidelibus; sicut plurimis hominibus, facies communis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est una, sed genere; quæ cum sit in uno, est et in aliis, non ipsa, sed similis, et propter similitudinem magis unam dicimus esse, quam multas. Sicut idem volentium dicitur una voluntas, cum tamen cuique sit sua voluntas, et duorum simillimorum dicitur facies una.

Notandum est quod fides proprie de non apparentibus tantum est. Unde S. Gregorius: « Apparentia non habent fidem, sed agnitionem. Unde cum Paulus dicat: fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. » Hoc veraciter dicitur credi, quod non solet videri. Nam credi jam non potest, quod videri potest. Thomas aliud vidit, et aliud credidit, hominem vidit et Deum confessus est..., fidem ipsam videt quisque in corde suo esse, si credit; vel non esse si non credit.... Cum ergo ideo credere jubeamur, quia id quod credere jubemur videre non possumus; ipsam tamen fidem, quando est in nobis videmus in nobis, quia et rerum absentium præsens est fides, et rerum quæ foris sunt, intus est fides; et rerum quæ non videntur, videtur fides, et ipsa temporaliter sit in cordibus hominum, et si ex infidelibus fideles fiant, perit ab eis.... Est ergo fides convictio non apparentium, quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda, et subsistunt in futuro per experientiam. Et ipsa est probatio et convictio non apparentium, quia, si quis de his dubitet, per fidem probantur, ut adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarchæ et alii sancti. Vel probatio est et certitudo quod sint aliqua non apparentia. Proprie tamen fides dicitur substantia rerum sperandarum, quia sperandis substât, et quia fundamentum est bonorum, quod nemo putare potest, CXCII, 805-807.

Cum fides, ex jam allatis testimoniis sit prima virtus quæ subjugat animam Deo, quia cognitio divinitatis et veritatis per fidem discenda est catholicam, quia « Sine fide impossibile est placere Deo, » vere beatus est qui et recte credendo bene vivit, et bene vivendo fidem rectam custodit. Igitur sicut otiosa est fides sine operibus bonis, ita nihil proficiunt opera bona sine fide recta. Ista est fides catholica, etc.

Adhuc de fide in se spectata consulantur Patres sequentes:

ABÆLARDUS PETRUS, abb. Rug., CLXXVIII, 629, 1349 et seqq., 1585, 1695.

ADAMUS SCOTUS, Præmonstrat. abb., CXCVII, 135, 684.

AGAPETUS I, papa, LXVI, 32 et seqq., 43.

AIMOINUS, Floriacens. mon., CXXXIX, 655, 749, 775.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 305 et seqq., 428, 539, 541, 545, 615.

ALCUINUS abb., C, 112, 172, 187 et seqq., 190, 193, 250, 505; CI, 597, 615, 918, 1088, 1284, 1345.

ALEXANDER II, papa, CC, 85, 289.

ALGERUS, scholast., CLXXX, 321, 838, 884, 936, 941.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc., XIV, 137, 214, 350, 356, 428, 492, 624, 660, 670, 753, 789, 877, 966, 997, 1012, 1020, 1047, 1061, 1069, 1086, 1097, 1174, 1175, 1219, 1233, 1267, 1279, 1316, 1324, 1353, 1565, 1594, 1419, 1432, 1439, 1441, 1443, 1452, 1484, 1499, 1501, 1520, 1538, 1550, 1559, 1561, 1597, 1599, 1633, 1637

1658, 1662, 1683, 1724, 1725, 1746, 1836; XV, 105, 113, 161, 166, 268, 278, 291, 331, 340, 420, 428, 432, 485, 500, 516, 529, 530, 548, 562, 588, 589, 671, 706, 711, 819, 827, 882, 887, 905, 924, 964, 976, 980, 981, 1006, 1008, 1011, 1138, 1152, 1209, 1247, 1257, 1267-1269, 1539, 1389, 1390, 1512.

ANASTASIUS, Rom. abb., CXXVII, 1014-1016; CXXXVIII, 451.

ANSELMUS, Havelbergens. episc., CLXXXVIII, 1146, 1159, 1200.

ARMENIUS, monac., LXXIV, 1243, 1246 et seqq.

ARNOBIUS, V, 491 et seqq.

ATTO, Vercellens. episc., CXXXIV, 29.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc., XXXII, 43, 612, 622, 722, 753, 808, 877, 1224, 1304; XXXIII, 146, 184, 285, 338, 374, 375, 386, 447, 448, 453, 456, 457, 482, 525, 533, 549, 574, 593, 598, 681, 768, 819, 820, 845, 858, 875, 877 et seqq., 880, 969, 978, 981, 984, 987, 988, 989, 1042, 1050; XXXIV, 22, 35, 71, 83, 145, 166, 262, 264, 574, 612, 614, 734, 756, 839, 1070, 1101, 1333, 1342, 1400, 1454, 1459, 1568, 1574, 1577, 1578, 1602, 1631, 1670, 1690, 1691, 1724, 1741, 1753, 1755, 1760, 1766, 1778, 1816, 1837, 1850, 1871, 1918, 1927, 1951, 1989, 2054, 2055, 2061, 2066; XXXVI, 31, 52, 34, 36, 72, 87, 103, 127, 136, 144, 145, 190, 218, 219, 236, 237, 240, 247, 248, 251, 254, 257, 258, 320, 321, 355, 357, 359, 368, 369, 399, 424, 436, 504, 541, 564, 571, 620, 627, 649, 653, 656, 669, 698, 700, 708, 727, 730, 784, 786, 787, 788, 808, 851, 874, 911-915, 993, 994, 999, 1008, 1075, 1112, 1116, 1117, 1119, 1126, 1131, 1133, 1143, 1196, 1201, 1278, 1341, 1345, 1362, 1438, 1523, 1557, 1602, 1603, 1614, 1690; XXXVII, 71, 87, 88, 111, 112, 124, 130, 151, 171, 179, 190, 197, 204, 217, 225, 233, 234-238, 286, 287, 293, 299, 316, 332, 341, 345, 368, 370, 376, 315, 521, 561, 562; XXXIX, 27, 63, 64, 80, 91, 175, 183, 184, 251, 356, 388, 821, 822, 852, 833, 835, 904, 914, 947, 960, 961, 1014, 1016, 1017, 1038; XL, 501; XLI, 183, 209, 214, 232, 237, 248, 249, 272, 314, 541, 577, 589, 397, 398, 400, 401, 450, 569, 593, 598, 599, 616, 673, 732, 755, 892, 897, 898, 920, 940, 961, 995.

BACHIARIUS, monach., XX, 1015, 1036.

BALDUINUS, Cantuariens. archiep., CCIV, 575 et seqq., 639.

BEDA Venerab., XCII, 45, 175, 259; XCIV, 749; XCV, 57, 97, 104.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abb., CLXXXII, 790, 818, 1089; CLXXXIII, 291, 736, 773, 921, 1012; CLXXXIV, 1200; CLXXXV, 111, 419, 1045, 1180, 1382.

BONIFACIUS (S.), episc. et mart., XXXIX, 852 et seqq., 853-858.

BONIFACIUS V, papa, LXXX, 436, 438.

BRUNO (S.), Carthusianor. instit., CLII, 642, 710, 715; CLIII, 200, 225, 327, 357, 531, 552 et seqq., 559, 562.

BRUNO (S.), Herbipol. episc., CXLII, 558, 568.

BRUNO (S.), Signiacens. episc., CLAIV, 163; CLXV, 901-904.

CAROLUS MAGNUS, imperat., XCVIII, 182, 185, 291, 329, 353 et seqq., 387, 388.

De primo fidei fundamento quod est Scriptura sacra.

Scriptura sacra est verbum Dei scriptum in his libris quos canonicos dicimus, hoc est, quod regulam fidei nostræ contineant, et quod horum librorum series contineatur in pluribus Ecclesiæ canonibus. Sic regulas ab Ecclesia positas vocamus.

Libri canonici hi sunt qui apud nos continentur in nostris bibliis, etc., de quibus sic definit synodus Tridentina :

Sacrosancta, œcumenica et generalis Tridentina synodus in Spiritu sancto legitime congregata,..... hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur; quod promissum ante per prophetas in Scripturis sanctis Dominus noster Jesus Christus Dei Filius proprio ore primum promulgavit, deinde per suos apostolos, tanquam fontem omnis salutis veritatis, et morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari jussit; perspicuensque hanc veritatem et disciplinam contineri in Libris sacris et sine scripto traditionibus, quæ ex ipsius Christi ore ab apostolis acceptæ aut ab ipsis apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta omnes libros tam veteris quam novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictatas, et continua suc-

cessionem in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit ac veneratur.

At debentne Christiani legere Scripturam sacram? Debent profecto. Etenim lectio divinarum Scripturarum, maxime novi Testamenti, Psalmorum et librorum moralium veteris Testamenti deberet esse castæ deliciæ et quotidiana exercitatio Christianorum, qui pietatem, non vanitatem aut curiositatem alere student. Id maxime probat et peroptat Ecclesia.

Sed fatendum est in Christianis esse plurimos quibus præ ignorantia crassiori, vel præ ingenii tarditate Scripturarum lectio parum prodesset; alios quibus præ superbo et indocili ingenio noceret hæc lectio. Ægri nimium, heu! quibus vel ipsum ægritudinis remedium mortiferum est. Unde Scriptura sacra debet legi cum mente veneranda, submissa, docili; quæ capiuntur ea tenenda sunt, quæ captum superant credenda et suscipienda. In omnibus obsequendum Ecclesiæ judicio. Deus orandus ante et post lectionem, aperiat nobis sensum ad intellectionem Scripturarum, et verba sua ipse cordibus nostris imprimat. Quidquid legitur, id alte animo infigendum, id jugiter ut sese dat occasio exprimendum in moribus, ne similes simus homini consideranti vultum nativitatis suæ in speculo; consideravit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.

Quæ explananda sunt auctoritate Patrum.... Audiatur primus S. Chrysostomus. Obsecro, ait homil. 2 in Math., c. 1, ut hæc quæ de Scripturis seminata sunt versetis. De tali enim studio, talique cura ingens quoddam animabus bonum ac salutare conquiritur. Nam et Deo placere possumus ista curando et ab injuriosis obscenisque sermonibus et conviciis munda ora servabimus, dum spiritualibus exercemur eloquiis, et dæmonibus terrori esse poterimus, linguam nostram talium armis muniendo verborum, et tunc majorem Dei gratiam valebimus promereri. Hinc enim et mentis vestræ et acumen augetur et lumen... Non sum ego monachus, uxorem habeo, et filios et curam domus gero. Hoc est quod omnia quasi una quadam peste corrumpit; quoniam lectionem divinarum Scripturarum ad solos putatis monachos pertinere, cum multo magis vobis quam illis sit necessaria. Qui enim versantur in publico et vulnera quotidie accipiunt, magis indigent medicamine. Itaque multo est gravius atque deterius rem superfluum esse legem Dei putare, quam illam omnino non legere.... Ex Scripturis namque divinis sermo prolatus, ipso igne vehementius animam audientis accendit, atque in omnem illam præparat usum bonorum. Sic etiam Paulus Corinthios, quos inflatos esse agnoverat ac tumentes, castigatione sermonis reddidit mitiores; et David post peccatum, quoniam sermonem audivit Dei ad salutem illam penitentiam convolvit... Non igitur contempnamus audire Scripturas divinas; diabolicæ enim est mentis, non permittentis nos aspicere thesaurum, ne divitias acquiramus. Propterea ille suadet nihil omnino esse commodi divinas audire leges ne quando ex auditu, sequi etiam videat actionem....

Idem, Conc. 3, de Lazaro, ait: Id semper hortor et hortari non desinam, ut non hic tantum attendatis illa quæ dicuntur, verum etiam cum domi fueritis, assidue divinarum Scripturarum lectioni vacetis. Ne quis enim mihi dixerit: Sunt frigida illa verba, multa insunt quæ contemni debeant; ego forensibus causis affixus sum, publica gero negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, alio liberos, familiæ curam gero, mundanus homo sum, non est meum legere Scripturas, sed eorum qui mundo dixerunt vale, qui montium vertices occuparunt, qui vitam hujusmodi continenter agunt. Quid ait, homo? Non est tui negotii Scripturas evolvere, quoniam innumeris curis distraheris? Imo tuum magis est quam illorum. Neque enim illi perinde Scripturarum egent præsidio atque vos in mediis negotiorum undis jactati. Nam monachi quidem a foro forensibusque negotiis liberi, quique in deserto fixere tuguriola, neque cum quoquam habent commercium, sed in illa quietâ tranquillitate cum omni securitate philosophantur, ac velut in portu sedentes, rebus vehementer tutis fruuntur. Nos contra velut in medio mari fluctuantes, innumerisque, velimus, nolimus, peccatis obstructi, semper opus habemus perpetuo iugique Scripturarum solatio.... Quia perpetuo stas in acie, quia frequentes accipis plagas, idcirco magis opus est remediis... Necesse est indesinenter a Scripturis armaturam sumere... Prohibeamus eminus venientia diaboli spicula extinguentes, depellentesque per assiduum Scripturarum lectionem. Neque enim fieri potest, non potest, inquam, fieri ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuo versetur in lectione spiritali... Nobis artis instrumenta sunt Apostolorum ac prophetarum libri, omnisque Scriptura divinitus inspirata et utilis... Per nos

fabricamur animam nostram depravatamque corrigimus, et inveteratam renovamus... Itaque ne negligamus nobis parere libros, ne circa vitalia vultus accipiamus. . Nobis ipsis recondamus thesaurum librorum spiritualium..... Ubique fuerint libri spirituales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque inhabitantibus accedit consolatio... Ex Libri sacris reddimur tutiores firmioresque. Nam simul atque tetigit aliquis Evangelium, mox composuit suam ipsius mentem, et a rebus mundanis abduxit, idque ex ipso solo aspectu. Quod si accesserit diligens lectio, non aliter quam in sacris adytis rebus divinis initiata anima, sic repurgatur, meliorque redditur, Deo cum ipsa per illas Scripturas colloquente. Quid igitur inquirunt, si non intelligamus ea quæ continentur libris? Maxime quidem etiam si non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctimonia. Quanquam fieri non potest ut omnia ex æquo ignores; propterea siquidem Spiritus gratia dispensavit illa temperavitque, quo publicani, piscatores, tabernaculorum opifices, pastores et apostoli, idiotæ, illitterati, per hos libros salvi fierent, ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere posset excusationem, ut omnibus facilia conspectu essent ea quæ dicuntur, ut et opifex, et famulus et vidua mulier et omnium hominum indoctissimus ex audita lectione aliquid lucri utilitatisque reportaret... Cui enim non sunt manifesta quæcunque in Evangelio sunt scripta? Quis autem audiens beatos esse mites, beatos misericordes, beatos iudicordes, cæteraque huiusmodi, desiderabit præceptorem, ut aliquid eorum discat quæ dicuntur? Quin etiam signa, miracula, historiarum, nonne cuius nota manifesta sunt? Prætextus iste est et causatio pigritiæque velamentum. Non intelligis quæ insunt? Quomodo possis aliquando intelligere quæ ne leviter quidem inspicere velis? Sume librum in manus, lege historiam omnem, et quæ nota sunt memoria teneas, ea quæ obscura sunt parumque manifesta frequenter percurrere. Quod si non potueris assiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad sapientiores, vade ad doctorem, communica cum his ea quæ scripta sunt, declara vehemens studium; et si viderit te Deus tantam animi promptitudinem adhibere, non despiciet tuam vigilantiam ac sollicitudinem. Verum etiam si nullus homo te docuerit quod quæris, ipse sine dubio reserabit... Magna adversus peccatum munitio est, Scripturarum lectio; magnum præceptum, profundum barathrum, Scripturarum ignorantia. Magna salutis perditio, nihil scire ex divinis legibus, ea res et hæresis peperit, et vitam corruptam invexit. Nam fieri non potest, non potest, inquam, fieri ut quis sine fructu discedat, qui assidua attentaque Scripturarum lectione fruatur...

Quid igitur, pergunt idem in homil. 10 in cap. 1 Joan, a vobis contendimus? ut una dierum in hebdomade vel saltem Sabbato, curæ vobis sit evangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter sensum disquirere quid clarum, quid obscurum in his sit adnotare velitis, quid pugnare videatur, cum non pugnet: ita omnibus penitus examinatis, vos his concionibus quam attentissimos exhibeatis. Hoc pacto non parum utrisque nostrum emolumenti provenerit... Quod si qui sunt qui negotia, occupationesque et publicarum privatarumque rerum curas causantur, primum in hoc non parum errant quod in tot rebus versantur, et ita semper sæcularibus negotiis affixi sunt, ut ne minimum quidem in his quæ maxime necessaria sunt studium impendant. Deinde frivolam et nullius momenti excusationem afferunt, cum accusati potius hac in parte eorum cum amicis possent consuetudines, et moræ in theatris et consessibus, ut equorum certamina speculentur, in quibus sæpenumero diem totum consumunt..... Est et his osecitantibus inepta excusatio, librorum scilicet inopia. Et divitibus quidem ad hoc respondere ridiculum est. Verum cum multos pauperes hac frequenter excusatione uti existimem, cum his parum perlocari, atque ita eos percontari placet, nunquid omnia artis suæ habeant instrumenta, et si inopia in his comparandis admodum impediuntur?..... Ita Paulum nonnulli ignorant, ut ne Epistolarum quidem numerum plane norint. Hoc vero non ignorantia facit, sed quod nolint huius viri scripta assidue in manibus habere. Neque enim nos quæ scimus ab ingenii bonitate atque acumine scimus, sed quod illi nos viro impense affecti, ab illius lectione nunquam discedimus. . Quapropter si et vos quoque in animam induxeritis huius lectioni studiosam ac diligentem operam navare, nihil sane erit quod aliud requirendum vobis sit.

Nunc vero ut quosdam e nostris sanctis Latinis Patribus in medium adducamus, audiamus Hieronymum et Augustinum.

Prior ait, Epist. ad Lælam: Pro gemmis et serico divinos codices amet filia tua, in quibus non auri et pellis Babylonicæ vermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata et erudita distinctio. Discat primo Psalterium, his se canticis avocet, et in Proverbiis Salomonis erudiat ad vitam. In Ecclesiaste consuescat quæ mundi sunt calcare. In Job virtutis et patientiæ exempla sectetur.

Ad Evangelia transeat, nunquam ea positura de manibus. Apostolorum Acta et Epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumque pectoris sui cellarium his opibus locupletaverit, mandet memoriæ prophetas, Heptateuchum, et Regum et Paralipomenon libros, Esdræ quoque et Esther volumina. Ad ultimum sine periculo discat Canticum canticorum, ne si in exordio legerit, sub carnalibus verbis, spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens vulneretur...

S. Augustinus ait, lib. III *Confess.*, cap. 5, n. 9: Itaque institui animum intendere in Scripturas sanctas, ut viderem quales essent. Et ecce video rem non comperitam superbis, neque nudatam pueris, sed incessu humilem, successu excelsam et velatam mysteriis. Tumorem refugiebat modum ejus, et acies mea non penetrabat interiora ejus. Verumtamen illa erat quæ cresceret cum parvulis; sed ego dedignabar esse parvulus, et turgidus fastu mihi grandis videbar.

Ideoque, lib. VI, *Confess.*, cap. 5, n. 8: Cum essemus infirmi ad inveniendam liquida ratione veritatem, et ob hoc nobis opus esset auctoritate sanctarum Litterarum, jam credere cœperam nullo modo te fuisse tributurum tam excellentem illi Scripturæ per omnes jam terras auctoritatem, nisi et per ipsam tibi credi et per ipsam te quæri voluisses... Eoque mihi illa venerabilior et sacrosancta fide dignior apparebat auctoritas, quo et omnibus ad legendum esset in promptu, et secreti sui dignitatem in intellectu profundiore servaret, verbis apertissimis et humillimo genere loquendi se cunctis præbens et exercens intentionem eorum qui sunt leves corde, ut exciperet omnes populari sinu.

Idem, in Joan. Tract. 18, n. 1: Neque enim natæ sunt hæreses et quædam dogmata perversitatis illaqueantia, animas et in profundum præcipitantia, nisi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non bene, et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur. Itaque, valde caute hæc audire debemus, ad quæ capienda parvuli sumus, et corde pio et cum tremore hanc tenentes regulam sanitatis, ut quod secundum fidem, qua imbuti sumus intelligere valuerimus, tanquam de cibo gaudeamus; quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere nondum potuerimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus, hoc est, ut etiam si quid nescimus, bonum tamen et verum esse minime dubitemus.

Idem, in Epist. ad Volusianum, c. 1, n. 3: Tanta est enim Christianarum profunditas Litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere, non quod ad ea qua necessaria sunt salutis, tanta in eis perveniatur difficultate, sed cum quisque ibi fidem tenuerit, siue qua recte pieque non vivitur, tam multa tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem Scriptura habet, « Cum consummaverit homo, tunc incipit. »

Modus, cap. 5, n. 18, autem dicendi ipse quo sancta Scriptura contextitur, quam omnibus accessibilis, quamvis paucissimis penetrabilis. Ea quæ aperta continet, quasi amicus familiaris, sine furo ad cor loquitur indoctorum et doctorum. Ea vero quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula et inerudita, quasi pauper ad divitem; sed invitat omnes, humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, desiderata quodam modo renovantur, renovata suaviter intimantur. His salubriter et prava corriguntur, et parva nutriuntur et magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus qui vel errando eam nescit esse saluberrimum, vel odit ægrotaudo medicinam.

Omissis igitur, lib. De vera relig., cap. 51, n. 100, et repudiatis magis theatricis et poeticis, divinarum Scripturarum consideratione et tractatione pascamus animum, atque potemus vanæ curiositatis fame ac siti fessum et æstuantem, et inanibus phantasmatibus tanquam pictis epulis, frustra refici satiarique cupientem: hoc vere liberali

et ingenuo ludo salubriter erudiemur. Si nos miracula spectaculorum et pulchritudo delectant, illam desideremus videre sapientiam, quæ pertendit a fine usque ad finem et disponit omnia suaviter.

— S. Bernardus, serm., 5 *De adventu Domini*, ait : *Serva sermonem Dei; nam et ille panis vivus est et cibus mentis..... Custodi Verbum Dei; beati enim qui custodiunt illud. Ergo trajiciatur in viscera quædam animæ lux, et transeat in affectiones tuas, et in mores tuos. Comede bonum, et delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliviscaris comedere panem tuum, ne arescat cor tuum, sed adipe et pinguedine repleatur anima tua.*

De secundo fidei fundamento, quod est auctoritas traditionis in rebus fidei.

Errant omnino qui opinantur unicuique jus et facultatem esse interpretandi et cognoscendi, seclusa auctoritate Ecclesiæ, quis sit legitimus Scripturarum sensus; nam ex hac perversa opinione patet aditus ad omne genus erroris et fraudis et licentiæ. Neque enim fuit unquam ullus hæreticus qui Scripturam sacrâ, privata sua interpretatione, ad suos sensus, ad sua commenta accommodatam non protulerit in medium. Deinde qui sic opinantur, ii adversantur sacræ Scripturæ et rationi : Scripturæ quidem. « Omnis enim prophetia Scripturæ, ait Petrus apostolus, propria interpretatione non fit. » Et certe licitum nunquam fuit singulis Judæis Scripturas sacras pro suo more interpretari, sed in rebus obscuris ad sacerdotes ire tenebantur. « Labia namque sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. »

Nec minus adversantur rationi qui sic sentiunt. Est enim a ratione prorsus alienum id pro certo statuere quod ad praxim revocari nullatenus possit. At ejusmodi est quod illi statuunt de privata Scripturarum interpretatione. Quomodo enim interpretabuntur Scripturas homines imperiti et rudes, ad fidem vocati, non secus ac docti, et quidem pars maxima Ecclesiæ; quomodo, inquam, Scripturas interpretabuntur qui nec legere sciunt, nec callent linguam vel Hebræam vel Græcam, quibus sacer textus constat.

Nec refert quod ad hæc respondeatur quod, etiamsi rudes nesciant Græce vel Hebraice loqui, nihil vetat eos ex vernaculis Scripturarum translationibus intelligere quis sit legitimus sensus Scripturarum; non antequam de legitimo sensu Scripturarum ex versionibus vernaculis judicent, discernendum illis est prius quænam Scripturæ canonicæ sint, quænam apocryphæ. Quis autem sanæ mentis non videt hanc discretionem ab imperitis fieri non posse?

Estio certi sint de librorum auctoritate, quomodo certi esse poterunt de translationum fide. Ab hominibus errori obnoxii factæ sunt illæ versiones. Quomodo intelligent imperiti num reipsa interpretes erraverint? Arguuntur quotidie et damnantur Scripturarum multæ versiones, ut a ienæ a gemino sacri textus sensu, id maxime in Protestantium vel doctissimarum versionibus locum habere certum est. Tolle auctoritatem Ecclesiæ, quæ Christi promissione fulta, dat nobis sine ulla erroris formidine et sacros fontes et sinceram horum versionem, patebunt omnia dubia.

Estio rudes et imperiti, seclusa auctoritate Ecclesiæ, certi sint de fide versionum, non propterea legitimum Scripturarum sensum assequuntur. Ad hoc necesse est testimonium cum testimonio, librum cum libro conferre, præcedentia cum subsequentibus connectere; quod quidem ab imperitis ne tentari quidem potest.

In his adhuc objicitur : Fateor fieri non posse ut singuli Christiani, etiam rudes imperiti legitimum Scripturarum sensum propriis viribus assequantur. Sed si supremo Spiritus sancti lumine illustrentur, si Deus unicuique sensum aperiat ad intelligendas Scripturas, nihil obstat quominus et ipsi Scripturas intelligant. At memini me audisse vel legisse usquam hanc esse Protestantium opinionem, quod velint adesse Spiritum sanctum singulis fidelibus Scripturas vel legentibus vel audientibus, ut ipsis legitimum harum sensum suggerat, juxta id quod Christus promisit, « Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. » Idque contendunt Apostolo confirmari, dum is refert hanc Jeremiæ prophetiam : « Hoc est testamentum quod disponam de omni Israel post dies illos, dicit Dominus : Dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum; et non docebit unusquisque proximum suum et unusquisque fratrem suum; dicens : Agnosce Dominum; quoniam omnes scient me a minore

usque ad majorem. » Quibus verbis videtur non obscure innui hanc esse Ecclesiæ prærogativam, ut omnes omnino Christiani supremo Spiritus sancti afflatu illustrentur, ut legem Dei, et proinde Scripturas et eorum genuinum sensum intelligant... Respondetur : Non is est eorum Scripturæ sacræ testimonium sensus. Prius enim quod protulisti ad apostolos et ad corpus Ecclesiæ spectat; et si ad singulos fides extendatur sensus est a nemine haberi posse cognitionem omnium veritatis, nisi per Spiritum sanctum; neque enim omnem veritatem norunt omnes omnino Christiani, ut quotidiana experientia per se patet.

Ad alterum testimonium ex Jeremiæ et ex Apostolo prælatum, quod spectat, certum est quoque non eum esse illius sensum, quod legem Dei et abstrusum Scripturarum sensum singuli Christiani sine magistro intellecturi sint. Is enim sensum et manifesta experientia refellitur, et aliis Scripturæ locis non obscuris confutatur. « Fides, inquit Apostolus, ex auditu. Quomodo audient sine prædicante? » Id unum ergo colligendum est ex hoc Jeremiæ testimonio ab Apostolo prolato, hanc esse Novi Testamenti prærogativam, quod ita scribenda esset lex Dei in mentibus et cordibus hominum per Spiritum sanctum, ut legem hanc sine magno labore Christiani edocendi sint. Nimirum Deus ipse per gratiam suam singulorum mentibus et cordibus insinuat quod ipsi a magistris docentur.

Et certe si sensus testimoniorum hujusmodi, qui non pauci in Novo Testamento reperiuntur, is esset quod singuli omnino Christiani supremo Spiritus sancti afflatu illuminandi essent, ad perspiciendum abstrusorem Scripturarum sensum, jam nullus esset modus sectarum undique exurgentium commentis. Se divinitus illustratum contendet Calvinus adversus Lutherum, Lutherus adversus Calvinum. Idem contendunt Anabaptistæ, et quotquot feret orbis fanaticos; contendet, inquam, quivis fanaticus, sibi divinitus infusum fuisse eum Scripturarum sensum, quo sua secta nititur. Sic patebunt omnia fabulis et erroribus et fallaciis. Nam potest Spiritus sanctus, Spiritus utique veritatis, sibi ipsi contradicere. Non potest revelare Lutherum Christum esse revera præsentem in Eucharistia, et Zvinglio Christum reipsa abesse ab Eucharistia. Ex his collige, agnoscendam esse omnino hominibus auctoritatem supremam, quæ erumpentes de religione quæstiones sine erroris formidine dirimat; alioqui patebunt omnia disputationibus; nihil nisi dubium occurreret in rebus fidei, nec impediri poterit quo minus omnes « simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. »

Huic incommodo occurrit ineffabili sua sapientia Deus opt. max. Nam jussit Ecclesiam ab omnibus audiri et consuli; promisitque permansuram esse ad finem usque sæculorum Ecclesiam, immaculatam utique et incorruptam, nec futurum unquam ut adversus eam portæ inferi prævaleant.

Traditionis necessitas adhuc probatur ex ipsis heterodoxis qui traditionem parvi se pendere profitentur.

Protestantes ipsi multa credunt, multa observant quæ non nisi traditione novimus. Credunt baptismum infantibus collatum, collatum infusione, collatum ab hæreticis, validum esse; id et nos credimus. Id autem non Scripturis, sed sola traditione constat. Diem Dominicam loco Sabbati sanctificant; festos dies complures celebrant; et in Britannia Majori frequentior est ista festorum dierum observatio. Hæc autem esse facienda sola traditio docet, ut ait S. Augustinus.

Quin et multa sunt in Scripturis præcepta, quorum ab observatione abstinere; nec tamen in eo peccare se suspicantur. Hæc autem non esse necessario observanda sola traditione liquet, hujus rei exempla duo ponere sufficiat.

Primum exemplum. Lotionem pedum omnino prætermittunt Protestantes, licet sic a Christo præcepta sit ut sacramentum eo ritu instituere videatur, si spectes literalem verborum sensum. Ait enim Christus Petro : « Si non laveris te, non habebis partem mecum » et deinde, « Vos vocatis me, Magister et Domine, et bene dicitis; sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. » Quis non his verbis sacramentum institui intelligeret, nisi certissima traditione constaret non esse hæc ea ratione intelligenda.

Alterum exemplum. Solemnis est ea lex ab apostolis in concilio Hierosolymitano sancita, qua præcipitur abstinere a suffocatis et sanguine; a quibus tamen minime abstinemus, uti nec ipsi Protestantes abstinere. Verba ipsa concilii referre juvat : « Visum est Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam

hæc necessaria : ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine et suffocato. » Non nisi traditione novimus ad tempus id fuisse ab apostolis præceptum.

Itaque non possunt effugere Protestantes auctoritatem traditionis. Hanc vel inviti sequi tenentur, quidquid in contrariam effutiant.

Nunc testimonia quorundam Patrum de auctoritate traditionis relaturi sumus.

Ignatius, ait Eusebius lib. III *Hist. ecclesiast.*, cap. 36, secundus post Petrum Antiochensem Ecclesiam sortitus, cum per Asiam sub accuratissima satellitum custodia ductaretur, singularum nihilominus civitatum quas ingrederetur, Ecclesias sermonibus et cohortationibus suis confirmans monebat imprimis, ut alibi a pravæ hæreticorum opinionibus caverent, quæ tunc primum in lucem emergere cum cœpissent copiosius pullulabant. Hortatusque est ut apostolorum traditionibus tenaciter inhærerent; quas quidem ad certioram notitiam posteritatis testimonio suo confirmatas scriptis mandare necessarium duxit.

Cum enim ad eam traditionem, ait Irenæus liber III, *Contra hæres.*, cap. 2, quæ est ab apostolis, quæ per successiones presbyterorum, in Ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris sed etiam apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem... Evenit itaque, neque Scripturis, neque Traditioni consentire eos.

Traditionem, cap. 3, itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint videre, et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt episcopi in Ecclesiis et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quæ seorsim ac latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipsas Ecclesias committebant. Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes, quibus emendatæ agentibus fieret magna utilitas... Maximæ et antiquissimæ et omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romæ fundatæ et constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionem, et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos judicantes, contundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentiam, vel vanam gloriam, vel per cæcitate et malam sententiam, præter quam oportet colligunt.....

Tantæ igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem quam facile est ab Ecclesia sumere, cum apostoli quasi in depositarium dives plenissime in eam contulerint omnia quæ sunt veritatis, uti omnis quicumque velit sumat ex ea potum vitæ... quæ autem sunt Ecclesiæ cum summa diligentia oportet diligere et apprehendere veritatis traditionem. Quid enim et si de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de præsentis quæstione sumere quod certum est et re liquidum est? Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis quam tradiderunt iis quibus committebant Ecclesias. Cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum eorum qui in Christum credunt sine charta vel atramento scriptum habentes per Spiritum in cordibus suis salutem et veterem traditionem custodientes.

Clemens Alexandrinus, *Strom.*, lib. 1, ait : Sed qui veram quidem beatæ doctrinæ servabant traditionem, istam a Petro, et Jacobo, et Joanne, et Paulo, sanctis apostolis, ita ut filius acciperet a patre, ad nos quoque Deo volente pervenerunt, illa a majoribus data et apostolica deposituri semina. Jam vero non revelavit multis ea quæ non erant multorum, sed paucis quibus sciebat convenire, qui et ea possent accipere, et ex eis informari. Arcana autem sicut Deus verbo creduntur, non scripto..., a nobis quoque audiat, ei qui occulte audit, occultum manifestum iri; et ei qui secrete ea quæ traduntur potest servare apertum iri quod opertum est, ut veritas, et id quod multis est occultum fiat paucis manifestum.

Tertullianus, *De corona militis*, cap. 3, ait : Hanc si nulla scriptura determinaverit, certe consuetudo corroboravit, quæ sine dubio de traditione manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquit, auctoritas scripta. Ergo quæramus, an et traditio nisi scripta non debeat recipi. Plane negabimus recipiendam, si nulla exempla præjudicent aliarum observationum, quas,

sine illius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo et exinde consuetudinis patrocinio vindicamus; denique ut a baptisate ingrediar, aquam adituri..... Sed et aliquanto prius in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo, et pompæ et angelis ejus. Dehinc mergitamur, amplius aliquid respondentes quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde suscepti, lactis et mellis concordiam prægustamus, exque illa die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus Eucharistiæ sacramentum, et in tempore victus et omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam presidentium summus Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico jejunium nefas dicimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum et calceatum, ad lavaera, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum et aliarum ejusmodi disciplinarum si legem exoptules Scripturarum, nullam invenies. Traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, et fides observatrix. Rationem traditioni et consuetudini et fidei patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexit disces. Interim non nullam esse credes, cui debeatur obsequium. Ergo non ad Scripturas provocandum est, nec in his constituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut par incertæ. Nam etsi non ita evaderet collatio Scripturarum, ut utramque partem sisteret, ordo rerum desiderabat ilud prius proponi, quod nunc solum disputandum est. Quibus competat fides ipsa; cujus sint Scripturæ, a quo et per quos, et quando et quibus sit tradita disciplina qua fiunt Christiani. Ubi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ et fidei christianæ illic erit veritas Scripturarum et expositionum, et omnium traditionum christianarum.

Christus (*De præscript.* cap. 20) quod homini agendum determinaret, quandiu in terris agebat, ipse pronuntiabat, sive populo palam, sive discentibus seorsum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri suo allegerat destinatos nationibus magistros. Itaque uno eorum decusso, reliquos undecim digrediens ad Patrem post resurrectionem jussit ire et docere omnes gentes, tingendas in Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum. Statim igitur apostoli., assumpto per sortem duodecim Mattia in locum Judæ..., consecuti promissam vim Spiritus sancti ad virtutes et eloquium, primo per Judæam, contestata fide in Jesum Christum et Ecclesiis institutis; dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei nationibus promulgaverunt, et proinde Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei et semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt et quotidie mutantur ut Ecclesiæ fiant. Ac per hoc et ipsæ apostolicæ deputantur, ut soboles apostolicarum Ecclesiarum. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, una est illa ab apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima et apostolicæ, dum una omnes unam probant unitatem, dum est illis communicatio pacis et appellatio fraternitatis, et confessio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.

Hinc igitur, cap. 21, dirigimus præscriptionem : Si Dominus Jesus Christus apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit : quia nec alius Patrem novit, nisi Filius, et cui Filius revelavit. Quid autem prædicaverint, id est, quid illis Christus revelaverit, et hic præscribam non aliter probari debere nisi per easdem Ecclesias quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam viva, quod aiunt, voce, quam per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis, apostolicis, matricibus et originalibus fidei conspiret veritati deputandam, sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit. Reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum et apostolorum, et Christi et Dei. Superest ergo uti demonstremus an hæc nostra doctrina de apostolorum traditione censeatur, et ex hoc ipso an cæteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Ecclesiis apostolicis, quod nulla doctrina diversa, hoc est testimonium veritatis.

Dogmata, ait S. Basilius, *De Spirit. sanct.*, cap. 27, et instituta quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus e doctrina scripto prodita, quædam rursus ex apostolorum traditione in mysterio, id est in occulto, tradita recepimus; quorum utraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sane vel

leniter expertus est quæ sint jura ecclesiastica. Nam si consuetudines quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudentes gravissimum Evangelio detrimentum inferemus, imo potius ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, ut ejus quod primum est et vulgatissimum primo loco commemorem, ut signo crucis eos qui spem collocarunt in Christum signemus, quis scripto docuit? ut ad Orientem versi precemur, quæ nos docuit Scripturæ? invocationis verba cum conficitur panis Eucharistiæ et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Neque enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque et ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis et oleum unctionis, præterea ipsum qui baptismum accipit, ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam porro olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde e Scriptura haustum? Reliqua autem quæ fiunt in baptismo, veluti renuntiare Satanæ et angelis ejus, ex qua scriptura habemus? Nonne ex minime publicata et arcana hac traditione? Nonne ex doctrina, quam Patres nostri silentio quieto, minimeque curioso servaverunt? Pulchre quidem illi, vimirum docti arcanorum venerationem silentio conservari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto?... Qui in primordiis Ecclesiæ certos ritus præscripserunt apostoli et Patres, in occulto, silentioque mysteriis suam servavere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio cur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud autem est dogma, aliud edictum; nam dogmata silentur, edicta vero publicantur. Isti autem silentii speciei etiam obscuritas qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad utilitatem in Scripturis versantium.... Deficiet, me dicit, si Ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto cætera, ipsam fidei professionem, qua credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, e quibus habemus scriptis?

Sufficit enim, ait S. Greg. Nyssenus, cont. Eunomium, ad nostri sermonis demonstrationem, quod habeamus a Patribus venientem ad nos traditionem, velut hæreditatem quamdam per successionem ex apostolis per sanctos sequenter transmissam.

Etiamsi, ait S. Hieronymus, *Adv. Lucif.*, cap. 4, Scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis... consensus instar præcepti obtineret. Nam et multa alia quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi legis scriptæ usurpaverunt; velut in lavacro ter caput mergitare; deinde egressos lactis et mellis prægustare concordiam, ad infantiam significationem; die Dominico et per omnem Pentecostem, nec de geniculis adorare, et jejunium solvere; multaque alia quæ scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit.

S. Augustinus, lib. *Contr. Jul.*, 10, n. 34, ait: Sancti Patres quod invenerunt in Ecclesia tenuerunt; quod didicerunt docuerunt; quod a patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.

Saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia, l. *De Baptis.* cap. 7, n. 12, in ipsis quoque schismaticis et hæreticis corrigere quod pravum est, non iterare quod datum est, sanare quod vulneratum est, non curare quod sanum est. Quam consuetudinem credo ex apostolica traditione venientem, sicut multa quæ non inveniuntur in Litteris eorum, neque in conciliis posteriorum, et tamen quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita et commendata creduntur. Quod universa tenet Ecclesia, lib. iv, cap. 24, n. 31, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur.

Vincentius Lirinensis, *Com.* 1, cap. 3, ait: In ipsa item Ecclesia catholica magnopere curandum est, ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est etenim vere proprieque catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia fere universaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, si sequamur universalitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem universalitatem hoc modo: si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia; antiquitatem vero ita, si ab iis sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos majores ac patres nostros celebrasse manifestum est; consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium

vel certe pene omnium sacerdotum pariter et magistrorum definitiones sententiasque sectemur. Christianus, cap. 4, si se aliqua Ecclesiæ particula ab universali communione præciderit, si contagio totam commaculare Ecclesiam conetur..., providebit ut antiquitati inhæreat, quæ prorsus jam non potest ab ulla novitatis fraude seduci. Omnino curabit ut paucorum temeritati vel instituti si quæ sunt universaliter antiquitus universalis concilii decreta præponat. Operam dabit ut collatas inter se majorum consulat interrogetque sententias, eorum duntaxat qui diversis licet temporibus et locis, in unius tamen Ecclesiæ catholicæ communionem et fide permanentes, magistri probabiles existerunt; et quidquid non unus aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum.

Nihil novandum, cap. 9; nisi quod traditum est.

Annuntiare ergo aliquid Christianis catholicis præter id quod acceperunt nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit, et anathematizare eos qui annuntiant aliquid præterquam quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit.

Christi vero Ecclesia, cap. 32, sedula et cauta depositorum apud se dogmatum custos, nihil in his nunquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat necessaria, non apponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena; sed omni industria hoc unum studet ut vetera fidei sapienterque tractando, si qua illa sunt antiquitus informata et inchoata accuset et poliat; si qua jam expressa et enucleata consolidet, firmet; si qua jam confirmata et definita custodiat. Denique quid unquam aliud conciliorum decretis enixa est, nisi ut quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur; quod antea lentius prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur. Antiqua, cap. 39, sanctorum Patrum consensio... præcipue in fidei regula magno nobis studio et investiganda est et sequenda... Sed eorum duntaxat Patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide et communione catholica sancte, sapienter et constanter viventes, docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro Christo feliciter meruerunt, quibus tamen hac lege credendum est ut quidquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum consilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo ratioque habeatur; quidquid vero, quamvis ille sanctus et doctus, quamvis episcopus, quamvis confessor et martyr, præter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et privatas opiniunculas a communis, publicæ et generalis sententiæ auctoritate secretum sit.

Quæcunque ergo proponuntur nobis Deo credenda necessaria, non continentur libris canonicis; nam multa sunt in iis non scripta et eorum quæ scripta sunt generum sensum assequi non valemus, nisi per traditionem. Porro traditionis necessitas patet ex Scripturis, ex omnibus Ecclesiæ Patribus, imo ex ipsis hæreticis qui ipsam parvipendere se profitentur. 1° Ex Scripturis quidem probatur hoc ex Pauli Epistolis, II Thessal. ii, 14; I, Col. xi, 2; II Timoth. ii, 2; Hebr. v, 11.

2° Ex Patribus. S. Ignatio Petri apostoli discipulo; S. Irenæo qui secundo floruit sæculo; S. Clemente Alexandrino, Tertulliano, Eusebio, S. Basilio, S. Gregorio Nysseno, S. Epiphano, S. Hieronymo, S. Augustino, Vincentio Lirinensi, et aliis qui vel quinque prioribus Ecclesiæ sæculis, vel cæteris deinceps ad nostra usque tempora floruerunt. Omnium una ea de re vox est. In his ne unus quidem fuit qui non agnovit traditionis necessitatem; quorumdam testimonia antequam referamus, quædam notanda sunt.

Eadem scilicet est prorsus traditionis auctoritas cum auctoritate Scripturæ verbum divinum scriptum sit necne perinde est, utrobique verbum divinum est. Id patet ex omnibus sanctis Patribus supra laudatis. Ea ratione ad nos usque pervenit verbum illud non scriptum, quod docti a Christo apostoli docuerunt quos constituerunt per civitates episcopos. Illi rursus docuerunt alios sibi successuros, a quibus alii quoque et docti et ordinati sunt. Sic custoditum est in Ecclesia verbi Dei ad nostra usque tempora depositum.

Sed dicitur: Quis certo scit non fuisse adulteratum verbum Dei, dum per tot ora, per tot sæculorum successiones ad nos usque transmeavit? Respondetur quod id fieri non potuisse constat: 1° quia Ecclesia spiritu Dei regitur, nec potest fieri ut erret unquam circa fidem; 2° quia Ecclesia regulam habet certam, qua veræ tradi-

tiones a falsis discernantur. Hæc autem in eo posita est, teste, post S. Augustinum, Vincentio Lirinensi, quod solum id habeatur pro tradito ab apostolis quod ubique docet vel servat diffusa per totum orbem Ecclesia, nec tamen aliquo certo tempore institutum fuisse cognoscitur. Et hæc regula vocatur certa quia fieri non potest, ut diffusi per totum orbem Christiani, qui nullam habent inter se consiliorum societatem, qui non minus moribus et ingeniis et usibus (si fidem excipies), quam regionibus a se invicem disjuncti sunt; fieri non potest, inquam, ut ii in rebus quæ ad religionem pertinent idem omnino doceant, idem servant, nisi id acceperint ab eodem magistro, qui discipulos suos per totum terrarum orbem miserit iisdem instructos præceptis et mandatis.

Objicitur adhuc: Quid si sensim incuria præpositorum seminatam et receptam aliquid per Ecclesiam fuerit contra Christi doctrinam, contra sanctiones apostolicas, nemine nisi post longa temporum spatia rem advertente?

Respondetur, id fieri nequise, si quæstio sit de re alicujus momenti, quod quidem sic demonstratur: 1° Christus promisit nunquam futurum ut Ecclesia erret in fide. 2° Est prorsus alienum ab hominum ratione et moribus, receptam ubique terrarum doctrinam et consuetudinem nemine advertente, nemine contradicente, subverti. Norunt omnes quas turbas, quas contradictiones excitare soleat rerum novarum molitio. 3° Si quis unquam novum dogma, novos in Ecclesiam mores invehere tentaverit, statim hunc deprehensum, confutatum, damnatum fuisse docet omnium sæculorum experientia, ut patet ex iis hæresibus quæ unoquoque fere sæculo prodierunt. 4° Quod ab apostolis ad nos usque traditione manavit, id scriptum subinde est a sanctis Patribus, qui singulis ætatibus floruerunt; refert unusquisque quid suo tempore sentiat, quid observet Ecclesia, hujus quoque rei vel vestigia, vel certa argumenta exstant in conciliis, in libris liturgicis, in aliis ejusmodi antiquitatis ecclesiasticæ monumentis, libri illi jam pridem toto terrarum orbe diffusi sunt. Non potest traditio falsa pro vera supponi, quod spectat ad mores vel dogmata, quin simul adulterentur et corrumpantur scripta illa omnia ex quibus eruuntur veræ et genuinæ traditiones. Illud autem fieri posse qui in animum induxerit, næ is insanire videatur. Certumque et certissimum ergo est quod quidquid nunc Ecclesia credit id crediderit jam ab apostolorum temporibus.

Et de observationibus ecclesiasticis, quidquid per totam Ecclesiam sic observatur, ut ignoretur hujus observationis initium. v. gr., jejunium quadragesimale, signum crucis, baptisma parvulorum, etc., hoc ab apostolis ad nos traditione manasse certissimum est....

Traditione utitur Ecclesia prorsus in duobus: 1° ut intelligatur qui sint libri vere canonici; 2° ut habeatur legitimus Scripturarum sensus. Neque enim libros alios recipit Ecclesia in canonicarum Scripturarum numerum, quam quos certa traditione novit ab apostolis manasse. Neque Scripturam explicat, nisi juxta eum sensum quem tenuit semper Ecclesia.

De tertio fidei fundamento quod est auctoritas conciliorum et sanctorum Patrum in rebus fidei.

Fidei depositum servat summus Pontifex, servant et episcopi, hi insurgentes controversias judicio suo dirimunt vel soli, vel in conciliis. Porro concilia congregantur ut plurimum vel cum occurrit controversia de fide dirimenda, vel cum statuendum aliquid est circa disciplinam, ubi rem unus episcopus non posset pari successu definire. Concilia sunt vel generalia, vel nationalia, vel provincialia, vel diocesana. Generalia quæ et idiomate Græco dicuntur œcumenica ex episcopis totius Ecclesiæ congregantur; nationalia ex episcopis unius regni vel nationis; provincialia ex episcopis unius vel aliquot provinciarum; diocesana ex episcopo et clero unius diocesis.

In conciliis sedent episcopi, alii ut iudices, alii ut assertores et vindices canonum, alii vel sedent vel stant ut rerum divinarum et ecclesiasticarum periti, ad ventilandas et discutiendas hinc et inde controversias.

Soli episcopi sedent ut iudices de jure. Sunt tamen alii quibus ex primæva consuetudine jus suffragii concessum est ab Ecclesia, puta præpositi generales ordinum religiosorum et abbates, imperatores, reges, principes, vel missi ab iis oratores vel magistratus sedent ut assertores et vindices canonum et publicæ tranquillitatis..... Sedent presbyteri, stant diaconi cæterique rerum ecclesiasticarum periti, ad ventilandas et discutiendas hinc inde controversias, ut, rebus mature discussis, et auditis consultorum votis, statuunt iudices quid duxerint esse

definiendum. Vetus est in Ecclesia consuetudo congregandi in Ecclesia concilia; etenim jam a temporibus apostolorum invaluit. Ipsi subortas quæstiones graves inter conversos ex Judæis vel ex gentibus fideles habito Hierosolymis concilio diremerunt, his verbis solemnibus: « Visum est Spiritui sancto et nobis. » Et his verbis usi sunt apostoli ut intelligamus sacrosanctis conciliis præesse Spiritum sanctum ipsumque per Patres congregatos loqui.

Conciliorum generalium definitio de fide certa est et erroris expers, quia hæc concilia repræsentant universam Ecclesiam cui promissa a Christo est æterna in recta fide stabilitas. « Portæ inferi non, etc. » Ejusdem auctoritatis est cæterorum conciliorum definitio, si accesserit totius Ecclesiæ consensus, quia ubi constat de totius Ecclesiæ fide, sive Ecclesia sit congregata in generalibus conciliis, sive per totum orbem diffusa, consensum suum præbeat conciliis particularibus, perinde est. Satis est si constet de totius Ecclesiæ fide. Quam enim fidem diffusa per totum orbem Ecclesia tenet; certum est hanc esse consentaneam traditioni, inconcussæ utique fidei nostræ regulæ. Hoc ut intelligatur, revocandum in mentem est fidei depositum Scriptura sacra et traditione contineri, duplicemque hanc esse fidei nostræ certissimamque normam. Ergo ubi de fide quæstiones excitantur, consulit Ecclesia Scripturam et traditionem. Et si quæstio sit de genuina intelligentia Scripturarum, ut fere semper convenit; nam obscuris Scripturarum sententiis abusi sunt semper hæretici ad suam et aliorum perditionem, inquit Petrus apostolus; tunc Scripturarum sensum genuinum Ecclesia a traditione accipit: nimirum traditio subortis quæstionibus antiquior et ad tempora apostolica continua successione recurrens, una et certa via est intelligendi quem Scripturarum sensum ab apostolis acceperit Ecclesia. Jam diximus id unum haberi pro traditione divina et apostolica quod tenet et tenuit semper Ecclesia per totum orbem diffusa. Variæ sunt rationes certo intelligendi num in unum vel dogma vel usum omnes omnino Ecclesiæ conveniant. Primo si convocentur omnes omnium omnino Ecclesiarum episcopi, quibus creditum est fidei depositum, ut singuli dicant quæ sit Ecclesiæ suæ traditio circa subortam quæstionem. Id fit in conciliis generalibus. Sed quia non ita facile congregantur ejusmodi concilia, alia via est expeditior juxta et frequentior certo cognoscendi quæ sit Ecclesiæ traditio. Suum fert summus pontifex de proposita quæstione iudicium; accedit singularum Ecclesiarum toto orbe consensus. Aliquando ferunt iudicium episcopi in conciliis vel provincialibus vel nationalibus aggregati, Romam et ad cæteras Ecclesias hæc iudicia referuntur, confirmantur a Romano pontifice; accedit omnium Ecclesiarum consensus; agnoscunt singulæ in hoc iudicio quam profitentur fidem. Consensus hic Ecclesiarum in rem ab uno particulari concilio definitam certissimum est traditionis argumentum eandemque obtinet auctoritatem ac concilium generale. Quamplurima exstant exempla hæresum hac multiplici via proscriptarum sive per concilia œcumenica, sive per summos pontifices, sive per episcopos, sive per concilia particularia, accedente totius Ecclesiæ consensu. Quin et concilia quædam quæ non fuerunt œcumenica convocata, accedente Ecclesiæ consensu habita sunt pro œcumenicis. Tale fuit concilium primum Constantinopolitanum, in quo proscripta est hæresis Macedonii. Id in œcumenicis secundum numeratur, nec fuit convocata nisi nationale totius Orientis; sed accedente consensu Occidentis œcumenicum evasit. Contra autem concilium Sardicense œcumenicum fuit convocata, non exitu, ut asserunt plerique theologi, quia non accessit totius Ecclesiæ consensus. Quod de fide diximus, dictum puta de disciplina et moribus Ecclesiæ. Plures sunt canones circa disciplinam et mores a provincialibus conciliis conditi, qui cum ab universa Ecclesia recepti sint, auctoritatem habent œcumenicam, dicunturque merito « canones Spiritu sancto conditi, et totius orbis reverentia consecrati. »

Scimus omnes Ecclesiam pro hæreticis habere et sine suo expellere eos qui eam definientem in fide non audiunt, juxta illud: « Si quis Ecclesiam non audierit, sit, etc. »

Quæritur adhuc quæ ratio sit habenda sententiæ sanctorum Patrum in rebus fidei. Ad hæc respondetur Ecclesiam Patres venerari ut testes traditionis suamque sæculo. Si quis eorum unus a cæteris dissentiat, non magni facienda ejus hac in re sententia. Maximi facienda est sententia omnium vel plurimorum idem sentientium. Ubi sancti Patres alii aliud sentiunt, nihil ut plurimum definit Ecclesia, quia cum traditio ea de re certa nec una sit, non habetur pro traditione divina, vel

apostolica. Hinc oritur inter catholicos theologos opinionum varietas de rebus ad fidem non pertinentibus

At, circa hæc, quænam amplectenda est sententia in rebus ad fidem non pertinentibus, in quibus nihil definiit Ecclesia, nec una est theologorum opinio?

Respondetur, quod tunc per Ecclesiam licet ad utramlibet partem se recipere. Quam quisque opinionem veriorum putat eam amplecti tenetur. Sed adhibenda cautio duplex: 1° sic nos affectos esse necesse est, ut opinionem deponamus et subjiciamus nos ex animo Ecclesiæ, si forte Ecclesia definiat tandem aliud ab eo quod sentimus; 2° servanda pax et charitas est cum iis qui aliud a nobis sentiunt. Nihil enim debet esse antiquius pace et charitate: « In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus charitas servetur. »

Et de his ad fidem non pertinentibus dicit adhuc sanctus Augustinus: Quod enim neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, et propter eorum inter quos vivitur societatem servandum est.

Sunt adhuc alia testimonia, quæ sequuntur.

S. Ambrosius, epist. 32: Sequor tractatum Nicæni concilii a quo me nec mors, nec gladius poterit separare.

S. Gregorius Magn., epist. 24, l. 1, dicit se venerari quatuor prima concilia, sicut quatuor Evangelia.

S. Hieronymus Dialog. contra Lucif.: Quomodo, inquit, Athanasius, Hilarius poterant adversus synodum Nicænam facere, propter quam exsilia sustinuerunt?

S. Augustinus, Epist. ad Januar. cap. 1, n. 1, ait: Illa autem quæ non sunt scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe servantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri.

Bellarminus cardin., Controv., t. II, lib. 1, c. 2, conciliorum necessitatem ad controversias de fide dirimendas astruit his verbis: Quamvis autem generalia concilia non sint absolute necessaria, tamen concilia aliqua sive generalia, sive particularia sint, omnino necessaria esse ad bonam Ecclesiæ gubernationem vix in quæstionem vocari posse dubito. Nam si necesse est, ut veniant scandala, ut ait Dominus, et oportet hæreses esse, ut ait Apostolus, certe necesse est etiam ut in Ecclesia sit certum aliquod iudicium, quo et scandala tolli possint et hæreses damnari; alioquin brevi tempore Ecclesia universa in partes scinderetur et periret; nam omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Etsi vero summus pontifex iudex est..., tamen non debet in controversiis Dei dijudicandis aut solo suo iudicio fidere, aut expectare divinam revelationem, sed adhibere diligentiam, quantam res tanta postulat, et ordinaria media, et tum demum expectare assistentiam Spiritus sancti et directionem divinam. Porro medium ordinarium proinde necessarium esse concilium, magnum aut parvum, unum vel plura, prout ipse iudicaverit, facile probari potest.

Primum ex divina illa promissione: « Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. » Hunc enim locum de conciliis intelligit synodus Chalcedonensis et aliæ synodi.

Secundo, ex facto apostolorum, qui cum possent etiam scorsim singuli definire controversias, tamen ne viderentur negligere medium ordinarium et a Christo ipso demonstratum, non sine concilio controversiam de legalibus Antiochiæ exortam definire voluerunt.

Tertio, ex consuetudine totius Ecclesiæ, atque omnium sæculorum. Semper enim fuit in Ecclesia ista consuetudo, ut ad res dubias explicandas concilia episcoporum haberentur. Et ipsi etiam Romani pontifices nullam unquam hæresim novam sine novo concilio damnaverunt, ut cognoscere poterit qui vel tomos conciliorum, vel historias ecclesiasticas evolvere voluerit. Quod autem semper et ab omnibus factum est, quis negare audebit, ordinarium dici posse, et revera esse?

Sed accedat confirmatio ex Patribus. S. Cyprianus, l. II, epist. I, ad Stephanum: « Necesse, inquit, habuimus, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere et celebrare concilium. » Gelasius ait: « Si præcessit, in t. De vincul. anathem., consensus pontificis, doceatur a quibus, et ubi ille sit gestus, si secundum Ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si majorum more prolatus, si competenti examine depromptus; ubi procul dubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, et depulsionem catholici, quia nova est causa, fieri certissimum est. » Itaque etsi posset Deus per absolutam suam potentiam Ecclesiam sine conciliis conservare, tamen secundum ordinariam providentiam ejus, necessaria concilia sunt ad bonam Ecclesiæ gubernationem

Holden., lib. 1 De resol. fid., cap. 9, ait: Stabilita jam catholicæ traditionis certitudine, eaque in unitate sua præcipue constituta, superest investigandum, qua via quoque medio cognoscenda sint divinitus revelata et instituta, quæ huic innituntur traditioni. Cum autem universum quid seu catholicum sit quod inquirimus (traditio scilicet universalis) constat evidentissime a nullo particulari et singulari homine sub hac petendum esse ratione. Quidquid enim declarare aut denuntiare valeat quivis particularis, quicumque ille fuerit, traditionis universalis rationem habere nequit sub hoc præciso particularis denuntiationis titulo, licet fortassis ei possit competere hæc ratio, eo quod universim et catholice idem ipsum sit et unius et totius societatis iudicium. Imo tametsi plurimorum fuerit in concilio congregatorum testimonium, nisi universum et catholicum sit, traditionis certitudinem perfectam non habet. Ex his clare consequitur Ecclesiæ Christi pastores et rectores, quamcunque alias habeant auctoritatem, veritatum revelatarum esse tantummodo custodes et testes; fidelissimos quidem et invictissimos, sive sparsim per orbem universum in suis sigillatim diocesis et parochiis greges suos docentes et regentes, sive in debilis circumstantiis et conditionibus universim congregatos et consentientes. Verum articulorum fidei conditores audeat eos nemo vere catholicus et perspicax astruere. Omnem puta fidei revelatæ articulum Dei revelantis auctoritati per necessarium inniti, novas autem communicari Ecclesiæ revelationes, quæ fidei catholicæ dogma fundent, nullus agnovit catholicus; ac ideo fidei revelatæ et catholicæ articulorum numerum augeri posse, vel est ignorantis, vel calumniantis oratio. Christum igitur veritatum revelatarum et divinarum institutionum solum et unicum fundatorem ac conditorem fuisse, tanquam axioma indubitatum apud catholicos omnes, præsupponimus. Hanc veritatem subsequitur altera quam habet S. Augustinus, ep. 118 ad Jan.: Quæ Christus præscripsit ea nemo audeat variare, ut puta, sicut nequit Ecclesia novum aliquod divinitus revelatum aut institutum, fidei scilicet catholicæ articulum tradere, condere, aut fidelibus obtrudere, ita neque in totius Ecclesiæ potestate ac auctoritate situm est veritatem aliquam a Christo revelatam, aut institutionem divinitus editam, vel minime variare aut immutare, sub hoc, inquam, anathemate: « Non præteribit unum iota, aut unus apex a lege »

Statuendum ergo posse concilium generale certissime et absque omni erroris periculo denuntiare et declarare (quod alii vocant, decernere et definire,) quidquid sit directe et expresse divinitus revelatum aut institutum. Quod non aliud est quam posse hos omnes simul episcopos, et unumquemque seorsum testificari, quid in suis singulis et universis provinciis, vel creditur, vel exercetur, tanquam doctrinæ revelatæ articulus, aut divinitus institutum religionis exercitium... Episcopi et rectores Ecclesiæ iudicant in concilio generali velut præceptores et doctores, populus vero tanquam discipuli discere et obedire tenentur.

CONCILIA GENERALIA.

Concilia generalia Græcorum.

Anno 325, concilium generale Nicænum I sub Silvestro, papa.

Ann. 381, conc. Constantinopolitanum I, sub Damaso.

Ann. 431, Ephesinum, sub Celestino I.

Ann. 451, Chalcedonense, sub Leone I.

Ann. 553, Constantinopolitanum II, sub Vigilio.

Ann. 680, Constantinopolitanum III, sub Agathone.

Ann. 787, Nicænum II, sub Adriano I.

Ann. 869, Constantinopolitanum IV, sub Adriano II.

I. Anno 325, Nicænum I, concilium œcumenicum a Constantino imperatore convocatum, cui profuit Osius Cordubensis episcopus nomine Silvestri pontificis Romani, ibique Arium et impium ejus dogma trecenti decem et octo Patres proscripserunt; contra vero consubstantialitatem Verbi divini cum Patre æterno stabilierunt, et quæstionem de celebrando Paschate tandiu agitatam in Ecclesia definiunt.

II. Anno 381, Constantinopolitanum secundum œcumenicum a Theodosio convocatum concilii Nicæni confirmandi causa, ut sedi suæ Constantinopolitanæ restitueretur sanctus Gregorius Nazianzenus, et ad stabiliendam fidem circa divinitatem sancti Spiritus a Macedonio impugnata, convenerunt ibi centum quinquaginta episcopi, qui unanimiter statuerunt ut episcopus Constantinopolitanus post Romanum Pontificem primum obtineret locum.

III. Anno 451, Ephesinum tertium œcumenicum a Theodosio convocatum, cui præfuerunt legati pontificis Romani Cœlestini, celeberrimum fuit ducentorum episcoporum, a quibus Nestorius duas personas in Christo admittens, anathemate percussus fuit, quique virginem Mariam dicendam esse matrem Dei negabat, sed tantum Christi matrem. Vicesima secunda die Junii fuit inchoatum anno 451, in quo iterum proscripta fuit hæresis Pelagii.

IV. Anno 451, celebratum fuit Chalcedonense œcumenicum quartum, sexcentorum triginta episcoporum et quatuor legatorum sanctissimi Patris Leonis, cui interfuit imperator Marcianus cum imperatrice Pulcheria, magno senatorum et magistratum ordine comitante, octava die Octobris inceptum est et in prima Novembris finitis tredecim Actionibus seu sessionibus, absolutum est; in quo concilium Ephesinum, anno 449 habitum cum Dioscuro et Eutyche qui naturas in Christo confundebant vel personas dividebant, condemnatum est.

V. Anno 553, Constantinopolitanum II, quintum œcumenicum a Justiniano convocatum invito Vigilio pontifice Romano, qui postea tamen illud approbavit; et inde inter œcumenica annumeratum fuit; in quo errores Origenis, tum Tri Capitula damnata sunt.

VI. Anno 680, Constantinopolitanum III sextum œcumenicum convocatum, et anno sequenti finitum, in quo quinque priora concilia probata fuere et contra Monothelitas definitum duas esse in Christo voluntates, Honorius quoque papa damnatus est.

VII. Anno 787, Nicænum II septimum œcumenicum ab imperatore Constantino Leonis et Irenes filio simul et a summo pontifice Adriano convocatum, inceptum Constantinopoli anno 786, sed translatum Nicææ anno 687, trecentorum quinquaginta Ecclesiarum qui cultum sacrarum imaginum adversus Iconoclastas constituerunt.

VIII. Anno 869, Constantinopolitanum IV octavum œcumenicum ab imperatore Basilio convocatum Adriano II pontifice in schismaticum Photium exsulem factum, et de restitutione sancti Ignatii patriarchæ Constantinopolitani in sua sede patriarchali.

Concilia generalia Latinorum.

- Anno 1122, Lateranense I, sub Calixto II.
- Ann. 1139, Lateranense II, sub Innocentio II.
- Ann. 1179, Lateranense III, sub Alexandro III.
- Ann. 1215, Lateranense IV, sub Innocentio III.
- Ann. 1245, Lugdunense I, sub Innocentio IV.
- Ann. 1274, Lugdunense II, sub Gregorio X.
- Ann. 1311, Viennense, sub Clemente V.
- Ann. 1409, Pisanum, sub Alexandro V.
- Ann. 1414, Constantiense, sub Joanne XXIII.
- Ann. 1431, Basileense, sub Eugenio IV.
- Ann. 1439, Florentinum, sub Eugenio IV.
- Ann. 1512, Lateranense V, sub Julio et Leone X.
- Ann. 1545, Tridentinum, sub Paulo III, Julio III et Pio IV.

IX. Anno 1122, Lateranense I, nonum œcumenicum, sedente Calixto pontifice, de recuperanda in Saracenos Terra Sancta congregatum est.

X. Anno 1139, Lateranense II decimum œcumenicum ab Innocentio II convocatum in antipapam Petrum Leonis filium, et de conservandis ecclesiasticis bonis.

XI. Anno 1179, Lateranense III œcumenicum undecimum ab Alexandro III papa in Valdenses, Albigenses et schismaticos ab antipapa Victore IV ordinatos convocatum.

XII. Anno 1215 convocatum fuit Lateranense IV, duodecimum œcumenicum, sedente summo pontifice Innocentio III in Albigenses, in eo damnatus est Joachinus abbas. Primum est concilium in quo verbum illud « transsubstantiatio » reperiatur, licet in auctoribus qui centum ante annos degebant legatur. Adfuerunt Patres ducenti octoginta tres supra mille, inter quos sexcenti septuaginta tres erant episcopi.

XIII. Anno 1245, Lugdunense I decimum tertium œcumenicum ab Innocentio IV convocatum de expeditione in Saracenos ad recuperandam Terram Sanctam. Concilium illud præterea tentavit Fredericum imperatorem deponere; et, ea potestas in principes christianos, nec ad summum pontificem nec ad Ecclesiam pertinet.

XIV. Anno 1274, Lugdunense II decimum quartum œcumenicum sub Gregorio X de recuperanda Terra Sancta. In errores Græcorum et ad recipiendos eos qui in pacem et in sinum Ecclesiæ redire vellent.

XV. Anno 1311, Viennense, œcumenicum decimum quintum, præside Clemente V. Cui interfuerunt reges Galliarum, Angliæ et Arragoniæ, patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus et episcopi plures quam trecenti. Ordo

Templariorum in eo abolitus est, damnata Fratricellorum, Dulcimistarum, Beguardorum et Beguinarum hæresis, et de recuperanda Terra Sancta actum est.

XVI. Anno 1409, Pisanum, habetur in Gallia decimum sextum œcumenicum, eo quod a cardinalium collegio servatis omnibus juris formulis fuerit convocatum, sede vacante propter electos simul duos pontifices qui sedem Romanam ambiebant, et uterque tum Benedictus XIII et Gregorius XII depositi sunt, et in eorum loco suffectus Alexander V qui concilium illud approbavit et Constantiensem sequentem synodum indixit.

XVII. Anno 1414, Concilium Constantiense habetur in Gallia decimum septimum œcumenicum vocatum, eo quod a Joanne XXIII, Alexandri V legitimo successore convocatum fuerit tanquam appendix et continuatio concilii Pisani, in quo Joannes XXIII sponte pontificatum abdicavit ad sedandum schisma, et in ejus locum Martinus V electus est, qui probavit quæcunque gesta fuerant in concilio. Hæreses Viclefi et Joannis Hus proscriptæ sunt, anno 1414 inceptum et 1418 absolutum.

XVIII. Anno 1429, Basileense in agro Ticinensi inceptum, postea Siennæ continuatum, ab Eugenio IV, deinde Basileæ convocatum, qui sexdecim priores sessiones probavit, et alias irritavit a vicesima sexta inclusive, quas etiam Ecclesia Gallicana viginti sex sessiones priores quæ ad solam fere Bohemorum condemnationem pertinent approbandas retinuit. quibus decretum de immaculata Virginis Mariæ Conceptione tricesimæ sextæ sessionis sacræ Theologiæ Parisiensis Facultas adjunxit. Eam synodum Eugenius IV Ferrariam transtulit, postea Florentiam.

XIX. Anno 1439, Florentinum, Ferrariæ inceptum ab Eugenio IV, anno salutis 1458, ad tollendum schisma Græcorum cum Latinis, cui interfuit Joannes Palæologus Orientis imperator cum patriarcha Constantinopolitano; plurimi theologi doctores decimi quinti sæculi concilium illud tanquam œcumenicum non agnoscebant, nunc autem ab omnibus recipitur.

XX. Anno 1512, Lateranense V, inceptum sub Julio XI et sub Leone X absolutum anno 1517, in synodum Pisanam, de recuperanda Terra Sancta, de disciplina ecclesiastica et abroganda Pragmatica sanctione. De œcumenicitate hujus concilii inter se disputant theologi; et ultramontani doctores ut Bellarminus liberam hæc de re dissentendi facultatem præbuerunt, eo quod Leo X acriter nimis Ecclesiæ Romanæ jura tuitus fuerit.

XXI. Anno 1545, Tridentinum, aliis decimum nonum, aliis vicesimum primum, œcumenicum et ultimum anno 1545 inceptum et anno 1563 consummatum, in Lutherum, Zwinglium et Calvinum, et de reformanda disciplina ecclesiastica, Bovoniam anno 1547 translatum, et octo post menses demum Tridentum revocatum. Quo in loco ter interruptum fuit, et totius resumptum, hujus tandem canones in Gallia de dogmate venerantur; de disciplina vero respuuntur.

De fide in actum deducta per virtutes religionis et pietatis.

De religione. — Bonum autem ad quod ordinatur religio est exhibere Deo debitum honorem. Honor autem debetur alicui ratione excellentiæ; Deo autem competit singularis excellentia, in quantum omnia in infinitum transcendit secundum omnimodum excessum. Unde ei debetur specialis honor, sicut in rebus humanis vilemus quod diversis excellentiis personarum diversus honor debetur, alius quidem patri, alius regi, et sic de aliis.

Deo reverentiam et honorem exhibemus, non propter seipsum, quia ex seipso est gloria plenus, cui nihil a creatura adjici potest, sed propter nos, quia videlicet per hoc quod Deum reveremur et honoramus, mens nostra ei subicitur, et in hoc ejus perfectio consistit. Quolibet enim res perficitur per hoc quod subditur suo superiori.... Mens autem humana indiget ad hoc quod conjungatur Deo sensibilium manuactione, quia « invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. »

Et ideo in divino cultu necesse est aliquibus corporalibus uti; ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitatur ad spirituales actus quibus Deo conjungitur. Et ideo religio habet quidem interiores actus quasi principales et per se ad religionem pertinentes; exteriores vero actus, quasi secundarios, et ad interiores actus ordinatos:

- Quæ explanantur in indicationibus quæ sequuntur
- ADAMUS SCOTUS, Præmonstr., CXCVIII, 334.
- ALCUINUS, abb., Cl. 913.
- AMBROSIUS (S.), Mediolan. episc., XIV, 862, 1396, 1758; XV, 201, 203, 268, 508, 534, 974, 975, 1179.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc., XXXII, 603, 608, 643, 921, 1080; XXXIII, 375, 377-379; XXXIV, 150, 169; XXXVI, 1414; XXXVII, 20, 21, 171, 232; XXXVIII, 76, 111, 134, 135 *et seqq.*, 139, 179, 242, 278, 279, 286, 312 *et seqq.*, 316, 523, 617, 618, 761, 775 *et seqq.*, 791; XXXIX, 75 *et seqq.*, 89, 90, 91, 353; XL, 142, 748.

BERNARDUS (S.), abb., CLXXXII, 349, 623; CLXXXV, 947.

CANUTUS, rex, CLI, 1171.

CASSIANUS, presbyt., I, 270, 296.

CONSTANTINUS MAGNUS, imperat., VIII, 276.

EUTYCHIANUS (S.), V, 177.

FELIX IV, pap., LXV, 22.

FLODOARDUS, canonicus, CXXXV, 491, 493 *et seqq.*, 886.

GODEFRIDUS BULLONIUS, rex Hieros., CLV, 1097.

GOZPERTUS, abbas, CXXXIX, 368.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXVII, 1161.

GREGORIUS III, papa, LXXX, 1227.

GUIBERTUS Venerab. abb., CLVI, 333, 649, 1053.

HERIGERUS, Lobiens. abb., CXXXIX, 1060.

HERVÆUS, monach., CLXXXI, 349, 623.

HIERONYMUS (S.), presbyter, XXII, 724, 870 · XXVII, 1030.

HILARIUS (S.), episc. Pictav., IX, 940.

HILDEBERTUS, Venerab., Turon. archiep., CLXXI, 338, 880, 1021.

HORMISDA, pap., LXII, 593.

HUGO (S.), Lincoln., episc., CLIII, 977, 979.

HUGO DE S. VICTORE, CLXXVI, 1033-1035, 1049; CLXXVII, 714.

ISIDORUS (S.), Hispal., LXVII, 205 *et seqq.*; LXXIII, 58, 1131.

ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 111, 443.

IYO (S.), Carnot., episc., CLXI, 538.

JOANNES II, pap., LXVI, 17.

JOANNES SARESBERIENS, episc. Carnot., CXCIX, 575.

JUNIUS, episc. Afric., LXVIII, 42.

LACTANTIUS FIRMICUS, VI, 118, 201, 266, 284, 285, 342, 344, 373, 377, 433, 436, 444, 449 *et seqq.*, 456, 536, 537, 569, 613, 614, 616, 666, 729, 988, 1018, 1061; VII, 93, 97, 114.

LANFRANCUS, archiep. Cant., CL, 531.

MATHILDIS (sancta), regina, CXXXV, 899.

MAXIMUS (S.), Taurinens., episc., LVII, 739.

OTHLONUS, presbyt. et mon., CXLVI, 245.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardin., CXLV, 223, 500, 1076.

RABANUS MAURUS, episcop., CXI, 90.

SEDULIUS SCOTUS, CIII, 298.

SIGEBERTUS, Gemblacens., CLX, 667.

STEPHANUS, rex, CLI, 209, 1213.

URBANUS II, pap., CLI, 87.

VENANTIUS FORTUNATUS, LXXXVIII, 68, 69, 168.

WALAFRIDUS STRAB., monach., Fuldens., CXIV, 922.

De pietate. — Homo efficitur diversimode aliis debitor, secundum eorum diversam excellentiam, et diversa beneficia ab eis accepta. In utroque autem Deus summum obtinet locum, qui et excellentissimus est, et est nobis essendi et gubernationis primum principium; secundum vero nostri esse et gubernationis principia sunt parentes et patria, a quibus et in qua nati et nutriti sumus. Et ideo post Deum homo est maxime debitor parentibus et patriæ; unde sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ita secundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus et patriæ.

Sed cum Deus sit longe excellentiori modo principium essendi et gubernationis quam pater vel patria, ideo pietas est alia virtus quæ cultum Deo exhibet; et ea quæ sunt creaturarum, per quamdam superexcellentiam et causalitatem transferuntur in Deum. Unde per excellentiam pietas cultus Dei nominatur, cum Deus sit nobis excellenter Pater noster.

Patres sequentes consulantur, si placet:

ADAMUS SCOTUS, monac. Præmonstrat., CXCVIII, 259, 869.

ADAMUS, Persen. abb., CCXI, 631.

ADSO, Dervensis monach., CXXXVII, 632.

ALCUINUS, abb., C, 362; CI, 945.

AIMOINUS, monach., CXXXIX, 686, 720.

ALGERUS, scholasticus Leodiens., CLXXX, 863, 874.

AMBROSIUS (S.), XIV, 209, 229, 629, 931, 986, 1468, 1615; XV, 77, 375, 1187, 1226, 1281, 1309, 1315.

ANASTASIUS, abbas Romanus, CXXVII, 1228.

ANSELMUS (S.), arch. Cantuar., CLVIII, 540, 596.

ARNOBIUS, V, 1228.

BERENGOSUS, abb., Trevirens., CLX, 975.

BERNARDUS, abb., CLXXXII, 737; CLXXXIII, 708, 819, 828; CLXXXIV, 313; CLXXXV, 227, 471.

BRUNO (S.), Carth. institutor, 454.

BRUNO (S.), Signiacens. episc., LLXIV, 101, 437.

CALIXTUS II, pap., CLXIII, 1125.

CONSTANTINUS MAGNUS, VIII, 14, 44 *et seqq.*...., 49, 61, 84, 92, 477.

DROGO, cardin., CLXVI, 1535.

ERNALDUS, abb., LLXXXIX, 1600.

GERHOFUS Venerab., CXCIII, 1159.

GOZPERTUS, abb., CXXXIX, 368.

GRATIANUS, CLXXXVII, 167.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap., LXXV, 494.

GUIBERTUS, abb., CLVI, 42, 43, 46, 487.

HAYMO, Halberstat. episc., CXVII, 796, 806.

HERICUS, Antissiodorensis monach., CXXIV, 1164.

HERVÆUS, monach., CLXXXI, 141.

HILDEBERTUS Vener., archiepisc., CLXXI, 333, 478, 1022.

HONORIUS, Augustod. monach., CLXXII, 1239.

HORMISDAS, papa, LXIII, 501.

INNOCENTIUS III, CCXIV, 454, 972.

ISIDORUS (S.), Hispalensis episcop., LXXII, 461, LXXXIII, 52.

JOANNES, Saresb. episc., CXCIX, 420.

LACTANTIUS, I, 373, 580, 595, 597; II, 419, 767.

NICOLAUS II, papa, CXLIII, 1348.

ODO (S.), abbas Cluniacens., CXXXIII, 707.

ORDERICUS VITALIS, monach., CLXXXVIII, 856.

OTHLONUS, presbyt. et mon., CXLVI, 64, 68 *et seqq.*, 72, 78.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), abb. Corb., CXX, 784.

PAULINUS NOLANUS, episc., LXI, 61, 209, 719.

PETRUS DAMIANUS (S.), LXLIV, 356, 486, 814; CXLV, 742.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiensis episc., CXCII, 577.

RABANUS MAURUS, archiep. Mogunt., CVIII, 1220; CIX, 50, 52, 53, 43.

RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 473.

RUFINUS, episcop., CL, 1626.

RUPERTUS, abbas Tuit., CLXVII, 346, 534, 728, 1783 *et seqq.*, 1804; CLXVIII, 1386.

STEPHANUS, Tornac. episc., CCXI, 283.

STEPHANUS, HUNGAR. rex, CLI, 1218.

TAIO, Cæsaraugustanus, episc., LXXX, 890, 891.

VENANTIUS FORTUNATUS, episcop. Pictaviens., LXXXVIII, 74, 168, 201, 286.

4. — De fide in actum adducta per orationem.

De oratione. — Est exterior adhuc corporis habitus quo significamus Deo interiorum animi et cordis nostri affectionem, quod est adoratio exterior; quia cum simus Dei non solum quoad animam sed quoad corpus, illi debemus cultum externum et corporeum, qui cultus præsertim exhibetur orationis virtute.

Etenim orantes de membris sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo, et si quid aliud visibilibus faciunt, quamvis eorum invisibilis voluntas, et cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat his indiciis, ut humanus ei pandatur animus. Sed hinc magis seipsum excitat homo ad orandum gemendumque humiliter atque ferventius.

Quia ex duplici natura compositi sumus, intellectuali scilicet et sensibili...., duplicem Deo adorationem offerimus, scilicet spiritualem, quæ consistit in interiori mentis devotione, hoc est in fide, et in exteriori corporis humiliatione, hoc est in oratione, et ipsa exteriora adoratio, seu oratio, fit propter interiorum, ut videlicet per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noster affectus ad subjiendum se Deo, quia conaturalis est nobis ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus.

Quæ plane evolvuntur in sequentibus indicationibus, ut evidentissime apparebit his qui hanc quæstionem omnino capere voluerit. Unde de oratione in sequentibus sermo est.

ABELARDUS PETRUS, Rugens. abb. CLXXVII, 489, 611, 1600.

ADALGERUS, incertæ sedis episc., CXXXIV, 928.

ADAMUS SCOTUS, ord. Præmonstrat., CXCVIII, 519.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 167.

ALCUINUS, abbas, C, 104, 144, 188, 446, 447, 965, 966; CI, 462, 463, 468, 471, 482, 488, 493, 495, 496, 502, 503, 506, 507, 545, 544, 548, 550, 552, 579, 585, 589, 596, 598, 601, 603, 606, 607, 611, 775, 807, 1135, 1141, 1209, 1262, 1265, 1267, 1269, 1281.

- ALEXANDER II, papa, CXLVI, 147, 1460, 1461.
 AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc., XIV, 333-335, 351, 352, 1002, 1016, 1028, 1444, 1222, 1233, 1260, 1291, 1313, 1443, 1472 *et seqq.*, 1479, 1513, 1514, 1516, 1854; XV, 44, 217, 223, 225, 249, 253, 507, 508, 557, 450, 451, 456 *et seqq.*, 460, 517, 1017, 1028, 1082, 1163, 1217, 1314, 1392.
 ANASTASIUS, Roman. abb., CXXVII, 1034; CXXVIII, 109.
 ANSELMUS (S.), episc. Havæmogens., CLXXXVIII, 1107.
 ANSELMUS (S.), Lucens. episc., CXLIX, 569, 570 *et seqq.*, 577, 578 *et seqq.*, 584 *et seqq.*, 590, 594.
 ANSELMUS (S.), Cantuar. archiepisc., CLXVII, 581, 596, 679, 743, 973; CLXIX, 166.
 ATTO, Vercellens. episc., CXXXIV, 39, 41, 42, 48.
 AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc., XXXII, 1195; XXXIII, 87, 218, 497, 499, 500 *et seqq.*, 506, 507, 545, 563, 595, 597, 636, 637, 675, 761, 763, 766, 775, 851, 856; 978, 988, 990, 1025; XXXIV, 328, 1266; 1267, 1274, 1275, 1276, 1277, 1285, 1286, 1468, 1519, 1557, 1821, 1824, 1825, 1826, 1854, 1842, 1852, 1896, 1897, 1985, 2024; XXXV, 74, 83, 175, 224, 248, 253, 254, 404, 436, 438, 478, 482, 485, 604, 801, 864, 1081, 1082, 1086, 1087, 1088, 1296, 1721, 1778, 1809, 1818, 1834, 1849, 1882, 1885, 1899; XXAVI, 120, 127, 195, 267, 299, 326, 377, 579, 583, 598, 400, 410, 411, 482, 494, 497, 498, 618, 619, 654, 655, 794, 806, 820, 895, 915, 914, 915, 983, 1040 *et seqq.*, 1044, 1046, 1052, 155, 1064, 1249, 1419, 1429, 1435, 1566, 1567, 1585, 1685; XXXVII, 127, 143, 144, 234, 265, 285, 597; XXAVIII, 508, 655, 737, 748; XL, 429; XLI, 151, 153, 176, 300, 302, 304, 314, 317, 318, 376, 381, 495, 531, 633, 676, 918, 919, 997, 1901, 1002, 1017, 1032.
 BEDA Venerab., XCI, 505, 869, 876, 877, 908; XCII, 422, 476; XCIII, 378; XCIV, 559, 562, 738, 749, 752, 781; XCV, 48, 93, 221, 233, 234.
 BENEDICTUS (S.), monach. Pat., LXVI, 479, 480.
 BENEDICTUS, abb., CIII, 442, 443, 449, 478, 527, 621, 628, 692.
 BERNARDUS (S.), Clarævall. abb., CLXXXII, 105, 359, 545, 969; CLXXXIII, 176, 178, 181, 735; CLXXXIV, 335, 478, 481, 493, 497, 536, 742, 811, 1271, 1319, 1323; CLXXXV, 617, 923, 1024, 1025, 1042, 1304, 1318.
 BRUNO (S.), ord. Carthus. institutor, CLII, 642, 808; CLIII, 374, 438.
 BRUNO (S.), Herbiolens. episc., CXLII, 558.
 BRUNO (S.), Signiensis. episc., CLXIV, 267, 844.
 CAROLUS MAGNUS, XCVII, 397.
 CASSIANUS, presbyt., XLIX 91 *et seqq.*, 112, 381, 769 *et seqq.*, 817, 851 *et seqq.*, 856.
 CHRODEGANGUS, episc., LXXXIX, 1087.
 CONSTANTINUS MAGNUS, imperat., VIII, 41.
 CYPRIANUS (S.), Carthagin. episc., IV, 240, 242, 243, 563, 399, 508, 519, 521, 524 *et seqq.*, 559.
 DONATUS (S.), episc. Vesont., LXXXVII, 331, 283.
 DRUTHMARS, Christian. monach., CVI, 1514.
 EBERHARDUS, abb. Tegernsens., CXLI, 1311.
 ELIGIUS, episc., LXXXVII, 566, 569.
 EUGENIUS III, papa, CLXXX, 1062.
 EUGENIUS (S.), Toletan. episc., LXXXVII, 393, 398.
 EUGIPIUS, abb., LXII, 687, 1012, 1051, 1054.
 FLORUS, Lugdunens. episc., CXIX, 270.
 FULBERTUS, Carnotens. episc., CXLI, 350.
 FULGENTIUS (S.), Ruspens. episc., LXV, 359.
 GERHARDUS, præposit. Reichersberg., CXCVI, 680, 1650, 1769; CXCVI, 1549.
 GEZO, Dertouens. abb., CXXXV, 608.
 GODEHARDUS (S.), episc. Hildesheimensis, CXLI, 1204, 1205, 1206.
 GOFFRIDUS, S. Priscæ cardinalis, CLVII, 234.
 GRATIANUS, CLXXXVII, 200, 1221.
 GREGORIUS MAGNUS (S.), pap., LXXVI, 400; LXXVII, 811, 984; LXXIX, 231, 352, 513, 562, 632-654.
 GRIMALDUS, Sangalliens. abbas, CXXI, 802, 819 *et seqq.*, 852.
 GUIBERTUS, abbas Gemblacensis, CCXI, 1306, 1307.
 GUIBERTUS, Ven., abbas S. Mariæ de Novigento, CLVI, 145, 162, 628.
 GUIDO, abbas Farfensis, CL, 1290.
 GUIGO I, Carthusiæ maj. prior gen., CLIII, 691.
 GUIGO II, Carthus. prior gen., CLIII, 785, 864, 869, 871, 875.
 GUILLELMUS, S. Theodorici abb., CLXXX, 205 *et seqq.*, 242.
 GUILLELMUS, Tyrensis archiepisc., CC, 442.
 GUNTHERUS, monach., CCXII, 103 *et seqq.*, 206.
 HARIULFUS, Aldenburg. abb., CLXXIV, 1225.
 HAYMO, Halberst. episc., CXVI, 705; CXVIII, 898 *et seqq.*, 901.
 HERBERTUS DE BOSEHAM, S. Thomæ, cleric. a secretis, CXC, 929.
 HERIGERUS, Lobiens. abb., CXXXIX, 1014, 1026.
 HERMANNUS, ex Judæo Christian., CLXX, 825.
 HERVÆUS Venerab., Burgid. monach., CLXXXI, 1312.
 HILDEBERTUS Venerab., Turonens. archiepisc., CLXXI, 22, 349, 569, 576, 681, 895, 1159, 1160, 1411.
 HIERONYMUS (S.), Stridonens. presbyt., XXII, 341, 409, 411, 421, 537; XXIII, 32, 564, 585; XXV, 35, 602, 607, 754; XXVI, 594, 541; XXVIII, 126, 198, 3490, 588, 616.
 HILARIUS (S.), Pictaviens. episc., IX, 912, 931.
 HILDEGARDIS (S.), abbatissa, CXCVII, 158, 177, 283, 289, 301, 306, 316, 325.
 HONORIUS, Augustodunens. monach., CLXXII, 536, 565, 574, 575, 580, 582, 628, 667, 1122.
 HUGO V, abbas Cluniac., CCIX, 896.
 HUGO DE S. VICTORE, CLXXV, 487, 767, 774, 777, 788, 824; CLXXVII, 171, 172, 174, 175, 409, 425, 450, 432, 433, 435, 440, 445, 553, 598, 621, 760, 799, 874.
 INNOCENTIUS II, papa, CLXXXIX, 178.
 INNOCENTIUS III, papa, CCXIV, 3; CCXVII, 107, 813, 814, 897, 898, 899, 960, 901, 902, 905, 904, 985, 912, 917.
 ISIDORUS (S.), Hispal. episc., LXXXII, 82, 127; LXXXIII, 586, 651, 671, 673, 676, 677, 752, 848.
 ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 288, 585, 766.
 IVO (S.), Carnotens. episc., CLXI, 214; CLXII, 315, 599.
 JONAS, Aurelian. episc., CVI, 143, 146, 150, 302, 305.
 JOANNES SCOTUS, Erigena, CXXII, 1126.
 JOANNES, Carthusiæ Portarum monach., CLIII, 915, 918.
 JOANNES, Saresberiensis, Carnotens. episc., CXCLX, 1025, 1038.
 JOANNES, Michaelensis, CLXVI, 859, 870.
 JOANNES BELETHUS, theologus Parisiensis, CCII, 54.
 JULIANUS, episc., XCXVII, 471, 472.
 LACTANTIUS FIRMICUS, VII, 596, 599.
 LEO MAGNUS (S.), papa, LIV, 171, 172, 175, 439, 442.
 MARCULFUS, monach., LXXXVII, 1099.
 MARBODUS, Redonens. episc., CLXXI, 1649, 1651, 1669, 1673, 1674.
 MATHILDIS (sancta), regina, CXXXV, 913.
 ODILO (S.) abbas Cluniacensis, V, CXLII, 1035, 1058.
 ODO (S.), Cluniacens. abb., CXXXIII, 47.
 OTHLONUS, presbyt. et monach. Ratisbonens., CXLVI, 269, 291.
 PAULINUS, Aquil. patriarch., XCIX, 224, 247, 279, 280, 281, 282, 380, 383, 410, 415, 436, 437.
 PETRUS Chrysologus (S.), archiepisc., LII, 320, 321, 390 *seqq.*, 406, 465 *seqq.*, 678.
 PETRUS Blesensis, Bathon. archidiacon., CCVII, 302, 333, 373.
 PETRUS Cantor., CCV, 318, 320.
 PETRUS Cellensis, episc. Carnotens., CCII, 1129.
 PETRUS Comestor, CXCVIII, 1302, 1564, 1621.
 PETRUS DAMIANUS (S.), cardin., CXLIV, 337; CXLV, 229, 556, 566, 567, 699.
 PETRUS DE HONESTIS, Clericus Ravennas, CLXIII, 738.
 PETRUS Venerabilis, Cluniac. abbas nonus, CLXXXIX, 914.
 PETRUS LOMBARDUS, magist. Sentent., CXCI, 541, 542.
 PETRUS, diaconus, monach. Casinens., CLXXIII, 1088.
 PROSPER (S.) Aquitan., LI, 721.
 PRUDENTIUS (S.), Trecens. episc., CXV, 1456, 1457 *seqq.*, 901.
 RABANUS MAURUS, Mog. archiepisc., CVII, 93, 532, 821; CIX, 15, 606, 607, 685; CXI, 136, 1262, 1605; CXII, 588, 589, 590, 811.
 RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 234.
 REGINO, Pruniens. abb., CXXXII, 214, 356, 869.
 REINERUS, monach. Leodiens., CCIV, 95.
 REMIGIUS, Antissiodorens. monach., CXXXI, 496.
 RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 451, 476, 1246.
 ROBERTUS PULLUS, cardin. et cancell., CLXXXVI, 915.
 RODULFUS, Bituricens. episc., CXIX, 714.
 RUPERTUS, Tutiens. abb., CLXVII, 416, 668, 1173, 1410, 1518; CLXVIII, 120, 1002, 1424, 1426, 1434; CLXIX, 1368, 1399, 1405, 1439; CLXX, 44, 163, 338, 343, 353.

SIGERBERTUS, Gemblacensis, CLX, 761.
 SMARAGDUS, abb., CII, 594, 791, 792, 970.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), ord. Grandimont,
 CCIV, 1011, 1018, 1025, 1127.
 SYMPHORIUS AMALARIUS, chorepisc., CV, 965.
 TAI0, episc. Cæsarangust., LXXX, 878, 879.
 THEODORICUS, Paderbrunnens. canonicus, CXLVII,
 335 seq., 340.
 THEODORUS, Cantuariens. archiepisc., XCIX, 942,
 943.
 THEODULPHUS, Aurelian. episc., CV, 193, 198, 200.
 URBANUS II, papa, CLI, 563, 565.
 VALERIUS, abb., LXXXVII, 465.
 VICTOR (S.), Capuan. episc., CXVIII, 271.
 ZACHARIAS, Chrysopolitanus episc., CLXXXVI, 137,
 225, 383, 545.
 WALAFRIDUS STRABUS, Fuldens. monach., CXIII,
 922, 923, 932, 953, 992, 1047, 1065.
 WILLELMUS, abbas Hirsaugiens., CL, 888, 957, 959,
 961, 992.

III. — DE SPE.

De spe. — Spes est donum Dei quo fit ut expectemus cum fiducia quidquid nobis a Deo promissum est, scilicet, dicitur donum Dei, quia hanc Deus dat, nec possumus habere a nobismetipsis, juxta illud Pauli, « Quid habes quod non accepisti? » Dicitur, quo fit ut expectemus cum fiducia. Nititur enim spes nostra ipsis Dei promissis, Dei, inquam, qui nec falli, nec fallere potest; et Christi meritis, qui ad hoc unum venit ut vitam nobis æternam compararet. Hæc autem fiducia timore aliquo temperatur; obstant enim sæpissime peccata nostra, ne perveniamus ad vitam æternam, quæ nobis a Deo promissa est; et nemo scit utrum amore an odio dignus sit, et utrum sit usque ad finem perseveraturus. Dicitur, quidquid nobis a Deo promissum est; quo generali nomine intelligitur et vitæ æternæ et media ad vitam consequendam necessaria, nimirum gratiæ et auxilia divina, quæ per Christum dantur, et necessaria sunt tum ad justificationem, tum ad bonorum operum perfectionem. Quin et ipsa bona temporalia hoc generali nomine intelliguntur; hæc enim et promittuntur et dantur a Deo, et conducunt ad vitam æternam, si quis illis legitime utatur. Unde ea et desiderare vel petere licet, sed quatenus conducunt ad salutem, nec aliter.

Omnino in Deo est sperandum. Qui enim sperat in eo non confundetur unquam. Maledictus autem qui sperat et confidit in aliquo alio; v. gr., in semetipso, in quovis homine, in divitiis, in sua vel suorum auctoritate. Et in Deo solo sperandum est quia solus Deus est optimus, maximus, et potentissimus. Solus potest nos vere beatos efficere. Extra Deum nihil nisi fragile, caducum, mendax.

Spes non eadem est in omnibus Christianis; nam quod diximus de fide, illud et de spe dici potest; est in quibusdam spes viva, ut eam vocat Petrus apostolus, nimirum si charitate perficiatur, tuncque dicitur a Paulo apostolo firma anchora, quæ nunquam confundit. Est et spes imperfecta, mortua, non sufficiens ad salutem, nimirum si charitate destituatur.

PETRUS LOMBARDUS, Sententiar. magist. — Spes est virtus qua spiritualia et æterna bona sperantur, id est cum fiducia expectantur. Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia et meritis præcedentibus, vel ipsam spem, quam natura præit charitas, vel rem speratam, id est beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid sperare, non spes, sed præsumptio dici potest.

At quæri potest an descriptio fidei conveniat. Sane concedi potest, vel negari. Si autem dicatur convenire, sunt et alia plura quibus differunt fides et spes; sed non improbe dici potest soli fidei convenire, non spei, quia fides sola fundamentum dicitur, non quia fides virtus possit esse sine spe et charitate, CXII, 887.

Et sicut fides, ita et spes est de invisibilibus. Unde S. Augustinus: « Fidem appellamus earum rerum quæ non videntur. » De spe quoque dicitur: « Spes quæ videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? » Quod attinet ad non videre vel quæ creduntur, vel quæ sperantur, fidei speique commune est. Distinguitur tamen fides a spe, sicut vocabulo ita etiam rationabili differentia. Est enim fides malarum rerum et bonarum; quia et bona creduntur et mala; et hoc fide bona, non mala.... Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui eorum spem gerere prohibetur, CXII, 811.

De hac virtute, spe scilicet theologica, consulantur Patres qui infra hic citantur.

ADALGERUS, incertæ sedis episc., CXXXIV, 934.
 ALANUS DE INSULIS, CCX, 135.
 ALCUINUS, abb., CI, 616, 78.
 AMBROSIUS (S.), episc. Mediol., XIV, 250, 503, 816, 1005, 1077, 1223, 1282, 1321, 1348, 1418, 1419, 1442, 1475, 1510, 1699; XV, 518, 1081.
 ANSELMUS (S.), Cantuar. archiep., CLVIII, 219, 393, 681, 736, 863, 864, 873, 1011.
 ANSELMUS, Havelbergensis episcop., CLXXXVIII, 1159.
 ARNOBIUS, V, 491 et seqq., 1092.
 AUGUSTINUS (S.), Hippon. episc., XXXV, 122, 200, 237, 315, 437, 438, 472, 610, 962, 1074, 1140, 1171, 1301, 1389, 1541, 1659, 1679, 1702, 1703, 1773, 1828, 1840, 1841 et seqq., 1890, 1941, 1942; XXXVI, 54, 139, 165, 180, 227, 312, 313, 369, 535, 536, 627, 834, 859 et seqq., 866, 902, 1024, 1110, 1115, 1118, 1120, 1188, 1219, 1456, 1599; XXXVII, 254, 255, 286, 344, 348; XXXIX, 251, 252, 265; XCI, 1028.
 BERNARDUS (S.), abbas Clarævall., CLXXXIII, 773, 1201.
 BRUNO (S.), ordin. Carthusianorum institutor, CLII, 47, 78, 429.
 BRUNO (S.), Signiensis episc., CLXIV, 808; CLXV, 904, 905, 906, 907, 941.
 CYPRIANUS (S.), Carthag. episc., 758.
 EUGYPIUS, abb., LXII, 942, 943.
 FULBERTUS (S.), Carnotens. episc., CXLI, 345, 346.
 GERHONUS Vener., Reichersp., CXII, 1007, 1008.
 GREGORIUS MAGNUS (S.) papa, LXXV, 749; LXXIX, 332.
 GUIBERTUS Vener., abb. Sctæ Mariæ de Novigento, CLVI, 158, 537.
 HALITGARIUS, Cameracens. episc., 672.
 HAYMO, Halberstatensis episcop., CXVIII, 895, 896, 897.
 HERVÆUS Vener., Burgidolens. monach., CLXXXI, 715.
 HIERONYMUS (S.), presbyt., XXII, 1095; XXV, 481; XXVII, 1385, 1396.
 HILARIUS (S.), Pictav. episc., IX, 31, 43, 949, 955, 965, 1015, 1016; X, 27, 627, 629.
 HILDEBERTUS Vener., Turon. archiepisc., CLXI, 745, 838, 1069.
 HILDEPHONSUS (S.), Toletan. episc., XCVI, 189, 190.
 HONORIUS, Augustodun. monach., CLXXII, 124.
 HUGO DE S. VICTORE, CLXXVI, 43, 94, 104, 177, 488, 622, 865.
 ISIDORUS (S.), Hispalens. episcop., LXXXII, 296 LXXXIII, 92, 363, 603, 1339.
 ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 49, 59, 888.
 LEO MAGNUS (S.), pap., LIV, 310, 354, 397.
 OTHLONUS, presbyt. monach. Ratisbonens., CXLVI, 181, 267.
 PASCHASIUS RADBERTUS (S.), abb. Corbeiens., CXX, 83, 1436 et seqq., 1458.
 PAULINUS (S.), Aquileins. patriarch., XCIX, 255 et seqq., 258.
 PETRUS DAMIANUS (S.), cardin., CXLIV, 481, 799, 835.
 PETRUS BLESENS., archidiacon., CCVII, 77.
 PETRUS CANTOR, CCV, 271.
 PETRUS LOMBARDUS, magister Sententiar., CXCI, 218; CXII, 181, 251, 446.
 PETRUS, Pictav. cancellar., CCXI, 1094.
 RABANUS MAURUS, archiep. Mogunt., CXI, 916.
 ROBERTUS PULLUS, cardin. et cancell., CLXXXVI, 816, 817.
 RUPERTUS, abb. Tuitiens., CLXVII, 278, 1181, 1252, 1385, 1404, 1405; CLXVIII, 113, 778; CLXIX, 141, 153 et seqq., 160.
 SMARAGDUS, abbas, CII, 614, 650.
 TAI0, Cæsaraug. episc., LXXX, 817, 903, 904.
 TERTULLIANUS, presbyt., I, 260; II, 760, 886, 1129, 1130.
 THEODULPHUS, Aurelianens. episc., CV, 365.
 THOMAS, Cisterciens., CCVI, 183 et seqq., 729.
 ZENO (S.), XI, 249 et seqq., 279.

IV. — DE CHARITATE.

1. — De charitate in se spectata seu de amore Dei.

Licet, Dei amoris, et charitatis nominibus, theologice loquendo, unum intelligatur, nos loquelam Patrum sequentes, ista separamus, et in duobus articulis ea submittimus.

Charitas, seu amor Dei, est donum Dei quo fit ut diligamus Deum propter ipsum super omnia, et proximum propter Deum sicut nos ipsos.

Explicatur, scilicet, est donum Dei. Hanc enim largitur solus Deus; hanc habere nemo potest a semetipso. « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, » inquit Apostolus. Necesse est autem, inquit S. Augustinus, ut parum diligat Deum, qui non ab illo, sed a seipso bonum se arbitratur effectum.

Quo fit, dicimus, ut diligamus Deum propter ipsum, hoc est, ut amemus Deum, nec amoris præmium aliud expetamus ullum, nec causam aliam amoris habeamus ullam, quam Deum ipsum.

Super omnia, pergimus, hoc est, amori Dei præferamus nihil, non nosmetipsos, non aliud quidquam.

Et proximum, adhuc amamus, propter Deum sicut nos ipsos. Hæc pars altera præcepti charitatis, quæ debitum nobis ipsis et proximo amorem spectat.

Porro diligimus Deum super omnia, quando sic eum diligimus, ut parati simus quilibet pati potius quam peccare, ut et honorum, et parentum, et amicorum, et famæ, et vitæ ipsius jacturam peccato cuilibet anteponamus. Et ad hunc amorem tenemur ex præcepto divino: « Qui amat patrem aut matrem, inquit Christus, super me, non est me dignus; et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. » Et alibi: « Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. » Et Paulus apostolus hæc habet: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque vitutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. »

Neque hoc præceptum novum credatur. Primum omnium est antiquitate et dignitate et necessitate. Fundamentum habet in ipsa hominis natura. Jure quippe naturæ tenemur supremum Deo, utpote Creatori, cultum et honorem exhibere. Non colitur Deus nisi amando, inquit S. Augustinus, quod est coli Deum cultu perfecto non posse nisi per charitatem: Fide, spe, inquit, et charitate colendus Deus, quia nempe, pergit alibi S. doctor, domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur. Non alio sensu hæc intelligi possunt, nisi Deum non coli nisi amando.

Præceptum hoc jam Judæis cognitum erat. Primum enim hoc est et maximum mandatum in lege, cujus hæc verba sunt: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo; et narrabo ea filiis tuis, et meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, etc. »

Hoc ipsum mandatum dedit Christus Christianis, atque posse neminem ad vitam ingredi nisi illud servaverit. « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Præcepta nosti: Diliges... et proximum tuum sicut teipsum. » Et interroganti, quod esset mandatum magnum in lege, ait: « Diliges Dominum Deum tuum.... Hoc est maximum et primum mandatum. » At quæritur, quis sit sensus horum verborum, « Diliges Dominum, etc. » Sensus est ad Deum offerri oportere omnia cordis desideria, omnes liberas mentis cogitationes, omnes omnino actus vitæ. Quemadmodum voluptarius refert omnia ad voluptatem, et avarus refert omnia ad divitias. Non vult Deus cor nostrum scindi in duas partes, ita ut partem unam Deus, partem alteram creatura possideat. Cor totum pro suo jure postulat: « Nemo potest duobus dominis servire. »

Et quis est sensus adhuc horum verborum ex Moyse, « Erunt verba hæc.... ligabis ea quasi signum in manu tua? » Respond.: His Moysis verbis non obscure innuitur hoc fuisse Judæis non secus ac Christianis præceptum, ut in omnibus agerent ex intimo amoris in Deum sensu, ut ad Deum omnia referrent, etiam quæ ex innata naturæ propensione ad necessariam vitæ sustentationem quotidie agimus.

Id ipsum a Paulo apostolo præcipitur Christianis: « Sive manducatis, inquit, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. » Quod quidem non eo sensu ab Apostolo dictum existima, ut quidquid fit sine charitate habituali, vel etiam actuali, proprie ac stricte dicta, eo ipso verum sit peccatum, nullamque in ordine salutis laudem mereatur. Actus quippe fidei, spei, timoris supernaturalis, et aliarum virtutum moralium, quibus homo peccator, cœlesti aspirante et adjuvante gratia,

sibi ad justitiam viam parat, vera peccata nec sunt nec dici possunt. Quamvis enim absente charitate plenam, perfectam, ac salutis assequendæ parem laudem illa non habeant, habent tamen aliquam etiam in ordine salutis, ex divina scilicet gratia, qua mediante efficiuntur; quam quidem gratiam S. Augustinus interdum bonam voluntatem appellat et amorem recti. Præceptum scilicet dilectionis, cum affirmativum sit, non obligat semper ac pro semper. Mens igitur Apostoli hæc videtur esse, ut nihil unquam homo faciat, quod sit contra charitatem et legem Dei, ut Deo nihil præferat, ut cor ejus non scindatur in duas partes, quarum una sit pro Deo et altera pro creatura, ut omnia referat ad Deum saltem indirecte et interpretative. Quidquid porro in homine boni est, totum illud in Deum, boni totius fontem et auctorem, quasi proprio pondere relabitur. Atque hoc sensu præceptum amoris Dei negativum aliquid includere, nec semper, nec pro omni tempore obligare affirmant omnes theologi post S. Thomam, qui ait: Aliquis totum cor suum ponit in Deo, ita scilicet quod nihil cogitet vel velit quod divinæ dilectioni sit contrarium.

ABÆARDUS PETRUS, abbas Rugensis, CLXXVIII, 1748.

ADAMUS SCOTUS, ordin. Præmonstrat., CXCVIII, 146, 507, 547, 817.

ADAMUS, Perseniæ abb., CCXI, 596, 631, 683.

AELREDUS, abbas Rievallensis in Anglia, CXCIV, 508, 566, 579, 583, 591, 592, 594, 595, 598.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 151-153.

ALCUINUS, C, 211, 466, 1000-1002.

ALGERUS, scholast. Leodiens., CLXXX, 899.

AMBROSIUS (S.), episc. Mediol., XV (pars I), II, 50, 958, 1113, 1153, 1549.

AUGUSTINUS (S.), episc., XXXII, 132, 138, 674, 701, 745, 782, 783, 796, 806, 848, 1183, 1184, 1186-1190, 1308, 1316, 1522, 1525-1534; XXVIII, 63, 87, 212, 213, 225, 229, 365, 419, 420, 499, 500, 524, 525, 553, 557, 557, 560, 564, 565, 576, 593, 598, 634, 672, 737, 739, 740, 768, 811, 818, 854, 868, 869, 939, 957, 958, 990, 1015, 1072; XXXIV, 27, 28, 29, 34, 160, 161, 741, 1405, 1425, 1497, 1608, 1647, 1691, 1925, 1993, 2058; XXXV, 44, 124, 149, 160, 202, 260, 282, 398, 441, 626, 658, 779, 793, 807, 858, 929, 1064, 1085, 1089, 1170, 1292, 1527, 1534, 1565, 1592, 1612, 1618, 1643, 1667, 1745, 1819, 1887; XXXVI, 81, 143, 199, 207, 210, 211, 444, 482, 501, 566, 568, 584, 585, 633, 678, 694, 883, 903, 925, 965, 1171, 1358, 1566, 1419, 1444, 1449, 1456, 1457, 1483, 1512, 1513, 1531, 1558, 1646, 1653, 1654; XXXVII, 23, 25, 89, 157, 156, 232, 269, 286, 288, 310, 314, 315, 316, 328, 339, 347, 348, 418, 448, 459, 669, 670, 679, 713; XXXVIII, 279, 281, 341, 342, 356, 410, 412, 413, 416, 632; XXXIX, 374, 873, 888, 910, 914, 952, 954, 957, 964, 966, 971; XL, 46; XLI, 217, 256, 257, 266, 290, 297, 302, 303, 370, 374, 586, 788, 901 et seqq., 905, 968, 1105, 1112, 1292, 1296, 1869.

BALDUINUS, Cantuariens. arch., CCIV, 417 seqq., 425.

BENEDICTUS (S.), Anian. abb., CIII, 686-688.

BERNARDUS (S.), abbas Claravallensis, CLXXXII, 596, 974, 998; CLXXXIII, 620, 1102, 1163, 1181; CLXXXIV, 11 et seqq., 245, 333, 370 et seqq., 379, 395, 518, 1220, 1222; CLXXXV, 190, 203.

CASSIANUS (S.), XLIX, 1013.

COLUMBANUS, abbas et confessor., LXXX, 250, 251.

DODANA, CVI, 111, 113, 115.

EADMERUS, monach. Cantuar., CLIX, 562.

ELIAS DE COXIDA, abb., CCIX, 999, 1000-1006.

EUGENIUS (S.), Tolet. episc., LXXXVII, 395.

EUGYPIUS, abbas, LXII, 572, 573, 929, 1082.

FULBERTUS (S.), episc., CXXI, 345, 346.

GERHOLDUS, præposit. Reichersperg., CXCIII, 634; CXCIV, 1139.

GREGORIUS MAGNUS, (S.) pap., LXXV, 801; LXXXIX, 126, 127, 149, 282, 295, 350, 481, 542.

GUIBERTUS, abb., CLVI, 96, 707, 1154.

GUIGO I, Carth. prior., CLIII, 624.

GUILLELMUS, abbas sancti Theodorici, CLXXX, 250.

HIERONYMUS (S.), presb., XXII, 339, 341, 347-349, 423, 553, 957, 1056, 1200; XXXIII, 280, 352; XXIV, 1121; XXVIII, 607.

HILARIUS (S.), Pict. episc., IX, 942.

HILDEBERTUS, Turonens. arch., CLXXI, 188, 458.

HILDEBRANDUS JUNIOR, CLXXXI, 1699, 1701.

HILDEGARDIS (sancta), abbatissa, CXCVII, 745.

HUGO DE S. VICTORE, CLXXV, 693; CLXXVI, 125, 126, 527, 619, 874, 875, 876, 987, 1005; CLXXVII, 176, 182, 495, 528, 563, 607, 620, 673, 750, 766.

INNOCENTIUS III, papa, CCXVI, 851.

ISIDORUS (S.), Hispalensis episcop., LXXXII, 147; LXXXIII, 9, 92, 623, 688, 696, 1143, 1144.

- JULIANUS POMERIUS, LIX, 507.
 LEO MAGNUS (S.), pap., LIV, 448, 449, 456, 465.
 PAULINUS (S.), Aquil. patriarch., XCIX, 197, 214-217.
 PAULUS (S.), papa, LXXXIX, 1147.
 PETRUS, Blesens. archidiacon., CCVII, 478, 871-874.
 PETRUS DAMIANUS, cardin., CXLIV, 278, 494, 647, 662, 689, 716; CXLV, 309, 769.
 PETRUS, Pictaviens. cancell., CCXI, 864.
 PETRUS LOMBARDUS, Magist. sent., CXCI, 888, 1611; CXII, 290, 328.
 PETRUS DIACONUS, monach. Casin., CLXXIII, 1141.
 RATHERIUS, Veron. episc., CXXXVI, 198, 747.
 REMIGIUS, monach., CXXXI, 297.
 RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 8, 421, 507, 1085, 1084, 1085, 1200, 1204.
 ROBERTUS POLLUS, cardinalis et cancellarius, CLXXXVI, 693.
 RUPERTUS, Tuitiens. abb., CLXVII, 428, 542, 680; CLXXVIII, 135, 145, 355, 817, 895, 958, 1237, 1629; CLIX, 56, 57, 110-113; CLXX, 296.
 SMARAGDUS, abb., CII, 761, 762.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), et alii Præmonstratenses, CCIV, 1098, 1105.
 TAIU, Cæsaraug. episc., LYXX, 761, 762.
 THOMAS, Cisterciens. CCVI, 179, 310.
 VENANTIUS FORTUNATUS, Pictaviens. episcop., LXXXVIII, 198.
 WALAFRIDUS STRABUS, CXIII, 122, 1152.
 ZACHARIAS, Chrysopolitanus episc., CLXXXVI, 133, 610.

2. — *De charitate quoad nos spectata seu de amore sui ipsius.*

Ex præcepto charitatis tenemur nosmetipsos diligere: « Diliges proximum tuum sicut teipsum. » Quæ quidem impleri nullatenus possunt, nisi nosmetipsos, ut par est, diligamus. Et nosmetipsos debemus diligere propter Deum, hoc est, ad Deum ea dilectio est referenda qua nosmetipsos diligimus. Porro tunc refertur ea dilectio ad Deum, si felicitatem nostram in Deo collocemus; si ad Deum unice tendamus, quia Deus solus summum bonum est, a quo omnia, in quo omnia, propter quem omnia, ad quem omnia. Solus ipse suprema hominum felicitas. At diligere se nihil aliud est quam velle beatum esse, ad veram felicitatem tendere, adeoque ad Deum; et sic non nos diligimus, ut par est, nisi Deum super omnia diligamus. En vera nostri dilectio; alia mala et vitia est. Et nosmetipsos perperam diligimus, quando eo solum tendit ea dilectio, ut affluamus voluptatibus corporeis, divitiis, honoribus; quando sequimur solam concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum et superbiam vitæ. Et quia eo solum tendit corrupta peccato originis natura, ideo tenemur vim continuam nobismetipsis inferre, ut triplicem hanc concupiscentiam superemus.

Cum ergo Christus præcipit ut abnegemus nosmetipsos, ut nobis ipsis moriamur, nihil aliud præcipit, quam ut ab illa inordinata nostri dilectione caveamus. Quoniam autem prava illa dilectio, et novas in dies radices agit, et sequitur naturæ corruptæ propensionem et apprimis accommodatur ad præjudicia hausta ex prava institutione et ex cæterorum hominum exemplo et moribus, idcirco Christus docet vim nobis esse jugiter inferendam, portantem crucem quotidie, cavendum ne nos consuetudinis æstus abripiat, intrandum per angustam portam, gradientum arcta via, quam pauci admodum sequuntur, alioquin nunquam futurum ut nobis ipsis moriamur, et sic perveniamus ad vitam. Hæc omnia ardua, et difficilia videntur; sed merces infinita, æterna est. Quin et Christus promisit levandum a se magna ex parte laborem: « Venite ad me, etc., jugum enim meum suave, etc. » Promissi divini fidem et veritatem sentiunt quotidie quicumque sincere Deum colunt, et præcepta evangelica sequuntur. Diffusa in cordibus eorum per Spiritum sanctum charitate, sit ut plus suavitatis et consolationis experiantur in cruce ferenda, quam peccatores in cupiditatibus explendis.

Hæc dilectio, qua nos, ut par est, diligimus, charitas etiam dicitur; est enim pars charitatis; charitas enim Deum, vel nos, vel proximum, respicit.

INNOCENTIUS III, papa. — Sunt autem hæ auctoritates quæ formam præferunt charitatis: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo... et proximum sicut te ipsum... etc. » Augustinus ait: Omnia quæcumque facimus sine charitate, nihil nobis prosunt; fatuum et inane studium expendimus, si non habemus charitatem, quæ Deus est. Item S. Gregorius: Tanto amplius rubigo peccatorum consumitur, quanto igne charitatis crematur cor peccatoris... Unde ex his sic procedendum: Quis

præditus Tulliana eloquentia, quis omniformatus sapientia sufficit laudes charitatis exprimere, ejusque virtutes ad unguem exprimere? Hæc est charitas, quæ docet illecebras fugere, voluptates calcare, carnis colubere concupiscentias, desideria illicita frangere, honores contemnere, postremo universa blandimenta respuere. Dilectio ut mors est fortis. Nam sicut illa sensum carnis, sic ista affectum carnalis concupiscentiæ punit. Dura est sicut infernus æmulatio, quia hos quos intus trahit desiderium æternorum, non solum blanda respuere; sed etiam adversa, pro eo quod diligit adipiscendo, cogit tolerare. Hæc est charitas quæ Abel martyrem fecit, Abraham de terra sua eduxit. Hæc Joseph in Ægypto servavit. Hæc est flamma quæ tribus pueris in fornace flammam exstinxit. Hæc est charitas omnium bonorum maxima, cui nihil sapit extraneum, vel asperum, vel confusum, virtutes cæteras munimine suæ perfectionis solidans. Quisquis in ejus radice se inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus evanescit, quia fecunditatis opus efficaciter non amittit. De hac Isidorus ait: « Nullum præmium pensatur sine charitatis amore; quamvis recte credat, tamen sine charitate ad beatitudinem pervenire non potest, quia tanta est charitatis virtus, ut etiam prophetia et martyrium sine illa nil esse credatur. Charitas omnium virtutum obtinet principatum. »

Hæc est charitas, quæ tantum in Deum prævaluit, quod eum de sede supernæ majestatis ad infirmitatem nostræ humanitatis adduxit, vulneravit impassibilem, ligavit insuperabilem, traxit incommutabilem, æternum fecit mortalem. Si tantum potuit charitas in Deum, quantum homo deberet posse in seipsum? Si Deus propter hominem tanta pertulit, quid homo propter Deum tolerare recusabit? Pudeat te, homo, non subijci charitati, quæ sibi subjecti auctorem mundi, non pudeat subijci charitati lutum, quæ sibi subjecti et figulum. Charitas omnium virtutum est origo; charitas mentem hominis illuminat, conscientiam mundat, animam lætificat, Deum demonstrat. Animam in qua charitas habitat, superbia non inflat, invidia non devastat, ira non vexat, avaritia non excæcat, tristitia mala non dissipat, gula non inflammat, luxuria non coinquinat. Semper munda est, semper quieta, semper casta, semper læta, semper pacifica, semper benigna, semper modesta. In adversis securam, in prosperis non elata... CCXVII, 761-764.

JULIANUS POMERIUS. — Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus aversa, juncta Deo inseparabiliter et unita, igne quodam sancti Spiritus a quo est et ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, divinæ contemplationis avida, in omnibus semper invicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis præceptorum cælestium, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victoriarum, anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum. In peccatis suis mortuos suscitatur, languentes sanat, perditos instauratur, spem desperatis inspiratur, pacificas mentes inhabitatur; fructuosa in penitentibus, læta in proficientibus, glæriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus. Quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium servit, ex qua quidquid est boni operis vivit; sub qua obedientia crescit, per quam patientia vincit; propter quam carnalia blandimenta devotio religiosa contemnit; sine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc est charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat Apostolus... LIX, 493-497.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episcop. — Charitas est dilectio qua diligitur Deus propter se et proximus propter Deum vel in Deo. Hæc habet duo mandata; unum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum, et alterum pertinens ad diligendum proximum illi simile: « Diliges Dominum Deum tuum, etc., et proximum sicut teipsum. » Ex una eademque charitate Deum proximumque diligimus. Una est charitas, et duo præcepta, quia qua charitate Deum diligimus, hoc est propter Deum, eadem proximum diligimus, hoc est propter Deum; duo præcepta sunt, quia duo motus in mente geruntur, cum Deus diligitur et proximus; movetur enim mens ad diligendum Deum, movetur et ad diligendum proximum; et multo magis erga Deum, quam erga proximum.

Consequenter modum utriusque dilectionis advertamus. Hæc regula dilectionis divinitus constituta est, ut Deum propter se ex toto corde, et proximum diligas sicut teipsum, id est ad quod et propter quod te ipsum diligere debes. In bono enim et propter Deum te ipsum

diligere debes; in hono ergo diligendus est proximus, non in malo et propter Deum. Proximum vero, omnem hominem oportet intelligi, quia nemo est cum quo sit operandum male. Qui ergo amat homines, vel quia justus sunt, vel ut justus sint, amare debet; hoc est in Deo, vel propter Deum. Sic enim et seipsum amare debet, scilicet in Deo vel propter Deum, id est quia justus est, vel ut justus sit. Qui enim aliter se diligit, injuste se diligit, quia ad hoc se diligit, ut sit injustus; ad hoc ergo ut sit malus, non ergo jam se diligit... Dilectionis Dei modus est ut omnes cogitationes, et omnem vitam, et omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea quæ confers illi. Sic nulla pars vitæ nostræ vacare debet, sed quidquid venit in mentem, illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit... CXCII, 812, 814.

ABELARDUS PETRUS, abbas Rugensis, CLXXVIII, 1569, 1570, 1574, 1695.

ADALGERUS, episc., CXXXIV, 917.

ADAMUS SCOTUS, Præmonstrat. ordin., CXCVIII, 41, 259, 265.

ADAMUS, Persenæ abb., CCXI, 600.

AELREDUS, Rievallens. abb., CXCIV, 505, 512, 515, 519, 521, 524, 530, 536, 548, 583, 621 *et seqq.*, 658.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 605, 607, 675.

ALCUINUS, C, 172, 309, 310, 417, 476, 489, 496, 509, 937, 945, 946; CI, 615.

ALGERUS, scholastic. Leodiens., CLXXX, 895, 898.

AMBROSIUS (S.), Mediol. episc., XIV, 177, 214, 531, 870, 871, 905, 953, 1071, 1144, 1253, 1256, 1257, 1272, 1317, 1378, 1380, 1407, 1415, 1423, 1424, 1478, 1500, 1508, 1511, 1818; XV (part. i), 60, 114, 274, 280, 332, 334, 517, 1065, 1090, 1257, 1263, 1265, 1266, 1268; (part. ii), 129, 164, 167, 226, 252, 263, 274, 500, 457, 492, 757, 786, 820, 897, 952.

ANASTASIUS, abb. Roman., CXXVII, 1145.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiep., CLVIII, 558; 587, 593, 651.

ANSELMUS, Havelbergensis episcop., CLXXXVIII, 1159.

ARNOBIUS, V, 850, 831.

AUGUSTINUS (S.), XXXII, 593, 840, 847, 870, 1316, 1317, 1324; XXXIV, 35, 36, 136, 427, 634, 755, 1236, 1342, 1348, 1435, 1439, 1445, 1462, 1598, 1646, 1696, 1812, 1845, 1846, 1852, 1853, 1876, 1877, 1982, 2017, 2025, 2034, 2035, 2037, 2045, 2061, 2074; XXXV, 149, 163, 176, 240, 260, 261, 281, 299, 307, 313, 371, 393, 399, 453, 507, 511, 557, 607, 661, 758, 823, 903, 912, 1022, 1148, 1154, 1171, 1252, 1269, 1343, 1344, 1353, 1358, 1582, 1627 *et seqq.*, 1630, 1650, 1680, 1699, 1721, 1733, 1736, 1791, 1816, 1817, 1837, 1844, 1861, 1905, 1923, 1949 *et seqq.*, 1952; XXXVI, 44, 142, 145, 159, 160, 210, 267, 369, 550, 562, 564, 571, 577, 603, 620, 696, 705, 715, 729, 764, 783, 793, 852, 865, 867, 889, 904, 925, 966, 1046, 1223, 1236, 1241, 1397, 1422, 1462, 1527, 1529, 1530, 1577, 1673; XXXVIII, 410, 643; XXXIX, 272, 857, 864, 895, 896, 960; XL, 449, 312; XLI, 290, 953.

BALDUINUS, Cantuariens. archiep., CCIV, 477, 555, 556.

BENEDICTUS (S.), Anianens. abb., CIII, 488 *et seqq.*, 491, 512, 647.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abb., CLXXXII, 67, 108, 262, 263, 358, 816, 818, 901, 903, 916; CLXXXIII, 743, 773, 987, 1016, 1020; CLXXXIV, 583 *et seqq.*, 711, 806, 1206; CLXXXV, 157 *et seqq.*

BONIFACIUS (S.), episc. et martyr, LXXXIX, 856 *et seqq.*, 858.

BRUNO (S.), ordin. Carthus. institutor, CLII, 832, 979, 1085, 1306; CLIII, 193, 393.

BRUNO (S.), Signiensis episc., CLXIV, 792; CLXV, 907, 908, 909, 910, 911, 941.

CÆSARIUS (S.), episc. Arelatensis, LXVII, 1151 *et seqq.*; LXVIII, 1154.

CASSIANUS, XLIX, 353, 854, 855 *et seqq.*, 861, 1027, 1028, 1029.

CYPRIANUS (S.), Carthag. episc., IV, 146, 559, 550, 558, 414, 510, 630.

DUNSTANUS (S.), Cantuariens. archiepisc., CXXXVII, 426.

EADMERUS, Cantuariens. monach., CLIX, 686, 687.

EBERHARDUS, Tegernsens. abb., CXLI, 1511.

ELGIUS (S.), episc., LXXXVII, 508, 639.

ELPIS, uxor Boetii, LXXIII, 538.

EUGYPIIUS, abbas, LXII, 563, 570, 885, 887, 942, 945, 1083, 1088.

FULGENTIUS (S.), Ruspensis episc., LXV, 348, 349, 553, 757 *et seqq.*, 740.

GELASIUS I (S.), papa, LIX, 60.

GERHOFUS, Reichersp. præposit., CXCII, 1673

GODEFREDUS, Stabulens. monach., CXLIX, 381.

GRATIANUS, CLXXXVII, 234, 1565.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 503, 416; LXXVI, 846, 1062, 1067; LXXVII, 545, 559, 566, 567 *et seqq.*, 571, 881, 907, 955, 983, 1050; LXXIX, 47, 77, 272, 318, 483, 538, 542, 557, 565, 573.

GREGORIUS (S.), Turonens. episc., LXXI, 494.

GUIBERTUS, abbas Stæ Mariæ de Novigento, CLVI, 185, 272, 273, 1154.

GUIGO I, Carth. maj. prior. generalis quintus, CLIII, 624.

GUILLELMUS, Tyrens. archiep., CCI, 929.

HALITGARIUS, Camerac. episc., CV, 662.

HAYMO, Halberstat. episc., CXVII, 202, 210, 381 *et seqq.*, 590, 808; CXVIII, 889, 895, 896.

HERVÆUS, Burgidolens. monach., CLXXXI, 140, 224, 496, 952 *et seqq.*, 958.

HIERONYMUS (S.), XXII, 527, 356, 339, 483, 484, 602, 742, 789; XXIII, 180, 445; XXIV, 1047, 1136, 1137; XXVIII, 408, 409, 412, 418, 494, 578.

HILARIUS (S.), Pictav. episc., X, 627-629.

HILDEBERTUS, Turon. archiepisc., CLXXI, 216, 217, 241, 459, 461, 477, 520, 521, 534, 538, 542, 612, 688, 771, 835, 834, 853, 900, 1059.

HILDEFONSUS (S.), Tolet. episc., XCVI, 190, 191, 192, 195.

HILDEGARDIS (sancta), abbatissa, CXCVII, 163, 180, 191, 539, 565, 743, 911, 1000.

HINCMARUS, Remens. archiepisc., CXV, 476.

HONORIUS, Augustod. monach., CLXXII, 1259.

HUGO (S.) Lincolnensis in Anglia episc., CLIII, 1022.

HUGO DE S. VICTORE, CLXXVI, 16, 43, 528 *et seqq.*, 545, 875, 881, 969, 970, 971, 1004; CLXXVII, 185, 488, 493, 506, 560, 749.

INNOCENTIUS III, CCXVII, 761 *et seqq.*, 764, 1142.

ISIDORUS (S.), Hispalens. episc., LXXXII, 269, 936, LXXXIII, 92, 602.

ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 221, 643.

IVO (S.), Carnotens. episc., CLXI, 227, 249.

JOANNES II, papa, LXVI, 86, 87, 88.

JOANNES SARESB., Carnot. episc., CXCIX, 974.

JONAS, Aurelianens. episc., CVI, 233, 234, 236, 297, 298.

JULIANUS POMERIUS, LIX, 293, 298.

LANFRANCUS, Cantuariens. archiepisc., CL, 508.

LEO MAGNUS (S.), papa, LIV, 169, 255, 262, 289, 299, 325, 345, 400, 425, 453, 460, 733, 1215.

LEO III (S.), pap., CII, 1023.

LEO IX (S.), papa, CXLIII, 481, 483.

MARCULFUS, monach., LXXXVII, 1099.

MARTINUS (S.), Legionens. presbyt., CCVIII, 639.

MATHILDIS (sancta), regina, CXXXV, 894.

ODO (S.), Cluniacensis abbas, CXXXIII, 66, 98, 399, 705.

OTHLONUS, presbyt. et monach., CXLVI, 401, 268.

PASCHALIS II, papa, CLXIII, 310.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), Corbeiensis abbas, CXX, 83-83, 841, 892, 1041, 1459, 1490.

PAULINUS NOLANUS (S.), episc., LXI, 199 *et seqq.*, 199, 207, 241, 248, 256, 266, 307, 308.

PAULINUS (S.), patriarcha Aquileiensis, XCIX, 255, 256, 257, 258.

PETRUS, Blesens. archidiac., CCVII, 198, 114, 366, 897 *et seqq.*, 955.

PETRUS CANTOR, CCV, 273.

PETRUS CELLENS., Carnot. episc., CCII, 1093.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), archiep., LII, 332.

PETRUS, Clarævall. abb., CCI, 1399.

PETRUS COMESTOR, CXCVIII, 1250, 1638.

PETRUS DAMIANUS (S.), CXLIV, 282, 297, 298, 387, 399, 521, 611, 613, 800, 857, 866, 912; CXLV, 78, 317, 333.

PETRUS DE HONESTIS, clericus Ravennas, CLXIII, 725.

PETRUS LOMBARDUS, Mag. sentent., CXCI, 836, 1536, 1639, 1660; CXCII, 87, 156, 158, 159, 191, 222, 262, 283, 328, 375.

PETRUS Pictaviens., cancellar., CCXI, 1095, 1115, 1125, 1184.

PETRUS Vener., Cluniac. abb., CLXXXIX, 194.

PHILIPPUS DE HARVENG, abb. Bonæ Spei, CCIII, 93.

RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 178, 418, 606.

RABANUS MAURUS, Mogunt. episc., CIX, 767, 768, 770; CX, 83; CXI, 1370, 1371; CXII, 1235.

REMIGIUS, Antissiodor. monach., CXXXI, 104, 142.

RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 168, 193, 1207, 1288.

- ROBERTUS PULLUS, cardin., CLXXXVI, 797, 815, 816, 817, 860, 861.
 RUFINUS, sedis incertæ episc., CL, 1625.
 RUPERTUS, abbas Tuitiensis, CLXVII, 278, 679, 772, 1181, 1232, 1267; CLXVIII, 778; CLXIX, 141, 155 et seqq., 160; CLXX, 93, 312, 329.
 SIGEBERTUS, Gemblacensis, CLX, 675.
 SMARAGDUS, abb., CII, 398 et seqq., 601, 722, 764, 763, 935.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandimont. abb., CCIV, 1073, 1124, 1135.
 SUGERIUS (S.), Sancti Dionysii abb., CLXXXVI, 1433.
 TAILO, Cæsaraugustanus episc., LXXX, 818.
 TERTULLIANUS, Carthag. presbyt., I, 470, 704, 1245, 1268, 1269; II, 147, 759.
 THEODULFUS, Aurelianens. episc., CV, 202, 365.
 THOMAS, Cisterciens., CCVI, 372, 375, 858.
 VALCANDUS, Mediani monaster. monach., CLI, 624.
 VENANTIUS FORTUNATUS, episc. Pictaviens., LXXXVIII, 140, 146, 148, 157, 169, 176, 236.
 VICTOR, episc. Capuanus, LXVIII, 270.
 WALAFRIDUS STRABUS, Fuldens. monach., CXIII, 666, 1153.
 WERNERUS, abbas S. Blasii, CLVII, 1172.
 ZENO (S.), XI, 126, 249 et seqq., 270.

3. — *De charitate erga proximum spectata, seu de amore proximi.*

In præceptis vero Dei charitas obtinet principatum. Ideo diligenda est et tenenda, sine cujus perfectione nihil Deo placere posse, Paulus testatur apostolus. Unde et ipse Dominus, a quodam scriba interrogatus quod esset mandatum maximum, respondit: « Diliges... » etc. Si forte quislibet quærat quis sit proximus, sciat omnem Christianum recte proximum dici, quia omnes in baptismo filii Dei sanctificamur, ut fratres simus spiritualiter in charitate perfecta. Nobilior est generatio spiritualis quam carnalis. Igitur sicut omnibus æqualiter regni Dei prædicata est beatitudo, ita omni sexui, ætati et personæ æqualiter, secundum meritorum dignitatem regni Dei patet introitus, ubi non est distinctio quis esset in sæculo, laicus vel clericus, dives aut pauper, junior vel senior, servus aut dominus, sed unusquisque secundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria...

Charitatis lege præcipitur, ut et proximum sicut nosmetipsos diligamus. Et per proximum intelliguntur omnes omnino homines, Christiani, hæretici, Judæi, ethnici, quin et ipsi inimici quicumque sint. Sensus autem horum verborum: « Diliges proximum, » etc. est lege charitatis teneri unumquemque, proximi salutem, non secus ac suam et votis et quantum fieri potest, re consulere et providere; et etiam in bonis temporalibus, sed habita semper ratione Dei et salutis, alioquin non charitas est, sed cupiditas, quod seu proximo seu nobis vel optamus vel quærimus. Et fundamentum hujus dilectionis charitas Dei, siquidem in eo charitas Dei posita est, ut Deum summe diligamus. At non possumus Deum summe diligere, quin optemus Deum ab omnibus omnino cognosci, diligi, amari; id si vere optamus, agimus ergo quantum in nobis est ut id fiat. Si quis autem agit quantum in se est ut ab omnibus hominibus cognoscatur, diligatur, colatur, adoretur Deus, is certe proximorum salutem consulit, adeoque proximum amat. Ergo præceptum dilectionis proximi ex præcepto dilectionis Dei necessario pendet et sequitur.

Unde salutem et quicquid ad salutem vel directe vel indirecte confert, proximo non secus ac nobis optare tenemur lege charitatis. Non tenemur autem eadem media ad salutem optare proximo nostro sicut et nobis, nisi omnia sint undequaque paria. Cum enim aliud ab alio postulet Deus, et alia aliorum officia sint, habita ratione status et conditionis, certe non tenemur lege charitatis idem prorsus, quod spectat ad media quæ conferuntur ad salutem, unicuique optare. Id unum omnibus et singulis optare convenit et oportet et satis est, ut quemadmodum nobis sic et cæteris omnibus nemine excepto, largiatur Deus quicquid novit unicuique necesse esse ad salutem, cætera amoveat prorsus.

Cum ea non sit hominum conditio ut omnibus omnino hominibus possint eadem ratione succurrere; solius enim Dei providentia ad omnes et singulos se extendit, satis est pro virium et facultatum nostrarum mediocritate, si constitutum et necessarium in his rebus charitatis ordinem servemus. Porro hic ordo charitatis est ut prius succurramus iis qui nobis sunt proximiores, ac deinde cæteris, quantum vires humanæ suppetunt, servato semper ut par est ordine majoris minorisve proximitatis. Itaque prius succurrendum parentibus, filiis,

fratribus, aliisque cognatione vel affinitate conjunctis, quam cæteris hominibus; prius Christianis quam infidelibus; prius pastoribus et cæteris qui parentum loco habentur, quam Christianorum vulgo; prius subditis quam extraneis, etc... Notæ vero quibus cognosci potest revera an proximum nos diligamus sunt sequentes:

1° Si nullum ipsi malum vel optemus, vel faciamus, vel quæramus; imo si optemus ipsi omne genus boni, habita ratione conditionis ipsius et officiorum; si in omnibus adjuvemus eum pro viribus, servato ordine charitatis.

2° Si, juxta præceptum Apostoli, alter alterius onera portemus; si proximi vitia et infirmitates feramus patienter et benigne, quantum fieri potest, accipiamus.

3° Uno verbo, si in omnibus faciamus alteri, quod nobis fieri vicissim et æquum est et volumus.

4° Et si exerceamus in proximum opera misericordiæ quæ vel spiritualia sunt, ut 1° ignaros et rudes docere quæ ad religionem pertinent; 2° peccantes corrigere, arguere; 3° dare consilium indigentibus consilio; 4° consolari afflictos; 5° injurias acceptas et vitia proximorum patienter ferre; 6° offensiones libenter condonare et remittere; 7° orare pro vivis et mortuis et persequentibus nos.

Vel opera misericordiæ corporalia, quæ sunt: 1° præbere cibum esurientibus et potum sitientibus; 2° suscipere peregrinos in hospitium; 3° nudos vestire; 4° ægrotos invisere; 5° in carcere positos adire et consolari; 6° captivos redimere; 7° mortuos sepelire.

Quæ plus vel minus in sequentibus de charitate explicantur.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episcop. — Tobias meruit edictum, ne quis ex filiis captivitatis mortuum sepulturæ daret. At ille interdicto non revocabatur magis quam incitabatur, ne deserere officium pietatis mortis metu videretur; erat enim misericordiæ pretium, mortis pœna. Talis flagitii deprehensus reus, vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus et exsul restitui suis.

Iterum in his versabatur officiis; et si quid alimenti foret, peregrinum cum quo cibum sumeret quærebat. Itaque cum fessus a sepulturæ munere revertisset, appositis sibi edendi subsidiis, misso filio, quærebat consortem convivii. Dum conviva accersitur, nuntiat insepulti corporis reliquiis, convivium deserebat; nec putabat pium, ut ipse cibum sumeret, cum in publico corpore jaceret exanime.

Hoc illi quoditium opus, et magnum opus, et magnum quidem. Nam si viventes operire nudos lex præcipit, quanto magis debemus operire defunctos! Si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam æternam domum profectos, unde jam non revertantur! Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui tibi jam non possit reddere, vindicare a volatilibus, vindicare a bestiis consortem naturæ...

Tam sancto fessus officio propheta dum requiescit in cubiculo suo, cadente de passerum nido albugine cæcitate incidit; nec conquestus ingemuit, nec dixit: Hæc merces laborum meorum. Fraudari magis se doluit obsequiorum quam oculorum munere, nec cæcitate pœnam, sed impedimentum putabat, XIV, 760, 761.

LACTANTIUS FIRMICUS. — Maximum pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura; quod antiqui philosophi virtutis justitiæque doctores non attigerunt. Nec enim poterant id videre, qui utilitate omnia officia metiebantur. In cæteris enim, quamvis verum limitem non tenuerint, tamen quoniam commodi aliquid in his deprehenderunt, quasi odore quodam veritatis retenti, proprius oberrarunt; hoc autem, quia nihil videre in eo commodi poterant, reliquerunt.

Quin etiam non defuerunt, qui supervacaneam facerent sepulturam; nihilque esse dicerent mali jacere inhumatum atque abjectum; quorum impiam sapientiam, cum omne genus respuit, tum divinæ voces, quæ id fieri jubent. Verum illi non audent dicere, id non esse faciendum, sed si forte non fiat, nihil esse incommodi. Itaque in ea re non tam præcipientium quam consolantium funguntur officio, ut si forte id sapienti evenierit, ne se ob hoc miserum putet. Nos autem non quid sapienti ferendum sit dicimus, sed quid facere ipse debeat. Itaque non quærimus nunc utrumne tota sepeliendi ratio sit utilis, necne; sed hæc, etiamsi sit inanis (ut illi existimant), tamen facienda est, vel ob hoc solum quod apud homines bene et humane fieri videtur. Animus enim quæritur et propositum ponderatur. Non ergo patiemur figuram et signum Dei feris ac volucribus in prædam jacere; sed reddemus id terræ unde ortum est; et quamvis in homine ignoto necessarium munus implebimus, in quorum locum, quia de-

sunt, succedat humanitas, ubicunque homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis justitiæ ratio consistit, quam in eo, ut quod præstamus nostris per affectum, præstemus, alienis per humanitatem; quæ est multo certior justiorque? Quæ cum fit, jam non homini præstatur, qui nihil sentit; sed Deo, soli, cui charissimum sacrificium est opus justum .., VI, 681, 682.

Captivorum redemptio magnam atque præclarum justitiæ munus est. Quod quidem ipse Tullius approbat: «Atque hæc benignitas, inquit, etiam reipublicæ est utilis, redimi et servitute captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni munus longè antepono. Hoc est gravium hominum atque magnorum.» Proprium igitur opus justorum est redimere captivos, cum apud injustos, si qui hæc faciant, graves et magni appellentur. His enim maximæ laudis est benefacere, quos nemo speravit esse facturos. Nam qui bonum facit vel consanguineo, vel proximo, vel amico, aut nullam, aut certe non magnam laudem meretur, quia facere debet, sitque impius ac detestabilis, nisi fecerit id quod ab eo et natura ipsa, et necessitudo exigit; et si facit, non tam gloriæ assequendæ quam reprehensionis vitandæ gratia facit. Qui autem fecit alieno et ignoto, is vero dignus est laude, quoniam ut faceret sola ductus est humanitate. Ibi ergo justitia est, ubi ad benefaciendum necessitatis vinculum nullum est, VI, 679.

Magnum justitiæ opus est pupillos et viduas destitutos, et auxilio indigentes tueri atque defendere. Quod adeo universis divina lex illa præscribit, quando quidem boni quique judices ad officium suum judicant pertinere, ut eos naturali humanitate foveant, ac iisdem prodesse nitantur. Verum hæc opera proprie nostra sunt, qui legem, qui verba ipsius Dei præcipientis accepimus. Nam illi sentiunt quidem natura esse justum tueri eos qui tutela carent, sed cur ita sit, non perspiciunt. Deus enim cujus perpetua elementia est, idcirco viduas pupillosque defendi ac foveri jubet, ne quis respectu ac miseratione pignorum suorum retardetur, quominus mortem pro justitia fideque suscipiat, sed incunctanter et fortiter subeat, cum sciat se charos suos Deo relinquere, nec his unquam præsidium defuturum. Ægros quoque, quibus defuerit qui assistat, curandos fovendosque suscipere, summæ humanitatis et magnæ operationis est..., VI, 680.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. — Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exsequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum... Sepulturæ curam philosophi contempserunt; et sæpe universi exercitus, dum pro terrena patria morentur, ubi postea jacerent, vel quibus bestiis esca fierent, non curarunt...

Non ideo tamen contemnenda et abjicienda sunt corpora defunctorum, maximeque justorum atque fidelium, quibus tanquam organis et vasis ad omnia bona opera sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis et annulus, ac quid hujusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes major affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius atque conjunctius quam quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adjutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde et antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, et exsequiæ celebratæ, et sepultura provisæ; ipsique dum viverent, de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandaverunt; et Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoque Dominus, die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. Verum istæ auctoritates non hoc admonent quod insit ullis cadaveri bussensus, sed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendam. Ubi et illud salubriter discitur, quanto possit esse remuneratio pro eleemosynis quas viventibus et sentientibus exhibemus, si neque hoc apud Deum petit, quod exanimis hominum membris officii diligentia persolvitur, XLI, 26, 27.

4. — *De charitate in actum adducta erga proximum seu de eleemosyna.*

Eleemosynæ nomine intelligitur quidquid erga proximum potest exerceri charitatis. Unde eleemosyna est

vel spiritualis, vel corporalis; spiritualis si exerceantur opera spiritualia, corporalis autem si corporalia.

Eleemosyna est ex præcepto charitatis, I Joan. III, 14, 17, 18, et ex oraculo Christi, Matth. xxv, 41 et seqq. Si quis his Christi oraculis non terreatur et ad exercendam erga pauperes misericordiam non flectatur, eum et corde induratum et pene reprobum non immerito dixeris.

Utilior est eleemosyna danti quam accipienti. Leve et transitorium est quod das pauperi munus; æternum est quod accipis a Deo præmium. Ut huic præcepto satisfaciendum quidquid dempto necessario superfluit. Necessarium autem duplex est. Nimirum necessarium naturæ et necessarium status. Necessarium naturæ illud est quod ad victum et vestitum requiritur; necessarium status illud est quod ad decentiam status et conditionis omni luxu seposito requiritur.

Rursus variæ sunt pauperum necessitates. Vel enim pauperes patiuntur necessitatem communem, vel necessitatem gravem, vel necessitatem extremam. Necessitas communis est ea quam vulgo patiuntur pauperes omnes. Necessitas gravis est ea quam patitur is qui, nisi adsit amica manus, venit in vitæ discrimen. Necessitas extrema est ea quam patiuntur hi qui sunt in extremo vitæ periculo. His positis, ut eleemosynæ præcepto satisfiat, ubi pauperes patiuntur solum necessitatem communem, dandum est omnino quidquid superest dempto status necessario. Ubi patiuntur necessitatem gravem, detrahendum aliquid prudenter de necessario status, plus minus pro majori vel minori pauperum necessitate. Ubi vero urget extrema necessitas, dandum prorsus, si aliter subveniri nequit, quidquid dempto necessario naturæ superest. Qui secus fecerit venit in damnationis æternæ discrimen. Peccat enim plus minus pro majori vel minori superfluo; item pro majori vel minori pauperum necessitate: «Non pavisti pauperem, occidisti,» inquit sanctus Ambrosius.

De his tractatur in indicationibus submissis.

ABÆLARDUS PETRUS, Rugensis abb., CLXXVII, 564.

AIMOINUS, Floriacens. monach., CXXXIX, 817.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 175.

ALCUINUS, abbas, C, 469; CI, 495, 625, 626, 628, 1199.

ALEXANDER II, pap., CXLVI, 1406.

ALPERTUS, monach., CXL, 463.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc., XIV, 724, 739, 740, 747, 749, 753, 1021, 1236, 1298, 1303, 1764; XV (part. I), 67, 203, 1043; (part. II), 158, 309, 313, 392, 420, 584, 655, 657, 750.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc., CLVIII, 659, 660, 1112; CLIX, 57, 154.

ARNULPHUS, Lexoviens. episc., CCI, 199.

AUGUSTINUS (S.), Hipp. episc., XXXIII, 503, 675, 1079, 1080, 1092; XXXIV, 2019, 2041; XXXV, 871, 383, 423, 424, 482, 511, 512, 549, 552, 963, 964, 1326, 1337, 1351, 1469, 1660, 1664, 1665, 1769, 1910, 1911, 1922, 1923; XXXVI, 12, 88, 89, 90, 240, 243, 250, 251, 252, 253, 326, 398, 407, 524, 525, 530, 615, 620, 621, 648, 649, 686, 806, 811, 839, 939, 962, 1025, 1041, 1043, 1044, 1128, 1129, 1387, 1402, 1445, 1453, 1557, 1572, 1651, 1671, 1709, 1706; XXXVII, 158, 265, 267, 268; XXXVIII, 25, 27, 740, 747; XLI, 300.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. abb., CLXXXII, 125, 642.

BONIFACIUS (S.), episc. Mogunt. et martyr, LXXXIX, 870.

BRUNO (S.), Carthusianorum institut., CLIII, 258.

CAROLUS, cognom. Magnus, imp. August., XCVII, 135.

CHRODEGANGUS (S.), Metensis episc., LXXXIX, 1076.

CONSTANTINUS MAGNUS, VIII, 82.

DUNSTANUS (S.), Cantuariens. archiepisc., CXXXVII, 426.

DRUTHMARS, Corbeiens. monach., CVI, 1313.

ELIGIUS (S.), episc., LXXXVII, 595, 597.

ETHELWOLDUS, Wintoniens. episc., CXXXVII, 94.

EUGYPPIUS, abb., LXXI, 795, 796, 797, 1026, 1029, 1051.

FULGENTIUS (S.), Ruspens. episc., LXV, 320.

GERHOHUS Venerab., CXCIV, 1261, 1306, 1313, 1329.

GEZO, Dertonens. abb., CXXXVII, 403.

GRATIANUS, CLXXXVII, 961, 962.

GREGORIUS MAGNUS, papa, LXXV, 94, 110, 116, 117, 454; LXXVI, 229; LXXVII, 605, 756, 885, 1006; LXXIX, 480, 647.

GREGORIUS (S.), Turon. episc., LXXI, 339, 503.

GUBERTUS Venerab. abb. de Novigento, CLVI, 776, 1066.
 GUIGO I, Carthusian. prior general., CLIII, 775.
 GUNTHERUS, Cisterciens. monach., CCXII, 209 *et seq.*, 222.
 HAYMO, episc. Halberstatensis, CXVII, 213; CXVIII, 902, 903, 904.
 HIERONYMUS (S.), presbyt., XXII, 413, 418, 535, 549, 557, 583, 584, 642, 726, 789, 892, 963, 1118, 1119; XXIII, 36, 546; XXIV, 1059, 1043, 1103; XXV, 207; XXVI, 174; XXXVIII, 41.
 HILDEBERTUS Venerab., Turonensis archiepisc., CLXXI, 180, 189, 448, 569, 838, 841, 1016, 1017.
 HUGO (S.), Lincolnens. episc., CLIII, 1007.
 HUGO Vener., abb. Cluniacens., CCIX, 888, 896.
 INNOCENTIUS III, papa, CCXIV, 189; CCXV, 1123; CCXVI, 156, 300, 564, 860; CCXVII, 747 *et seq.*, 759, 1145, 1152.
 ISIDORUS (S.), Hispalensis episc., LXXXIII, 651, 733, 734, 1182.
 ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 271.
 IVO (S.) Carnotens. episc., CLXI, 1240; CLXII, 137, 515.
 JONAS, Aurelianensis episc., CVI, 251.
 LANFRANCUS, Cantuariens. arch., CL, 491.
 LAURENTIUS (S.), Novariensis episc., LXVI, 103 *et seq.*, 116.
 LEO MAGNUS (S.), papa, LIV, 157, 158 *et seq.*, 164, 175, 176, 188, 287, 305, 387, 437, 443, 446.
 LEO IX (S.), papa, CXLIII, 491, 674.
 LEODEGARIUS (S.), episc. Augustod., XCVI, 357.
 MARTINUS (S.), Legionens. presbyt., CCVIII, 727-729, 1044.
 MATHILDIS (sancta), regina, CXXXV, 894.
 MAXIMUS (S.), Taurinens. episc., LVII, 477, 432.
 ODO (S.), Cluniacens. abb., CXXXIII, 62, 98, 949.
 OSBERNUS, Cantuariens. monach., CXLIX, 378.
 OTHLONUS, presbyt. monach., CXLVI, 371.
 PASCHASIUSRADBERTUS (S.), abb. Corb., CXX, 272.
 PAULINUS (S.), patriarcha Aquileianus, XCIX, 201, 227.
 PETRUS BLESSENSIS, archidiacon., CCVII, 130.
 PETRUS CANTOR, CCV, 286 *et seq.*, 291.
 PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), LII, 207, 209, 210, 212, 213, 214, 232, 315 *et seq.*, 521.
 PETRUS DAMIANUS (S.), cardinal., CXLIV, 298, 299, 401, 425, 618; CXLV, 207 *et seq.*, 222.
 PETRUS LOMBARDUS, Magist. sententiar., CXCH, 166, 256.
 RABANUS MAURUS, archiep. Mogunt., CVII, 340; CIX, 783, 808, 845, 846, 877, 888, 896, 973; CX, 22; CXI, 747; CXII, 207, 211.
 RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 150, 151, 180, 182, 187, 273, 274, 275, 276, 278, 633, 634, 667, 668, 669.
 REGINO, Prumiensis abb., CXXXII, 246.
 RUPERTUS (S.), Tuitiens. abb., CLXVIII, 893, 897, 1106.
 STEPHANUS, Tornac. episc., CCXI, 318, 333.
 STEPHANUS (S.) de Mureto, monach. Grandim., CCHI, 1077, 1147, 1152.
 SUGERIUS (S.), Sancti Dionysii abb., CLXXXVI, 1433.
 TAIIO, Cæsaraugustan. episc., LXXX, 891, 892, 893.
 THOMAS, Cisterciens., CCVI, 434.
 VICTOR, episc. Capuanus, LXVIII, 270.
 WALAFRIDUS STRABUS, Fuld. mon., CXIII, 1033.
 WILHELMUS (S.), abb. in Dania, CCIX, 854.
 ZACHARIAS, Chrysopolitan., episc., CLXXXVI, 157.

5. — *De charitate in actum adducta erga proximum seu de hospitalitate.*

LACTANTIUS FIRMICUS. — Hospitalitas præcipua virtus est beneficentiæ; quod philosophi quoque aiunt; sed eam detorquent a vera iustitia et ad commodum rapiunt: « Recte, inquit Cicero, a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. » Eodem modo rursus erravit quo tum, cum idoneis esse diceret largiendum. » Nam illustres illi atque potentes nulla re possunt indigere; quos opulentia sua et munit et honorat. Nihil autem a viro justo faciendum est nisi quod sit beneficium. Beneficium autem si refertur, interit atque finitur; non enim possumus id habere integrum, cujus pretium nobis persolutum est. In his itaque beneficiis iustitiæ ratio versatur, quæ salva et incorrupta permanserint.

Permanent non aliter, quam si præstantur hominibus

iis qui prodesse nullo modo possunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spectavit aliud nisi utilitatem, nec dissimulavit homo ingeniosus, quid ex eo commodi speraret. Ait enim qui id faciat, potentem apud externos futurum per gratiam principum, quos sibi hospitii et amicitiae jure constrinxerit... quomodo ergo defenderet, quominus ambitiosa illa hospitalitas malitia esset? « Tu mihi, adjecit idem, per omnes portas circumcurris ut adveniendi populorum atque urbium principes domum tuam invisantes, ut per eos apud cives eorum potentiam consequare, velisque te justum et humanum et hospitalem videri, cum studeas utilitati tuæ. » En quod palam testificatus est non ad veram iustitiam quam non teneat, præcepta se dare, sed ad umbram imaginemque iustitiæ: ignoscendum est igitur umbratico et imaginario præceptori; nec ab eo veritas exigenda est, qui se nescire fateatur. VI, 678, 679.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 181.
 ALCUINUS, C, 341.
 AMBROSIUS (S.), Mediol. episc., XIV, 229, 289, 435, 1616, 1685, 1752; XV (1^a parte), 131, 132, 233, 984, 1217.
 ANSELMUS (S.), Cant. episc., CLIX, 57.
 BENEDICTUS (S.), Cluniacensis abbas, CIII, 438, 440, 450, 571, 572, 647.
 BERNARDUS (S.), Claræval. abb. CLXXXII, 458, 597.
 BRUNO (S.), Carthus. inst., CLIII, 502.
 CAROLUS, cogn. Magnus, imper. Augustus, XCVII, 179; XCVIII, 370.
 DUNSTANUS (S.), archiepisc. Cantuar., CL, 490.
 GRATIANUS, CLXXXVII, 1021.
 GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 294; LXXVII, 1134.
 GUIDO, Farfensis abb., IL, 1278.
 HERICUS, Antissiodorens. monach., CXXIV, 1167.
 HERVÆUS, Burgidol. monach., CLXXI, 1484.
 HIERONYMUS (S.), XXII, 1080; XXIII, 459; XXVIII, 566.
 HILDEBERTUS Venerabilis, Turon. archiep., CLXXI, 170, 171, 293, 533.
 HUGO V, abb. Cluniacens., CCIX, 899.
 INNOCENTIUS III, papa, CCXVII, 1146.
 JONAS, Aurelian. episc., CVI, 251.
 LACTANTIUS, VI, 677.
 MAXIMUS (S.), Taurinensis, LVII, 483, 484, 723, 726, 727.
 NORBERTUS (S.), Magdeb. archiepisc., CLXX, 1356.
 PAULINUS (S.), Nolan. episc., LXI, 153.
 PETRUS, Blesensis archidiacon., CCVII, 98.
 PETRUS CANTOR, CCV, 321.
 PETRUS DE HONESTIS, cleric., CLXIII, 747.
 RABANUS MAURUS, archiepiscop. Mogunt., CIX, 1250.
 RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 182.
 REGINO, Prumiens. abb., CXXXII, 193.
 RODULPHUS, Bituricens. episc., CXIX, 708, 709.
 RUPERTUS, Tuitiens. abb., CLXVII, 401, 403, 408; CLXVIII, 1503, 1573.
 SMARAGDUS (S.), abb., CII, 890, 891, 892, 893, 897.
 STEPHANUS (S.) Cisterc. CLXVI, 1462, 1481, 1498.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), monach., CCIV, 1157.
 TAIIO Cæsaraugustanus episc., LXXX, 906, 907.
 TERTULLIANUS, I, 1295; II, 32.
 THEODULFUS, Aurelian. episc., CV, 199.
 VENANTIUS FORTUNATUS, Pictav. episc., XVIII, 148.
 WALTERIUS, Aurelian. episc., CXIX, 735.
 WILLELMUS, abb., CL, 1114.
 WILLELMUS, Malmesbur. monach., CLXXIX, 1699.

6. — *De charitate in actum adducta erga proximum, seu de misericordia.*

« Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, » et alii multi textus Evangeliorum adduci possent... Et Paulus apostolus ait etiam: « Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis... Induite vos, sicut electi Dei, viscera misericordiæ, benignitatem... supportantes invicem et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam... »

Homo, inquit sanctus Ambrosius, quam latus es, si ad amplitudinem præceptorum cœlestium sinum mentis tuæ expandas! Quam latus est mandatum charitatis, « Diligite, inquit, inimicos vestros! » Omnes utique in affectu charitatis inclusit, qui non exclusit inimicos... Non potest dici Judæis, non gentibus, ut cum omnibus

pacem habeant. Illi vix suos diligunt... Christiano etiam inimicos non licet non amare. Christianum cum dico, perfectum dico. Audi latum mandatum: « Benedicite eos qui persequuntur vos... et nolite maledicere. Iste ipse qui latum dicit esse mandatum, probavit, dicens. « Illi quidem detrahebant, ego autem orabam. »

De variis misericordiae in proximum operibus agitur in indicationibus quae infra notantur censendae.

LACTANTIUS FIRMICUS. Tenendum est omni modo, ut ab officio misericordiae spes recipiendi absit omnino. Hujus enim operis et officii merces a Deo est expectanda solo; nam si ab homine expectes, jam non humanitas erit illa, sed beneficii feneratio; nec potest videri bene meruisse qui quod facit, non alteri, sed sibi praestat, et tamen res eodem cedit, ut quod alteri quisque praestiterit, nihil ab eo commodi sperans, vere sibi praestet qui mercedem a Deo capiet. Idem Deus praecipit ut, si quando cenam paraverimus, eos in convictum adhibeamus qui revocare non possint et vicem reddere, ut omnis actus vitae nostrae non careat misericordiae munere. Nec tamen quisquam interdictum sibi putet aut communione cum amicis, aut charitate cum proximis. Sed notum nobis Deus fecit quod sit verum et justum opus, ita nos oportet cum proximis vivere, dummodo sciamus illud ad hominem, hoc ad Deum pertinere, VI, 676, 677.

VALERIANUS (S.), Cemeliens. episc. « Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequuntur. » Principatus misericordiae est quidem lapsa manum porrigere, erranti viam salutis ostendere, infirmos visitare, in tribulatione positos solatiis inhaerere; sed illa est praecipue expectanda, esurientem pascere, nudum vestire, captivum redimere, ad tempus non habenti necessaria commodare. Nemo claudum refugiat, nemo surdum non audisse se fingat, nemo debili manu subtrahat... Tanta enim est apud Dominum nostrum cura miserorum, ut sibi praestitum putet quidquid egentibus erogatio miseranda contulerit. Si respiciamus ad nostri laboris fructum et caelestis indulgentiae pietatis multo plus recipimus quam damus. Ecce pro pastu pauperis in Evangelii caelorum nobis regnum promittitur, pro erogatione fracti panis et hospitii receptaculo, vel nudati corporis vestimentis, opem suam nobis invocantibus per prophetas Dominus pollicetur. Ecce nos damus terrena, ille caelestia; a nobis temporanea offeruntur, ille sempiterna largitur, LII, 713-722.

ABÆLARDUS PETRUS, Rugens. abb., CLXXVIII, 1584.

ADAMUS SCOTUS, Præmonstratens., CXCVIII, 798, 828.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 147, 547, 605.

ALCUINUS abb., C, 492; CI, 617.

ALGRINUS JOANNES, cardin., CCVI, 23.

ALGERUS, scholastic., CLXXX, 858, 968.

ALEXANDER II, papa, CXLVI, 1408.

AMBROSIUS (S.), Mediolanens. episc., XV (parte prima), 54, 159, 181, 483, 905, 1391, 1594.

ANASTASIUS, abbas Romanus, CXXVIII, 413.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiep., CLVIII, 233, 377, 595, 756, 758, 869, 870, 872.

BEDA Venerabilis, XCII, 24.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abb., CLXXXII, 145, 182, 201, 235, 289, 850; CLXXXIII, 339, 341, 365, 412, 575, 803, 1070; CLXXXIV, 705, 1225; CLXXXV, 418, 471.

BRUNO (S.), Signiac. episc., CLXIV, 375, 393.

CYPRIANUS (S.), episcop., IV, 560, 601.

DROGO, cardinal., CLXVI, 1536.

DRUTHMARUS, Corbeiens. monachus, CVI, 1304.

EUGENIUS (S.), episc. Toletanus, LXXXVII, 596.

EUGYPIIUS, abb., LXII, 793, 799, 964.

FLODOARDUS, canonicus Remensis, CXXXV, 408.

GERHARDUS Venerabilis, CXCIII, 1114; CXCIV, 1428.

GOFFRIDUS, cardinal., CLVII, 229.

GRATIANUS, CLXXXVII, 1363.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 97, 120, 303; LXXVI, 229; LXXVII, 515; LXXXIX, 222, 461, 567, 582, 603, 616, 622, 636, 649, 650.

GUIBERTUS Venerabilis, abb., CLXVI, 487.

HARIULFUS, abb., CLXXIV, 1315.

HAYMO, Halberstat. episc., CXVII, 16, 22, 202, 443; CXVIII, 902, 912.

HERMANNUS, Tornacens. abb., CLXXX, 36.

HERVÆUS, venerab. monach., CLXXXI, 1409, 1410.

HIERONYMUS (S.), presbyt., XXII, 694, 881, 1042; XXIII, 36; XXV, 217, 505; XXVI, 85, 1460, 1461; XXVIII, 54, 236, 239.

HILARIUS (S.), Pictav. episc., IX, 953.

HILDEBERTUS Venerabilis, Turonens. arch., CLXXI, 552, 540, 1019, 1024.

HUGO DE S. VICTORE, CLXXVII, 606, 773.

INNOCENTIUS III, papa, CXVII, 1145, 1146.

ISIDORUS, Hispalensis episc., LXXXII, 384; LXXXIII, 724, 733, 1141.

IVO (S.), Carnot. episc., CLXI, 68.

JONAS, Aurelian. episc., CVI, 251.

LACTANTIUS FIRMICUS, VI, 423, 666, 668, 671, 680; 696, 1078.

LANFRANCUS, Cantuar. archiep., CL, 507, 538.

LEO MAGNUS (S.), pap., LIV, 144, 166, 167, 168, 177, 178, 185, 188, 267, 271, 274, 284, 285, 289, 297, 303, 307, 446, 464, 813; LV, 527.

MATHILDIS (Sta), regina, CXXXV, 917.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc., LVII, 759.

ODO (S.), abbas Cluniac., CXXXIII, 99, 368.

PAULINUS (S.), patriarcha Aquileiensis, XCIX, 265, 264, 265.

PAULUS EMERITANUS, diaconus, LXXX, 160.

PETRUS BLESENS., archidiacon., CCVII, 105.

PETRUS CANTOR, CCV, 273, 280, 282, 285.

PETRUS COMESTOR, CXCVIII, 1591.

PETRUS DAMIANUS (S.), CXLIV, 761; CXLV, 185; 212.

PETRUS LOMBARDUS, Mag. sent., CXCI, 162, 152, 304, 409, 985, 1167, 1168; CXCH, 332.

RABANUS MAURUS, archiep. Mogunt., CX, 23, 23, 94; CXI, 1550; CXII, 1147.

RATHERIUS, Veron. episc., CXXXVI, 188, 286, 405.

RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 25.

ROBERTUS PULLUS, CLXXXVI, 772.

RUPERTUS, abb. Tuitiens., CLXVII, 1129; CLXVIII, 67, 92, 94, 165, 176, 321, 524, 632, 927, 1423; CLXIX, 186, 189; CLXX, 182, 547.

SERVATUS LUPUS (S.), abbas Ferrar., CXIX, 612, 613.

SMARAGDUS, abbas, CII, 757 et seqq., 761, 950, 951.

STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandimont. mon., CCIV, 1097, 1121, 1122, 1134.

TAIO, Caesaraugustanus episc., LXXX, 890, 891.

TERTULLIANUS, presbyt., II, 498.

THEODULFUS, episc. Aurelianens., CV, 201.

VALERIANUS (S.), episc., LII, 713 seqq., 722.

WALAFRIDUS STRABUS, Fuldensis monach., CXIII, 918; XCIV, 1034.

WILLELMUS, abbas Hirsaugiensis, CL, 983.

De istis praefatis virtutibus theologis, etsi hic abundantius tractentur, jam perque superque multa de illis dicta sunt in Indice de Decalogo, in primo praepcepto; et in Indicibus, De dilectione inimicorum, De eleemosyna, De correctione fraterna, et in aliis, ut lector facile animadvertet; at cum de istis virtutibus materies sit amplissima et maximi momenti, nunquam nimis praedicantur; et de illis merito dici posset, « Repetita placent. »

DE QUATUOR VIRTUTIBUS CARDINALIBUS.

Ad consilium impiorum itur quatuor modis. Quidam trahuntur inviti, alii attrahuntur illecti, alii seducuntur ignari, alii sequuntur spontanei. Istis necessariae sunt quatuor virtutes per quas armati resistant, ne in consilio eant. Invitis necessaria est fortitudo, qua resistant usque ad mortem minis, cruciatibus et damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent temperantia quae reprimit illicita desideria, nec cedit promissionibus, nec emollitur blanditiis. Illis qui seducuntur ignari est opus prudentia, quae ab utilibus inutilia discernit et docet quid tenendum, quidve rejiciendum sit. Justitia indigent illi qui sequuntur spontanei: justitia est rectitudo voluntatis, quae nec amat peccare, nec peccato consentire. Est autem justitia ordinata hoc modo, scilicet mala respuens, bonis meliora praeponeus.

Est quippe prudentia ratio docta, scilicet a gratia, vitare contagia injustitiae propter justitiam... justitia est perfectio animae rationalis. Aliae virtutes sunt ad ejus acquisitionem vel conservationem, fortitudo, temperantia, prudentia quae justitiam conservant ne amittatur aut minatur. Postquam vero perfecta est justitia, et transit in affectum cordis, idem est quod illa tria, quia fortis est, prudens, temperata.

Quid hujus saeculi sapientibus cum virtutibus, qui Dei virtutem Christum ignoratis? ubinam, quaeso, vera prudentia nisi in Christi doctrina? unde vera justitia, nisi in Christi misericordia? ubi vera temperantia, nisi in Christi vita? ubi vera fortitudo, nisi in Christi passione? Soli ergo qui ejus doctrina imbuti sunt, prudentes di-

cendi sunt; soli iusti, qui de ejus misericordia veniam peccatorum consecuti sunt; soli temperantes, qui ejus vitam imitari student; soli fortes, qui ejus patientiæ documenta fortiter in adversis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat quam a Domino virtutum cujus doctrina seminarium prudentiæ, cujus misericordia opus justitiæ, cujus vita speculum temperantiæ, cujus mors insigne est fortitudinis. — S. BERNARD. in serm. 73, De diversis.

Et idem, in lib. De consid. pergit. Ibi etiam advertendum tibi est suavissimum quemdam concentum complexumque virtutum, atque alteram pendere ex altera, sicut hoc loco vides fortitudinis matrem esse prudentiam, nec fortitudinem, sed esse temeritatem quemlibet ausum quem non parturivit prudentia. Hæc item est quæ inter voluptates et necessitates media quasi quædam arbitra sedens, utrinque certis limitibus determinat fines, illis assignans et præbens quod sat est; illis quod n. mis est demens, et sic ex alterutro tertiam formans virtutem quam dicunt temperantiam, nempe intemperantem ipsa consideratio censet, tam eum qui necessariis pertinaciter demit, quam qui indulget superfluis. Non est ergo temperantia in solis resecandis superfluis, est et in admittendis necessariis... Hujus sententiæ Apostolus non fautor tantum, sed auctor esse videtur qui curam carnis nostræ docet non perfici in desiderio; in his primis verbis superflua cohibet, et in istis « in desiderio, » necessaria non excludit. Unde non videtur omnino absurde definire temperantiæ qui hanc nec præcedere necessitatem, nec excedere dicat, juxta illud philosophi: « Ne quid nimis. »

Jam de justitia, quæ una ex quatuor est, nonne constat consideratione mentem præveniri, ut se formet in ea? Se enim necesse est prius cogitet, ut ex se normam ducat justitiæ, nec factura utique alteri quod sibi fieri nolit; nec quod sibi velit fieri negatura. In his nempe duobus, liquet integrum esse justitiæ statum. Sed nec ipsa solitaria est. Intuere etenim nunc mecum etiam hujus pulchram connexionem et cohærentiam cum temperantia, et item ambarum cum duabus superioribus, id est prudentia et fortitudine. Nam cum justitiæ dicatur portio, quod sibi non vult fieri quid alii non facere; porro perfectio, quod ait Dominus: « Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis, » neutrum horum erit, nisi ipsa voluntas, de qua tota ducitur forma, sic ordinata fuerit, ut nec velit aliquid superfluum, nec necessarium quid superstitiose nolit; quod quidem temperantiæ est. Denique ipsi justitiæ, ut justa sit, temperantia modum imponit: « Noli nimium esse justus, » ait Sapiens, ostendens per hoc minime approbandam justitiam quæ temperantiæ moderamine non frenetur. Quid quod et ipsa sapientia hoc frenum non respuit, dicente Paulo: « Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem...? » Ergo modum tenere justitia est, temperantia est, fortitudo est... Itaque justitia quærit, prudentia invenit, fortitudo vindicat, temperantia possidet.

Opus est fortitudine adversus tentamenta peccati, ut rugienti leoni resistamus fortes in fide, et ignita ipsius jacula hoc ipso clypeo viriliter repellamus. Opus est justitia, ut operemur bonum. Opus prudentia, ne cum fatuis virginibus reprobemur. Opus denique temperantia, ne voluptatibus indulgentes audiamus aliquando quod miser ille epularum pariter et vestium splendore finito, dum misericordiam precaretur audivit: « Memento, fili, quod recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. »

Temperantia sit amor integrum se præbens ei quod amatur; fortitudo amor facile tolerans omnia propter quod amatur; justitia amor soli amato serviens, et propterea recte dominans; prudentia amor ea quibus adjuvatur, ab eis quibus impeditur sagaciter seligens...

Si enim Deus est summum hominis bonum, sequitur profecto, quoniam summum bonum appetere est bene vivere; ut nihil aliud sit bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, a quo existit, ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur; quod est temperantiæ; ut nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli aii serviat, quod est justitiæ; vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusve subrepat, quod est prudentiæ. Hæc est hominis una perfectio...

Vera est illa philosophorum sententia, quæ quatuor virtutes, velut quosdam virtutum omnium fontes..... definiunt. Principales quatuor esse virtutes non solum philosophi sentiunt, sed etiam nostri consentiunt. Sed quare quatuor, vel quæ sint opera singularum?... Quaternarium numerum perfectioni sacratum pene nullus ignorat; siquidem totus orbis Oriente et Occidente,

Aquilone et Meridie, quatuor determinari partibus vel angulis invenitur; et ipse Adam, qui est humani generis pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor litteris explicatur. Corpus autem quatuor elementis exstructum, quaternarii numeri in se continet sacramentum..... Sed et quatuor flumina quæ de paradisi fonte procedunt, vel quatuor Evangelia, divini currus rotæ quatuor, et animalia, alæ eorum quatuor ac facies, dignitatem hujus numeri abunde commendant, et ideo virtutes istæ quæ tantum continent perfectionis in numero, sollicitè considerare debemus, quantum sanctitatem conferant animo Christiano, et quam nihil perfectionis usquam sit, quod in istis virtutibus non sit. Nam etsi faciat temperantia temperantem, prudentia prudentem, iustitia justum, fortitudo fortem, eo qui temperanter juste et prudenter agit ac fortiter, nescio quid possit esse perfectius. Itaque difficile quidem est nomina virtutum quæ ex illis quatuor oriuntur ostendere; sed cum proprietates et actus earum cœperint aperiri ex ipsis affectionibus singularum apparebit. Verumtamen hoc imprimis nosse et tenere debemus, quod istæ quatuor virtutes, et omnes quæ ex illis existunt, sint dona Dei, et quod nullus eas habet, habuit aut habebit, nisi cui Deus, qui est omnium virtutum proprietas et origo, contulerit, quoniam quicumque, quocumque tempore, in quacumque gente in Deum credentes ex fide vixerunt, illius dono temperantes ac prudentes, justi ac fortes fieri utique potuerunt. Qui autem nescientes Deum, vel etiam blasphemantes, sine fide vixerunt, nihil earum virtutum a Deo accipere, vel habere potuisse credendi sunt, LIX, 501, 502.

DE VIRTUTIBUS CARDINALIBUS SEORSIM SPECTATIS.

De prudentia.

Prudentia Christiana, seu virtus moralis definitur a S. Augustino: « Amor bene discernens ex quibus adjuvetur in Deum ab iis quibus impediri potest; » vel: « Cognitio rerum appetendarum vel fugiendarum. »

Definitur a S. Thoma post Aristotelem, « Recta ratio agibilium. »

Definitiones illæ eodem recidunt. Sensus enim earum omnium is est, prudentiam esse virtutem qua fit ut discernamus ea quæ ad Deum ducunt ab iis quæ a Deo abstrahunt; hæcque fugiamus, illa sagaciter seligamus... Unde sanctus Augustinus ait: « Hæc affectio animæ, vel motus quo intelligit æterna, et iis inferiora esse temporalia, etiam in se ipsa, et hæc appetenda potius quæ superiora sunt quam illa quæ inferiora sunt, novit, nonne tibi prudentia videtur? »

ALANUS DE INSULIS, CCX, 157, 493, 495, 500, 501, 503, 509, 524, 529, 532, 545, 547, 548.

AMBROSIUS (S.) XV (1^a parte), 57, 58, 120, 123, 295, 296, 1143, 1212, 1307.

ANACLETUS, antipap., CLXXIX, 699.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. arch., LVIII, 463.

AUGUSTINUS (S.), XXXII, 1189, 1233, 1322; XXXIV, 2072, 2075; XXXV, 945, 1063; XXXVII, 20, 65; XXXVIII, 629; XXXIX, 125, 526, 1047.

BERNARDUS (S.), Clar. abb., CLXXXIV, 1285.

BRUNO (S.), Signiacens. episc., CLXIV, 99.

EADMERUS, Cantuariens., monac., CLIX, 582.

EGBERTUS (S.), Eboracens. archiepisc., LXXXIX, 401.

EUGERIUS (S.), episc. Toletan., LXXXVII, 596.

GERHOFUS, vener. præpos., CXCIII, 490.

GEZO, abbas Dertornensis, CXXXVII, 583, 586.

GREGONIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 303, 353, 429.

GUIBERTUS, abbas Stæ Mariæ de Novigento, CLVI, 44, 64.

HALITGARIUS, Camerac. episc., CV, 674.

HARIULPHUS, abb., CLXXIV, 1296.

HIERONYMUS (S.), XXII, 816, 877; XXIII, 406, 474; XXV, 61, 87; XXVI, 149; XXXVII, 452.

HILDEBERTUS Venerab., Tur. arch., CLXXI, 175, 1010, 1011.

HILDEGARDIS (Sta.), abbat., CXCVII, 214.

HUGO A S. VICTORE, CLXXV, 789; CLXXVI, 1002.

ISIDORUS, Hispalensis episc., LXXXIII, 93, 94, 601.

JOANNES SARESB., Carnot. episc., CXCIX, 1620.

JULIANUS POMERIUS, LIV, 509, 511, 512.

OTHLONUS, presbyt. et monach. Ratisbonn., CXLVI, 347.

PASCHALIS II, papa, CLXIII, 310.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), abbas Corbeiensis, CXX, 420, 853.

PETRUS CANTOR, CCV, 306.
 PETRUS DAMIANUS (S.), cardin., CXLV, 253.
 RABANUS MAURUS, archiep. Mogunt., CX, 1115.
 CXII, 1233, 1632.
 RICHARDUS A S. VICTORE, CXCVI, 1290.
 RUPERTUS, Tutiens. abb., CLXXVII, 438, 531, 1703;
 CLXVIII, 83, 1390, 1391.
 SMARAGDUS, abbas, CII, 605, 943.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), Grandin., CCIV,
 1013.
 STEPHANUS, Tornac. episc., CCXI, 483.
 TERTULLIANUS, I, 501; II, 54, 685.
 VENANTIUS FORTUNATUS, episc. Pictav., LXXXVIII,
 148, 168, 170, 231, 246.
 WALAFRIDUS STRABUS, Fuldensis monach., CXIII,
 193.

De justitia

Sanctus Augustinus multas justitiæ Christianæ defini-
 tiones tradit : « Justitia, inquit, est virtus qua sua cuique
 tribuuntur; » vel, quod idem est : « Justitia est habitus
 animi, communi utilitate servata suam cuique tribuens
 dignitatem; » vel : « Est ordinatio animæ qua fit ut nulli
 serviamus, nisi uni Deo; nulli cœquemur nisi purissimis
 animis; nulli dominari appetamus, nisi naturæ bestiali
 atque corporeæ; » vel : « Justitia est amor Deo tantum
 serviens, et ob hoc bene imperans cæteris quæ homini
 subjecta sunt. »

Ex his omnibus justitiæ definitionibus, quæ eodem
 recidunt, potest definiri justitia : « Virtus qua fit ut
 anima et Deo, et proximo, et sibi ipsi tribuat quod cuique
 debetur. »

Sumi potest justitia pro aggregatione virtutum omnium
 christianarum, et eo sensu, « Justitia est dilectio Dei
 et proximi. »

Et hac ratione per justitiam, et Deo, et nobismetipsis
 et proximo tribuimus quod debemus, dum Deum super
 omnia, nosque propter Deum, proximumque sicut nos
 diligimus, adeoque cum reddimus unicuique, sive supe-
 riori enti, sive æqualibus, sive inferioribus quod suum
 est.....

Justitia, inquit S. Ambrosius, lib. *De off. c.* 28, ad
 societatem generis humani et ad communitatem refertur.
 Quanta autem justitia sit, ex hoc intelligi potest, quod
 nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quæ
 etiam hostibus reservatur, ut si constitutus sit cum
 hoste aut locus aut dies prælio, adversus justitiam pute-
 tur aut loco prævenire aut tempore. Si ergo etiam in
 bello justitia valet, quanto magis in pace servanda est.
 Sola justitia est quæ omnibus temporibus, aliis potius
 nata quam sibi, quotidiano usu, et fructu publico, suo
 damno alienas custodit utilitates; quæ nihil habeat utili-
 tatis, et plurimum laudis; fons est justitia cæterarum
 virtutum, quæ virtutes alias illuminat. Prudentia enim
 sine justitia nocet; fortitudo quoque nisi eam justitia
 temperet, intolerabilis insolentia est, furori quam rationi
 propior, dominationi quam libertati... justitia sola est
 quæ virtutes omnes complectitur et commendat omnes...

Quæ evidentius apparebunt ex indicationibus quæ
 subnotantur.

Si in hac vita justitiam conamur implere, cujus justitiæ
 opus est proprium sua cuique tribuere, Deo nos, a quo
 sumus facti, reddamus; nec dominari nobis ea quibus
 sumus naturaliter præpositi permittamus. Dominetur
 vitiis ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo, et
 impleta est hominis tota perfectio. Ac per hoc, et nos
 justitiæ facit participes, suum cuique tribuimus, si infe-
 riora melioribus et virtutibus carnalia oblectamenta
 subdimus; et sicut viventia vita carentibus, sensibilia
 viventibus, intellectualia sensibilibus, immortalia morta-
 libus, ratiocinando præponimus, ita bene vivendo vo-
 luptuosos utilia, utilibus honesta, honestis sancta, sanctis
 perfecta omnia præferamus. Verumtamen nec corpus
 spiritui, nec appetitus obtemperare poterit rationi, nisi
 Deus qui ipsum spiritum creavit et corpus, delectatus
 cogitationibus nostris, requiescat in nobis, ac tanquam
 verus agricola in agro suo, corde nostro proficiat, ut
 quidquid in eo fides plantat, devotio rigat, ipse ad in-
 crementum consummatæ maturitatis adducat, atque ita
 nobis, voluntarie sibi subjectis desideria mala subjiciat,
 ut ex ipsis actibus nostris, qui sit habitator noster et
 cujus in nobis fiat voluntas, appareat, LIX, 508.

ADAMUS SCOTUS, ordinis Præmonstratensis,
 CXCVIII, 259.

ALANUS DE INSULIS, CCX, 149, 605, 679.

ALCUINUS, abb., CI, 629, 640, 651, 944, 950.

ALGERUS, Scholast., CLXXX, 858, 859, 968.

AMULO, Lugdunens. episc., CXVI, 107 *et seqq.*,
 115.

AMBROSIUS (S.), XIV, 282, 283, 363, 498, 845, 953,
 956, 1021, 1429, 1464, 1563, 1631, 1637, 1070; XV,
 (1^a parte), 57, 60, 61, 63, 111, 128, 295, 910, 1309.

AUGUSTINUS (S.), XXXII, 1189, 1195, 1235; XXXIII,
 296, 323, 461, 569, 570, 594, 595, 660, 760, 768, 769, 818,
 875, 881; XXXIV, 39, 74, 164, 565, 618, 753, 1357, 1494,
 1609, 1760, 1840, 2006, 2010, 2093, 2094, 2095; XXXV,
 87, 137, 259, 282, 283, 322, 446, 487, 639, 673, 674, 675,
 744, 751, 904, 1001, 1065, 1080, 1514, 1550, 1333, 1370,
 1517, 1522, 1577, 1638, 1639, 1827, 1922, 1930, 1938;
 XXXVI, 56, 694, 700, 753, 768, 789, 790, 834, 864, 868,
 869, 870, 871, 872, 877, 898, 915, 918 *et seqq.*, 923, 926,
 929, 930, 931, 963, 998, 1170, 1295, 1295, 1323, 1470,
 1515, 1648; XXXVII, 20, 61, 99, 121, 350; XXXVIII,
 376, 380, 531, 629, 641, 649, 656, 657, 658, 739, 740;
 XXXIX, 889, 954, 959, 968, 1026, 1028, 1046, 1052; XL,
 120, 154, 155, 157, 158, 162, 164, 169, 170, 183, 201, 202,
 204, 206, 209, 211, 251, 252, 256, 242 *et seqq.*, 249, 282,
 283, 290, 299, 300, 367, 368, 395, 397, 600 *et seqq.*, 606,
 616, 622, 629, 631, 652, 634, 690, 746, 895, 896, 913,
 1002, 1065, 1064, 1200, 1202, 1209, 1216, 1234, 1249,
 1256, 1257, 1265, 1498, 1514, 1542, 1604.

BALDUINUS, Cantuar. archiepisc., CCIV, 509.

BEA Venerab., XCVI, 168.

BENEDICTUS (S.), Anianens. abb., CIII, 582, 583.

BERNARDUS (S.), abbas Clarævall., CLXXXIII, 380.

BONIFACIUS (S.), Mog. episc., LXXXIX, 847, 850.

BRUNO (S.), Signiacens. episc., CLXIV, 203, 769.

CAROLUS MAGNUS, imper., XCVII, 135, 178.

CASSIANUS, presbyt., XLIX, 1248.

CASSIODORUS, abb., LXIX, 836.

CYPRIANUS (S.), IV, 375, 510, 514, 592.

DONATUS, Vesont., episc., LXXXVII, 395.

EADMERUS, Cant. monach., CLIX, 581.

EUGYPIIUS, abb., LXII, 564, 963, 1012.

GODEFRIDUS, Stabulens. episc., CXLIX, 317.

GRATIANUS, CLXXXVII, 1224.

GREGORIUS MAGNUS (S.), pap., LXXV, 494; LXXIX,
 145, 185.

GREGORIUS VIII, pap., CCH, 1538.

GUIGO I, Carthus. prior, CLIII, 627.

HALITGARIUS, Carn. episc., CV, 674, 675.

HAYMO, episcop., CXVII, 447, 449, 733.

HELINANDUS, Frigidi-Montis monach., CCXII, 738.

HERVÆUS, monach., CLXXXI, 112, 331.

HIERONYMUS (S.), XXIII, 506, 543, 549, 559, 569;
 XXV, 36, 597, 623, 624, 806, 879; XXVI, 450; XXVII,
 1067, 1142; XXVIII, 34.

HILARIUS (S.), episc., IX, 932, 937.

HILDEBERTUS, Turonens. archiepisc., CLXXI, 337,
 448, 1009, 1024, 1042.

HILDEGARDIS (Sta), abbatissa, CXCVII, 2, 3.

HONORIUS, Augustodun. monach., CLXXII, 1223.

HUGO (S.), Lincol., episc., CLIII, 1007.

HUGO DE S. VICTORE, CLXXVI, 257, 293, 310, 311,
 583, 422, 1003; CLXXVII, 502, 609.

INNOCENTIUS II, papa, CLXXXIX, 633.

INNOCENTIUS III, papa, CCXIV, 163; CCXV, 34;
 CCXVI, 904; CCXVII, 744.

ISIDORUS (S.), Hispalens. episc., LXXXII, 95;
 LXXXIII, 1250, 1251.

ISIDORUS MERCATOR, CXXX, 50, 64.

IVO (S.), Carn. episc., CLXII, 475.

JOANNES SCOTUS, CXXII, 1157, 1159

JOANNES, cogn. Saresberiensis, Carnot. episc.,
 CXCIX, 518, 529, 532.

JULIANUS POMERIUS, LIX, 505, 609.

LACTANTIUS, VI, 322, 373, 417, 420, 496, 547 *et*
seqq., 572, 639, 662, 663, 679, 698, 720, 729, 780, 1042,
 1063, 1070; VII, 196, 303, 626 *et seqq.*, 644.

LÆO MAGNUS (S.), pap., LIV, 143, 462.

LUCIUS II, pap., CLXXIX, 861.

MARTINUS (S.), Legionensis presbyt., CCVIII, 119, 410.

MATHILDIS (Sta), regina, CXXXV, 899.

MUNIO, episc., CLXX, 1125.

ODO (S.), abb. Clun., CXXXIII, 196.

OTHLONUS, presbyt., CXLVI, 182.

NICOLAUS, Clarævallens. monach., CXLVI, 1632.

PASCHASIUS RADBERTUS (S.), abb., CXX, 256.

PAULINUS (S.) NOLANUS, episcop., LXI, 83.

PETRUS CANTOR, CCV, 303.

PETRUS DAMIANUS, CXLIV, 313.

PETRUS LOMBARDUS, Magist. sententiarum, CXCI,
 79, 440; CXCII, 205, 249.

PHILIPPUS DE HARVENG, abb., Bonæpei, CCH,
 707.

- PLACIDUS (S.), episcop., CLXIII, 681.
 RABANUS MAURUS, arch. Mogunt., CVIII, 125; CIX, 17, 769; CXII, 288, 686, 1254.
 RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 162.
 RODULPHUS, abb., CLXXIII, 199.
 RUPERTUS, Tutiens. abb., CLXVII, 428, 482; CLXVIII, 83, 537, 544, 686, 939, 1412; CLXIX, 82, 175, 186, 1259, 1509, 1389, 1390, CLXX, 180.
 SERVATUS LUPUS, CXIX, 613.
 SMARAGDUS, abb., CII, 947, 948.
 STEPHANUS DE MURETO (S.), ordinis Grandimontensis, CCIV, 1076, 1112, 1121.
 TERTULLIANUS, I, 1230; II, 104, 299, 305, 313, 747, 890.
 VENANTIUS FORTUNATUS, Pict. episc., LXXXVIII, 170, 203.
 ZENO (S.), XII, 280 et seqq., 288.
 WILLELMUS, monach., CXLIX, 886.

De fortitudine.

Fortitudo christiana, seu virtus cardinalis definitur a sancto Augustino: « Amor omnia propter Deum facile perferens; » vel: « Animæ affectio, qua omnia incommoda et damna rerum non in nostra potestate constitutarum contemnimus; » vel: « Firmitas animi adversus ea quæ temporaliter molesta sunt. »

Describi potest ex mente earum definitionum virtus, qua sit ut nihil nos separare possit a charitate Dei, non persecutio, non gladius, sed omnia pati parati simus potius quam Dei legem et præscripta nobis officia deserere.

Ex his ad praxim advenimus: Cur, ait Origenes, *De divers. hæres.* lib. VI, non habetis fortitudinem? Cur non habetis confidentiam, et fiduciam apud me tenetis? Etsi mors irrueret, nonne eam debuistis constantissime sustinere? Ad omne enim quidquid evenerit fortitudo necessaria est; ad omne periculum, vel tribulationem usque ad exitum animæ. Similiter et circa divitias et delicias, et terrenos honores, animi fortitudo tenenda est, ut neque extollaris, o homo, neque in superbiam erigaris, non despicias inimicos, nec humilem spernas, neque obliviscaris Dominum, neque derelinquas Creatorem, nec existas ingratus. Si ergo in necessitate et in periculis fortitudo necessaria est, ut viriliter cum fide tolere universa, multo magis circa delicias, et luxurias fortitudo necessaria est, ne in decipulam incidas diaboli.

De fortitudine, inquit S. Augustinus: lib. *De moribus Ecclesiæ*, non multa dicenda sunt. Amor numquam ille, quem tota sanctitate inflammatum esse oportet in Deum, in non appetendis istis temperans, in amittendis fortis vocatur. Sed inter omnia quæ in hac vita possidentur, corpus homini gravissimum vinculum est, justissimis Dei legibus, propter antiquum peccatum, quo nihil est ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne concutiat, atque vexetur, laboris et doloris; ne auferatur atque perimatur, mortis terrere animam quatit. Amat enim illud vi consuetudinis, non intelligens, si eo bene atque scienter utatur, resurrectionem reformationemque ejus ope ac lege divina sine ulla molestia juri suo subditam fore, sed cum se hoc amore tota in Deum converterit, his cognitis mortem non modo contemnet, verum etiam desiderabit. Quia ergo fortitudine opus est, imploranda ab illo qui jussit ut fortes simus, et nisi fortes ipse fecerit, non erimus quod jussit; ab illo qui dixit: « Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, » ne sibi ipsa anima arrogando fortitudinem debilitetur.

Est itaque, ait S. Ambrosius, lib. *De officiis*, c. 35, n. 176, fortitudo velut excelsior cæteris, sed nunquam incomitata virtus; non enim seipsam committit sibi; alioquin fortitudo sine justitia iniquitatis materia est. Quo enim validior est, eo promptior ut inferiorem operimat.

Nunquam David, nisi lacessitus bellum intulit. Itaque prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio. Nam et adversus Goliath immani mole corporis virum singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit; virtus enim suis lacertis magis quam alienis integumentis nititur. Deinde eminus, quo gravius feriret, ictu lapidis hostem interemit.... Postea nunquam nisi consulto Domino bellum adortus. Ideo in omnibus victor præliis, usque ad summam senectutem manu promptus, bello adversus Titanas suscepto, ferocibus bellator miscebatur agminibus, gloriæ cupidus, incuriosus salutis.

Sed non hæc sola præclara fortitudo est; sed etiam illorum gloriosam fortitudinem accipimus, qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora, exstinxerunt

virtutem ignis, effugerunt aciem gladii, convalescunt de infirmitate fortes, qui non comitatu et legionibus succincti communem cum multis victoriam, sed nuda virtute animi singularem de perfidis retulerunt triumphum....

Non igitur in viribus corporis et lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi; neque in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio quam ille qui facit....

Et revera jure, ea fortitudo vocatur, quando unusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adversis perturbatur, non extollitur secundis, et quasi vento quodam, variarum rerum non circumfertur mutatione. Quid autem excelsius et magnificentius, quam exercere mentem, affligere carnem, et in servitutem redigere, ut obediat imperio, consiliis obtemperet, ut in adeundis laboribus impigre exsequatur propositum animi atque voluntatem.

Hæc igitur prima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus fortitudo spectatur animi. Primo, ut externa corporis pro minimis habeat, et quasi superflua despicienda magis quam expetenda ducat. Secundo, ut ea, quæ summa sunt, omnesque res in quibus honestas cernitur, præclara animi intentione usque ad effectum persequatur. Quid enim tam præclarum, quam ut ita animum informes tuum, ut neque divitias, neque voluptates, neque honores in maximis constituas, neque in his studium omne conferas? Quod cum ita affectus animo fueris, necesse est ut illud honestum ac decorum præponendum putes, illique mentem ita intendas tuam, ut quidquid acciderit quo frangi animi solent, aut patrimonii amissio, aut honoris imminutio aut obrectatio infidelium, quasi superior non sentias; deinde ut te salutis ipsius pericula pro justitia suscepta non moveant... Non est igitur mediocris nec discreta a cæteris animi fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat; sed quæ sola defendat ornamenta virtutum omnium, et judicia custodiat, et quæ inexpiabili prælio adversus omnia vitia decernat, invicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior adversus voluptates, dura adversus illecebras quibus aurem deferre nesciat...

Quæ omnia evolvuntur et tractantur in indicationibus notatis....

Animi fortitudo ea intelligi debet quæ non solum diversis pulsata molestiis inconcussa permaneat, sed etiam nullis voluptatum illecebris resoluta succumbat; alioquin si impetus quidem malorum sævientium frangat, si calamitatibus quibuslibet impactis obsistat, si inter injuriarum sæva, inter procellas argentium pressurarum, inter inimicitias aut damna præsentia, atque multimodas persecutiones infatigata persistat, et tamen de ipsa se adversariorum sustinentia jactet, nec de dono Dei quo illustratur, exsultet, sed carnaliter se de vulgi favore quo prædicatur, oblectet; plusque gaudeat ex eo quod laudatur, quam ex eo quod habet unde laudetur, et per hoc humanam laudem divinis muneribus anteponat, quis dubitet hanc animi intentionem virtutem dici non posse? Quæ si virtus esset, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret, nec acquiesceret mollibus quæ, adjuvante Domino, dura quæque vel aspera superasset. Quosdam namque insuperabiles asperis passionibus facit mundi cupiditas, in quibus non patientia laudanda, sed miranda durities.

Eos vero quos ad tolerantiam passionum fortes Dei charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla voluptas male blanda corrumpit. Quoniam si non quid, sed propter quid patiamur, plurimum refert; non in eis est patientia qui æquanimiter patiuntur argentia, sed in eis tantum quos fortiter facit sustinere justitia...

Is ergo cui Dominus est animi fortitudo, nullis carnalibus desideriis cedat, nullis voluptatibus acquiescat, ambitionem ac popularem gloriam vincat. Non eum pecuniæ amor addicat, non acerbitas passionum damnorumque subjiciat. Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio pura, spes certa, securitas firma, possibilitas sana, sanitas incorrupta, ut ei quidquid carnalibus placet, in hoc mundo displiceat; quidquid pretiosum videtur esse vilescat; quidquid nitidum futurorum contemplatione sordescat, nec ab his quæ jam per gratiam Dei elisit, se patiat elidi, quia et turpius videtur animum ab his vitiis vinci quæ vicerat, et nihil ei prodest aliqua superasse, si alicui quod neglexerit superare subiaceat, quando non ille fortis haberi soleat qui in adeundis laboribus periculisque claruerit, aut frenandis voluptatibus ac domandis institerit; sed ille magnus et sublimis, ille potens, atque dignus, fortitudinis appellatione censendus est, qui nihil sibi vitii rebellare aut dominari

permiserit, modo absit ignavia, ne nos id desperemus posse quod possumus; absit præsumptio vitiosa, ne nobis hoc quod per Dei gratiam possumus ascribamus. Quia sive de munere Dei, quo fortes efficimur desperemus, sive nos de nostra possibilitate jactemus, idonei ad resistendum vitiis esse non possumus. Et utique animi fortitudo tam desperandi ignaviam debet excutere quam jactantiæ contraire, LIX, 505.

- ALANUS DE INSULIS, CCX, 159.
 ALCUINUS, abb., C, 944; CI, 640.
 AMBROSIUS (S.), Mediolan. episc., XIV, 282, 1554, 1818; XV (prima parte) 57, 94 seqq, 246, 295.
 ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiep., CLVIII, 596, 695.
 AUGUSTINUS (S.), Hippon. episc., XXXII, 1235, 1322, 1329; XXXIV, 39; XXXV, 427, 477, 1066, 1184, 1388, 1498, 1797; XXXVII, 21; XXXVIII, 127, 629, 651, 671, 673.
 BERNARDUS (S.), abb. Clarævallens., CLXXXV, 1164.
 CYPRIANUS (S.), Carthag. episc., IV, 246, 321, 350, 358.
 DROGO, cardinal. episc., CLXVI, 1556.
 EADMERUS, monach., CLX, 582, 590, 650.
 EUGYPIUS, abb., LXII, 564.
 GERHARDUS, Præposit. Reichersperg., CXCI, 967.
 GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 777-779; LXXIX, 46, 559, 598.
 GUIBERTUS, Gemblacensis abb., CCXI, 1310.
 HALITGARIUS, Cameracens. episc., CV, 675.
 HERVÆUS, Burgidal. monach., CLXXXI, 1118.
 HIERONYMUS (S.), presbyt., XXII, 811, 820; XXIV, 936; XXVII, 972, 1074; XXVIII, 542.
 HILARIUS (S.), Pictav. episc., IX, 954.
 HILDEBERTUS, Turon. archiep., CLXXII, 1025, 1028.
 HILDEGARDIS (sancta), abbatissa, CXCVII, 154, 201.
 HUGO DE Sto. VICTORE, CLXXV, 1005; CLXXVI, 607.
 JULIANUS POMERIUS, LIX, 504, 509.
 LACTANTIUS Firmic., VI, 379, 593, 594.
 LEO MAGNUS (S.), papa, LIV, 437.
 MARTINUS (S.) Legionens. presbyter., CCVIII, 442.
 NICOLAUS, Clarævallens. monach., CXCVI, 1652.
 ODO (S.), Cluniacens. abb., CXXXIII, 523.
 PETRUS CANTOR, CCV, 506.
 PETRUS LOMBARDCUS, magister Sententiarum, CXCI, 863.
 RABANUS MAURUS, archiep., CX, 1116.
 RATHERIUS, Veronens. episc., CXXXVI, 222.
 RUPERTUS, abb. Tuitens., CLXVII, 1328, 1729, 1754; CLXVIII, 236, 559, 601, 650 1455; CLXIX, 1393, 1475, 1478.
 TERTULLIANUS, Carth. presbyt., I, 534, 942.
 VICTOR Vitens., LVIII, 243, 263.

De temperantia.

Temperantia definitur a sancto Augustino: « Amor sese integrum Deo incorruptumque servans »; vel « Affectio coercens et cohibens appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur; » vel: « Refrenatio cupiditatis ab iis quæ temporaliter delectant.

Ex his definitionibus, quæ eodem recidunt describi potest temperantia virtus qua fit ut nihil eorum diligamus quæ temporaliter appetuntur et delectant; sed ex iis ad vitæ hujus atque officiorum necessitatem quantum satis est usurpemus, utentis modestia, non amantis affectu... Per ea quæ temporaliter appetuntur et delectant intelliguntur divitiæ, voluptates, honores, et quidquid cupiditas appetere potest.

(Ann. 804-825.) THEODORUS, archiepiscopus Cantuariensis, XCIX, 931 : Ne mulieres in convivio sedeant inter sacerdotes. — 946 : Si quis clericus obtrexerit puellæ aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum, quinque dies pœniteat. Monachus, vel sacerdos, si quid tale fecerint, viginti dies pœniteant. — 948 : Episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui in fornicatione lapsus est, deponatur, non tamen communione privetur. — 957 : Similiter si presbyter fornicationem fecerit deponatur. 958 : Si quis amputaverit sibimetipsi virilia, omnino non potest esse clericus. Si quis post gradum amputaverit virilia, omnino damnetur. Si quis semetipsum absciderit, tribus annis communione privetur. — 960 : Monachus faciens fornicationem, et non inveniens, annum unum pœniteat et dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat. — *Ibid.* : Si quis fornicatus fuerit, sicut sodomitæ fecerunt, si episcopus, viginti quinque annos pœniteat. Presbyter, quindecim annos pœniteat. Diaconus et monachus duodecim annos. — *Ibid.* : Si quis concupiscens fornicari, et non potuerit, aut mulier non susceperit eum, si episcopus, septem annos pœniteat; presbyter, quinque; diaconus vel monachus, tres. — 970 : (ex pœnitentia Romano, Theodori episcopi, et Bedæ presbyteri.) Si canonici sunt et fornicentur, annum unum pœniteat illos. Qui in gradu est, annos tres pœniteat (et multa alia de eadem materia). — 972 : Presbyter si osculatus fuerit feminam per immundum desiderium, viginti dies pœniteat. — *Ibid.* : Si quis clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, subdiaconus tres, diaconus quinque sicut et monachus, presbyter septem, episcopus decem annos pœniteat. — *Ibid.* : De pœnitentia imponenda clericis sodomitis. — 976 : (Ex Burchardo.) Hic agitur de episcopo qui secundum naturam fornicatus est, et de aliis. — 979 : (Tituli capitulum

libri pœnitentialis Theodori.) De fornicatione clericorum. — 900 : De sodomitis et mollibus, et immundis pollutionibus. — 985 : Ne femina stet inter ordines in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes convivio. — 996 : (canones selecti.) Ne quis ex his qui semetipsos impatientia libidinis absciderunt, veniat ad clerum. — 997 : Si cujus uxor adulterium commisit, iste ad ministerium ecclesiasticum penitus admitti non debet. — 998 : Si quis ancillæ se miscuerit, non potest accedere ad eos ordines qui cognominantur in clero. — 1004 : Qui episcopus ordinandus est, ante examinatur si vita castus. (*Et alia multa.*) — 1012 : Si quis clericus adulterasse aut confessus vel revictus fuerit, in monasterio toto tempore vitæ suæ retrudatur. — 1046 : (Canon Agathensis.) Nullus clericorum extranearum mulierum familiaritate jungatur pro quacunque causa. — *Ibid.* : (Canon Apostolorum.) Clericus semetipsum abscidens omnino damnetur. — *Ibid.* : Clericis tantum, et lectoribus atque cantoribus liceat habere uxores. — 1054 : (Canon Augustodunensis.) Ut monachus non habeat familiaritatem mulierum extranearum. — *Ibid.* : Ut mulieribus in monasterium virorum nullatenus liceat ingredi. — 1054 : In hac columna, necnon in sequenti legi queunt regulæ ad puellas Deo sacras. — 1077 : (Rescripta Beati Gregorii papæ ad Augustinum, quem pro se in Saxoniam ad prædicandum misit. *De clericorum stipendiis qui uxores ducunt.*) Si qui vero sunt qui intra sacros ordines constituti se continere non possunt, sortiri uxores debent, quia scriptum est : *Dividebatur, singulis prout cuique opus erat.*

(Ann. 804.) ALBINUS seu ALCUINUS, abbas, Caroli Magni magister, CI, 1079 : Bonas dico nuptias, quæ auctore Deo concessæ sunt causa filiorum. Sed his meliorem esse continentiam assero, si causa vacandi Deo eligatur, spretis cunctis deliciis. — 1080 : Unde ego matrum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum puto; neque illum qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit.

(Ann. 820.) SMARAGDUS, abbas monasterii S. Michaelis Virdunensis, CII, 623 et seqq. : Virgines feliciores esse in vita æterna Isaias testatur. Castitas securitas est mentis et sanitas corporis.

(Ann. 820.) SEDULIUS SCOTUS, CIII, 253 : Lege quid dicat post hæc verba epistolæ S. Pauli ad Timoth. *Unius uxoris virum.*

(Ann. 821.) S. BENEDICTUS, abbas Anianensis, CIII, 445 : Quod si cum consilio vel voluntate abbatis monasterium vel cellulas monachorum quædam mulier fuerit ingressa, merito ipse abbas et nomen abbatis deponat. — 460 : (Ex tractatu Orsiesii.) Servate pudicitiam corporis vestri, ut sitis *hortus conclusus, fons signatus.* — 488 : (Ex regula sancti Basilii episcopi Cappadociæ ad monachos.) Hic legatur responsio ad sequentem interrogationem; utrum oporteat eum qui se piæ ac devotæ vitæ dederit etiam continentiam observare? 538 : Iniquamentum carnis est commiseri cum his qui illicita et nefanda committunt. — 579 : (Ex Grimlaici presbyteri regula solitariorum.) Legatur caput II de præceptis altioribus monachorum. — 689 : (Ex S. Basilii admonitione ad filium spirituale.) Si ad seminarum domus importune accesserit clericus vel monachus, et virgo patiatur hujusmodi introire ad se, statim immutantur pristinam dignitatem, et quod Domino polliciti sunt sua voluntate amittunt.

(Ann. 831.) HALITGARIUS, episcopus Cameracensis, CV, 687 : Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet. — *Ibid.* : Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur. — *Ibid.* : (De canone apostolorum) Presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, etc., captus est, deponatur. Non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura : *Non judicabit Dominus bis in idipsum.* — 688 : Interdicit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, non alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem. — Deinde ibidem agitur de monachis et virginibus deserentibus propositum. — 706 : (Ex concilio magno sub Ludovico rege.) Si quis presbyter vitæ suæ negligens,.... et reliqua.

(Ann. 836.) AHYTO seu HETTO, episcopus Basileensis, CV, 764 : (Ex capitulari Hettonis), lisdem sacerdotibus jubetur ut non permittant secum mulieres extraneas habitare, juxta Nicænum concilium.

(Ann. 836.) SYMPHOSIUS AMALARIUS, presbyter Metensis et chorepiscopus, CV, 863 : Agitur de his qui bene docent et male vivunt. — 864 : Agitur de presbyteris qui male vivunt. — *Ibid.* : De præpositis carnalibus. — 865 : Hic legitur luctuosa descriptio presbyterorum

male viventium — 874: De subintroducitis mulieribus. — 881: De clericis et monachis non manentibus in proposito. (Ann. 856.) **RABANUS MAURUS**, abbas Fuldensis et archiepiscopus Moguntinus, CXII, 1419: Agitur de continentia clericorum. — 112: Quod episcopus debeat esse unius uxoris vir.

(Ann. 866.) **RODULPHUS**, episcopus Bituricensis, CIX, 711: De feminis a presbyteris non suscipiendis.

(Ann. 867.) **WALTERIUS**, episcopus Aurelianensis, CXIX, 732: (Conc. Nic. Theodulphi, epist. ad cler.) Ut juxta sanctorum interdicta Patrum nullus sacerdotum quamlibet sexus muliebris in domo sua cohabitare permittat; neque sine arbitris, vel testibus idoneis cum aliqua solus loqui præsumat. Et reliqua.

(Ann. 865.) **S. PASCHASIUS RADBERTUS**, abbas Corbeiensis, CXX, 654: « Sunt eunuchi qui de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regna cælorum. Qui potest capere capiat. »

(Appendix ad sæculum ix. Ann. incert.) **ISIDORUS MERCATOR**, CXXX, 256: (Decretalium collectio; canones concilii Nicæni.) Si quis in ægritudine vel a medicis sectus est, vel a barbaris castratus, placuit ut iste maneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abscindat, etiamsi est in clero, cessare debet et ex hoc nullum talem oportet ordinari. — 379: (Concil. Arelatense secundum.) Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam. — 381: (Concil. in Arelatense.) Nullus audeat digamum ordinare. — 380: (Concil. Autel. secundum.) Si qui se carnali vitio repugnare nescientes abscindunt, ad clerum pervenire non possunt. — 383: (Concil. Valentinum.) Decet neminem de digamis ordinari. — 393: (Concilium Auracense.) De his autem qui priusquam ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint, Taurinatis synodi sequendam esse sententiam qua jubentur non ulterius promoveri. — 401: (Concil. Agathense.) Ancillas vel libertas a cellario vel secreto ministerio, et ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit removeri. — 403: Monasteria puellarum longius a monasterio monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur. — 404: Clerici nuptias fugere debent propter gravissima incommoda quæ in istius modi coëtibz inveniuntur. — 412: (Concilium Aurelianense.) De familiaritate extraneorum mulierum tam episcopi quam presbyteri, vel diaconi præteritorum canonum statuta custodiant. — 416: (Concilia Hispaniæ. concil. Elibertinum.) Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint mœchati, placuit, et propter scandalum, et propter nefandum crimen, nec in finem eos communionem accipere debere. — *Ibid.*: Episcopus vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat. — 428: (Concilium Herdense.) Si qui altario deserviunt, si subito in silenda carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digni ponituerint... (Et alia multa.) — 429: Familiaritatem extraneorum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus præceperint ecclesiis evitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, si post primam et secundam commonitionem se emendare neglexerit, officii sui dignitate privetur. (Et alia.) — 475: (Concilium Toletanum quartum.) Monachum aut paterna devotio, aut propria professio facit;... His ad mundum intercludimus aditum. — *Ibid.*: Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad sæculum revertuntur, sed etiam uxores accipiunt. (Et reliqua.) — 499: (Concilium Toletanum octavum.) Fusius agitur: 1° De episcopis incontinentibus; 2° De incontinentibus presbyteris, ac diaconibus, et feminis quo talibus conjunguntur; 3° De diaconibus incontinentibus. — 568: Si quis clericorum propter matrem aut germanam vel etiam quæ proxima consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi adoptivas feminas secum retineat, et cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. (Ex conc. Braccarense primo.) — 581: (Ex libro capite Græcorum synodis collectorum.) De eunuchis qui ab aliis fiunt, vel qui sibi naturalia abscindunt. — 582: Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mœchatus, projiciatur et agat poenitentiam. — *Ibid.*: Si qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat. Et reliq. — 583: De subintroducitis adoptivis mulieribus. — 584: Presbyterum ad secundas nuptias convivam fieri non oportet. Quomodo presbyter ille potest esse qui propter convivium interest tali conjugio? — 597: Quarta actione nuntiatur est nobis apud Astigitanam ecclesiam quasdam nuper ordinationes illicitas exstitisse, ita ut quidam vi-

duarum mariti levitarum monasterio sacrentur; quos quidem convenit a gradu suscepto in irritum devocari, nec ultra provehi ad diaconi ministerium qui contra divina atque ecclesiastica jura institui reperiuntur. (Ex conc. Spalensi secundo.) — 678: Ibi in extento reperiuntur decreta Siricii papæ: 1° De monachis et virginibus propositum non servantibus; De ministris incontinentibus; 5° Quales debeant ad clericatus officium pervenire; 4° De clericis qui transeunt ad secundas nuptias ut deponantur; 5° De feminis quæ cum clericis debeant habitare. — 698: (Capitula Innocentii papæ): 1° De uxoribus clericorum, ut virginibus socientur; 2° Ut si laicus viduam duxerit, clericus non fiat; 3° Ut clericus non sit qui secundam uxorem duxerit; 4° Ut sacerdotes et levitæ cum mulieribus cohærere non debeant. — 702: (Epistola Innocentii ad Exuperium episcopum Tolosanum.) Proposui quid de his observari debeat, quos in diaconi ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse generali filii prodiderunt... ne admittantur ad tale ministerium quod sola continentia potest impleri. (Et alia multa.) — 706: (Epistola Innocentii ad Felicem Nucernianum episcopum.) Decernitur digamos ad clerum admitti non posse. — 709: (Innocentius Aurelio et Augustino episcopis.) Ut nullus contra ordinationem canonum fiat episcopus. — 720: (Ad synodum in Tolosana civitate constitutam.) De eo qui ante baptismum uxorem habuit; et post baptismum aliam, clericus non fiat.

(Ann. 902.) **RICULPHUS** episcopus Suessionensis, CXXXI, 16: Ad vos ergo dictum esse scitote: « Mundamini qui fertis vasa Domini. » — 20: Observandum quoque monemus ut presbyteri vel clerici feminis non cohabitent, neque detrahendi se locum donent. (Et multa alia.)

(Ann. 915.) **REGINO** abb. Prum., CXXXII, 192: Talis existat episcopus quem reprobis mores et conversatio reprehensibilis non reddant contemptibilem. — 210: (Ex verbis S. August.) Ideo nolo ut soror mea mecum sit, quia quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt (et alia multa), seu superius, seti inferius, de materia eadem.) — 255: Ut clerici non intersint nuptiis. — 316 (Concil. Carthag.): Ne clerici vel continentes ad virgines ingrediantur. — 331: Si canonici sunt et fornicentur, annum unum poeniteant; si frequenter, duos. — *Ibid.*: Monachus sine gradu, vel canonicus gradum habens, si cum puella laica fornicati sunt, annos tres poeniteant. — *Ibid.*: Si episcopus fornicatus fuerit, octo annos poeniteat (Et alia multa extracta e canonibus.) — 333: Si quis clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, subdiaconus tres, diaconus et monachus quinque, presbyter septem, episcopus decem poeniteat. (Et alia.) — 334: Clericus vel monachus adolescentium vel parvulorum insectator, vel qui osculo vel aliqua occasione turpi reprehensus fuerit, publice verberetur, et coronam amittat; decalvatusque turpiter, sputamentis obliniatur in facie; vinculisque arctatus ferreis... et reliqua. — 395: (Concil. Carth.) Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritati subjiciantur.

(Ann. 922.) **HERVÆUS**, archiepiscopus Rhemensis, CXXXII, 698: (Acta concilii Trosleiani.) Agitur de accessu et frequentatione ac cohabitatione presbyterorum et clericorum cum feminis.

(Ann. 961.) **S. ODO**, archiepiscopus Cantuariensis, CXXXIII, 946: Legantur Odonis constitutiones de officio episcoporum, item presbyterorum, item clericorum.

(Ann. 960.) **ATTO**, episcopus Vercellensis, CXXXIV, 36: Ut nullus clericus mulierem in consortio familiaritatis habeat. — *Ibid.*: Ut clericus nullam conversationem cum muliere post denominationem habeat. — 39: Presbyterum in nuptiis bigami prædere non convenit, quia cum poenitentia bigamus egeat, quis erit presbyter qui propter convivium talibus nuptiis possit præbere consensum?

(Ann. 966-973.) *Auctarium* Flodoardi; Appendix ad historiam Rhemensis Ecclesiæ; Statuta synodalia, CXXXV, 408: Clerici luceant sicut stellæ. — *Ibid.*: Nec mulieres alloquantur, aut domi retineant.

(Ann. 974-977.) **RATHERIUS**, episcopus Veronensis, CXXXVI, 496: Agitur de dotibus in ministris Dei inveniendis. — 499: De eadem materia. — 568: De nuptu cujusdam illicito. — 585: Memorantur hæc verba concilii Neoc.: « Si quis presbyter uxorem duxerit, deponatur. »

(Appendix ad sæculum x.) Opera **ADÆMOTIKA**. Canonum prisca collectio. CXXXVIII, 599: Qui concubinam habuit, ad sacrum ordinem non accedat. — 401: Ut digami non admittantur ad clerum. — *Ibid.*: Qui duas duxit uxores quamvis laicus ante baptismum, ad clerum

non promoveatur. — *Ibid.* : Similiter qui secundam duxit uxorem. — *Ibid.* : Quod si quis viduam, vel ejectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum. — *Ibid.* : Ut is qui se eunuchizavit clericus non fiat. — *Ibid.* : Quod si quis sibi partem corporis volens amputaverit, clericus esse non potest. — *Ibid.* : Ut si digamus, vel viduæ maritus, clericus factus fuerit, non promoveatur. (Et alia ejusdem generis). — 415 : De pœna monachi qui filium genuerit. — 416 : De monachis non manentibus in suo proposito. — *Ibid.* : De monacho adultero. — *Ibid.* : Mulieres in monasterium ingredi non debent, nec fieri commatres. — 479 : In legibus ecclesiasticis Edmundi Anglorum regis legitur : In primis, qui sacris sunt initiati, atque ex quibus populus Dei virtutis exemplum petere debet ad imitandum, caste, ut eorum feret ordinis ratio, sive viri, sive mulieres fuerint, vitam traducunt : sin minus id fecerint, plectuntur. — 624 : (Ludovici II imperatoris capitula ecclesiastica). Nono jubendum est eisdem sacerdotibus, ut non permittant secum habere mulieres extraneas. (*Et reliqua.*)

(Ann. 1004) S. ABBO, abbas Floriacensis, CXXXIX, 483 : De monachis non servantibus propositum. Memorantur verba Siricii ad Himerium episcopum Tarracoensem.

(Ann. 1024 1027.) S. HEINRICUS imperator Augustus, CXL, 227 : (S. Heinrici leges Papienses.) Nullus presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in clero uxorem aut concubinam admittat. Quod si fecerit, secundum Ecclesiasticam regulam deponatur. — *Ibid.* : Episcopus sicut nullam habeat, ita cum nulla penitus habitabit. Quod si fecerit, honore, quo ipse se fecit indignum, abiciatur.

(Ann. 1026.) BURCHARDUS, episcopus Wormatiensis, CXL, 628 : Ne ulterius ordinentur filii concubinarum. — 646 : (Ex concil. Turonico.) Et quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc præcipue custodiendum decrevimus, ut nulli clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem, vel ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant, quia frequenter per hanc indecentem occasionem contingit, ut diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero clericus post interdictum episcopi sui his inhærere præsumperit, a communione habeatur alienus. (Et alia multa de materia eadem.) — 643 : Ut illi quibus uxores ducere licitum non est, aliorum nuptias devitent. — 803 : (Ex concilio Spalensi.) Hæc cautela circa omnes servetur, ut laici remoti a peculiaritate virginum, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Et alia. — 605 : Quod non sit permittendum monachos et monachas in uno monasterio simul habitare. — 812 : (Ex concilio Urbico.) Si abbas in monasterium suum mulierem ingredi permiserit, aut festivitatem aliquam ibi spectare, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur. — 797 : Memoratur epistola Siricii papæ de monachis et monachabus qui se sacrilega contagione miscuerunt. — 1068 *et seqq.* : legantur Statuta canonum de officio sacerdotum, quorum collector remansit incertus.

(Ann. 1068.) S. STEPHANUS Ecclesiæ Romanæ cardinalis, CXLIII, 1410 : (concilium Turonense.) De episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, qui mulieris carnali copula detenti ab officio non cessaverint.

(Ann. 1064.) S. PETRUS DAMIANUS, cardinalis, et episcopus Ostiensis, CXLIV, 290 : Hortatur Gebhardum archiepiscopum Ravennatem ut viriliter deceret contra episcopos Pisarensem et Fanensem, quos vocat ministros diaboli. — 344 : In hujus epistolæ fragmento ex quodam loco Jeremiæ ostendit, quæ sit detestabilis clericorum impudicitia et intemperantia. — 358 : (Epistola ad Capellanos Gothifredi Ducis.) Contra illos fusius probat clericos non posse uxores ducere. — CXLV, 503 : Ut ergo stylus ad hoc, unde digressus est, redeat, videtur nobis, si placet, hoc episcopis utendum esse consilio, ut indignos ac turpiter lapsos administratione suspendant.

(Ann. 1073.) ALEXANDER II, papa, CXLVI, 1402 : Alexandri II epistola ad Landolphum. Respondet quod non aliter quam cum consensu uxoris suæ monasticam vitam ingredi et votum continentiae emittere possit.

(Ann. 1079.) JOANNES Abrincensis primum episcopus, postmodum archiepiscopus Rotomagensis, CXLVII, 223 : (de officio pastoralis.) Sacerdotes debent esse casti, hic multa occurrunt de sacerdote et ad sacerdotem scripta.

(Ann. 1085.) S. GREGORIUS VII, papa, CXLVIII, 786 : (Concilium Romanum.) Si qui sunt presbyteri, vel diaconi, vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimus eis ex Dei parte omnipotentis et sancti Petri auctoritate introitum, usque dum pœniteant et emendent. (*Et alia.*)

(Ann. 1085.) S. ANSELMUS, episcopus Lucensis,

CXLIX, 506. (Collectio canonica.) Ut aliæ mulieres cum sacerdotibus non habitent nisi quas canones permittunt. — 509 : Quod bigamus aut concubinam habens non potest esse episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec cætera. — 511 : Ut qui viduam duxerit uxorem seu ante baptismum, seu post baptismum, clericus non fiat. — *Ibid.* : Ut clericus nec viduam nec ejectam ducat uxorem. — *Ibid.* : Ut qui uxorem non virginem duxerit, ad sacros ordines non aspiret. — 513 : De eunuchis qui seipsos absciderunt. — 516 : Ut presbyteri et levitæ cum uxoribus suis non misceantur. — *Ibid.* : Ut concubinæ clericorum venundentur, clericis vero pœnitentia imponatur. — 519 : Ut presbyteri qui se expurgare de fornicatione non possunt, a ministerio moveantur. (*Et alia ejusdem familiae.*)

(Ann. 1115.) D. IVO, episcopus Carnotensis, CLCI, 455 : Quod filii concubinarum ulterius ordinari non debeant. — 455 : De clericis incontinentibus. — 456 : Ut clericus qui secundam uxorem duxerit deponatur. — *Ibid.* : Quæ feminæ cum clericis habitare possunt. — *Ibid.* : Ut si laicus viduam duxerit, clericus non fiat..... Nec is qui secundam duxerit uxorem, clericus fiat, quia scriptum est : *Unius uxoris virum*; et iterum : *Sacerdotes mei semel nubant.* — *Ibid.* : De incontinentia sacerdotum vel Levitarum quid observari debeat. — 457 : Clericus esse non potest qui sibi volens partem corporis abscidit. — 461 : De ministris incontinentibus. Gregorius civibus Romæ. Post alia, hæc addit : Neque enim hoc silere debeo (quod cum grandi animi tristitia dico). sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere et audire, et contra canonum sancita... Cavere oportet, fratres ab *illicitis*, ut mundas valeamus ad dominum levare manus. (*Et alia.*) — 462 : De vitanda familiaritate mulierum. — 465 : Quid agendum sit de clericis incontinentibus. — Ut incontinens presbyter non ministret. — 478 : Ut bigami vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non promoveantur. — 479 : Si quis de laicis post uxorem aliam cujuscunque conditionis cognoverit mulierem, in clerum nullatenus admittatur. — 487 : Hic referuntur verba toties laudata 1° concilii Nicæni; 2° it. Neocæsariensis; 3° it. Siricii papæ; 4° it. concilii Agathensis; 5° it. concilii Turonensis; 6° it. concilii Nannetensis. — 537 : (Ex concilio Toletano.) De damnatione filiorum sacerdotum. Leguntur hæc : Cum multæ super incontinentia ordinis clericorum haecenus emanaverint sententia Patrum, et nullatenus ipsorum firmari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum feriretur ullio in actoribus scelerum, verum etiam in progenie damnatorum, ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procrearent, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, proles autem ab hac pollutione nata non solum parentum hæreditatem usquam accipient, sed etiam in servitute ejus Ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt. — 548 : De monachis propositum non servantibus. (Epist. Siricii). — 549 : Qua pœnitentia purgandus sit monachus qui, relicta professione, ducit uxorem. — 551 : Ne duplex monasterium fiat. Hæc et alia leguntur : Non habitent in uno monasterio monachi et monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitatio, si habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum secreto collocationem. — 564 : (Ex Registro S. Gregorii.) In nullo loco monachos et monachas permittimus unum monasterium habere; sed nec ea quæ duplicia vocant. — 565 : Monachi filios procreantes in carcerem detrudantur tantum facinus continua lamentatione desolantes. — 1112 : Filii presbyterorum a sacris prohibentur officiis. — *Ibid.* : Qui de sacerdotibus nati apostolicæ sedi præfuerunt. — *Ibid.* : Filii sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cæteræ virtutes in eis inveniantur. — 1143 : Non excluduntur a clero qui a medicis vel a barbaris, vel a dominis suis castrantur. — *Ibid.* : Bigamus non est ordinandus. — 1149 : Legitur titulus *De continentia ordinandorum.* — 1151 : Sacerdotibus semper castitas servanda præcipitur. — *Ibid.* : Qui divinis sacramentis inserviunt continentes esse oportet. — *Ibid.* : Sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis misceri non debent. — 1161 : Non ingrediantur Ecclesiam presbyteri, diaconi vel subdiaconi qui in crimine fornicationis jacent. — *Ibid.* : Non audiat missa presbyteri concubinam habentis. — *Ibid.* : Non potest reslitui in sacerdotium, cujus crimen fuerit manifestum. — *Ibid.* : Qui voluptatem officio præposuerit, modis omnibus submoveatur.

(Ann. 1135.) VEN. HILDEBERTUS, episcopus Ceno-

manensis, CLXXI, 709 : Nobis in sacris ordinibus consti-

tutis indicta est necessitas continendi. Nihil medium; aut in monte, aut in Sodomis erimus. Lot de Sodomis egressum in montem angeli deducere volebant. — 931: Quomodo laici abhorreant immunditiam carnis, cum audiant quosdam clericos vel quosdam sacerdotes infamia fornicationis respersos?

(Ann. 1142.) VEN. GODEFRIDUS abbas Admontensis, CLXXIV, 994: Hujus spiritalis *Herodiadis*, id est concupiscentiæ sæcularis amore decepti, sacerdotes in uxorem sibi eam accipiunt, et eam in thalamo cordis sui delectabiliter collocantes, illicita cum ea connubia illicite exercent.

(Ann. 1142.) HUGO DE S. VICTORE, CLXXV, 666: *De sacerdotibus reprobatis*, ex libro Curæ pastoralis beati Gregorii.

(Ann. 1153.) S. BERNARDUS, abbas Clarævallensis, CLXXXII, 853: (Sermo de conversione ad clericos.) Arguit incontinentes qui sacros ordines impudenter temerare non verentur. — 1074: Quærebamus virum optimum, multorum liberatorem; et ecce laboramus in inveniendo qui seipsum salvum facere possit. Optimus hodie est qui non est nimis malus. — CLXXXIII, 685: De valle flagitiorum ascenditur ad montem castitatis triplici continentia, membrorum, sensuum, cogitationum. — 1005: Oportet ergo virum, qui ad ornamentum et decorem assumitur domus, bonis ornatum moribus esse. (*Alia multa.*) — 1092: Nonne aperte vobis videtur deprehensa fraus, et comprehensa vulpes? Si non amovet feminam, non amovet scandalum. (*Et reliqua.*) — 184, 1259: (Liber de modo bene vivendi.) Legitur caput *De continentia*.

(Sæcul. XII.) DECRETUM GRATIANI, CLXXXVII, 194: Nuptiarum convivii presbyteri interesse non debent. — *Ibid.*: Viduam ducens uxorem, si necessitas exigat, subdiaconus fieri potest. — 270: Diaconus aut presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt. — 302: Non producantur ad clerum, qui seipsos abscindunt. — 303: Qui per languorem a medicis desecatur, ad clerum valet admitti. — Licite ordinatur episcopus qui per hominum insidias eunuchizatur. — 304: Non excluduntur a clero qui a medicis, vel barbaris, vel a dominis suis castrantur. — 306: Filii presbyterorum a sacris prohibentur officiis. — 311: (Urbanus II papa.) Filii sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cæteræ virtutes in eis inveniantur. — 388: Clericus adulterasse convictus vel confessus in monasterio detrudatur. — 389: In crimine captus presbyter vel diaconus deponatur, non tamen communione privetur. — 390: Officio et beneficio privetur episcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens. — 391: Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur — 392: Simul cum mulieribus sacerdotes habitare non licet. — 394: Non habitent femine cum clericis, nisi quas necessitudo excusat. — 395: Nisi majorum jussione ad feminarum domicilia clerici non accedant. — 396: Episcopi provideant ne occasione temporalium clericorum familiaritatibus virgines socientur. — 398: Quæ penitentia sit imponenda sacerdoti qui de fornicatione convictus fuerit. — 399: Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. — 1375: Clericus deponatur qui cum sanctimoniali mœchatus fuerit.

(Ann. 1166-1169.) GERHOFUS præpositus Reicherspergensis, CXCIV, 1257: Clerici vitiorum cœno demersi ad vitam apostolicam reformandi sunt, id quod jam Romæ Gerhofus gaudet factum fuisse.

(Ann. 1179.) PETRUS COMESTOR, CXCVIII, 1809: Legantur sermones habiti in synodis.

(Ann. 1186.) PHILIPPUS DE HARVENG abbas Bonæ Spei, CCIII, 728: Legatur tractatus de continentia clericorum.

(Ann. 1197.) PETRUS CANTOR, CCV, 181: Non nisi perfectus moribus in sacerdotem et levitam est eligendus.

(Ann. 1203.) HUGO V, abbas Cluniacensis, CCIX, 884: Cunctis liquet quanta ex vicinitate et consortio mulierum, et perniciis animarum, et destructio locorum evenerit. Et ideo decernimus, ut nunquam in alio loco mulier quælibet in monacham, vel conversam, seu præbendam recipiatur nisi ad succurrendum. In locis autem ubi jam receptæ sunt a mensa, et omni convictu seu consortio monachorum sint remotæ. Excipiuntur loca forinseca, in quibus ex necessitate mulieres oportet haberi. Quæ tamen tales sint, et ejus ætatis, de quibus nulla suspicio habeatur, et una tantum in singulis grangiis.

PARS POSTERIOR.

DE MATRIMONIO ET CÆLIBATU, IN QUANTUM HÆC QUÆSTIO AD CUIUSLIBET ORDINIS MINISTROS DEI MONACHOS SPECTAT.

(Ann. 160-213.) TERTULLIANUS, presbyt. Carthagin.,

I, 1286: præscriptio apostoli non sinit digamos præsidere. II, 922: In veteri lege animadverto castratam licentiam. Sæpius nubendi. *Sacerdotes mei non plus nubent.* Sed Christo servabatur, sicut in cæteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Inde igitur apud nos plenius atque instructius præscribitur unius matrimonii e se oportere qui alleguntur in ordinem sacerdotalem. — *Ibid.*: Si habes jus sacerdotis in temelipso, ubi necesse est; habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit habere jus sacerdotis.

(Ann. 533.) S. SYLVESTER papa, VIII, 835: Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus ne aliqua prævaricatione præsumperit.

(Ann. 540-597.) S. AMBROSIUS, episcopus Mediolan., XVI, 260: Qui deorum adulteria et supra venerantur, cælibatus et viduitatis statuere prenas. — 1206: Noster auctor, ad hæc verba *unius uxoris* virum, ait: Qui sine crimine est, unius uxoris vir tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi: qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogativa exiit sacerdotis. — *Ibid.*: Non solum Apostolus hoc de episcopo et presbytero statuit, sed etiam Patres in concilio Nicæno addiderunt neque clericum quemquam esse debere, qui secunda conjugia sortitus est.

(Appendix ad sæculum IV) AUCTOR ANONYMUS, cujus opera prodierunt sub nomine S. Athanasii XVIII, 72; ad hæc verba: *Bonum est nubere, melius est non nubere*, ait: Illicitis cavere, jugum necessitatis est: permissa vincere, munus arbitrii. Malis abstinere, disciplinæ merces est, bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperii.

(Ann. 417) INNOCENTIUS I PAPA, XX, 605: Ut il, qui in presbyterio filios genuerunt, remove ab officio debeant.

(Ann. 358-420.) S. HIERONYMUS, presbyter Stridonensis, XXII, 656: Sive episcopi, sive presbyteri, quanquam apud veteres iidem episcopi et presbyteri fuerint, quia illud dignitatis nomen est, hoc ætatis, jubentur monogami in clerum eligi. — XXIII, 250: Et quod invitis extorquendum est, cur non spe præmiorum afferimus Deo? Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Dominus sunt, quomodo placeat Deo. (*et alia.*) — 340, *de cælibatu clericorum*: Proh nefas! Vigilantius episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: Si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint: Nulli cælibi credentes pudicitiam. (*et multa alia.*) — XXV, 441: Sacerdotis officium est docere populum quid inter sanctum et pollutum, inter mundum et immundum sit; ut prius referamus ad dogmata, secundum ad opera quæ per carnem efficiuntur. — XXVI, 259: Sicut enim ab ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed et nuptiæ repellunt, neque enim episcopus, neque presbyter, nec diaconus possunt esse digami: sic forsitan et de cœtu primitivorum immaculatorumque Ecclesiæ, quæ non habet maculam, neque rugam, ejicietur digamus. — 568: Sit autem episcopus et pudicus, quem Græci *σώφρονα* vocant. Si autem laicis imperatur, ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu, quid de episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis populique peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas?

(Ann. 387-430.) AUGUSTINUS, episcopus Hipponensis, XXXII, 1078: Cum conjuncti matrimonio Deo pari consensu continentiam voverunt, et ad eadem pacta continentiae consenserunt, perseveranter usque in finem reddere debent quod fuit promissum. — XXXIV, 711: Sane si uxores ducere, vel filios gignere non velabantur tunc summi sacerdotes, magna oritur quæstio. Cum lex etiam conjugali concubitu immundum hominem dicat usque ad vesperam, etiam cum abluerit corpus suum aqua. — 712: Unde fit consequens ut sacerdos summus aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum. — 713: Ablata est omnis dubitatio neminem sacerdotum, vel summorum, vel secundorum, debuisse accedere ad sancta, si immunditia ejus in ipso esset. Erat ergo consequens continentia sacerdotis.

(Ann. 440-461.) S. LEO MAGNUS, papa, LIV, 610: S. Leo scribit ad episcopos per Campaniam, Picenum, Tusciam et universas provincias constitutos, ut quicumque ad sacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officiis arceantur. — 612: Viduæ maritum et qui fuerit plus quam unius uxoris vir, a sacro ministerio arcendum. — 615: In epistola ad episcopos Metropolitanos per Illyricum constitutos, S. Leo jubet bigamos, viduarum maritos aut repudiatarum a sacerdotio ex canonibus arceri. — 617: In epistola ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, canonum observantiam, præsertim in ordina-

tionibus, commendat : A quibus arcentur mariti viduarum et bigami. 672 : Ad hanc quæstionem : *Quinam a sacerdotio sint arcendi*, scribit Leo Magnus quæ sequuntur : Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. — *Ibid.* : Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, et procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecto continentia puritatem, nec subdiaconis quidem carnale connubium conceditur : *Ut et qui habent, sint tanquam non habentes*, et qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo, in secundo, vel tertio servandum est? (*Et alia.*) — 1204 : Quæritur de his qui altari ministrant et conjuges habent, utrum eis licito misceantur. Responsio. Lex continentia eadem est ministris altaris quæ episcopis atque presbyteris. Cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. — 1207 : Scribitur de monacho quod *transgreditur*, meliorum deserendo electionem, cum matrimonium init.

(Ann. 447-461.) *Appendix ad S. Leonis Magni Opera*, Codex canonum, LVI, 443 : Presbyterum qui uxorem duxerit, ab ordine suo deponi debere. — 500 : Ex Epistola Innocentii papæ ad Exuperium episcopum Tolosanum constat diaconos et presbyteros incontinentes ab omni honore ecclesiastico privandos. — 502 : Si quis contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit? — *Ibid.* : Ne quis credat hoc licere, quia scriptum est : *Unius uxoris virum*. Etenim qui hoc dixit, dixit etiam apertius : *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt*. (*Et alia.*) — 890 : Ut nullus presbyter, diaconus, aut subdiaconus cum mulieribus habitare, aut conversari præsumat; et si inventus fuerit hoc faciens, de gradu ejiciatur. — 895 : Quod si post ordinationem ministro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii partitor fiat, nec altare contingat.

(Ann. 540.) DIONYSIUS EXIGUUS, LXVII, 54 : (Codex canonum. Ex concilio Neocæsariensi.) Presbyter si uxorem duxerit, ordine suo moveatur. — 90 : (Ex concilio Chalcedonensi œcumenico iv.) Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psaltis uxores ducere, statuit sancta synodus nulli eorum licere alterius sectæ uxorem accipere. — 141 : Episcopus, aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat : si vero rejecerit, excommunicetur, sed et si perseveraverit, dejiciatur. — 143 : Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit non potest esse episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui ministerio deserviunt. — *Ibid.* : Qui viduam, vel ejectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum. — *Ibid.* : Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit. — 144 : Innuptis autem qui ad clerum proveci sunt præcipimus ut, si voluerint, uxores accipiant; sed lectores cantoresque tantummodo. — 155 : (Regula prolata in synodo Neocæsariensi xiv.) Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. — 174 : (Regulæ ecclesiasticæ promulgatæ a sancto concilio Chalcedonensi.) Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psaltis uxores ducere, statuit sancta synodus non licere cuiquam ex his accipere sectæ alterius uxorem. — *Ibid.* : Virginem quæ se Deo Domino consecravit, similiter et monachum, non licere nuptialia jura contrahere : quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. — 186 : (Synodus apud Carthaginem) Aurelii episcopi verba legantur. — 187 : Faustinus episcopus Ecclesiæ Potentinae dixit : Placet ut episcopus, presbyter et diaconus, vel qui sacramenta contractant, pudicitia custodes, ab uxoribus se absteineant. Ab universis episcopis dictum est : Placet. — 191 : De episcopis, vel sequentibus ordinibus qui sacrosancta mysteria contractant, placuit ab uxoribus contineri. — 213 : (Decreta Innocentii papæ.) Quod sacerdotes et levitæ cum mulieribus coire non debeant. — 244 : Quod monachus, si clericus factus fuerit, uxorem ducere nequeat. — 245 : Fusius agitur de incontinentia sacerdotum. — 250 : Quod hi qui in presbyterio filios genuerint, removeri ab officio debeant. — 279 : (Decreta Leonis papæ.) Ut quicumque ad sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab omnibus ecclesiasticis officiis arceantur. — 288 : Quod diaconi, sicut episcopus et presbyter, cessare debent ab omni opere conjugali : non tamen repudiare conjugia. — 290 : Propositum monachi proprio arbitrio et voluntate susceptum deserere non potest absque peccato; quod enim quis vovit Deo debet reddere. Unde qui re-

licta singularitatis professione, ad nuptias devolutus est publicæ poenitentia satisfactione purgandus est, quia, etsi honestum possit esse conjugium, electionem meliorum deseruisse transgressio est. — 293 : Ut a metropolitanis non laici, non bigami, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi. — *Ibid.* : Quod subdiaconis carnale connubium denegetur.

(Ann. 542.) S. CÆSARIUS, episcopus Arelatensis, LXVII, 1090 : Nullus digamum, vel internuptiarum maritum in prædictis honoribus audeat ordinare.

(Ann. 548-556.) S. AURELIANUS, episcopus Arelatensis, LXVIII, 390 : (Regula ad monachos.) Mulieres vero, nec religiosæ, nec sæculares, nullæ omnino, nec abbatis, nec cujusquam monachi mater, aut quælibet propinqua aut nota ad salutandum, aut ad orationem ingredi permittatur.

(Ann. 595.) S. GREGORIUS, episcopus Turonensis, LXXI, 181 : (Historia Francorum.) Apud Arvernos vero post Stremonium episcopum prædicatoremque, primus episcopus Urbicus fuit, ex senatoribus conversus, uxorem habens, quæ, juxta consuetudinem ecclesiasticam, remota a consortio sacerdotis religiose vivebat.

(Ann. 595-604.) S. GREGORIUS MAGNUS, LXXVII, 336 : Narratur historia de presbytero jamjam morituro qui uxorem, seu *presbyteram* prohibuit ne aurem naribus apponeret, exclamans : Recede a me, mulier, adhuc igniculus vivit. paleam tolle. — 506 : Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, more Ecclesiæ Romanæ, ut nullatenus uxoribus suis miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum continentia non invenit, compellatur a sua uxore separari. — *Ibid.* : Eos autem qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus continere noluerint, nolumus pervenire ad sacrum ordinem. — 515 : Præterea volumus ut sacerdotes qui in Corsica commorantur prohiberi debeant ne cum mulieribus conversentur, excepta duntaxat matre, sorore, vel uxore, quæ caste regenda est. — 996 : Ne mulieres cum episcopis aut clericis in sacris ordinibus constitutis habitent; ea lege, ut uxores non relinquunt, sed caste regant. — 1033 : Nequæ ut aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hæc quæ sacris, ut prædictum est, canonibus sunt permittæ. — 1185 : (Responsio Gregorii.) Si qui vero sunt clerici *extra sacros ordines constituti*, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent. — LXXIX, 95 : Sacerdotium novum nitet splendoribus pudicitia.

(Ann. incerto viii sæculi.) CRISCONIUS, episcopus Africanus, LXXXVIII, 823 : (Breviatio canonum Fulgentii Ferrandi Ecclesiæ Carthaginiensis diaconi.) Ut presbyter, si uxorem duxerit, deponatur. Si autem fornicatus fuerit, etiam poenitentiam agere compellatur. — 825 : (Conc. Carth.) Ut lectores, dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. — *Ibid.* : (concil. Zellens. ex Epistola Syricii.) Ut mulierem clericus non ducat uxorem; et ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. — *Ibid.* : (concil. Carth.) Ut clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, sine jussu vel permissu episcopi vel presbyteri accedant. — 840 : (Breviarium canonicum.) Ut episcopus aut presbyter uxorem suam quam debet caste regere, non relinquat. — 846 : Ut digami non admittantur ad clerum. *N. B.* Hic memorantur canones apostolorum; concilium Laodicense; decreta papæ Siricii; item Innocentii; item Leonis papæ. — 149 : (Ex decretis papæ Siricii ad Himerium episcopum Tarraconensem, Tit. 7.) Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de *conjugibus propriis* quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere. Et reliqua. — 852 : Innuptis autem qui ad clerum proveci sunt præcipimus, ut, si voluerint, uxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo. — 877 : De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis attestati sunt. — 882 : De presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt. — *Ibid.* : Quod sacerdotes et levitæ cum mulieribus coire non debeant. — 922 : Quod subdiaconis carnale connubium denegetur.

(Ann. 729.) S. EGBERTUS, archiepiscopus Eboracensis, LXXXIX, 382 : (Excerpt. e canonib.) Ut nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in sua domo in qua ipse habitat ullam mulierem unquam permittat habitare. — 383 : (Ex concilio Nicæno.) Interdicit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam mulierem habere. — *Ibid.* : Canones quoque docent ut si quis acceperit viduam aut dimissam mulierem, aut qui bis duxerit uxorem, nunquam fiat diaconus, nunquam sacerdos. — 384 : Episco-

pus, presbyter, aut diaconus qui in fornicatione captus est, deponatur. — 421 : Si presbyter vel diaconus uxorem ducat, perdat ordinem suum. Et reliqua. — *Ibid.* : Sacerdotes Dei, et diaconi, et alii ministri Dei, semper servare debent castitatem. — *Ibid.* : Sacerdotes, et diaconi, et Dei ministri, qui ipsi nolunt nec possunt coram Deo castitatem servare, quæ ipsis injuncta est, detrudantur a ministerio suo.

(Ann. 766.) S. CHRODEGANGUS, episcopus Metensis, LXXXIX, 1088 : Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps quibus *ducendi uxores licentia* non est, alienarum nuptiarum evitent convivia. (Et reliqua). — Hi presbyteri qui in presbyterio suo filios genuerint, removeri ab officio suo debent. — 1095 : Et non damnabitur subdiaconus, exorcista, ostiarius, lector, acolythus, filios habentes et uxorem et omnino Christum prædicantes.

(Ann. 800, 814.) CAROLUS MAGNUS imperator, LXLVII, 275 : (Ex Capitulis datis presbyteris.) Ut nullus sacerdos feminas secum habitare permittat, excepto matrem, sororem, vel amitam. — 509 : Item in eadem synodo interdictum est presbyteris et diaconibus vel omnibus qui in clero sunt, mulierem non habere in domo sua, propter suspicionem, nisi matrem aut sororem, vel eas tantum personas quo suspensiones effugiunt. — 641. De feminis cum presbyteris cohabitantibus placuit eas penitus ejici, nec ulterius cum his quoquomodo conversari, et si post primam episcopi sui contestationem, a tribus usque ad septem testibus idoneis convincitur prævaricasse, proprii gradus periculo subiaceat. (Et alia.)

(Ann. 804-825.) THEODORUS, archiepiscopus Cantuariensis, LXLIX, 949 : Lex continentia eadem est altaris ministris, quæ episcopis, aut presbyteris, qui cum essent laici, sive lectores, licite et uxores ducere, et filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenerint gradus, coepit eis non licere quod licuit. Unde et de carnali fit spiritale connubium. Oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant, sic habere, quo salva sit charitas connubiorum, et cesset nuptiarum. — 956 : Sacerdos tangendo mulierem coinquinatus, quadraginta diebus poeniteat. — 1012 : (Canones selecti.) Nullus clericorum a subdiacono, et supra, cum uxore quam antea habuit misceatur. Quod si fuerit, ab officio deponatur. Quod si sciens ad officium admiserit, tribus mensibus cum poenitentia sit a suo officio sequestratus. — *Ibid.* : Clerici benedictione suscepta si conjugia crediderint eligenda, qui volentes absque ulla reclamazione in ætate legitima fuerunt ordinati, cum ipsis mulieribus (quas acceperint) communionem pellantur. (Et alia.) — 1015 : (Canon Cæsariensis.) Presbyter qui uxorem duxerit deponatur. Si fornicatus fuerit, aut adulterium commiserit, ab ecclesia abiciatur inter laicos ad poenitentiam agendam. — *Ibid.* : Episcopus degradetur, si sciens ordinaverit clericum eum qui viduam, aut repudiatam, aut secundam habuit uxorem. — 1014 : (Epist. Hormisdæ papæ per universas provincias.) Si quis diaconus, vel presbyter, post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abiciatur. (Et alia multa.) — 1041 : (canon Agathensis.) Presbyteri vel cæteri ministri, quibus licentia non est uxores habere, aliorum convivia nuptiarum evitent, ne auditus aut visus sacris mysteriis deputatus polluat turpium spectaculorum, atque verborum ambagibus (contagione). — *Ibid.*, (canon Africanorum) clericum scurrilem, et verbis turpibus jocularum, ab officio retrahendum. — 1043 : (canon Nicænus.) Ne quis episcoporum, vel cæterorum clericorum cum mulieribus habitet, præter matrem, vel si quæ sunt hujusmodi personæ. — *Ibid.* : (canon Africanorum.) Clericus cum extraneis mulieribus non habitet. — *Ibid.* : (canon Arelatensis.) Nullus episcopus, vel presbyter aut diaconus, ad cellarii secretum intromittat feminam. — *Ibid.* : (canon Agathensis.) Feminas a cellario, vel secreto ministerio, vel ab ea mansione in qua clericus manet, placuit removeri. — *Ibid.* : (canon Maticensis.) Ut nulla mulier in cubiculum episcopi absque duobus presbyteris, aut certe diaconibus ingredi permittatur. — *Ibid.* : (canon Aurelianensis.) Statuimus ne quis antistitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam ullam mulierem habere, præter eas quas canones eloquuntur. (Et alia.) — 1044 : (canon apostolorum.) At episcopus, presbyter, vel diaconus, uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat, et si rejecerit, excommunicetur; si perseveraverit, dejiciatur. — 1046 : Clericis tantum, et lectoribus, atque cantoribus liceat habere uxores. — *Ibid.* : (canon Carthaginensis.) Lectores usque ad annos pubertatis legant. Deinceps autem, nisi aut custodita pudicitia, aut uxores duxerint, legere non sinantur. — 1047 : Lectores, cum ad annos pubertatis perve-

nerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

(Ann. 804.) ALBINUS seu ALCUINUS, abbas, Caroli Magni magister, Cl, 1090 : Unde ego maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum puto.

Ann. 540. S. Agobardus episcopus Lugdunensis, CIV, 232 : Unde Patres doceant non posse quemquam ad sacerdotium promoveri, si viduam, etc.

(Ann. 821.) THEODULPHUS, episcopus Aurelianensis, CV, 195 : Nulla femina cum presbytero in una domo habitet. Quamvis enim canones matrem, et sororem, et hujusmodi personas, in quibus nulla sit suspicio, cum illo habitare concedant, hoc nos modis omnibus idcirco amputamus, quia in obsequio sive occasione illarum veniunt aliæ feminæ quæ non sunt ei affinitate conjunctæ, et eum ad peccandum illiciunt.

(Ann. 831.) HALITGARIUS, episcopus Cameracensis, CV, 687 : Presbyter, si uxorem accepit, ab ordine deponatur. — *Ibid.* : Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur. — *Ibid.* : Sacerdotes Dei et diaconi, vel qui sacramenta contrectant pudicitia custodes ab uxoribus se abstineant. — *Ibid.* : Præterea, quod dignum et pudicum, et honestum est, tenere Ecclesia omnino debet, ut sacerdotes et levitæ cum mulieribus non coeant.

(Ann. 849) WALAFRIDUS STRABUS, monachus Fuldensis, CXIV, 628 : *Unius uxoris virum*. .. id est, monogamum post baptismum. Si enim et ante conjugem habuit quo obierit, non ei imputatur, cui prorsus novo, nec supra, nec alia quo ante fuerunt jam obsunt.

LII, 14. — Non est ab excelsis cæli demergenda in sepulcrum auri, *ibid.*, 22. — Anima tanto fit purgator, quanto substantia carnis afflictor, S. Leo M., LIV, 314. — Anima fidelis timore corrigitur, correctione lætatur, S. Maximus Taurin., LIV, 29. — Animus amore Dei languet, quando ejus dilectioni nihil præponit, Cassiodorus, LXX, 509. — Possumus corpore curvari, non animo, *ibid.*, 129. — Civitas Dei anima pia, *ibid.*, 334. — Anima sine Deo semper captiva, *ibid.*, 390. — Anima vita corporis, animæ vita Deus, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 135. — Anima eo pretiosior Deo, quo sibi fit despectior, *ibid.*, 583. — Anima exsultat, cum, contemptis omnibus, solum Deum amat, *id.*, LXXIX, 53. — Anima a Deo divisa, Deum sentire non valet, *ibid.*, 471. — Animam ita mollia necant, sicut carnem dura vulnerant, *ibid.*, 490. — Animarum regimen majus est quam imperiale, S. Agobardus, CIV, 299. — Anima in vitiis desertum dicitur, S. Bruno Herbipol., CXLII, Psalm. xxviii. — Anima sancta deliciarum hortus, S. Petrus Damian., CXLIV, 66. — Anima sic facta est, ut semper vivat, si semper velit facere ad quod facta est, S. Anselmus, CLVIII, 25. — Animæ otium contra Dei ordinem est, S. Bruno Astens., CLXIV, 9. — Mens seu cogitatio caput est animæ, *ibid.*, 176. — Anima immortalis est, quæ dum peccat moritur, et a verâ vita, quæ Christus est, separatur, *id.*, CLXV, 55. — Animus bonus, hortus voluptatis, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 506. — Animabus, non corporibus tempus præsens assignatur, S. Bernardus, CLXXXII, 299. — Pro animarum salute otia dulcia seponenda sunt, *ibid.*, 145. — Anima Deo propinquior fit virtute, *ibid.*, 364. — Verus animæ amor est quo veritas amatur, *ibid.*, 401. — Anima, etsi corrupta, magnæ gratiæ et felicitatis capax, *ibid.*, 155. — Animæ rationalis duo loca; inferior quem regit caro; superior quo requiescit Deus, *ibid.*, 552. — Animæ vera vita Deus, *ibid.* — Animæ seipsam ad semetipsam colligere quam sit difficile, Richardus a S. Victore, CXCVI, 152. — Anima quæ hic vivens Dei similitudinem in se fœdavit, quanta confusione plena ad Deum redibit, *ibid.*, 211. — Anima quæ durius laborabit tentatione, plenius remunerabitur perfectione, *ibid.*, 494. — Anima Deum amans, amore non satiatur, *ibid.*, 1200. — Anima in hac vita continua eget emendatione, Adamus Scotus, CXCVIII, 91. — Anima justi domus sapientiæ, Alanus de Insulis, CCX, 166.

ANNI. — Anni æterni, anni siue annis, unus dies, S. Augustinus, XXXV, 976.

APOSTOLI. — Apostoli salis instar, æternitatis sunt satores, S. Hilarius Pictav., IX, 682. — Apostoli adhuc ingemiscunt, quia multorum est labor qui adhuc fluctuant, S. Ambrosius, XVI, 927. — Virtutes apostolorum prius imitandæ quam simplicitas verborum, S. Hieronymus, XXII, 318.

ARBOR. — Arborem robustam procella non subvertit, S. Cyprianus, IV, 197. — Arbor non dat fructum, quæ vernali tempore, tota exardescit in flore, S. Petrus Chrysologus, LII, 162. — Arborum ramos nobis incidimus imitando meliorum exempla, S. Gregorius M., LXXIX, 296.

ARROGANTIA. — Arrogantia plusquam ignorantia cavenda, S. Bernardus, CLXXXIII, 585.

ARS. — Ars nulla absque magistro discitur, S. Hieronymus, XXII, 942. — Ars sæculi strenuos amatores habet, ars divini timoris languidos, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 204.

ASCENSUS. — Ascensus non est facilis ad magna, S. Cyprianus, IV, 180. — Ascensus in labore est, descensus in voluptate, S. Gregorius M., LXXVI, 224.

ASPECTUS. — Aspectus fumo obscuratur; aspectus arboris maculavit oculos mulieris; aspectus sepulcri Christi mundat, S. Petrus Chrysol., LII, 77.

ASPIRATIO. — Aspiratio Dei pro æterna felicitate, et inclinatio umbrarum pro indeficiente nocte hujus mortalitatis accipitur, Wolbero, CXCIV, 59.

AURES. — Aures aperit tribulatio, S. Gregorius M., LXXVI, 843. — Aures diligenter sepiendæ sunt, Rabanus Maurus, CIX, 972.

AURUM. — Aurum fecit Deus, et te super aurum, ut illius sis dominus, non servus, S. Augustinus, XXXV, 1616. — Aurum multi ut acquirant fidem perdunt, *ibid.*, 1645. — Aurum post te debet ire, non tu post aurum, *id.*, XXXVI, 1417. — Debet duci non ducere, possideri, non possidere, *ibid.*, Aurum ejus proprie est qui bene illo utitur, adeoque veritas Dei est, *ibid.*, 527. Aurum et argentum bonum est, non quod te faciat bonum, sed unde faciat bonum, *ibid.*, 410. — Aurum malus dominus, proditor servus, *ibid.*, 1935. — Magis prodest cum contemnitur, *ibid.* — Aurum prodest danti, non possidenti, B. Alcuinus, C, 127. — Aurum sapientiæ nascitur ex parturitione novæ vitæ, Adamus Scotus, CXCVIII, 333. —

In auro et argento beatam vitam reponere turpissimum, Petrus Cantor, CCV, 45. — Aurum non omne est quod splendet; Alanus de Insulis, CCX, 426.

AUXILIUM. — Auxilio Domini suffultus non cadet, Rabanus Maurus, CLX, 1131, 1132. — Auxilium Dei duplex, correptio et consolatio, S. Bernardus, CLXXXIII, 585.

AVARUS. — Avari omnes intus sunt leprosi, S. Augustinus, XXXVI, 1832. — Avarus infirmo est similis, id. XXXVII, 1058. — Avarus computat perdidisse quod alter habet, Petrus Chrysol., LII, 7. — In ipsum sacculum se redigit avarus, *ibid.*, 54. — Avarus decipit, cum beneficia præstare dicit, S. Leo Magnus, LIV, 53. — Avarus, avium more, esca rerum terrenarum devorata, peccati laqueo strangulatur, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 65. — Avaro et livido perniciosæ sunt divitiæ, Rabanus Maurus, CLX, 856. — Avarus parce vivendo, opes alteri devorandas congerit, *ibid.*, 843. — Avarus quo magis pecunias auget, eo magis pecuniæ siti ardet, S. Anselmus, CLVIII, 188.

AVERSIO. — Aversione a Deo homo tenebratur; conversione ad Deum illuminatur, S. Augustinus, XXXV, 193.

B

BACULUS — Baculus pastoris boni B. Virgo Maria, Adamus Persenæ, CCXI, 23. — Baculus sustentationis, *ibid.*, 173.

BAJULUS. — Bajulus noster Christus est, S. Petrus Chrysol., LII, 15.

BAPTISMUS. — Baptismum qui recipiunt, et sæculo verbis et non factis renuntiant, verum habent baptismum, sed non vivificantur, S. Augustinus, XI, 189. — Baptismus tanquam character infixus ornat militem, convincit desertorem, id., XXXV, 435. — Quia in baptisate commortuus Christo sum, accepi lumen vitæ a Christo, S. Ambrosius, XVI, 1098. — Qui baptizatus est non sit piger, sed per viam mandatorum Dei tendat ad cœlestem patriam, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 176.

BEATI, BEATITUDO. — Beatitudinis spes omnium est gentium, S. Hilarius Pictav., IX, 187. — Beatum faciunt innocentia et scientia, S. Ambrosius, XVI, 72. — Vita beata fructus præsentium, vita autem æterna spes futurorum est, *ibid.*, 74. — Beatitudinis finis cognoscere Deum, S. Hieronymus XXVI, 460. — Beati qui vocantur non propter virtutem, sed propter munera, præcipitabantur in mortem, id., XXII, 141. — Beatitudo est adipisci summum bonum, et non vivere, ut quisque vult, S. Augustinus, XXXII, 1254. — Beata vita non est, nisi æterna sit, id., XXXVI, 1403. — Beatitudo fallax et falsa, in qua miseria futura aut ignoratur aut timetur, id., XXXVIII, 371. — Beatitudo non est hic quærenda, *ibid.*, 1106. — Beata vita si non amatur, non habetur, *ibid.*, 435. — Beatus nullus nisi justus, *ibid.* — Beatum faciunt duæ res, bene velle, et posse quod velis, id., XXXIX, 1020. — Beatus est qui vivit ut Deus vult, id., XXXVI, 2159; XXXVII, 725. — Beatitudo justi a timore incipit, et proficit in desiderium mandatorum Dei, S. Prosper, LI, 461. — Beatus qui vigilat et anticipat dolos hostium, S. Petrus Chrysol., LII, 27. — Beatitudo non otiosis sed laborantibus promissa, S. Leo Magnus, LIV, 150. — Beatitudinem qui hic quærit, surgit ante lucem, Cassiodorus, LXX, 442. — Beatum facit vita recta cum fide, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 191. — Beatitudinis dilatio fidelibus est causa gemendi, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 218. — In beatitudine tanto major erit requies, quanto hic amore Creatoris nulla requies fuerit, id., LXXVII, 712. — Non potest perfecte et laudabiliter esse beatus qui vult quod nec potest nec debet esse, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 68. — Beatitudo est sufficientia in qua nulla est indigentia, id., CLVIII, 85. — Homini non sufficit nisi Deus, qui est ipse vita beata, *ibid.*, 203, 228. — Beatitudo non est, si non est justitia, *ibid.*, 69. — Beatitudo est videre Dei claritatem, S. Rupertus, CLXIX, 322. — Beatus hic et in cœlo, qui Deo et hominibus dilectus, S. Bernardus, CLXXXII, 974. — Beati vere et perfecte beati, qui vere et perfecte Deum amant, *ibid.*, 240. — Beatus qui angitur ne obruatur tam beneficiis quam peccatis, id., CLXXXIII, 870. — Beatitudinem qui amat, omnia terrena parvipendit, V. Guibertus, CLVI, 1151. — Beatitudinis summa est Deum videre, B. Alcuinus, C, 158.

BELLUM. — Bellum nolum gravius et amarius quam voluntatis et passionis, sine ullius victoria, S. Augustinus, XXXVIII, 658. — Bellum magnum nobis est, hostes non videre et vincere, id., XXXV, 1854. — Melius est bellum cum spe æternæ pacis, quam sine ulla liberationis cogitatione captivitas, id., XXXVIII, 729. — Ad bel-

lum sub Christo duce procedentes, hoc opere ostendant quod ore annuntiant, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 991.

BENEDICTIO. — Benedictio Dei vita æterna est, S. Augustinus, XXXV, 1442. — Deus, cum benedicit, facit quod dicit, *ibid.*, 1444. — Benedicunt mali in prosperis, boni etiam in adversis, Cassiodorus, LXX, 165.

BENEVOLENTIA. — Nullus cibus est benevolentia et pietate dulcior, S. Ambrosius, XVI, 412. — Nulla est beneficentia, ubi nulla benevolentia, *ibid.*, 38. — Unusquisque benevolentis se magis quam sapientis credit consilio, *ibid.*, 167. — Tolle ex usu hominum benevolentiam, tanquam solem e mundo tuleris, *ibid.*

BONA, BONI, BONITAS. — Bonitas, nisi justitia regatur, ut justa sit, non erit bonitas, si injustitia sit, Tertullianus, II, 298. — Bonum omne quod justum est, *ibid.* — Nihil bonum quam notitia et fruitio Dei, *ibid.* — Boni plus laborant, eos imitare, S. Cyprianus, IV, 261, 305. — Bona nostra egentibus impertientes digni erimus eorum quibus a Deo indigemus, S. Hilarius Pictav., IX, 688. — Bona multa non jucunda, et jucunda non bona, *ibid.*, 517. — Bonum non tam cogitandum quam exsequendum, *ibid.*, 72. — Pulchrius est bonum quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate, S. Ambrosius, XVI, 952. — Quod bonum est non vitandum, quod est melius eligendum, *ibid.*, 205. — Boni consuetudo usum pravitalis veteris amisit, *ibid.*, 227. — Vitæ fons est summum bonum ex quo vivendi substantia ministratur omnibus, *ibid.*, 908. — Bonum omne quod habemus, donum est Domini, S. Hieronymus, XXII, 1034. — Scire bonum judicii est: facere laboris, *ibid.*, 106. — Vix laborantes et sudantes mala bonis possumus immutare, *ibid.*, 613. — Nisi oderimus malum, bonum amare non possumus, *ibid.*, 941. — Bonum omne aut Deus aut ex Deo est, S. Augustinus, XXXII, 1265. — Bonum summum Deus, bonum magnum anima, parvum bonum corpus, id., XXXVI, 853. — Bona interiora sola diligenda sunt, cæteris autem ad necessitatem utendum, non ad gaudium perfrundendum, id., XXXV, 81. — Quando delectat bonum, magnum Dei donum, *ibid.*, 1547. — Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus bonus est, *ibid.*, 1670. — Bona spiritualia non auferet Deus nisi tu dimiseris: carnalia vero et temporalia ipse auferit, *ibid.*, 201. — Bona habere vis et bonus esse non vis? contraria est vita tua votis tuis, id., XXXVI, 521. — Bona temporalia concupita inardescunt, adepta vilescunt, amissa vanescunt, *ibid.*, 861. — Non cessant inflammare ventura, corrumpere venientia, torquere transeuntia, *ibid.* — Bonus est qui, quando potest mala facere, non facit, id., XXXV, 1190. — Non te laudes et quando bonus es, nam laudando te bonum fis malus: bonum enim te fecerat humilitas, malum te facit superbia, *ibid.*, 1193. — Bonus ad tempus laborat, et malus ad tempus floret, *ibid.*, 1191. — Bonum non facit terrena felicitas, XXXVI, 135. — Bona alia sunt quæ faciunt bonum, alia unde fiat bene, id., XXXVII, 2153. — Bona æterna ardentius diliguntur adepta quam desiderata, secus temporalia, id., XLV, 1876. — Bonos Deus erudit per malos, S. Prosper, LI, 577. — Bonum omne a Deo, *ibid.*, 876, 879. — Bonum cum gaudio faciendum, *ibid.*, *ibid.*, 559. — Bona futura, non præsentia quærens, non turbatur de malorum felicitate, *ibid.*, 422. — Bona quælibet sine charitate possunt perire, non possunt sine charitate prodesse, *ibid.*, 951. — Bona temporalia sunt viaticum itineris, non illecebræ mansionis, S. Leo Magnus, LIV, 352. — Bonus non est qui bonus sit sibi soli, S. Maximus Taurin., LVII, 587. — Sub boni specie nonnunquam latet malum, S. Benedictus, LXVI, 207. — Bonarum rerum nulla satietas, Cassiodorus, LXX, 408. — Bonis fluxis innituntur pravi, cum quibus pereant, despectis veris bonis, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 662. — Bona opera ex mundo corde procedere debent, *ibid.*, 112. — Veri boni sunt qui inter malos boni sunt, *ibid.*, 17, 675. — Boni soli nusquam sunt, nisi in cœlo, *ibid.*, 1637. — Bona nostra Dei sunt opera, *ibid.* — Bonum quod placet non imitari, culpa est, LXXVII, 797. — Bona vana despiciens, a veris malis eruitur, *ibid.*, 276. — Bona temporalia mala nostra sunt, S. Valerianus, LII, 3. — Bonum proprie nihil est, nisi quod æternum est, S. Bruno Herbipol., CXLII, 91. — Non appetimus nisi ea quæ bona putamus, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 4. — Nullatenus est bonum, per quod mutatur vel corrumpitur summum bonum, *ibid.*, 10. — Quod est summum bonum est summum magnum, id., CLVIII, 25. — Bona hujus sæculi et mala, nec vere bona, nec vere mala sunt, S. Bernardus, CLXXXII, 296. — Deus solus seipso melior esse non vult quia non potest, id., CLXXXIII, 98. — Bonum nosse et velle, perfecta religio et religiosa perfectio, *ibid.*, 915. — Bona temporalia si amantur, illicita, si non amantur licita, sed quovis modo pericu-

iosa, *ibid.*, 570. — Bono alieno plus aliquando gaudendum quam suo, *ibid.*, 1457. — Bona opera sine fide, spe et charitate esse non possunt, Wolbero, CXCIV, 157. — Bonum quod ducit ad summum bonum a paucis apprehenditur, *ibid.*, 116. — Bonos quantum quis diligit, tantum bonus efficitur, Richardus a S. Victore, CXCVI, 429. — Bona malis admista Deo non placent, *ibid.*, 446. — Bona prius amittuntur, deinde committuntur mala, *ibid.*, 1527. — Bona temporalia cum labore acquiruntur, cum amore possidentur, cum dolore amittuntur, Adamus Scotus, CXCVIII, 406. — Bona terrena vera bona non sunt, Alanus de Insulis, CCX, 156. — Bonum esse inter malos, maxima corona, Joannes Rothomag., CXLVII, 471. — Bonum nullum ubi Deus abest, V. Guibertus, CLVI, 1151.

BREVITAS. — Brevitas vitæ præsentis in memoria nostra semper debet versari, Petrus Cantor., CCV, 32.

C

CADAVER. — Cadaver sepultum in limo, nescit vermium morsus, S. Petrus Chrysol., LII, 121.

CÆCITAS. — Cæcitas interiorum oculorum, est non intelligere. S. Augustinus, XXXV, 1552. — Cæcitas cordis gravis pœna simul et peccatum, *id.*, XLI, 258.

CALOR. — Calor terreni amoris cedit, ubi Christiani mentem flamma divinæ voluntatis accenderit, S. Maximus Taurin., LVII, 628.

CALUMNIA. — Qui calumnias nodosas facere quærunt, prius implicantur quam quos implicare contendunt, S. Augustinus, XXXV, 634.

CANITIES. — Canities est reverenda, quæ est canities animæ, in canis cogitationibus et operibus effulgens, S. Ambrosius, XVI, 823. — Non annorum canities laudatur, sed morum, *ibid.*, 7.

CANTUS. — Cantat nemo digna Deo, nisi ab illo acceperit quod cantare possit, S. Augustinus, XXXV, 525. — Qui desiderat, etsi lingua taceat, cantat corde, *ibid.*, 1101. — Cantandum corde, non carne, *ibid.*, 774. — Cantemus voce ut nos excitemus; corde cantemus ut Deo placeamus, *ibid.*, 1917. — Cantat Deo qui vivit Deo, *ibid.*, 814.

CAPTIVITAS. — Captivitas corporis gravis, longe gravior captivitas animæ, S. Hilarius Pictav., IX, 458. — Captivitas vera hæc est, ubi animæ a peccato captivæ ducuntur ad mortem, S. Ambrosius, XVI, 306. — Captivitas populi propter verbum Dei, gloriosior est quam libertas gentium, S. Rupertus, CLXIX, 597.

CAPUT. — Sanctorum caput Christus, iniquorum diabolus, S. Hilarius Pictav., IX, 590. — Caput languidum doctor agens peccatum, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 526.

CARO, CARNALIS, CARNALIA. — Carnis afflictatio, hostia Domino placatoria, per humiliationis sacrificium, Tertullianus, I, 1269. — Carnis cruciatus sagittæ Domini sunt, S. Hilarius Pictav., IX, 420. — Si carnis curam geris, anima pecuina est, S. Zeno, XI, 103. — Caro nostra perpetua esse non potest ac diuturna; necesse est ut occidat, ut resurgat, ut resolvatur, ut quiescat, S. Ambrosius, XVI, 5. — Qui carnis voluptate nulla retinetur, non metuit arma, non barbaros, qui etiam mortem non timet, *ibid.*, 865. — Dormiat caro, vigilet fides; dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia; membra tua redoleant crucem Christi et sepulturæ odorem, *ibid.*, 295. — Quod carnale, servile est, *ibid.*, 1165. — Carnalis non est in Christo, sed si quis in Christo est, nova creatura est, *ibid.*, 945. — Dum peccat, caro dicitur, sicut corpus recte gubernatum spirituale appellatur, *id.*, XVII, 127. — Nisi carnis concupiscentias quis sepelierit, ad æternam beatitudinem pervenire non poterit, *ibid.*, 11. — Carnaliter non vivere in carne, grandis virtutis est, S. Hieronymus, XXII, 287. — Caro fragilis et cinis futura, pugnat sola cum pluribus, *id.*, XXIV, 89. — Carnis amor spiritus amore superatur, *ibid.*, 100. — Animæ vigor sit fortior infirmitate carnis, *ibid.*, 288. — Quod sustinere non potest carnis fragilitas, vincit animus fide colloquens Deo, *ibid.*, 260. — Aliud est in carne esse, et de carne vivere, *ibid.*, 415. — Quæ: parati martyria, exsilia, et inopiam sustinere, et nihilominus carnis passionem superantur, *ibid.*, 684. — Carni deditus homo, gloriæ est immemor, S. Petrus Chrysol., LII, 114. — Carnis desideria qui vincit, facilliter vincet tormenta carnificis, S. Valerianus, *ibid.*, 25. — Caro unde reficitur, inde deficit spiritus, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 358. — In carne non esse, est carnalia non amare, *ibid.*, 485. — Caro mergit quos superba scientia sublevat, *ibid.*, 824. — Carnis desideria, non caro occidenda, *ibid.*, 984. — Hostem nutrit, qui carni plus æquo tribuit, *ibid.*, 1388. — Carnalium gravis labor,

spiritualium nullus, *ibid.*, 188. — Carnalem hominem spiritus insiliens, mutat in virum alterum, *id.*, LXXIX, 245. — Carnales dum cœlestia loquuntur, velut ægri rebus utuntur quas sentire prohibentur, *ibid.*, 206. — Carnis suæ rex, spe immortalitatis ornatur, *ibid.*, 209. Carnali amori spiritualis amor præferri debet, S. Bruno Astens., LXIV, 68. — Caro florida cito deflorescit et putrescit, S. Bernardus, CLXXXII, 106. — Plus est odisse carnem quam mundum, *ibid.*, 501. — Carnis mortificatio, nota militis Christi, *ibid.*, 991. — Carne nullus vicinior hostis, *id.*, CLXXXIII, 758. — Carnis mortificatio non minus proficit ipsi carni quam spiritui, *ibid.*, 945. — Carnis voluptas malum est, bonum vero afflictio, *ibid.*, 782. — Carnaliter viventes mortui sunt, *ibid.*, 899. — Carnalis vitæ initium suave, ut vinum bonum: finis miser, ut vinum deterius, Adamus Scotus, CXCVIII, 217. — Caro nostra sic dormiat, ut meus in Christo vigilet, Petrus Cantor., CCV, 218. — Caro nostra paries est impediens visionem Dei, Alanus de Insulis, CCX, 15. — Caro ex se sibi parit ruinam, V. Guibertus, CLVI, 311.

CASTIGATIO. — Castigatio religiosa, dulcior est quam blanda remissio, S. Ambrosius, XVII, 449.

CASTITAS. — Castitatem non pœna cohibet, sed religio anget, fidesque conservat, S. Ambrosius, XVI, 222. — Castitas solitudinem quærît, prima ejus victoriæ est facultatum cupiditates vincere, *ibid.*, 836. — Castitatis et virginitatis patria in cœlo est, *ibid.*, 151. — Castitatis supra laborem est præmium, supra usum gratia, supra opus merces, *ibid.*, 208. — Castitas truncat libidinem, et femina vincit viros, S. Hieronymus, XXII, 293. — Castitas præ omnibus diligenda, S. Maximus Taurin., LVII, 36. — Animæ nostræ ornamentum, *ibid.*, 679. — Castitas sine proximi amore vana, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 205. — Nulla est castitas carnis quam non commendat suavitas mentis, *ibid.* — Castitas superba nihil prodest, *ibid.*, 690, 697. — Castitate homo angelis æquatur, S. Bernardus, CLXXXII, 846. — Cordis puritate magis quam carnis continentia æstimanda est castitas, *ibid.*, 55. — Castitas superba non castitas est, sed ornatum diaboli prostibulum, *ibid.*, 279. — Castitas sine charitate, lampas sine oleo, *id.*, CLXXXIII, 465. — Castitatem qui colit, Deum imitatur, V. Guibertus, CLVI, 311.

CASUS. — Cadis amando sæculum, ascendis amando Deum, S. Augustinus, XXXV, 546. — Ut non caderet, non audivit sanus medici præceptum, audiat vel ægrotus ut surgat, *ibid.*, 458, 951.

CHARITAS. — Charitatem dominus exigit, servus timorem, S. Ambrosius, XVI, 83. — Libertas liberum facit hominibus, charitas amicum Deo, *ibid.*, 936. — Charitas caput religionis et fundamentum, *id.*, XVII, 155. — Charitas si defuerit, quælibet bona videamur habere, mortua sunt, *ibid.*, 509. — Quos charitas jungit, terrarum longitudo non separat, S. Hieronymus, XXII, 435. — Charitas absentes facit esse præsentem, *ibid.*, 347. — Sola sine labore est, *ibid.*, 498. — Vera charitas et a nullo violata, quanto augetur numero, tanto crescit et robore, *ibid.*, 422. — Charitas vita cordis, S. Augustinus, XXXIII, 564. — Si per charitatem nobiscum Christus est in terra, per eam in cœlo cum eo sumus, *id.*, XXXV, 1630. — Charitas cum impenditur, non deficit, *idem.*, XXXIX, 272. — Charitatem tolle, non est quod te moveat ad bonum opus, aut si moves, ut servus moves, *id.*, XXXVI, 369. — Charitate amas quidquid bene amas, *ibid.* — Charitatem adde, prosunt omnia; detrahe charitatem, nihil prosunt cætera, *ibid.*, 44, 562. — Charitas amatur, nec tamen sentitur, *ibid.*, 166. — Charitatem qui habet, conscientiam suam attendat, et ibi videt Deum, *id.*, XXXV, 1951. — Regnat carnalis cupiditas, ubi non regnat Dei charitas, *id.*, XXXVII, 287. — Charitas quanto major est tanto melior in quo est, *ibid.*, 286. — Charitate portamur, S. Petrus Chrysol., LII, 81. — Sine Deo est qui charitatem non habet, *ibid.*, 53. — Charitas nullum habet terminum; charitate homo discernitur a bestis, S. Leo Magnus, LIV, 62, 63. — In dilectione Dei nulla nimia, in dilectione mundi, cuncta sunt noxia, *ibid.*, 552. — Nihil aliud est diligendum quam diligere justitiam, *ibid.*, 370. — Charitas Christi mundo est præferenda, S. Maximus Taurin., LVII, 628. — Charitatis pedibus ad Deum curritur, S. Benedictus, LXVI, 14. — Charitatis igne beata conscientia examinatur, Cassiodor., LXX, 216. — Qui Deum supra cuncta diligunt, ei cum lætitia serviunt, *ibid.*, 351. — Impigre debemus facere omne quod potest alteri subvenire, *ibid.*, 383. — Charitas non est vera si minus duobus cubitis habet, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1340. — Charitas diversas mentes conflavit in unam, *ibid.*, 1343. — inter fidem et spem positi tendemus ad charitatem, *ibid.*, 1421. — Pro charitate

cuncta despicienda sunt, *id.*, LXXIX, 457. — Cum charitas in corde fervet, clamorem emittit, *ibid.*, 486. — Charitas est unitas animorum, B. Alcuinus, C, 191. — Charitas pedem movet ad perficiendum, superbia ad cadendum, *ibid.*, 377. — Charitatem præstat non habere quam fingere, S. Petrus Damian., LXLIV, 191. — Charitate qui flagrat, non necesse est ut ei præcipiatur, S. Anselmus, CLVIII, 180. — Charitas omnes virtutes alit, promovet et exornat, S. Bruno Astens., CLIV, 81. — Qui charitatem habent et spem non in incerto divitiarum, sed in Deo ponunt et virtuti operam dant, quamvis in hoc mundo divites sint, mundi tamen amatores non sunt, *id.*, CLXV, 273. — Charitas est vera scientia, S. Rupertus, CLXIX, 308; perfecta et vera gratiarum actio, *ibid.*, 760. — Charitas non tam virtus potens quam virtutum potentia, S. Bernardus, CLXXXII, 392. — Charitas virtutum via et vita, *ibid.*, 403. — Charitas ubicunque est, operibus se ostendit, *ibid.*, 475. — Charitate sola Deus tenetur, *ibid.*, 392. — Sine charitate cæteræ virtutes inanes et insuaves, *ibid.*, 107, 108. — Charitas morte fortior, *ibid.*, 391. — Gloria charitatis est humiliare se pro amicis, *ibid.*, 1006. — Charitas neminem spoliens omnia rapit, *ibid.*, 391. — Imperfecta est quæ timoris indiget stimulo, *ibid.*, 60, 61. — Charitas offertur omni, auferitur nulli nisi volenti, *ibid.*, 392. — Charitas est vita fidei, *id.*, CLXXXIII, 899. — Non est quo se immisceat vanitas, ubi totum occupat charitas, *ibid.*, 1522. — Charitas a seipso incipit, *ibid.*, 411. — Charitas fons est in quo alienus non communicat, Robert. Pull., CLXXXVI, 168, 353. — Charitas virtutum virtus et centrum et plenitudo est, Wolbero, CXCIV, 171, 186. — Charitas ubi est ibi et plenitudo, Richardus a S. Victore, CXCVI, 730. — Charitate nihil melius et jucundius, *ibid.*, 917. — Charitas debet a seipso inchoari et in proximo perfici, Petrus Cantor, CCV, 248. — Charitatem lædit detractio acius quam cætera vitia, *ibid.*, 33. — Charitatis filiae sunt omnes virtutes, *ibid.*, 245. — Charitatis filia specialis est misericordia, *ibid.*, 247. — Charitas forma omnium virtutum, Alanus de Insulis, CCX, 89. — Charitas perfectorum est, salutem spiritalem proximi salutis proprii corporis præferre, Petrus Pictav., CCXI, 218.

CHRISTIANI. — Christiano nomine excluditur qui agit quod non faciunt Christiani, Tertullianus, I, 278. — Fiunt, non nascuntur Christiani, *ibid.* — Christianus cæli discipulus, vitæ negotiator, rerum ædificator, erroris inimicus, veritatis integrator, expressor et custos, *ibid.*, 514. — Christiano carcer est mundus, *ibid.*, 622. — Christianis macies non displicet, nam non ad pondus Deus carnem tribuit, *id.*, II, 978. — Christiani non magna loquuntur sed vivunt, S. Cyprianus, IV, 326. — Christiani non nisi cum ad Deum venerint, Dei promissa capient, *ibid.*, 223. — Christianus peccans fit minister sæculi, oprarius diaboli, S. Hilarius Pictav., X, 392. — Christiani fiunt non nascuntur, S. Hieronymus, XXII, 678. — Esse Christianum grande est, non videri, *ibid.*, 325. — Christianus crimen habere non debet, S. Augustinus, XXXIV, 1697. — Christianus est, qui hic peregrinum se esse cognoscit, *id.*, XXXVI, 642. — Christiani boni tota vita sanctum desiderium est, *id.*, XXXIV, 2008. — Christiano amanti lex non est pondus, sed decus, non tormentum sed ornamentum, *id.*, XXXVI, 207. — Christianus certus de vita, regno, immortalitate, non fit anxius de vestitu, S. Petrus Chrysol., LII, 163. — Christianus diabolum renuntiat, ut per aliam viam redeat ad cælum, *ibid.*, 159. — Christiani non sunt, nisi Christum imitentur, S. Leo Magnus, LIV, 87. — Vita Christiana, crux perpetua, *ibid.*, 175. — Christiani quanto promptiores ad Christi imitationem, tanto viciniore erunt ad gratiam, S. Maximus Taurin., LVII, 637. — Christianus qui non possidet mundum, hic totum possidet Christum, *ibid.*, 130. — Christiani videri multi appetunt, sed non esse, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 614. — Mali Christiani habent oculos apertos in fide et clausos in opere, *ibid.*, 801, 863. — Ficti Christiani hostes sunt Ecclesiæ graviore, *ibid.*, 1000. — Christiani omnes sunt unus Christus, S. Agobardus, CIV, 116. — Christiani hic sunt velut oves in deserto, S. Bruno Herbipol., CXLII, Psal. LXXVII. — Christiani veri regie sunt dignitatis; unde Christiano turpe est vivere sub servitute vitiorum, S. Petrus Damian., CXLV, 49. — Christiani qui bonis moribus rectaque fide Christianæ religioni non conformantur, animo a Christo discessisse videntur, S. Bruno Astens., CLXIV, 74. — Christianos oportet esse oculis plenos, S. Rupertus, CLXIX, 390. — Christiani multi nomine, pauci re, S. Bernardus, CLXXXII, 942. — Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana pugna, rara victoria, *ibid.*, 345. — Falsorum Christianorum vita nox, *ibid.*, 383. — Tota Christiani vita crux est et mar-

tyrium, *ibid.*, 480. — Christianus a Christo separatus, fit monstrum, *id.*, CLXXXIII, 815. — Christiani vita debet esse crux et martyrium, Petrus Cantor, CCV, 72. — Christiani probe viventes sunt stellæ cæli, Guibertus, CLVI, 17.

CHRISTUS. — Christus unica spes totius orbis, Tertullianus, II, 760. — Remediator valetudinum, *ibid.*, 373. — Christus illuminator et salvator generis humani, S. Cyprianus, IV, 213, 258, 287. — Christum Deum ignorat, qui ignorat Deum natum, S. Hilarius Pictav., X, 381. — Christi resurrectio spem vincendæ mortis attulit, et hominem ad præmia immortalitatis admisit, S. Zeno, XI, 94. — Christus maledictus, quia nostra maledicta suscepit; flevit, ne tu, homo, diu feres; ille injurias passus est, ne tu injuriam tuam doleres, S. Ambrosius, XVI, 94. — Cum in via sum, Christi sum; cum pervenero Patris sum, sed ubique per Christum, et ubique cum Christo. Ibi præsidium nostræ salutis ubi Christus, *ibid.*, 169. — Omnia Christus est: si vulnus curare desideras, medicus est; si febribus æstuas, fons est; si gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si cælum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est, *ibid.*, 237. — Christus requies nostra et principium virtutis nostræ, *ibid.*, 979. — Christus pro parvis magnifica, pro terrenis cælestia, pro temporibus perpetua præmia cum gloria pollicetur, *id.*, XVII, 74. — Christus una vox est totius mundi, S. Hieronymus, XXII, 354. — Perfectus servus Christi, nihil præter Christum habet, *ibid.*, 33. — Quisquis Christi est, plus noster est, *ibid.*, 782. — Solus Christus omnes languores sanat et infirmitates, *id.*, XXIV, 53. — Christus medicus noster et sanitas, S. Augustinus, XXXIV, 1397; XXXV, 481. — Christus et exemplum et adjutorium nostrum, *id.*, XXXVI, 608. — Christus fit hæres noster: non longe a vobis quærendus, in pauperibus est, S. Valerianus, LII, 10. — Christus omnibus notus et causa lætitiæ, S. Leo Magnus, LIV, 64. — Christus factus est caro nostra nascendo, nos corpus ipsius renascendo, *ibid.*, 77. — Christi vita, lex vivendi, *ibid.*, 136. — Christus venit ad nos, ut nos ad eum redeamus, Cassiodorus, LXX, 234. — Ille odit pacem qui non amat Christum, *ibid.*, 430. — Ut ad Christum perveniatur, omnes homines pertranseundi, S. Gregor. Magn., LXXIX, 423, 467. — Christum scire, nisi ametur, inutile est, *ibid.*, 309. — Mori Christo quiescere est, *ibid.*, 436. — Christus bonis operibus hominum pascitur, S. Petrus Damian., CXLV, 230. — Christi vulnera sensuum nostrorum medicamenta, *ibid.*, 309. — In Christo crucifixo omnis gloria Christiani, S. Anselmus, CLVIII, 217. — Christus non inhabitat molliter viventibus et voluptatibus deditis, S. Bruno Astens., CLXIV, 269. — Christus solus idoneus fuit ad agendum pro nobis poenitentiam, S. Rupertus, CLXIX, 107. — Christus se hominibus in humanitate exhibuit, quia in divinitate comprehendi non poterat, Hugo a S. Victore, CLXXVII, 519. — Christi nomen lucet prædicatum, pascit recogitatum, ungit invocatum, S. Bernardus, CLXXXII, 564. — Cum legis, erudieris de Christo, cum oras, familiare cum ipso seris colloquium, *ibid.*, 22. — Christus nobis, non sibi laboravit; Christus fide concipitur, prædicatione nascitur, devotione nutritur, amore tenetur, *ibid.*, 342. — Christus instar panis bis cocti, navigantibus in sæculo necessarius, *ibid.*, 489. — Christus via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio, *id.*, CLXXXIII, 914. — Christi mors a morte, vita ab errore, gratia a peccato nos liberavit, *ibid.*, 535. — Christus quanto pro nobis villior, tanto fit nobis carior, *ibid.*, 726. — Christum gestare, non onerari sed honorari est, *ibid.*, 840. — Christum sequenti nihil timendum, *ibid.*, 110. — Christus liber hominum semper legendus, Petrus Lombardus, CXCII, 87. — Ad Christum ascenditur per tres gradus, servitutem, vilitatem et asperitatem, Adamus Scotus, CXCVIII, 387. — Christus, verus dies, Alanus de Insulis, CCX, 24.

CIBUS. — Ciborum necessitas, calamitas est, et deliciæ vocantur, S. Augustinus, XXXII, 797. — Cibus noster Deus; solus reficit nec deficit, *id.*, XXXV, 1742. — Cibus serpentis si esse non vis, noli esse terra, *ibid.*, 1386.

CIVITAS. — Civitatis supernæ rex veritas, lex charitas, modus æternitas, S. Augustinus, XXXIII, 533.

CLERICATUS, CLERICI. — Clericatus onus est, non honor, S. Hieronymus, XXII, 937. — Clerici per bona opera lucere debent, Joannes Rothomag., CXLVII, 483. — Clericorum vita informis nullum sanctorum habet magistrum, S. Bernardus, CLXXXII, 362. — Clericis indignum principum obsequiis inservire, *id.*, CLXXXIII, 445.

COELUM, COELESTIA. — Cælum non mirabilibus

sed bonis operibus reddetur, S. Hilarius Pictav., IX, 698. — Cælum est ibi, ubi cessavit culpa; cælum est ibi, ubi flagitia feriantur; cælum est ibi, ubi nullum mortis est vulnus, S. Ambrosius, XVI, 377. — Terra exercitium est hominis, cælum corona, *ibid.*, 972. — Tutus ad superiora cursus, periculosus ad inferiora descensus, *ibid.*, 96. — Sit gressus ad superiora, quia melius est ascendere, *ibid.*, 904. — Cælorum regna expeditos et alarum levitate subnixos habitatores desiderant, S. Hieronymus, XXII, 795. — Post grandia maris pericula, tutissimum cælorum portum festinemus intrare, *ibid.*, 584. — Nudi hic volare debemus, *ibid.*, 1080. — Cælum nulli clausum, nisi ei qui se excluserit; homines a patria cælesti repercutiuntur pravorum morum flatibus, S. Augustinus, XXXIV, 23. — Cælorum regnum emitur tanti, quantum quisque habere potuerit, *id.*, XXXV, 1470. — Cælestia cupientes irretire non valent laquei terrenorum, S. Petrus Chrysol., LII, 129. — Cælum qui possidet quid illi cum terra, *ibid.*, 90. — Cælo mutanda terra, *ibid.*, 124. — Cælum caligant terræ nubes, *ibid.*, 41. — Præ cælestis patriæ amore, exsilii pœnas amamus, S. Gregorius Magn., LXXVI, 219. — Conventus cælorum a pravis non audiunt, *ibid.*, 965. — Arduum est homini terreno cælorum aila conscendere, *ibid.*, 866. — Cælestibus civibus confines, qui recte vivunt in hoc mundo, *id.*, LXXIX, 152. — Cælum est anima sanata et sancta, S. Bernardus, CLXXXIII, 1563. — In cælum melius de tugurio prosilitur quam de palatio, Petrus Cantor, CCV, 227. — De cælestibus pulverem et quisquilias colligere horrendum est, *ibid.*, 10.

COGITARE, COGITATIO. — Cogitationes corporeæ atque terrenæ cum terreno corpore peribunt, S. Hilarius Pictav., IX, 631. — Cogitare mala sceleratum est: nequius est male cogitata velle perficere, S. Hieronymus, XXII, 943. — Cogitare bonum minus est quam cupere, S. Augustinus, XI, 584. — Cogitationes bonæ vox ad Deum, S. Prosper, LI, 535. — Cogitatio est os cordis, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 473. — Quod radix arbori, hoc homini sua cogitatio, *ibid.*, 412, 444. — Non cogitans divina, mens peregrinatur, S. Bernardus, CLXXXIII, 443. — Cogitare de sanctis, illos videre est, *ibid.*, 1040. — Cogitatio mala semen peccati, Adamus Scotus, CXCVIII, 227.

COGNITIO, COGNOSCERE. — In Dei cognitione quanto magis proficimus, tanto magis vivere tendimus, S. Augustinus, XXXIV, 1965. — Cognoscere Deum et non sicut Deum glorificare impietas est et insipientia, *id.*, XLI, 212. — Cognoscis jam, timens Deum, quid sit in te sapientia, qui nondum potes quid sit in se, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 610. — Cognoscendo Deum, nosmet agnoscimus, et severius iudicamus, *ibid.*, 875. — Deus nisi a tranquillo corde cognosci non potest, *ibid.*, 1113. — Quo quis se magis cognoscit, eo magis sibi displicet, *ibid.*, 1145. — Cognitioni sui ad cognitionem Dei perducit, Richardus a S. Victore, CXCVI, 51. — Cognitioni Dei frustra in nobis crescit, nisi amor crescat, *ibid.*, 1206. — Cognitioni Dei vita æterna, beatitudo perfecta, voluptas consummata, S. Bernardus, CLXXXII, 520.

COLUMBA. — Columbæ simplicitatem habeamus, ne cuiquam machinemur dolos, S. Hieronymus, XXII, 324. — Columbæ aë sumendæ sunt ad vitandas aereas potestates, S. Petrus Chrysol., LII, 98. — Columba Noe nuntiat discessisse diluvium, et columba Spiritus sancti mundi cessasse naufragium, *ibid.*, 160.

COMMODUM. — Nemo vult nisi quod aliquando putat sibi commodum, S. Anselmus, CLVIII, 68. — Affectio commodi, si sola adsit, non nisi miserum facit, *ibid.*, 116.

COMMUNIO. — Communio cum fratre in præsentia, erit etiam in futuro, S. Petrus Chrysol., LII, 4. — A communionis sacramenti virtute ideo jejulant, qui ante Eucharistiæ sumptionem non se probant, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 59.

COMPASSIO. — Per compassionem lacrymæ pedes Domini rigamus, ergo membra ejus, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1596. — Vera justitia compatitur, falsa despicit et dedignatur, *ibid.*, 1600. — Compassio sacerdotibus quam necessaria est, *ibid.*, 1594.

COMPUNCTIO. — Compungitur mens quam Deus visitat, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 328. — Cor compunctionis igne succensum, altare est, *ibid.*, 1427. — Quos per compunctionem sauciat Deus, per indulgentiæ securitatem curat, *id.*, LXXIX, 146. — Mens amore compuncta angelorum cibo pascitur, *ibid.*, 417. — Compunctio nascitur de amore Dei, S. Petrus Damian., CXLV, 302.

CONCORDIA. — Concordia simul juncta vinci non potest, S. Cyprianus, IV, 95. — Concordia crescit quod annulatione dissipatum est, S. Hieronymus, XXII, 465. — Sine concordia, nulla est Deo accepta oblatio, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1239. — Qui concordat cum Deo et

cum hominibus justis, jam incipit regnare, S. Anselmus, CLVIII, 349.

CONCUPISCENTIA. — Concupiscentiæ nolunt post te ire, noli post eas ire; rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant; expugna; hoc solum vide ne vincant, S. Augustinus, XXXVI, 816. — Concupiscentia domabilis expugnatoribus, non laudatoribus ejus, *id.*, XLI, 1343. — Ut non regnet concupiscentia, tene membra tua, et noli tu armare adversarium tuum contra te, *id.*, XXXVI, 719. — A quo victoria concupiscentiæ et voluptatis, ab illo etiam robur patientiæ, S. Prosper, LI, 450. — Cum concupiscentia non pax, sed bellum esse debet, *ibid.*, 556. — Concupiscentiæ male medetur, qui eam explere cogitat, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 304. — Concupiscentia sancta et casta est Dei dilectio, S. Anselmus, CLVIII, 259. — Voluptas seu concupiscentia carnis est malum super omnia mala, *ibid.* — Concupiscentia mundi cum transeat et quidquid mundus habet, delectari in Domino debemus, cum ipse sit nunc bonum, S. Bruno Astens., 369. — Concupiscentia reprimi potest, extinguere non potest, S. Bernardus, CLXXXIII, 730.

CONFESSIO, CONFITERI. — Confessio tantum relevat peccatum, quantum exaggerat dissimulatio, Tertullianus, I, 1243. — Confessio culpæ, secunda post naufragium tabula, S. Hieronymus, XXII, 528. — Confiteri te esse in captivitate, ut dignus sis liberari, S. Augustinus, XXXV, 1071. — Confiteri modo quid tu fecisti in Deum, et in æternum confiteberis quid tibi fecerit Deus, *ibid.*, 226. — Confiteatur infirmitatem qui vult pervenire ad divinitatem, *ibid.*, 1907. — Times confiteri qui non confitendo esse non potes occultus; damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus, *ibid.*, 308. — Confessio malorum operum est initium honorum, *id.*, XXXIV, 1491. — Confessio peccatorum laudat Deum, S. Prosper, LI, 397. — In lacum æternæ miseriæ descendunt, qui per contumacem superbiam remedia confessionis pœnitentiæ perdididerunt, *ibid.*, 513. — Confessio est ingressus vitæ salutaris, S. Petrus Chrysol., LII, 56. — Confitens peccata sua dat gloriam Deo, Cassiodorus, LXX, 188. — Confessio peccatoris est vita, justi gloria, S. Bernardus, CLXXXIII, 120. — Ubi est confessio, ibi pulchritudo, *ibid.*, 122. — Comites habeat mortificationem et orationem, *ibid.*, 1212.

CONFUSIO. — Confusionem temporalem non formidet Christianus; si hanc non habuerit, habebit æternam, S. Augustinus, XXXV, 232.

CONSCIENTIA. — Conscientia coronatur in pace, S. Cyprianus, IV, 219, 274. — Conscientia boni operis, animarum lux, S. Hilarius Pictav., IX, 795. — Apud sapientem, non tam pudenda est publicatio flagitii quam conscientia, S. Ambrosius, XVI, 29. — Conscientia reum suum semper tacita sine contradictione convincit et judicat, *id.*, XVII, 462. — Cum non habet loquendi usum nesit tamen tenere silentium, *ibid.*, 592. — Conscientia est tanquam ara, in qua immolatur Deo, S. Augustinus, XXXV, 578. — Conscientiæ bonæ lætitia, paradus est, *id.*, XXXIV, 842. — Conscientia mala, fovea quo cadit impius, *id.*, XXXV, 670. — Nulla major tribulatio quam conscientia delictorum, *ibid.*, 513. — Quidquid vis potes fugere, homo, præter conscientiam tuam, *ibid.*, 234. — Conscientias iniquorum non sanat nisi indulgentia, *ibid.*, 516. — Conscientia ex arbore scientiæ frigida, ex arbore sinapis calida fit, S. Petrus Chrysol., LII, 99. — Conscientia dolosa nil palam audet, *ibid.*, 138. — In conscientia nemo desperandus quandiu vivit, S. Leo M., LIV, 1423. — Conscientiam sibi carcerem facit, qui male agit, S. Gregorius M., LXXVI, 370. — Conscientia, speculum animæ, S. Bernardus, CLXXXII, 342. — Conscientia remordens peccatorem ubique sequitur, *ibid.*, 332. — Conscientiæ stimuli peccatores cogunt extra se mendicare solatia, *ibid.*, 307. — Utilius est currere ad conscientiam quam ad sapientiam, nisi ipsa ædificet conscientiam, *ibid.*, 341. — Conscientia bonis referta operibus, lectulus floridus, *id.*, CLXXXIII, 1429. — Conscientia rea animæ carcer et infernus, *ibid.*, 1004. — Conscientiæ bonæ duplex solatium, ob meritum præsens et præmium futurum, Adamus Scotus, CXCVIII, 443. — Conscientiæ serenatæ vocem sequitur vox prædicationis, Petrus Cantor., CCV, 13. — Conscientiæ puritas perpetuum causat mentis gaudium, Alanus de Insulis, CCX, 73.

CONSILIUM. — Ubi consilium, ibi gratia est; ubi præceptum, ibi lex, S. Ambrosius, XVI, 205. — Quomodo potes eum judicare consilio superiorem, quem videas inferiorem moribus, *ibid.*, 84? — Consilium stulto dare, charitatis est, S. Gregorius M., LXXVI, 545. — Consilium nullum melius quam exemplum, S. Bernardus, CLXXXIII, 725. — Consilium proprium lepra, *ibid.*, 904.

CONSOLATIO, CONSOLARI. — Consolatio afflicti, spes æterna, S. Hilarius Pictav., IX, 320. — Consolatio

magna patientis, si unum habeat condolentem, S. Ambrosius, XVII, 188. — Consolator non est optimus, quem vincunt proprii gemitus, S. Hieronymus, XXII, 177. — Consolationes multæ falsæ, id., XXV, 682. — Consolatur Deus cor bonum, torquet cor malum, S. Augustinus, XXXV, 1748, 1749. — Consolatio nostra in spe, gemitus noster in re, *ibid.*, 165. — Consolatio illa est vera qua dabitur quod non amittatur, id., XXXVI, 365. — Consolationem nullam admittunt sancti de his ærumnis exsili, S. Gregorius M., LXXVI, 587. — Consolatio divina non tribuitur admittentibus alienam, S. Bernardus, CLXXXII, 509, 310. — Consolatio et correptio Dei duplex auxilium, id., CLXXXIII, 1333. — Quisquis desolationem non novit, nec consolationem agnoscere potest, *ibid.*, 796.

CONSUETUDO. — Consuetudinis pestilentiosa dulcedo, S. Augustinus, XXXII, 1307. — Consuetudo fit necessitas, quando ei non resistitur, *ibid.*, 753. — Consuetudo prava est domus in qua quiescit peccator, S. Gregorius M., LXXIX, 372. — Consuetudo peccandi, puteus arctissimus ex quo sola gratia potest nos educere, id., LXXVI, 843. — Per consuetudinem mollescent omnia, S. Bernardus, CLXXXIII, 7.

CONTEMPLATIO. — Contemplatio, ebrietas sancta alienatæ mentis ab infra labentibus temporalibus æternam lucem sapientiæ continentis, S. Augustinus, XXXIX, 276. — In contemplatione otium sanctum quærit charitas veritatis, id., XXXVIII, 647. — Ad contemplationem non pervenitur, nisi sopitis carnalibus desideriis, S. Gregorius M., LXXVI, 162. — Contemplationis quies tentationes removet, S. Petrus Damian., CXLIV, 186. — Contemplationis præmium, videre Deum, S. Anselmus, CLI, 109. — Contemplatio est felicitatis prælium S. Bernardus, CLXXXII, 16. — Contemplationis culmen non attingimus, si ab exterioribus non cessamus, V. Gerhohus, CXIII, 368.

CONTEMPTUS, CONTEMNERE. — Ubi contemptus, ibi frequens injuria, S. Hieronymus, XXII, 33. — Contemptus Dei facit nobis tempora mala, S. Petrus Chrysol., LII, 43. — Contemnere mundum est ut lucrifacias Christum, et est lucrosus commercium, S. Bernardus, CLXXXII, 1001. — Contemptus omnium pro Christo, divinæ virtutis opus, id., CLXXXIII, 117. — Contemptu sui repellitur superbia, Petrus Cantor, CCV, 23.

CONTINENS, CONTINENTIA. — Continentem voluntas facit, non infirmitas, S. Ambrosius, XVI, 206. — Continens cogitet quid sibi desit, non quid adsit, S. Augustinus, XXXVI, 1565. — Continentem superbo melior est conjugatus humilis, *ibid.*, 1564. — Continentia et abstinentia sunt sorores uterinæ, Petrus Cantor, CCV, 71.

CONVERSATIO. — Felix conversatio, quæ aliis fit salutis occasio, S. Bernardus, CLXXXII, 191.

CONVERSIO, CONVERTI. — Conversio in paucis, error in pluribus est, S. Ambrosius, XVI, 1178. — Nullus pudor est ad meliora transire, *ibid.*, 834. — Præveni accusatorem tuum; si peccata tua ipse accusaveris, accusatorem nullum timebis, *ibid.*, 428. — Grave est mutari in pejus, *ibid.*, 782. — Convertit se homo ad illum a quo creatus est, ut sit aliquid, S. Augustinus, XXXV, 896. — Habes judicem fugiens, patrem habeto rediens, id., XXXVI, 780. — Converti ad Deum nemo potest, nisi ab hoc mundo se avertat, id., XXXIX, 102. — Impium est manum negare conversis, id., XXXIII, 784. — Conversio cordis donum Dei, S. Prosper, LI, 881. — Conversio in ore non accipitur, sed in corde, S. Gregorius M., LXXIX, 93. — Prius a peccato surgendum, deinde ad cœlestia properandum, *ibid.*, 420. — Convertit animas sola Dei dilectio, S. Bernardus, CLXXXIII, 598. — Conversionem nolle, Deum est ignorare, *ibid.*, 1404. — Conversi semel, iterumque perversi, raro resipiscunt, *ibid.*, 994.

COR. — Cor vigilet, caro dormiat, ne male incipiat vigilare peccatis, S. Ambrosius, XVI, 274. — In corde amat esse Christus, *ibid.*, 244. — Altum cor viri est, ubi nihil vadosum est, *ibid.*, 243. — Quorum corda labiaque consentiunt, hos diligit Deus, S. Hieronymus, XXV, 873. — In corde suo quisque navigat, naufragium non facit si bona cogitat, S. Augustinus, XXXVI, 424. — Cor, ut stet, in Deo ligendum, id., XXXII, 814. — Cor nostrum inquietum est, Deus, donec requiescat in te, *ibid.*, 661. — In corde homo est quicunque est, *ibid.*, 781. — Cordium lux Deus; vita Christus, id., XXXIII, 560, 564. — Lacrymæ sanguis vulnerati cordis, *ibid.*, 1081, 1082. — Cor nostrum ubi totum in Deo est, non perit nobis, id., XXXVI, 212. — Corde rectus est qui laudat flagellum patris, *ibid.*, 146. — Cordis clamor, magna cogitationis intentio, S. Prosper, LI, 459. — Cor hominis duo maxime pulsant, amor et timor, quibus geminis aut aperitur aut clauditur Deo, *ibid.*, 309. — Corde migrat qui affectum mutat, *ibid.*, 596. — Cor mundum locus orationis apertus,

et Dei templum, *ibid.*, 594. — Cor penetratur a Deo solo, S. Petrus Chrysol., LI, 50. — Inter cor et linguam salutis negotium *ibid.*, 56. — Cor cœlum est ubi regnat Christus, *ibid.*, 75. — Corde non corpore jungimur Deo, *ibid.*, 102. — In corde si cogitemus Deum, ibi illum inveniemus, Cassiodorus, LXX, 110. — Cor altum est quando cœlestia cogitat et terrena devitat, *ibid.*, 209. — Cordis quietem amittunt, qui res terrenas studiose tueri desiderant, S. Gregorius M., LXXVI, 230. — Cor est altare in quo jubetur ignis semper ardere, *ibid.*, 794. — Cor humanum mare fervens quod Deus solus valet coercere, *ibid.*, 915. — Cordis clamor est fervens devotio, id., LXXIX, 168, 486. — Per cogitationes malas in corde requiescit dæmon, *ibid.*, 164. — Cor non habet suum reprobis, quod diabolus possidet, *ibid.*, 54. — Cordis cæcitate generat libido, *ibid.*, 357. — Cor lividum nequamquam Deus inhabitat, S. Petrus Damian., CXLIV, 299. — Cordis custodia et cogitationum ponderatio utilis, id., CXLV, 345. — Corde humano nihil sublimius, S. Bernardus, CLXXXII, 328. — Cordi totus mundus non sufficit, *ibid.*, 361. — Cor Deo non plenum quot viliis obnoxium, *ibid.*, 329. — Sermo cordis affectio, *ibid.*, 294. — Cor totum in quatuor affectionibus, amore et timore, gaudio et tristitia, id., CLXXXIII, 817. — Cor deorsum et caput sursum habere, homini turpe, *ibid.*, 1109. — Cor curvum est cum ima appetit, rectum cum superna, V. Gerhohus, CXIII, 201. — Cor pravorum durum et insensibile æs, *ibid.*, 456. — Cor pessimum ex malitia tabescit, *ibid.*, 498. — Corda cum manibus ad Deum levare, est credere et operari, Wolbero, CXCV, 24. — Cor quod beneficiis liquescere non potest, Deus flagellis mollescit et erudit, Richardus a S. Victore, CXCVI, 1201. — Cor hominis profundum et inscrutabile, Petrus Cantor, CCV, 194. — Cor mundum fides inchoat, spes et charitas consummant, *ibid.*, 262.

CORONA. — Corona ut reddatur digno, gratia datur indigno, S. Augustinus, XLI, 341. — Tot coronas accipimus quot vitia superamus, S. Petrus Chrysol., LII, 128. — Corona spinarum imponitur Christo non cruentis manibus, sicut a Judæis, sed iniquis sensibus et operum pravitate, S. Maximus Taurin., LVII, 598.

CORPUS. — Corpus per gloriam non aboletur sed mutatur, S. Hilarius Pictav., X, 399. — Peregrinemur a corpore, ne peregrinemur a Christo: etsi in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis non sequamur, nec deseramus jura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus, S. Ambrosius, XVI, 1144. — Corpora credentium templum Dei sunt, S. Hieronymus, XXV, 1040. — Corpus nostrum ornamentum nobis fuit: peccavimus et compedes inde accepimus, S. Augustinus, XXXV, 1896. — Mirabilis animos incorporeos terrenis corporibus alligari, quam corpora terrena cœlestibus sublimari, id., XXXVIII, 753. — Corpus antea nobis ornamentum, postea compedes factum, S. Prosper, LI, 554. — Nemo est in hac vita cujus animam corruptibile corpus non aggravet, *ibid.*, 456. — Corpus absentatur loco, anima peregrinatur affectu, *ibid.*, 466. — Corpus nostrum est mystica navis, S. Petrus Chrysol., LI, 8. — Corpus est lectus doloris nostri, *ibid.*, 14. — Corporis præsentia nihil prodest dum mens abest, *ibid.*, 32. — Corpus sine mente deficientes, mente mortui sunt, carne vivi, S. Gregorius M., LXXIX, 218. — Corpus nostrum villa, cujus villicus homo interior, S. Bernardus, CLXXXII, 696. — Corpus onus nostrum et carcer; ei debemus sanitatem, non voluptatem, id., CLXXXIII, 847. 1147. — Qui corpus pulchrum et scdam animam habet, magis lugendus est quam si corpus scdum haberet, V. Guibertus, CLVI, 458. — Corpori non ita providendum est, ut obliviscamur spiritus, Alanus de Insulis, CIA, 432. — Corpus tuum afficias, quasi quotidie moriens, ut moriendo reviviscas, S. Ambrosius, XVI, 201.

CORREPTIO, CORRIPERE, CORRIPI. — Corrige viam tuam tantum cura quantum prospicis alienam, S. Ambrosius, XVII, 489. — Corripitur qui amatur a Deo: qui negligit suis peccatis dimittitur, S. Hieronymus, XXVII, 42. — Omne quod corrigitur, imperfectum est, *ibid.*, 693. — Melius homo corrigitur parvus, quam frangitur durus, S. Augustinus, XXXIII, 873. — Qui non corrigit, non regit, id., XXXV, 504. — Feriens pius, parcens crudelis, id., XXXVI, 111. — Corripere veri pastoris est, *ibid.*, 762. — Correptio non fit ut insultet, sed ut confusione sanet, *ibid.* — Corripi a Deo et erudiri, ad eandem mansuetudinem revocantur, *ibid.*, 510. — Correptio fraterna est corripere ut iudex, remittere ut frater, S. Petrus Chrysol., LII, 159. — Quos corrigere non possumus admonendo, debemus patienter tolerare, S. Gregorius Magn., LXXVI, 417. — Correptionem non sustinens perfectus esse nequit, S. Petrus Damian., CXLIV, 194. — Correptionem amare sapientis

est, stulti vero odisse, id., CXLV, 755. — Corrigitur seipsum nemo potest sine Deo, S. Anselmus, CLIX, 265. — Corripit alios sit inculpabilis, S. Bernardus, CLXXXII, 76. — Corruptio certum est Dei amoris testimonium, id., CLXXXIII, 1100.

CREATOR, CREATURÆ. — Creaturarum vilitas demonstratur, ut appareat sublimitas Dei, S. Hieronymus, XXII, 601. — Creatore neglecto, omnis creatura consurgit in peccatores, id., XXXVII, 944. — Salus creaturæ lucrum est Creatoris, *ibid.*, 947. — Creaturæ indigentia explendæ non sufficit nisi Deus, S. August., XXXVIII, 349. — Rationalis creaturæ verus cibus Deus, id., XLI, 255. — Creatura est in continuo fluxu, solius est Creatoris stare, S. Gregorius Magn., LXXVI, 167. — In creatura non est veritas, S. Anselmus, CLVIII, 161. — Creatura rationalis ad vitandum malum facta est, *ibid.*, 65. — Creatura cum non vult quod debet, Deum inhonorat, id., CLIX, 80. — Creaturæ tanquam inferiores homine, jâb eo contemnendæ, S. Bernardus, CLXXXII, 415. — Creati efficiuntur nostri, Dei per bonam voluntatem, diaboli per malam, sed utrobique nostri, id., CLXXXIII, 610. — Creaturis non inhærendum, sed ex his ad Creatorem ascendendum, S. Prosper, LI, 554.

CREDERE. — Credenti totus mundus divitiarum est, S. Hieronymus, XXII, 281. — Credere non est turpe, in religione, antequam scire, S. Augustinus, XXXIX, 183. — Crede quod nondum vides, ne erubescas cum videris, id., XXXV, 1208. — Credere cito, est cito cadere, S. Petrus Chrysol., LII, 83. — In pace multi credunt in Christo, at in persecutione pauci martyres, *ibid.*, 32. — Credere velle quod est credendum, est recte velle, S. Anselmus, CLIX, 150. — Credere in summam essentiam, est credendo tendere in illam, *ibid.*, 27. — In illam credere, nisi tendat in illam, nulli prodest, *ibid.*

CRIMINA. — Criminum amatores, virtutes accusant, S. Petrus Chrysol., LII, 32. — Aves criminum hasta crucis pellendæ, *ibid.*, 171.

CRUCIATUS. — Cruciatibus non delectatur Deus, sed justitia nostra; nec quæritur quid quisque patiat, sed quare, S. Augustinus, XXXVI, 1293. — Qui cruciatur, si nihil inde acquirat boni, dolet damnum salutis, id., XXXVIII, 641.

CRUX. — Crucis virtute nunc Christus ventilat per crucem, postea ventilaturus per iudicium, Tertullianus, II, 98. — Crux Christi posita est in medio terræ, S. Hilarius Pictav., IX, 807. — Crucem nudam nudus sequens, expeditior et levior scandit scalam Jacob, S. Hieronymus, XXII, 519. — Cogitemus crucem Christi, et divitias lutum putabimus, *ibid.*, 265. — Vox impii crucem Christi evacuat, *ibid.*, 186. — Crux Christi navis qua transeamus mare hujus sæculi, S. Augustinus, XXXIV, 1383, 1390. — Crux muscipulum quo captus est diabolus, id., XXXVI, 726. — Cruce Domini portemur necesse est, ut ad patriam transeamus, *ibid.*, 47. — Christianus debet perpetuo pendere in cruce, *ibid.*, 1059. — Crux portanda post Deum, non ante, S. Petrus Chrysol., LII, 54. — Crux Christi veri altaris sacramentum, S. Leo Magn., LIV, 1109. — Crux causa spei nostræ, *ibid.*, 212. — Crux in Ecclesia quod arbor in navi, S. Maximus Taurinens., LVII, 155. — Crucem portare non sufficit, nisi Christum sequamur, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1629. — Crux tempestatum hujus sæculi refugium, Isidorus Hispal., LXXXII, 309. — Crucem portans debet mundo mori, *ibid.*, 195. — Crux confederat cælum terris, S. Petrus Damian., CXLV, 15. — Crucis signum virtutes omnes adumbrat, *ibid.*, 199. — Crucem qui portant, a Christo portantur, S. Bernardus, CLXXXII, 507. — Crucis lignum, vitæ signum, id., CLXXXIII, 527. — Crux Christi legem dulcem facit, Petrus Lombardus, CXCII, 204.

CULPA. — Culpa non punitur sed persona, cum reus accidit; ubi vero culpa deponitur, absolutio personæ pœna est peccati, S. Ambrosius, XVI, 897. — Quo major est culpa, eo majora sunt quærenda suffragia, *ibid.*, 401. — Culpam non facit dignitas sed voluntas, S. Hieronymus, XXII, 459. — Ex culpa perdimus fiduciam vultus, S. Petrus Chrysol., LII, 93. — Culpæ sunt graviores quæ virtutes imitantur, S. Gregorius Mag., LXXVI, 1207. — Culpam agnoscere et non deflare, nihil pejus, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 209. — Culpa eo insensibilior quo apud ejus patratore habetur laudabilior, V. Gerhohus, CXCIII, 273.

CUPIDITAS. — Cupiditates animi et corporis frangere, maximum spei cœlestis lucrum, S. Hilarius Pictav., IX, 697. — Cupiditatibus qui mederi nescit, is sicut equis raptatus indomitus, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur, S. Ambrosius, XVI, 175. — Cupiditas nescit ubi finiatur necessitas, S. Augustinus, XLI, 775. — Cupiditas frustrata

vertitur in dolorem, id., XXXVIII, 711. — Non tam satietas est de plenitudine cupiditatum quam pressura, id., XXXV, 258. — Cupiditas nimis impedit iter ad cælum, S. Valerianus, LII, 4. — Cupiditas Christum vendidit, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 249. — Cupiditatis humanæ profunditas est locus miseræ, S. Anselmus, CLIX, 205, 206. — Cupiditas labore, timore et dolore premit, S. Bernardus, CLXXXII, 556. — Cupiditas ex cordis inedia, necessitas ex carnis infirmitate procedit, id., CLXXXIII, 857.

CURA. — Cura omnis nostra non de præsentibus sed de futuris, S. Hilarius Pictav., IX, 688, 694. — Non curare quod feceris, summa inclementia est, S. Ambrosius, XVI, 48. — Cura carnis serviat et non principetur, S. Gregorius Mag., LXXVI, 336. — Curæ majores viam faciliorem vitiis aperiunt, *ibid.*, 546. — Curis occupatus mundanis, in oculis gestat pulverem quo id quod cupit videre non potest, id., LXXIX, 32. — Cura, non curatio, a pastoribus exigitur, S. Bernardus, CLXXXIII, 435. — Cura non minori regitur vita humana in hoc mundo quam navis in mari, Petrus Cantor, CCV, 17.

D

DÆMONES. — Dæmones magistratus sæculi hujus, Tertullianus, I, 168. — Diaboli unum opus est, tentare quid in te est, an velis, id., II, 916. — Diaboli hoc est semper opus, ut servos Dei mendacio laceret, S. Cyprianus, IV, 69. — Diabolus non obtinet nisi quos Deus deserit, S. Hilarius Pictav., X, 428. — Diabolus fortibus est pusillus, S. Ambrosius, XVI, 11. — Diaboli amicitia infelix, id., XVII, 548. — Diaboli civitas, omne corpus reproborum, *ibid.*, 503. — Dæmones per vitia coluntur, S. Hieronymus, XXII, 505. — Quidquid peccamur dæmonum imperium, *ibid.*, 953. — Dæmones neminem vincunt nisi societate peccati, S. Augustinus, XXXVIII, 300. — Diabolus fugiendus, non sequendus, S. Prosper, LI, 561. — Mellius est eum hostem habere quam principem, *ibid.* — Esca ejus, terrenis cupiditatibus dediti, *ibid.*, 390. — Diabolus rector iniquorum, Christus fidelium, *ibid.*, 609. — Diabolus saturatur culpis; promittit superna ut ad inferna detrahat; pacem evellit, et malis nostris gaudet; eo victo, vitia non valent, S. Petrus Chrysol., LII, 11, 13, 19, 55, 97. — Dæmonum ludus est humanas mentes de vitio in vitium rotare, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1076. — Tot dæmonia in cordibus requiescunt, quot desideria immunda, id., LXXIX, 161. — Dæmones suscipiunt quos Deus deserit, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 213. — Dæmonum scientia, stultitia est, S. Bruno Herbipol., CXLII, 95. — Diaboli cibus et refectio peccatum est; qui plus peccat, majora ei convivia parat, S. Bruno Astens., CLXV, 522. — Diabolus resistentem sibi non vulnerat sed coronat, S. Bernardus, CLXXXII, 372. — Baculo nostro nos cædit, id., CLXXXIII, 822. — Diabolus in frigidis mentibus securus dormit, Vener. Gerhohus, CXCIII, 601.

DELICIÆ. — Deliciis miseræ, miseris deliciæ commutantur, S. Hieronymus, XXII, 254. — Non putentur beati qui felicitate istius sæculi et deliciis perfruuntur, *ibid.*, 335. — Vita in deliciis temporalibus, in comparatione vitæ æternæ, non vita ed mors dicenda, S. Augustinus, XXXIII, 223. — Deliciæ homini converso non subtrahuntur, sed mutantur, id., XXXV, 946. — Deliciæ sensuum non reddunt felices, et futuras impediunt, S. Bernardus, CLXXXII, 355.

DELICTUM. — Delicti cessatio, radix veniæ, Tertullianus, II, 1001. — Qui ambulat in delictis, in verticem habet diabolum, S. Petrus Chrysol., LII, 105.

DESIDERIUM. — Desiderium est sitis animæ, S. Augustinus, XXXV, 750. — Desiderata diu dulcius obtinentur, id., XXXVI, 411. — Qui non gemit ut peregrinus, non gaudebit ut civis, quia desiderium non est in illo, id., XXXV, 1940. — Desiderium tuum oratio tua est; si continuum desiderium, continua oratio, *ibid.*, 404. — Ad desideria bona trahant pœnæ, quos præmia non invitant, S. Gregorius Magn., LXXVI, 839. — Desiderio proprio relinqui a Deo, gravis pœna, S. Bruno Herbipol., CXLII, Psal. LXXX. — Desiderium, animæ famas, S. Bernardus, CLXXXII, 394. — Desiderium, clamor ad Deum, *ibid.*, — Desideria sæculi fiunt umbræ mortis et perditionis, *ibid.*, 1028. — Desideriis quæritur Deus, non pedum passibus, id., CLXXXIII, 1559. — Desiderium Domini non in carne est sed in anima, S. Hieronymus, XXV, 547.

DESPERARE, DESPERATIO. — Desperare nullus debet, in quacunque ætate sit, si ad Dominum converti voluerit, S. Ambrosius, XVII, 410. — De Deo nihil desperandum, S. Augustinus, XXXV, 597. — Ne desperare

tione homines pejus viverent, promisit Deus indulgentiarum portum; rursus, ne spe veniæ pejus viverent, fecit diem mortis incertum, *ibid.*, 1876. — Desperato potest Deus reddere quod promittit, S. Petrus Chrysol., LII, 90. — Non desperet futura, qui præterita munera considerat, S. Gregorius M., LXXVI, 839. — Desperare non debemus in hac vita de salute peccatorum, Robertus Pullus, CLXXXVI, 54.

DETRACTIO, DETRACTOR, DETRAHERE. — Detractor discat, dum te videt, non libenter audire, non facile detrahere, S. Hieronymus, XXII, 266. — Detractorem audire perniciosum, Cassianus, I, 29. — Detractores, belluarum more, homines devorant, S. Gregorius M., LXXVI, 459. — Detrahere præsentī levius est quam absentī, Petrus Cantor, CCV, 40. — Detractor sibi magis nocet quam alteri, Alanus de Insulis, CCX, 94.

DEUS. — Deus non vocis sed cordis est auditor, sicut conspexor, Tertullianus, I, 1175. — Dei secreta scrutari pium est, sed inscrutabilia confitenda sunt, S. Hilarius Pictav., IX, 491. — Si Deus in nobis regnat, regnat virtus, regnat pudicitia, regnat devotio, S. Ambrosius, XVI, 385. — Deum qui penitus ex suo corde abjicit, ille mortuus, *ibid.*, 309. — Deus cum definitur, ipse sua definitione id., crescit, XVII, 352. — Deus medicus percutiendo sanat, mortificando vivificat, *ibid.*, 404. — Deus natura sua bonus, communionē sui efficit sanctos, S. Hieronymus, XXII, 546. — Deus inchoat in tristibus, in lætis desinit, *ibid.*, 756. — Deo reddit anima quod debet, vel patiendo vel faciendo, S. Augustinus, XXXII, 1293. — In Deo habitare, vivere est, *ibid.*, 870. — Deus servat seipsum bonis, id., XXXV, 918. — Deus nobis sufficit, sed sine Deo nihil, id., XXXVI, 492. — Deo qui subjectior, perfectior est, S. Prosper, LI, 952. — Deus, vita animæ, S. Petrus Chrysol., LII, 19. — Servi Dei stant, non jacent, *ibid.*, 15. — Ubi Deus, nullum peccatum, *ibid.*, 44. Deum attendit corda, non verba, *ibid.*, 142. — Mori non potest cui vita Deus est, *ibid.*, 166. — Deus tolerat malos propter bonos, S. Leo Magnus, LV, 223. — Castigando sanat, refovendo benignus erudit, *ibid.*, 58. — Ad Deum totius vitæ nostræ ratio referenda, S. Maximus, LVII, 62. — Deus quanto nobis dulcescit, tanto illi efficitur chariores, Cassiodorus, LXX, 353. — Ubi Deus non est per gratiam, adest per vindictam, S. Gregorius M., LXXVI, 1241. — Deus tempora mutat non consilia, S. Bruno Herbipol., CXLII, Psal. LXVII. — Deum negare factis perire est, S. Petrus Damian., CXLV, 52. — Deo servire regnare est, *ibid.*, 317. — Dei locutio est ejus voluntas, S. Bruno Astens., CLXV, 2. — Deus flagellis aliquando visitat, ut spiritum elationis in nobis avertat, et in humilitate confirmet, *ibid.*, 233. — Pœnis miserorum non delectatur Deus, S. Rupertus, CLXIX, 537. — Deum esurire, est semper querere, S. Bernardus, CLXXXII, 170. — Homo a Deo divisus, est sibi rebellis, *ibid.*, 329. — Deus amat et est amor ipse, id., CLXXXIII. Deus nec laudabilior quam in quo clementior, Ven. Guibertus, CLVI, 307. — Deo qui feneratur centuplum, excipit, Petrus Cantor, CCV, 109. — Dei solium æternitas, Alanus de Insulis, CCX, 173.

DEVOTIO. — Devotio alacris, festina est fides et spes impigra, S. Ambrosius, XVI, 1046. — Devotio nostra suis viribus fidere non debet, sed divinæ gratiæ boni sui propositi commendat affectum, S. Leo M., LVII, 571. — Devotionis fervor, animæ lingua, S. Bernardus, CLXXXII, 461. — Devotio mentem elevat, ut gratia occurrat, cor aperit ut incipiat, affectum dilatat ut plurimum ipsius capiat, *ibid.*, 409.

DIES. — Dies suos non prolongant ii qui multo tempore vivunt, sed qui grandes eos faciunt honorum operum magnitudine, S. Hieronymus, XXIV, 455. — Dies mali semper in sæculo, dies boni semper in Deo, S. Augustinus, XXXV, 317. — Dies ideo mali quia transit unus, ut veniat alius; dies boni æterni unus dies erunt, id., XXXVI, 1084. — Dies Christi sine nocte, sine fine est, S. Maximus, LVII, 180. — Dies erit cum nullæ peccati tenebræ supererunt, S. Gregorius M., LXXVI, 919. — Dies cogitatio mentis, id., LXXIX, 322. — Dies verus qui non novit occasum, æterna veritas, vera æternitas, S. Bernardus, CLXXXIII, 875. — Dies Domini ipsa æternitas, Ven. Gerhohus, CXIII, 524.

DIGNITAS. — Dignitatem perdidisse propensius malum est quam non habuisse, S. Ambrosius, XVII, 79. — Dignitates ambire nefarium, maxime ineptis personis, S. Petrus Damian., CXLV, 155. — Dignitate qui præest præsit et morum honestate, Petrus Cantor, CCV, 98.

DILECTIO, DILIGERE. — Diligi difficile est ab his quos honore præcedas, S. Hieronymus, XXIV, 502. — Quos diligit unusquisque adorat, id., XXV, 953. — Dilige inimicos tuos, ne incautus oderis et amicos, S. Au-

gustinus, XXXVI, 1404. — Dilectio lumen, odium tenebræ, id., XXXV, 633. — Vere se diligit, qui, ut Deum diligit, non se diligit, S. Prosper, LI, 603. — Dilectio sine justitia non est, S. Rupertus, CLXIX, 140. — Dilectio quo plus bibit, plus sititur, S. Bernardus, CLXXXII, 640. — Diligere inimicos magis divinum quam humanum, *ibid.*, 445. Dilectionis dulcedine nihil dulcius, Richardusa S. Victore, CXCVI, 916. — Dilectio viæ quancunque sit, non potest æquari dilectioni Dei in patria, Petrus Pictav., CCXI, 210.

DISCERE, DISCIPULUS. — Disce multo tempore quod doceas, S. Hieronymus, XXV, 945. — Discamus in terris quorum nobis scientia perseverat in cœlis, *ibid.*, 281. — Discipulorum salus, præmium magistrorum est, id., XXVI, 560. — Discenda sunt utiliora magis quam mirabilia, S. Augustinus, XXXII, 1054. — Feliciores qui discunt quam qui docent, id., XXXV, 594. — Discere tutius est quam docere, S. Prosper, LI, 599.

DISCIPLINA. — Disciplinam despiciunt qui negant poenam, Tertullianus, II, 808. — Disciplina custos est fidei, S. Cyprianus, IV, 173. — Disciplinæ nostræ omnis summa, in misericordia et pietate est, S. Ambrosius, XVII, 297. — Disciplinam spernens hostis est animæ suæ, S. Valerianus, LII, 2.

DIVES, DIVITIÆ. — Divitiæ non tantum contemnendæ, sed et periculosæ, S. Cyprianus, IV, 210. — Divitem illum solum Deus novit, qui sit dives æternitate, qui non opum sed virtutum fructus recondat, S. Ambrosius, XVI, 941. — Omnis sapiens dives est, *ibid.*, 941. Justus etiamsi aliis videatur pauper, dives est, *ibid.*, 109. Divitiæ oneri sunt, si his uti nescias, *ibid.*, 959. — Qui nescit regere suum censum, onere suo mergitur, *ibid.*, 1044. — Qui divitias possidet, valde rarum est, ut ad requiem tendat, id., XVII, 490. — Divitias possidere non laudis est, sed pro Christo eas contemnere, S. Hieronymus, XXII, 692. — Veritas paupertatem, mendacium divitias parit, *ibid.*, 509. — Divitias habes, egestas aucta est, non potestas, S. Augustinus, XXXVI, 956. — Divitias habere non est censendus, nisi qui bene utitur, *ibid.*, 327. — Dives in conscientia securior dormit in terra, quam dives in purpura, *ibid.*, 216. — Dives quanto plus habet, tanto amplius debet, S. Petrus Chrysologus, LII, 26. — Claudens horrea pauperi, sibi claudit, *ibid.*, 121. — Dives nemo sibi soli factus est, S. Leo M., LIV, 29, 52, 61. — Divitum peccatorum pax, semper cum conscientia rixatur, Cassiodorus, LXX, 353. — Divitum felicitas quancunque sit, desinit in æternam miseriam, S. Gregorius M., LXXVI, 487. — Ex divitiis consolatio quæ accipitur, miseria est, id., LXXIX, 557. — Divitiæ nostræ virtutes, S. Bernardus, CLXXXII, 863. — Divitiæ sine virtute nihil prosunt, Ven. Guibertus, CLVI, 457. — Dives qui necessariis contentus non est, lupus est, Petrus Cantor, CCV, 43. — Divitibus nemo veritatem dicit, *ibid.*, 43, 116. — Divitibus dare perdere est, *ibid.*, 122.

DOCERE, DOCTOR, DOCTRINA. — Docere quid facias caput est artis, S. Hieronymus, XXII, 423. — Stultissimum est docere quod noverit ille quem doces, id., XXV, 109. — Doctrinam sanam loqui aliud est, et aliud ea quæ conveniunt sanæ doctrinæ docere, *ibid.*, 713. — Doctor non est qui malus est, S. Augustinus, XXXII, 1223. — Qui non facit quæ docet alios, si aliquando utilis est, non ipse facit sed Deus, id., XXXIV, 1505. — Doctoris gravis imperitia est velle docere meliorem, S. Gregorius Magn., LXXVI, 212. — Doctores ea quæ docent non facientes, sui vastatores sunt, alieni cultores, *ibid.*, 1411. — Audiens doctorem superbum, rosas carpat, spinas caveat, *ibid.*, 853. — Doctrina sordidum sapiens, dicitur lutum, *ibid.*, 1129.

DOLERE, DOLOR. — Quod dolet satis, majori dolore expellitur, S. Hieronymus, XXII, 783. — Dolor hujus vitæ transit, alterius vero non finietur, S. Augustinus, XXXVIII, 658. — Dolor emanat a conscientia tranquille loquendo, qui nimis tacendo plus cruciat, S. Gregorius Magn., LXXVI, 210. — Non dolet cor quod non videt oculus, S. Bernardus, CLXXXIII, 1040.

DOMUS. — In ea domo nullus versetur in qua necesse habet quotidie aut perire aut vincere, S. Hieronymus, XXII, 783. — In domum tuam intras ut eam inhabites; intra in domum Dei ut inhabiteris, S. Augustinus, XXXV, 1721. — Domus mentis est id quod amando habitat, S. Gregorius Magn., LXXVI, 257.

DONA. — Dona dantem spoliant et accipientem interficiunt, S. Hieronymus, XXVII, 514. — Donis Dei non debemus ita delectari, ut data danti præferemus, S. Gregorius Magn., LXXVI, 109.

DULCEDO. — Dulcedo simulata, virus pessimum tegit, S. Hieronymus, XXIII, 463. — Dulcedo efficacior duri-

tia, S. Bernardus, CLXXXII, 103, 104. — Dulcedo virtus non est sine iustitia, id., CLXXXIII, 309.

E

ECCLESIAM. — Ecclesiam Deus purgat et exercet quibusdam medicinalibus molestiis, S. August., XXXIV, 23. — Ecclesie patientiam exercent tyranni, sapientiam hæretici, benevolentiam aut etiam beneficentiam inimici, id., XLI, 613. — Ecclesia nescit loqui, nisi quod expedit credi, Cassiodorus, LXX, 8. — Ecclesia potest fluctibus turbari, mergi non potest, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 160. — Ecclesie cantus vox magna de celo, S. Rupertus abb., CLXIX, 446. — Ecclesiam nihil ita destruit, quam clericis laicos videre meliores, Petrus Cantor, CCV, 39, 151.

EGENUS. — Non eris egenus tribuendo, quia thesaurus celestis certius possidetur, S. Augustinus, XXXVI, 1469.

ELATIO. — Elatio omnis nihil aliud habet quam ruinam, S. Gregorius Magn., LXXVII, 668.

ELEEMOSYNA. — Eleemosyna venditur non donatur, S. Petrus Chrysol., LII, 33. — Eleemosyna nobis aurea domus in celo ædificatur, S. Greg. Magn., LXXVII, 453, 436. — Eleemosyna est ignoscere his qui nos læserunt, Alanus de Insulis, CCX, 196.

ELOQUENTIA. — Non eloquentiam peccatricem, sed rusticitatem sanctam melius est habere, S. Hieronymus, XXIV, 264.

EPISCOPI. — Episcoporum et sacerdotum est quotidie se meliores reddere, S. Bruno Astensis, CLXIV, 137. — Episcopalis cathedra oneris est, non honoris operis, non nominis; virtutum, non divitiarum, S. Bernardus, CLXXXIII, 574.

EPULÆ. — Epularum largitas corpus frangit et animam, S. Hieronymus, XXIII, 341. — Epulæ terræ hujus, medicamenta quotidiana sunt, S. Augustinus, XXXVII, 489.

ERRARE, ERROR. — Errare humanum est, diabolicum est per animositatem in errore remanere, S. Augustinus, XXXVIII, 901. — Error non modicus est minus bonum præponere majori, Petrus Cantor, CCV, 216.

ERUBESCERE. — Erubescere si crimen est, ejus est qui falsum objicit, non cui objicitur, S. Augustinus, XXXVI, 856.

ESSE. — Esse posse aliud est et aliud esse, S. Hieronymus, XXIII, 701.

EUCCHARISTIA. — Eucharistia medicina est, S. August., XXXIX, 1909. — Eucharistia animæ et corporis solatium, S. Bernardus, CLXXXIII, 1390.

EVANGELIUM. — Evangelium Christi est libellus perfectionis, Adamus Scotus, CXCVIII, 266.

EXCUSARE, EXCUSATIO. — Ut se excusent impii, accusant Deum, S. Augustinus, XXXVII, 1172, 1691. — Excusatio non penam removet, sed veniam, id., XL, 367.

EXEMPLUM. — Exemplo docere quam dictis melius est, S. Hilar. Pict., IX, 696. — Exemplis honorum Deus ad se nos revocat, S. Gregorius Magn., LXXVI, 329, 768. — Exemplo potius docendum quam verbo, S. Bernardus Claræv., CLXXXIII, 1469.

EXERCITIUM. — Exercitium laboris mentem roborat, Richardus a S. Victore, CXCVI, 506.

EXPERIMENTA. — Experimenta corrigunt quem verba non corrigunt, S. Augustinus, XXXVIII, 405.

EXSUL. — Exsul nusquam est Christianus, id., XLI, 209.

EXTERIUS. — Exterior muniri nihil prodest, si fames sit intus, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 85.

F

FACIES. — Facies a proximo non est avertenda, Rabanus Maurus, CIX, 1061.

FACTA. — Facta dictis probantur, sine factis dicta nihil prosunt, S. Maximus Taurin., LVII, 64.

FACUNDIA. — Facundia obmutescit ubi ægra subest conscientia, Petrus Cantor, CCV, 14.

FAMA. — Fama nemo credit nisi inconsideratus, Tertullianus, I, 310. — Fama nostra necessaria est aliis, et nobis vita nostra, S. Augustinus, XL, 448. — Fama bona merces quædam virtutis, S. Bernardus Clarævallens., CLXXXIII, 128. — Fama stabilitas provenit ex perseverantia virtutis, Alanus Scotus, CXCVIII, 419. — Famam negligens crudelis est sibi et proximo, *ibid.*, 418.

FAMILIARES. — Familiares tibi sint pauci, Alanus de Insulis, CCX, 90.

FAMIS. — Famis dies hæc vita est, Petrus Lombard., CXCVI, 79.

FELICITAS. — Felicitas et beatitudo nostra Deus, S.

Augustinus, XXXVII, 898. — Quo felicitior sibi videtur, eo minus infelicitior, id., XXXVIII, 1163. — Quem felicitas nulla corrumpit, nulla frangit infelicitas, id., XXXVII, 1058. — Felicitatis magnæ est felicitate non vinci, id., XXXVIII, 485. — Felicitas prima est non peccasse, secunda, peccati veniam invenisse, S. Petrus Chrysologus, LII, 34. — Felicitatis magnæ pars est mundum despiciere, Rufinus, XXI, 192. — Nec felicitas sæculi hujus nos beatos facit, nec adversitas miserios, si vera bona diligamus, S. Prosper Aquitanus, LI, 581. — Felix cui præsens felicitas, si arrisit, non irrisit, S. Bernardus Clarævallens., CLXXXIII, 423.

FIDES. — Fides religionis nostræ portus, S. Hilarius Pictav., X, 368. — Fides res cordis, non corporis, S. Augustinus, XLII, 1016. — Fides oculus cordis, id., XXXVII, 1069. — Fides cum dilectione Christiani, sine dilectione fides dæmonis, id., XXXV, 2035. — Fidei terra sordet, celum patet, S. Prosper Aquitanus, LII, 777. — Fidei tempus laboriosum est, Valerianus, LII, 38. — Fides probatur opere, non sermone, non lingua, sed corde, S. Maximus Taurin., LVII, 72. — Ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia; ubi gratia, ibi est hæreditas, fides thesauris omnibus opulentior, S. Ambrosius, XVI, 488.

FIDUCIA. — Fiduciam in Deum habent, qui de se vilia sentiunt, S. Gregorius Magn., LXXIX, 478.

FINIS. — Finis quod finitur exiguum est, S. August., XXXIII, 1310.

FLAGELLARI. — Flagellari ne timeas, sed exhæredari, S. Augustinus, XXXVII, 1793. — Flagella Dei beneficia sunt et remedia, id., XXXIX, 1851. — Flagella Dei spem non auferunt, sed augent, S. Prosper Aquitanus, LI, 443. — Flagella Dei cessabunt, si convertamur ad Deum, S. Petrus Chrysologus, LII, 20. — Per flagellum ad Deum convertimur quando ad pacem revocamur, S. Gregorius Magn., LXXVI, 80.

FLERE. — Flendi non ridendi tempus in hac vita, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 882.

FLETUS. — Fletus presentium merces est futurorum, S. Ambrosius, XVI, 179.

FORTITUDO. — Fortitudo credentis est perimentum persecutori non cedere, S. Maximus Taurin., LVII, 572. — Fortitudinis est tolerare patienter adversa, Petrus Cantor, CCV, 284.

FUNDAMENTUM. — Fundamentum prædicationis est sanctitas vitæ et conversatio bona, Petrus Cantor, CCXV, 13.

G

GAUDERE, GAUDIA. — Gaudere hic nemo potest cum sæculo, et illic regnare cum Domino, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1445. — Gaudii celestis tribulatio est introitus, id., LXXIX, 286. — Gaudium nostrum totum in spe, S. Bernardus, CLXXXII, 51. — Gaudium in tribulatione nos liberat a laqueis diaboli, id., CLXXXIII, 1060.

GEMERE. — Gemere solent miseri ad præteritorum honorum recordationem, S. Hilarius Pictav., IX, 549. — Qui male gemunt vel male gaudent, gemendos se faciunt, S. Augustinus, XXXVII, 1298. — Gemit bene qui suspirat in patriam, non qui premitur ærumnis, id., XXXV, 1435. — Gemunt boni etiam tempore pacis, mali prævalent, S. Prosper, LI, 787. — Gemere non cessat hic qui se exsulem novit, S. Gregorius Magn., LXXVI, 213. — Gemitus recte lugentium in hoc sæculo magnum quidem sed dulces, Rupertus, CLXIX, 22.

GLADIO. — Gladio alieno tolerabilius est quam nostro perire, S. Ambrosius, XVI, 615. — Gladius Dei putredinem abscondit, et membra Christi sanat, S. Augustinus XXXVII, 1866.

GLORIA. — Gloriæ cupiditate animus dolorem non sentit, S. Hilarius Pictav., X, 353. — Gloria dilata fugit, nec facile comprehenditur, S. Ambrosius, XVI, 107. — Gloria solida apud Deum in conscientia est, Rufinus, XXI, 36. — Tanto quisque est Deo similior, quanto est a gloriæ cupiditate mundior, S. Augustinus, XLI, 159. — Via ad gloriam virtus, *ibid.*, 156. — Gloriari in Deo, benedictio Dei est, id., XXXVI, 89. — Gloriandum in Deo, et non in meritis, S. Prosper, LI, 58. — Ad gloriam via recta humilitas, S. Bernardus, CLXXXII, 1019. — Gloria summa cedere Deo et Ecclesie, id., CCXXXIII, 479. — Gloriandum in solo Deo, non in ore hominum, *ibid.*, 1304. — Gloriæ celestis felicitas est dies sine vespere, Adamus Scotus, CXCVIII, 81.

GRATIA. — Qui gratiam Dei sperat, ille vincit, non qui de sua virtute præsumit, S. Ambrosius, XVI, 1204. — Gratia et misericordia sunt aures Dei, Rufinus, XXI,

70. — Gratia regnum Dei, S. Augustinus, XXXIX, 1908. — Gratia prima virginitas, et secunda poenitentia, Rupertus, CCXIX, 378. — Gratia non tam nobis deest quam nos gratiæ, S. Bernardus, CLXXXIII, 1148.

GRATUS. — Gratum Deo sacrificium toties offerimus, quoties propter Deum nos ipsos humiliamus, Richardus a S. Victore, CXCVI, 424.

H

HABERE. — Habere te agnosce, et ex te nihil habere, ut nec superbus sis, nec ingratus, S. Augustinus, XXXVII, 1084.

HÆREDITAS. — Hæreditas illa sola est, in quibus est portio Deus, S. Ambrosius, XVI, 899.

HOMO. — Homini nihil magis necessarium quam cura in Deum verum, Tertullianus, II, 285. — Hominis finis est vita æterna, S. Augustinus, XXXIV, 144. — Homo novus commutat vitia in virtutes, S. Petrus Chrysologus, LII, 114. — Hominis restauratio mirabilior quam creatio, S. Leo Magnus, LV, 151. — Homo deficit, unde se proficere credit, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 391. — Homo sibi relictus, cujusque tentationis aura raptatur, *ibid.*, 323.

— Homo per peccatum nascitur, per laborem vivit et per dolorem moritur, Alcuinus, CI, 142. — Hominem perfectum efficiunt virtus et sapientia, Richardus a S. Victore, CXCVI, 279.

HONESTAS. — Honestas, velut bona valetudo est, S. Ambrosius, XVI, 229.

HONOR. — Honor debet te quærere, non tu ipsum, S. Augustinus, XXXVIII, 242. — Honorem qui amat Deum imitatur, *id.*, XLII, 593. — Honor quanto major, tanto laboriosior, S. Isidorus Hispal, *ibid.* — Honor qui de amore non venit, non honor sed adulatio est, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 400.

HOSTIS. — Hostis terrenus non prævalet cœlestibus, S. Petrus Chrysologus, LII, 12.

HUMANA. — Humana natura per gloriam in æternam substantiam transformatur, S. Hilarius Pictav., IX, 613.

HUMANITAS. — Humanitas flectit sæpe quos nec virtus potuit superare nec ratio, S. Ambrosius, XVI, 89.

HUMILIS, HUMILITAS. — Corde humiles, sensu et anima simus excelsi, S. Hilarius, IX, 498. — Humilior quanto quis, tanto sublimior est, S. Hieronymus, XXII, 396. — Humilitatis via, via vitæ, S. Augustinus, XXXVI, 145. — Simulatio humilitatis major superbia est, *id.*, XL, 421. — Qui sine humilitate bona opera agit, in ventum pulverem portat, *id.*, XXXIX, 2314. — In summo honore summa sit humilitas, *ibid.* — Magis timendum est in gloriam suscipi, quam in humilitate calcari, S. Leo Magnus, LIV, 455. — Humilitate etiam divites ornari possunt, *id.*, LV, 264. — Humiles esse admonemur per omne quod cernimus, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 829. — Humilitas a Deo gloriam quærit, superbia ab hominibus, Alcuinus CI, 517. — Humilitas ascendit, descendit elatio, S. Bernardus, CLXXXII, 73. — Humilitate regnum cœorum emittitur, et divina gratia acquiritur, *id.*, CLXXXIII, 767. — Humilitas alienos defectus extenuat, suos incusat, Adamus Scotus, CXCVIII, 200.

I

GNIS. — Ignis divinus nescit exurere misericordem, S. Petrus Chrysologus, LII, 42. — Ignis friget in lapide, latet in ferro: eorum collisione flammatur, *ibid.*, 109.

IGNORANTIA, IGNORARE. — Ignorare quod credas, non tam veniam habet quam præmium, S. Hilarius Pictav., X, 2191.

IGNOSCERE. — Ignoscens nobis Deus sine modo, vult et nos sine modo aliis ignoscere, S. Hilarius, IX, 760. — Ignoscit melius quam agnoscitur Deus, S. Augustinus, XXXVI, 947. — Ignoscendo homo nihil perdit, charitate amplior domum redit, S. Augustinus, XXXVIII, 252. — Ignosce cum passus es malum, ne duo mali sis; *id.* XXXVI, 638.

IMAGO. — Imago sua Deo reddenda est, S. Augustinus, XXXVII, 1379. — Imaginem Dei vere custodit qui ei semper adhæret, *id.*, XXXVI, 896. — Imago Dei veritatem quærit, non vanitatem, *id.*, XXXVIII, 566.

IMMOLARI. — Immolatur Deo virtutum vita, morte vitiorum, S. Petrus Chrysologus, LII, 109.

IMMORTALITAS. — Ad immortalitatem et æternitatem, non ad mortem Deus nos condidit, S. Hilarius Pictav., IX, 412. — Immortalitas est oneri potius quam usui, nisi aspiret gratia, S. Ambrosius, XVI, 1146. — Immortalitas Dei vere immortalitas est, S. Augustinus, XXXVIII, 128, 1059. — Immortalitas vera sanitas, S. Valerianus episc., LII, 13.

IMPERITIA. — Imperitia non est parva poena hujus vitæ, S. Augustinus, XII, 728. — Imperitiæ vitium est, rectum non recte sapere, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 897.

IMPIUS. — Impius ipse sibi poena est, S. Ambrosius, XVI, 14, 16. — Impii horrent in ægritudine mortem, justi autem gaudent cum perpetuam sperent hæreditatem, S. Maximus Taurin., LVII, 631.

IMPOENITENTIA. — Impoenitentia solum crimen est quod veniam consequi non potest, S. Hieronymus, XXII, 1087.

INCENSUM. — Incensum Arabicum non tam libenter odoratur a Deo, quam sanctitas cordis sinceri, S. Petrus Chrysologus, LII, 87.

INCIPIERE. — Incipere non perficienti nihil prodest, S. Petrus Damian., CXLIV, 132.

INDIGENTES. — Indigentes sumus, tanto verius quanto interius, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 693. — Indiget nemo ex re quam non vult, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 116.

INDUSTRIA. — Industria emendet si quid in natura vitii est, S. Ambrosius, XVI, 21.

INFAMIA. — Infamiam stultum est frustra sustinere, S. Hieronymus, XXIII, 409.

INFELICITAS. — Infelicitas nulla frangit, quem felicitas nulla corrumpit, S. Augustinus, XLV, 1679.

INFERIOR. — Inferior facile facit quod fieri viderit a priore, S. Ambrosius, XVII, 29.

INFERNUS. — In infernum viventes descendunt, qui malum quod faciunt noverunt esse malum, S. Augustinus, XXXVI, 639.

INFIRMUS. — Infirma occulta sua qui considerat, sese in humilitate premit, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1008. — Infirmitas est ille qui suam non valet considerare infirmitatem, *id.*, LXXVII, 852. — Infirmitas qui sanus sibi videtur, nemo insanabilior, *id.*, LXXIX, 494.

INGENIUM. — Ingenia liberaliter educata facilius verendia quam metus superat, S. Hieronymus, XXVII, 597.

INIMICI. — Inimicos nostros, non Dei, amare præcipimur, S. Hilarius Pictav., IX, 587. — Inimicum professum cavere levius est quam hostem latentem sub amici nomine sustinere, S. Hieronymus, XXIII, 529. — Inimicus ipse sibi certo est qui odit alterum, S. Augustinus, XXXVIII, 283. — Inimici diligendi, ut gentibus et bestiis superiores simus, *id.*, XXXIX, 2258. — Inimicus sibi prius est, qui non indulget inimico, *ibid.*, 1882. — Inimicus cum propter Deum, et amicus cum in Deo diligitur, charitas vera est, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1466. — Inimicos nescit charitas, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 591.

INIQUITAS. — Iniquitas eo minus venia digna, quo magis æquitas ignorata non fuit, S. Hilarius Pictav., IX, 736. — Iniquitate et impietate nihil est laboriosius, S. Augustinus, XXXVI, 127. — Iniquus non parva sibi poena est, *id.*, XXXVI, 605. — Iniquitatem melius est pati quam facere, *id.*, XXXIX, 1881. — Iniqui lætitia transit ad poenam, innocentis poena ad lætitiã, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 494.

INJURIA. — Injuriam qui contemnit, melior est quam qui dolet, S. Ambrosius, XVI, 7, 22. — Injuriarum oblivio magna virtus est, S. Petrus Damiani, CXLIV, 183. — Injuriam qui non repellit ubi potest, similem reatum incurrit, Guibertus, CLVI, 2.

INJUSTITIA, INJUSTUS. — Injustitiam ferre melius est quam facere, S. Augustinus, XXXVII, 1655. — Injustus sive sit blandus, sive ferox, et sibi et aliis est noxius, *id.*, XXXVII, 1805. — Injurie cum amore amplectendæ sunt, S. Benedictus abb., LXVI, 215.

INNOCENS, INNOCENTIA. — Innocentem ferre homicidium est, reum ferre æquitas, S. Ambrosius, XVI, 1018. — Innocentiam pressam malis non dolere difficile est, S. Hieronymus, XXIV, 793. — Innocentia periret, si semper nequitie juncta esset potentia, *id.*, XXIII, 418. — Innocens non est, quamvis non noceat, qui vult nocere, S. Augustinus, XXXVII, 1190. — Innocentia illa vera est quæ nec inimico nocet, *id.*, XXXVI, 102. — Innocentia tua, etiam in dormiente, vox est animæ tuæ, *id.*, XXXVII, 1317. — Innocens sine Christo non habetur in terris, S. Petrus Chrysologus, LII, 30. — Innocentia vitæ est fundamentum omnis scientiæ, Petrus Cantor, CCV, 13.

INTELLECTUS, INTELLIGENTIA. — Intelligentiæ fructus est exercere quæ cognita sunt, S. Hilarius Pictav., IX, 558. — Intelligentiæ spiritalis lucem immunda corda non portant, *id.*, 470. — Intelligere excellentius, quam esse aut vivere, S. Augustinus, XXXII, 1244. — Intelligere semper meminisse et amare Deum, hoc est ad ejus imaginem esse, S. Anselmus, CLIX, 205.

INTENTIO. — Intentio opus bonum facit, S. Augustinus, XXXVI, 259. — Intentio bonæ conscientiae, oleum est quo vegetantur lampades, id est, bona opera, id., XXXIII, 571. — Ex intentione perversa non sequitur nisi opus pravam, licet rectum esse videatur, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 196.

INVIDIA, INVIDUS. — Invidus resecandus veluti corporis tabes, S. Augustinus, XXXIX, 1950. — Invidia cuncta bona devorat, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 192. — Invidia non est nisi pusillorum, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 956. — Non invidere et de aliena virtute gaudere, rara virtus, id., CLXXXIII, 1437.

INVOCARE. — Invocare Deum non decet sine munditia cordis, S. Augustinus, XXXVI, 249.

IRA. — Super iram non occidat iste sol, ne deserat ipsam mentem sol justitiæ, S. Augustinus, XXXVIII, 1045. — Ira Dei transit super justos, non manet, id., XXXVI, 1119. — Iram vincere majus est quam civitatem sibi subjicere, Petrus Cantor, CC, 250.

J

JEJUNIUM. — Jejunat satis diu qui cum voluntate Christi se reficit, S. Ambrosius, XVII, 422. — Jejunantes multo plus accipiunt quam offerunt, S. Hieronymus, XXII, 1020. — Jejunium fraudatio carnis et lumen mentis, S. Augustinus, XL, 706. — Jejunare oportet ab isto sæculo, id., XXXVIII, 695.

JESU. — Jesu nomen peccatoris fiducia, S. Augustinus, XL, 946. — Jesu nomen est salus, unctio et gloria, animæ medicina, mel in ore, in aure melos, in corde jubilus, S. Bernardus, CLXXXIII, 150.

JUDEX, JUDICIUM. — Judicio alieno nemo gravius condemnatur quam insipiens qui sibi auctor est malorum, S. Ambrosius, XVI, 1043. — Judicia Dei bonis prosunt, malis nocent, S. Augustinus, XXXIV, 603. — Judicis ne sit amara sententia, dulcia nobis sint flagella Patris, S. Augustinus, XLIII, 1793. — Judicium vulgare vir fortis præ conscientiae luce contemnit, id., XLV, 1863. — Ne judicemur, judices nostri simus, S. Petrus Chrysologus, LII, 173. — In judicio tanto major erit severitas quanto major nunc est misericordia, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 563. — Judicans seipsum, judicium non exspectat, S. Petrus Damiani, CXLIV, 129.

JUGUM. — Jugum Christi hoc est Christiano, quod pennæ avi, S. Augustinus, XXXVI, 719. — Jugum Christi amanti suave est, non amanti durum, id., XXXVIII, 1507. — Jugum Christi non premit sed erigit, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 403.

JUSTITIA, JUSTUS. — Justus quandoque quamvis alium quam se æquorem putat, S. Ambrosius, XVI, 1100. — Justitia sibi parcior, foris tota est, quidquid habet transfundit in proximos, *ibid.*, 1129. — Justus nunquam solus est qui cum Deo semper est, id., XVI, 109. — Justi hæc sunt arma, ut cedendo vincat, id., XVI, 720. — Infelix ubi pax perditur et non est justitia, S. Hieronymus, XXV, 729. — Justitia hominis indiget misericordia Dei, id., XXII, 1068. — Justitiæ sapientia convenit et injustitiæ magis stultitia, S. Zeno, XI, 33. — Qui fecit te sine te, non te justificat sine te, S. Augustinus, XXXVIII, 323. — Qui justus, continuo bonus, *ibid.*, XXXVII, 1577. — Justus nemo nisi humilis et pius, id., XXXVI, 585. — Justitia non est aliud quam non peccare, S. Augustinus, XXXIX, 1863. — Justorum nemo sine laboribus ac molestiis in hac vita, S. Petrus Chrysologus, LI, 526. — Justitia magis delectat quam iniquitas, S. Leo Magnus, LIV, 362. — Justitiam defendere amore premii, injustum, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 35. — Justus non est qui justitiam in dolore deserit, *ibid.*, 449. — Justus a timore inchoat, in charitate consummat, *ibid.*, 29. — Justitiam aliud est tenere, aliud diligere, S. Bernardus CLXXXIII, 429.

L

LABOR. — Laboris mutatio induciæ sunt quietis, S. Ambrosius, XVI, 178. — Labor præsentis sæculi finem accipiet, et succedet ei perpetuum gaudium, S. Hieronymus, XXVII, 622. — Labor omnis brevis diei ad desideratam mercedem pervenitur, S. Hieronymus, XXV, 219. — Laborandum hominibus, ut semper diabolus nos inveniat occupatos, id., XXII, 939. — Laborem si vis sustinere, attende mercedem, S. Augustinus, XXXVI, 372. — Laborem emitur requies, id., XXXVII, 1211. — Laboris finis non erit, nisi diligatur quod non possit auferri, id., XLV, 1870. — Labor ubi non est, ibi nec fructus adest, S. Petrus Chrysologus, LII, 14. — Laborem acquisita magis delectant, id., LII, 101. — Laboris remedium est alterius laboris initium, S. Bernardus, CLXXXIII, 420. — Laborem

naturæ convertunt boni in laborem gratiæ, mali autem in laborem culpæ, Petrus Cantor, CCV, 220.

LACRYMÆ. — Lacrymæ pascunt frequenter, et mentem allevant, S. Ambrosius, XVI, 1185. — Lacrymæ nocentium dulciores sunt quam gaudia theatrorum, S. Augustinus, XXXVII, 1683. — Lacrymæ Domini, gaudia mundi sunt, id., XXXIX, 1928. — Lacrymæ sunt baptismata peccatorum, S. Petrus Chrysologus, LII, 103. — Lacrymæ abluunt ulcera reatus, id., LII, 167. — Lacrymæ sanguis poenitentis, S. Valerianus, LII, 8. — In lacrymis est semper spiritalis seminatio, Cassiodorus, LXX, 440. — Lacrymarum gratia a Deo datur, Rabanus Maurus, CLX, 47. — Lacrymæ vulnerati cordis signa, S. Bernardus, CLXXXII, 98. — Lacrymæ semina justitiæ, id., CLXXXIII, 1402. — Lacrymæ poenitentium vinum angelorum, *ibid.*, 1376. — Lacrymæ poenitentiae calicem ætatis faciunt dulciorem, Petrus Cantor, CCV, 84.

LASCIVIA. — Lascivia plerumque latet sub tristi amictu mentis, S. Ambrosius, XVI, 1138.

LAUDARI, LAUS. — Laudis sacrificium ex operum sanctitate descendat, S. Hilarius Pictav., IX, 175. — Laudibus Dei mutum esse magna miseria est, *ibid.*, 552. — Laudabilior nemo est quam qui ab omnibus laudari potest, id., XVI, 147. — Laudari se qui videt, data opera, elaboret ut vera sint quæ dicuntur, S. Ambrosius, XVII, 106. — Laus Dei vere continuatur, si sine cessatione bene vivitur, S. Prosper, LI, 382. — Laudatio tunc est Domino jucunda, quando in unum vox et vita convenerunt, Cassiodorus, LXX, 492. — Laudare malefacta hominum est ea augere, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 559. — Laudari oportet in Deo, non in se, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 310. — Laudis humanæ vanitas bonos cruciat, malos beatificat, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 389. — Laudandus nemo ante mortem, *ibid.*, 1016. — Laudibus supernis velle addere detrudere est, id., CLXXXIII, 357. — Laudatio nulla secura, ubi nec ipsa vita secura est, *ibid.*, 1030. — Laus vera est de recta voluntate quæ per opus bonum innotescit, Richardus a S. Victore, CXCVI, 21. — Laudari a turpibus ita turpe est sicut laudari ob turpia, Petrus Cantor, CCV, 129.

LEX. — Legis recordatio non patitur peccata generari nec ea crescere, S. Hieronymus, XXVII, 901.

LIBERTAS, LIBER. — Liberum innocentia facit, culpa vernaculum, S. Ambrosius, XVI, 1163. — In libertate nascimur, quam miserum est ut moriamur in servitute, *ibid.*, 938. — Liberum esse a Deo maximum crimen est, id., XVII, 135. — Libertas vera est Christo servire, S. Augustinus, XXXIII, 128. — Libertatis lex, est charitatis lex, *ibid.*, 740.

LIBIDO. — Libido velut festuca est, cito accenditur, propere consummatur, S. Ambrosius, XVI, 896. — Libido fines suos egressa si fuerit, redundat in vitium, S. Hieronymus, XXII, 287. — Libido cum vincitur, vincitur diabolus, S. Augustinus, XLIV, 801. — Libido dolorem concipit, peccatum parit, generaliter mortem, id., XLV, 1614. — Libido vincenda est fugiendo, id., XXXIX, 2501. — Libidinis flamma si per cordis munditiam non extinguitur, frustra quælibet virtutes oriuntur, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 688. — Libido interficit omnia bona opera, id., LXXIX, 371. — Libido nostra ad illustrationem Dei quiescit, non deficit, Guibertus, CLVI, 45. — Potius quam libidine maculari melius est mori, S. Anselmus, CLIX, 191. — Libido eo plus crescit quo plus exercetur, Petrus Cantor, CCV, 247.

LILIA. — Lilia melius in valle quam in monte crescunt, Alanus de Insulis, CCX, 87.

LINGUA. — Lingua tua menti sit subdita, S. Ambrosius, XVI, 513. — Lingua nihil noverit nisi Christum, S. Hieronymus, XXII, 991. — Qui linguam non frenat concordiam dissipat, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 35. — Linguae vitium gravissimis criminibus æquale est, S. Petrus Damiani, CXLV, 388. — Lingua illius sine labore prædicat cujus vitam moribus prædicat, Petrus Cantor, CCV, 17.

LOCUS. — Locus non facit sanctos, S. Augustinus, XL, 1282.

LOCUTIO, LOQUI. — Non loquendo, sed potius tacendo, culpa facilius refugitur, Cassiodorus, CXX, 132. — Locutionis divinæ silentium, est fames mentis, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 201. — Bene loqui novit qui prius benefacere didicit, *ibid.*, 1282. — Loquitur bene qui perfecte vivit, id., LXXVII, 873. — Potius quam loqui, tutius est silere, S. Bernardus, CLXXXII, 380.

LUCERNA. — Lucerna prodit furem, S. Petrus Chrysologus, LII, 51.

LUCTARI. — Luctari mundo præsentem difficilius sed gloriosius, S. Petrus Chrysologus, LII, 107.

LUDERE. — Ludit nemo securus cum serpente, S. Petrus Chrysologus, LII, 139.

LUMEN. — Lumen sibi esse homo non potest, S. Valerian., *LII*, 182.

LUX. — Lux rationis in tenebris malæ conscientiæ etiam lucet, Rupertus, *CLXIX*, 93.

LUXURIA, LUXURIARI. — Luxuriari ubi quis cœperit, incipit deviare a fide vera, S. Ambrosius, *XVI*, 1818. — Luxuria est ignis usque ad perditionem devorans, S. Gregorius Magn., *LXXVI*, 688.

M

MAGISTER. — Magister fieri non debet qui discipulus non fuit, S. Gregorius Magnus, *LXXVII*, 156.

MAGNA. — Magna res magnas vires desiderat, S. Augustinus, *XXXII*, 909.

MAGNANIMITAS. — Magnanimitas non arrogantes facit, nec humilitas pusillanimes, S. Bernardus Claræv., *CLXXXIII*, 100.

MAGNITUDO. — Magnitudo in mediocritate probatur, Tertullianus, *II*, 261.

MAGNUS. — Magnus est qui æterna concupiscit, S. Gregorius Magnus, *LXXVI*, 180.

MALA, MALI, MALITIA, MALUM. — Malum ex se nihil sed ex vitio humano, S. Hilarius Pictav., *IX*, 219. — Malum homini nihil nisi sua culpa, *ibid.*, 789. — Infirmitas nostra efficit ut malum esse id quod patimur existimemus, *ibid.*, 363. — Malitia contra se agit, S. Ambrosius, *XVII*, 98. — Sublato malitiæ semine, nequitiae fructus arescent, *ibid.*, 35. — Malorum odium melius est habere quam consortium, *ibid.*, 488. — Malitia nostra inebriat Deum, S. Hieronymus, *XXVI*, 679. — Malum breve putatur quod finis melior subsequitur, *id.*, *XXII*, 179. — Malum levius est aperte peccare, quam simulare et fingere sanctitatem, *id.*, *XXV*, 277. — Mali quantumcunque potentes sint, despectui sunt viris sanctis, Rufinus, *XXI*, 65. — Male viventes etsi lingua taceant, vita Dominum maledicunt, S. Augustinus, *XXXVII*, 1535. — Mala temporalia pati Christianorum est, et bona sperare sempiterna, *id.*, *XXXVIII*, 1536. — Malum opus non fit nisi a malis, *id.*, *XL*, 421. — Non sunt facienda mala ut eveniant bona, *id.*, *XLIV*, 808. — Malus sua ipse sibi pœna, *id.*, *XXXVIII*, 1564. — Malus etiam si regnet, servus est, *id.*, *XL*, 114. — Mali propter bonos tolerandi, non boni propter malos deserendi, *id.*, *XXXIII*, 529. — Mali hic servantur ut boni inde nascantur, *id.*, *XXXVIII*, 1383. — Mali Christiani plus cavendi quam Judæi et pagani, *id.*, *XL*, 343. — Mala hic superare possumus, non fugere, *id.*, *XXXIX*, 2272. — Mala cavere non sufficit, nisi fiat et bonum, *id.*, *XL*, 1040. — Malorum tempus omne exiguum, S. Prosper, *LI*, 536. — Malitia convertit homines in viperas, S. Petrus Chrysol., *LII*, 137. — Mala hujus vitæ gravia non sunt æterna bona cogitanti, S. Gregorius Magnus, *LXXVI*, 354. — Malos nec desperemus, nec imitemur, *id.*, 1514. — Male quærens responsum non meretur, Rabanus Maurus, *CXI*, 727. — Malum in Scriptura non solum peccatum, sed et peccantis supplicium, Hincmarus Remens., *CXXV*, 56. — Mala nostra solum nostra sunt, bona nostra et Dei sunt et nostra, *ibid.*, 126. — Malorum omnium summa est quod vivimus ad exempla malorum, Petrus Cantor, *CCV*, 210.

MANDATA. — Mandata Dei non tam in memoria quam in moribus habenda, S. Bernardus, *CLXXXII*, 621. — Mandata Dei amara malis, dulcia vero bonis, Rufinus, *XXI*, 87.

MANERE. — Manendum est in eo, qui manet in æternum, S. Gregorius Magnus, *LXXIX*, 540.

MANSUETUDO. — Mansuetudinem habet et non duritiam, qui charus est, S. Ambrosius, *XVI*, 415.

MARE. — Mare in figura sæculum hoc, salsitate amarum, fluctibus turbulentum, S. Augustinus, *XXXVI*, 780.

MARTYR, MARTYRIUM. — Martyrum sanguis semen Christianorum, Tertullianus, 535. — Martyr Christi thesaurus est Ecclesiæ, S. Ambrosius, *XVI*, 242. — Ipsa martyrum mors præmium est, *ibid.*, 1074. — Martyres ubicunque sunt, cum Deo sunt, ubi bene est, S. Augustinus, *XXXVIII*, 1566. — Martyres suos habet pax, *id.*, *XXXIX*, 2501, 2502, 2507. — Martyres morte nascuntur, sine inchoant, et in cœlis lucent, S. Petrus Chrysol., *LII*, 152. — Martyrium durum est iter carni, sed beata est via animæ, Cassiodorus, *LXX*, 223. — Martyrum sanguis clamat vindictam, Christi veniam, S. Bernardus, *CLXXXII*, 419.

MEDICINA. — Medicina pauperis est dives, et vice versa, S. Petrus Chrysol., *LII*, 124.

MEDICUS. — Medici laus est si multos curet, S. Am-

brosius, *XVII*, 233. — Medicus quem æger decipit, diffidit, S. Valerianus, *LII*, 6.

MEDITATIO. — Meditatio in tentationibus et ærumnis non est relinquenda, S. Hilarius Pictav., *IX*, 22. — Meditatio quotidiana tollit soporem et facit vigilantiam, S. Ambrosius, *XVII*, 96. — Meditatione assidua homo ad sui cognitionem illuminatur, S. Anselmus Cantuar., *CLIX*, 214. — Meditatio parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio devotionem, *ibid.* — Meditatio est conscientiæ ægrotantis medicamentum, S. Bernardus Claræval., *CLXXXII*, 660. — Meditatio est quasi ignis materia, amor, flamma, *ibid.*, 176. — Meditatione et oratione ascendimus, S. Bernardus, *CLXXXIII*, 1063.

MENDACIUM, MENTIRI. — Mendacium in verbo turpe est nedum in habitu, S. Ambrosius, *XVI*, 1061. — Mentiri religionem suam summum nefas, Tertullianus, *I*, 403. — Mentiri sacrilegium, S. Hieronymus, *XXII*, 638. — Mentiri est occidere animam, *ibid.*, 118. — Mendacia suos amatores decipiunt, Rufinus, *XXI*, 69. — Mentiri pejus est quam falli, S. Valerianus, *LII*, 153. — Mentientis guttur est mortui sepulcrum, Cassiodorus, *LXX*, 26.

MENDICUS. — Mendicus est qui Deum non habet, licet bonis omnibus aliis rebus affluat, S. Augustinus, *XXXVII*, 1883. — Mendici Dei omnes sumus, *id.*, *XXXVIII*, 366, 380.

MENS. — Mens bona, possessio bona, S. Ambrosius, *XVI*, 11. — Mentis cæcitas non sanatur nisi doctrina Christi, S. Hieronymus, *XXV*, 120. — Mens juncta Deo provocat ejus clementiam, *id.*, *XXVI*, 523. — Mens a luce veritatis exclusa, nihil in se nisi tenebras invenit, S. Gregorius Magnus, *LXXVI*, 386. — Mens nil mali sibi conscia omnia ridet, Rabanus Maurus, *CXI*, 941.

MERCES. — Merces te erigat, si opus turbat, S. Augustinus, *XXXIX*, 1517.

MERITA. — Merita hic comparantur, in cœlis præmia redduntur, S. Augustinus, *XLV*, 1182. — Merita omnia a fide incipiunt, *id.*, *XLV*, 1850. — Merita nostra sunt Dei dona, et pro his recipimus æterna præmia, S. Prosper, *LI*, 276.

MICA. — Micam dans pauperi accipit totum, S. Petrus Chrysol., *LII*, 8.

MIRACULUM. — Miraculum maximum peccatoris conversio, S. Augustinus, *XXXIX*, 1919. — Miraculum singulare visa non videre, scita nescire, credita non credere, S. Petrus Chrysol., *LII*, 81.

MISERI. — Miseri sunt qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod recte non volunt, S. Augustinus, *XLV*, 1864. — Sub Deo justo nemo miser nisi mereatur, *ibid.*, 1865. — Vera miseria est falsa felicitas, *id.*, *XXXVII*, 1099. — Qui se agnoscit in vera esse miseria erit in vera felicitate, *ibid.* — Tota ista miseria generis humani, dolor medicinalis est, non sententia pœnalis, *ibid.*, 1793.

MISERICORDIA. — Misericordiam, sed justitiam misericordiæ non tenere, si veniam præstemus illicitis, S. Hilarius Pictav., *IX*, 596. — Pro misericordia melius est invidiam perpeti, quam prætere in clementiam, S. Ambrosius, *XVI*, 102. — Misericordia ipsa justitia est, *ibid.*, 1205. — Redemptio animæ misericordia, *ibid.*, 777. — Misericordiam ad præseus non mereri, magnæ interdum felicitatis est, S. Hieronymus, *XXVI*, 92. — Misericordiam vendunt, non donant hypocritæ, S. Petrus Chrysol., *LII*, 9. — Misericordia est maxima operum Dei, *ibid.*, 62. — Sine misericordiæ pluvia, corda nostra sunt sicut terra sine aqua, Cassiodorus, *LXX*, 319. — Misericordia nomen Dei, S. Gregorius Magnus, *LXXIX*, 522. — Misericordia imprudens est quæ paucis prodest et multis nocet, Alcuinus, *C*, 148. — Misericordiam a Deo petere, optima est reorum defensio, S. Bruno Herbipol., *CXLII*, 205. — Miserendi materiam sumit Deus ex seipso, puniendi ex nobis, S. Bernardus Claræval., *CLXXXIII*, 186. — Misericordia Christum cruci affluxit, Alanus de Insulis, *CCX*, 137.

MODUS. — Modus virtus, nimietas vitium, S. Hieronymus, *XXII*, 937. — Modus quidem animi est sapientia, S. Augustinus, *XXXII*, 975.

MORES. — Mores pravi graviores sunt inimici quam hostes infensi, S. Maximus Taurin., *LVII*, 512. — Boni mores sunt veluti pennæ, quæ nos ad cœli altiora sustollunt, *ibid.*, 438.

MORI, MORS. — Moriantur cuncta ut reviviscant, Tertullianus, *I*, 524. — Mors non est interitus animæ, sed discessus ejus a corpore, S. Hilarius Pictav., *IX*, 329. — Mors malum non est quæ libertatem restituit, excludit dolorem, S. Ambrosius, *XVI*, 1140. — Morimur quotidie, quotidie commutatur, et tamen æternos nos esse credimus, S. Hieronymus, *XXII*, 346. — Mors sanctorum somnus

est, S. Hieron., XXV, 336. — Hujus nobis amara mors cuius vita dulcis est, S. Augustinus, XXXVIII, 611. — Unde homo moriatur non cures, sed quo iturus sit post mortem, id., XXXVII, 1945. — Mors beatitudinis principium est, id., XXXII, 1471. — Mortis meditatio omni jactantiæ reprimendæ utilis, S. Prosper, LI, 610. — Mors animæ est discessus Dei ab ea, S. Petrus Chrysologus, LII, 19. — Cui Deus vita est mori non potest, *ibid.*, 166. — Mori pro Christo regnare cum Christo est, S. Maximus Taurin., LVII, 536. — Quasi moriendum hodie esset, sic vivendum, S. Benedictus abb., LXVI, 159. — Mors martyrum floret in fide viventium, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1637. — Moriendum est mundo ut vivificemur, id., LXXIX, 60, 61. — Mortis imago, fortis clypeus contra mundum, S. Petrus Damianus, XLV, 774. — Tria mortis timorem auferunt, conscientiæ serenitas, fidei firmitas, spei certitudo, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 233. — Mori incipimus, ex quo incipimus vivere, S. Bernardus, CLXXIII, 875. — Mortui sunt qui secundum carnem vivunt, *ibid.*, 899. — Mors bona effectus bonæ vitæ, Adamus Scotus, CXCVIII, 69.

MUNDUS. — Mundi vitium acquirendi cupido, Tertullianus, I, 1283. — Mundus est templum Dei, S. Cyprianus, IV, 227. — Mundus quid est nisi quidam ager plenus certaminum, S. Ambrosius, XVI, 971. — Mundo plus placent qui Christo displicent, S. Hieronymus, XXII, 324. — Mundus, cur sedes Dei, S. Augustinus, XXXVIII, 368. — Mundus magnum mare tibi minores pisces a majoribus devorantur, id., XXXVI, 422. — Mundus quasi diluvium est, cui supernat fides, id., XL, 847. — Mundus est belli campus cum diabolo et vitiis, S. Petrus Chrysologus, LII, 94. — Cui mundus fastidio, vita oneri, caro dolori, huic mors est desiderio, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 234. — Mundus habet aurum in cornu, sed fenem in cauda, *ibid.*, 312. — Mundi gloria non est gloria sed ignis vorans, *ibid.*, 338. — Hic mundus velut somnia inanis est, et omnis concupiscentia ejus aceto amarior, id., 220. — Mundi vitia tria calcanda, voluptas, curiositas et superbia, Adamus Scotus, CXCVIII, 230, 231.

N

NASCI. — Non est grande nasci ex viris in sæculo clarissimis, sed contemnere mirabile, S. Hieronymus, XXII, 692. — Nascimur ad dolores, S. Petrus Chrysologus, LII, 87.

NATURA, NATURALE. — Naturæ bonum non sufficit ad justitiam, S. Hieronymus, XXII, 692. — Naturam sonat sola gratia, S. Prosper, LI, 853. — Naturale est omnia vitare incommoda, Petrus Cantor, CCV, 240.

NAVIS. — In navi nostra quoties Christus dormit, irruit procella, S. Petrus Chrysologus, LII, 129. — Navi adversus flumen conscendenti anima similis est, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 94.

NEGOTIA. — Negotia hujus vitæ mentem affligunt, Richardus a S. Victore, CXCVI, 503.

NEMO. — Nemo sine crimine vivit, Rabanus Maurus, CX, 702. — Nemini debet fraus sua patrocinari, Petrus Cantor, CCV, 125.

NESCIRE. — Nescire aliquid secure melius est quam cum periculo discere, S. Hieronymus, XXII, 113. — Nesciri a Deo idem est quam perire, Rufinus, XXI, 11. — Nescire minor pœna est quam ea quæ noveris non adimplere, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 289.

NOMEN. — Nomen nihil prodest, ubi res non est, S. Augustinus, XXXV, 2007.

NOX. — Nox tempus tentationis, Guibertus, CLVI, 75. — Nox est vita peccatorum, Adamus Scotus, CXCVIII, 445.

O

OBEDIENTIA, OBEDIRE. — Non obedire Deo injustum est et ingratum, Tertullianus, I, 1255. — Obedientia sola tenet palmam, sola inobedientia invenit pœnam, S. Augustinus, XXXVI, 897. — Ubi inobedientia, ibi superbia, id., XL, 1221. — Obedire Deo jubenti semper utile homini, non obedire semper funestum, S. Prosper Aquitanus, LI, 185. — Obedientiæ merces vitæ æterna, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 205. — Obedire sponte est facilius quam imperare discrete, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 268. — Aliud obedire ad litteram, aliud ad meritum, *ibid.*, 422. — Obedientiæ votum medicina est vitiorum, Adamus Scotus, CXCVIII, 320.

OBLATIONES. — Oblationes nostras Deo acceptabiles reddunt affectus et bona voluntas, S. Bruno Astensis, CLXIV, 86...

OCCIDI, OCCIDERE. — Occiduntur peccatores, dum obscurati intelligentia, alienantur a vita Dei, S. Augusti-

nus, XXXVI, 1800. — Occidere vult Deus in homine quod homo fecit, et salvare quod ipse fecit, id., 1692.

OCULUS. — Oculus impudicus, impudici cordis est nuntius, S. Augustinus, XXXII, 1591. — Oculi parentum et propinquorum lucernæ sunt filiis, S. Petrus Chrysologus, LII, 1. — Oculi humani falluntur in Dei opera, sine lumine Dei, *ibid.*, 51. — Oculi non hebetantur magnitudine lucis, sed propria infirmitate, *ibid.*, 112. — Oculis imperfectis grandiscunt formæ, turbantur species ac falluntur, id., 176. — Oculos duos habet anima, unum quo intelligit, alterum quo inquit, S. Bernardus, CLXXXII, 396. — Oculum simplicem duo faciunt, amor boni et cognitio veri: oculum nequam cæcitas et perversitas, *ibid.*, 185, 515.

ODIUM. — Odiorum causam præbuisse, non sancti est, S. Hilarius Pictav., IX, 488. — Odium tenebræ, dilectio lumen est, S. Augustinus, XXXIV, 633. — Odium mors est, vita nostra dilectio, *ibid.* — Odium perfectum est homines diligere, et eorum vitia semper horrere, Cassiodorus, LXX, 472.

OFFENSA. — Offensa grandis nolle placare quos offenderis, S. Hieronymus, XXV, 856.

OFFERRE. — Offerentium non munera sed voluntatem Deus respicit, id., XXVII, 305.

OLEUM. — Oleum peccatoris adulatio, S. Bruno Herbipol., CXLII, 594.

OMNIA. — Omnia subjiciuntur nobis si nos Deo subjicimur, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 134. — Omnia quæ agit charitas, quamdam habent indefessæ orationis vim et efficaciam, S. Bernardus, CLXXXII, 30. — Omnibus necessitas est quædam carnis loquela, *ibid.*, 185, 595.

OPERA, OPUS. — Opus nostrum, dissimulantibus nobis, aliis eluceat, S. Hilarius, IX, 683. — Opus non sufficit esse bonum probitate facti, nisi sit et voluntatis, *ibid.*, 456. — Opera quæ coacta sunt merito plenæ gratiæ indigent, *ibid.*, 356. — Opera tua fulgeant, ut imaginem Dei præferant ad cujus imaginem factus es, S. Ambrosius, XVI, 536. — Opus sine fide caducum est et infirmum, S. Hieronymus, XXII, 604. — Opera bona, tanquam filii vitæ nostræ, S. Augustinus, XLII, 1004. — De suis operibus bonis nemo extollatur, nemo desperet de malis, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 955. — Opere bono in vanum laboramus si usque in finem non perseveramus, id., LXXVI, 38. — In operibus qui modica non despicit, non dico paulatim, sed efficaciter proficit, id., CLIX, 20. — In opere salutis negligentes triplex manet malum: horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriæ magni Dei, S. Bernardus, CLXXXIII, 1144. — In opere et in medio negotiorum tranquillamens, rara avis in terris, *ibid.*, 334. — Opus sine bona intentione, corpus sine vita, Richardus a S. Victore, CXCVI, 1120.

OPPROBRIUM. — Opprobrium malis boni sunt, S. Bruno Herbipol., CXLII, 256.

ORATIO, ORARE. — Qui orat prope est celo, Tertullianus, II, 926. — Oratio alit pauperes, Tertullianus, I, 1196. — In oratione flere virtutis est, S. Ambrosius, XVI, 1134. — Ut oratio nostra ad eum ascendat, inclinatur nobis Deus, *ibid.*, 1204. — Oratio optima, vita justa, S. Augustinus, XLI, 653. — Orat desiderium etsi lingua taceat, id., XXXVIII, 498, 821. — Oratione actio, et actione oratio fulciatur, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 560. — In oratione non verba sed desideria cordis Deus exaudit, id., 718. — Oratio inanis est, ubi prava est actio, id., LXXVII, 1158. — Orare melius est quam legere, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 288. — Oratio cordis est, non labiorum, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 556. — Orationis tempore, anima tota pulchra est, *ibid.*, 94. — In oratione sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem, *ibid.*, 357. — Orationi plus fidendum quam suæ industriæ, id., CLXXXIII, 440. — Oratio sapientis debet vitæ concordare, Petrus Cantor, CCV, 19.

ORDO. — Ordo dux ad Deum, Tertullianus, I, 990. — Ordo rerum servandus, ut anima bene agat, S. Augustinus, XXXIII, 539. — Ordine humana convalescunt, S. Petrus Chrysologus, LII, 109. — Non ordini summo, sed summo labori præmium rependitur, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 221. — Ordinem non habent quæ in charitate non fiunt, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 405.

OS. — Os nostrum janua nostra est, S. Ambrosius, XVI, 235. — Nugæ in ore sacerdotis blasphemiam, S. Bernardus Claræv., CLXXXIII, 425.

OTIUM. — Otium et quies pusillum reddunt animum, Petrus Cantor, CCV, 286.

P

PACIFICI, PAX. — Qui pacificus est cum Deo, nullus inimicitiam metuit, S. Ambrosius, XVII, 231. —

Pax plena non est quandiu vitiis repugnatur, S. Augustinus, XLI, 657. — Pacem hic habemus in spe, id., XXXVII, 1582. — Pacis cum hominibus hic ordo est: primum, ut nulli noceat, deinde ut prosit qui potuerit, id., XLI, 643. — Deus pax est, Christus pax est, id., XXXVII, 1656. — Pax non est dicenda quæ de radice charitatis non consurgit, id., XXXIX, 1916. — Pacem non servare, Christum spernere est, id., XXXIX, 1858. — Pace nihil melius, Guibertus, CLVI, 606.

PALMA. — Palma viventis est præmium, S. Ambrosius, XVI, 1192.

PANIS. — Panis cordis, justitia, S. Augustinus, XXXVI, 562.

PARADISUS. — Paradisi clavis, tuus est sanguis, Tertullianus, II, 747. — Paradisus in se habet lignum vitæ Christum, S. Hilarius Pictav., IX, 24. — Paradisus terra viventium, Cassiodorus, LXX, 90, 479.

PARENTES. — Parentum vitam sequi unusquisque amat, S. Ambrosius, XVI, 58. — Parentes discant filios magis doceri posse exemplis quam voce, S. Hieronymus, XXII, 686.

PASCHA. — Pascha est quando anima irrationabilem deponit passionem, sumit autem bonam compassionem, S. Ambrosius, XVI, 479. — Pascha vitæ æternæ hic per fidem incipit, Rufinus, XXI, 102.

PASSIO. — Passionum est solatium quod per eas Domino assimilamur, S. Hilarius Pictav., X, 715. — Passio Christianis vita est, et persecutis defensio, S. Ambrosius, XVII, 312. — Passiones sunt quæ ostendunt meritum ad futuram vitam, *ibid.*, 180. — Passio sibi medicinam invenit in arduis languoribus, S. Petrus Chrysologus, LII, 55.

PASTOR. — Pastorum culpa et vitium magistrorum est vexatio ovium, S. Hieronymus, XXVIII, 55. — Pastor diligendus est, mercenarius tolerandus, cavendus latro, S. Augustinus, XXXVIII, 756. — Pastor anhelans ut ad ovem perditam, S. Petrus Chrysologus, LII, 54. — Pastores boni ut periti medici, prius palpant, postea feriunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 780.

PATIENTIA. — Patientia efficit ut perseveremus, S. Cyprianus, IV, 252. — Ubi non est patientia, non invenit locum sapientia, S. Augustinus, XXXVIII, 825. — Patientia tanto major est, quanto major est charitas, id., XL, 619. — Patientia semper mitigantur adversa, Cassiodorus, LXX, 316. — Patientia est custos nostræ conditionis, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 43. — Patientia fortitudine præstantior est, id., LXXIX, 268.

PATRIA. — Patriam non amat cui peregrinatio dulcis est, S. Augustinus, XXXVII, 1989. — Ad patriam fideles transeunt de mundo, infideles cum mundo, S. Augustinus, XXXV, 1785. — Patria est vita Christi: via mors Christi, id., XXXVII, 1089. — Patriæ cælum duobus pedibus aditur, meditatione, desiderio, Adamus Scotus, CXCVIII, 248.

PAUPERTAS, PAUPER. — Pauperum lacrymæ sunt lacrymæ redemptrices, S. Ambrosius, XVI, 1115. — Noli pauperem contemnere, ille te divitem facit, *ibid.*, 1003. — Ibi ubique paupertas, ubi fames cupiditatum, ubi inexplebilis appetentia, *ibid.*, 943. — Qui pauper est cum Christo dives est, S. Hieronymus, XXII, 29. — Pauper cupiditate possessus, divite peior, S. Augustinus, XXXVIII, 1019. — Pauperes fraudans vir sanguinis est, Rabanus Maurus, CLX, 1011. — Pauperes divitiarum depositoryum fideles sunt, S. Petrus Damianus, CXLIV, 299. — Paupere superbo nihil detestabilius aut miserabilius, S. Bernardus, CLXXXII, 1043. — Pauper sincerius ridet quam dives, Petrus Cantor, CCV, 42. — Pauper sit clericus in pecunia, dives in conscientia, *ibid.*

PECCARE, PECCATUM. — Peccando, sine dubio idolatriam admittit, Tertullianus, I, 644. — Peccati dies, dies confusionis appellatur, S. Ambrosius, XVI, 425. — Mors peccati lucrum est, et vita pœna est, *ibid.*, 1144. — Peccatoris conscientia omnibus sepulcris magis fœtet, *ibid.*, 13. — Tolle peccata de medio, et Deum tibi proximum fecisti, id., XVII, 420. — Peccare hominis est, insidias tendere diaboli, S. Hieronymus, XXIII, 560. — Nec peccator desperet salutem, nec justus de sua virtute securus sit, id., XXII, 912. — Quando peccantibus non irascitur Deus, magna ira est, id., XXIII, 412. — Peccantium multitudo sceus non minuit, *ibid.*, 542, 565. — Nihil tam offendit Deum, quam post peccata erecta cervix, id., XXII, 225. — Peccatum mortem sonat, id., XXVI, 725. — Peccata nostra ex nobis, bonitas nostra ex Deo, *ibid.*, 805. — Peccatum sola mors animæ, S. Augustinus, XLII, 95. — Peccare si vis, quare ubi te non videat Deus et fac quod vis, id., XXXVIII, 756. — Peccatum crescit neglectum, nullum respectu Dei parvum, id., XI, 1119. — Peccata nulla Deus inulta permittit, *ibid.*, 1551.

— Peccata amore vincuntur, S. Petrus Chrysologus, LII, 94. — Peccator a se recedit antequam a Deo, *ibid.*, 2. — Peccator transit in bestiam, *ibid.* — Magnus homo qui carne non peccat, maximus qui nec corde, *ibid.*, 89. — Peccata consuetudine ylescunt, nec sentiuntur, S. Valerianus, LXI, 45. — Peccati delectatio brevis, pœna æterna, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 225. — Peccatoris præsens prosperitas fumo et rotæ comparatur, id., LXXVII, 492. — Peccata quæ incipientibus levia sunt, perfectis gravia deputantur, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 217. — Peccatum qui defendit, plus delinquit quam qui facit, S. Petrus Damiani, CXIV, 90. — Peccatum nullum impunitum manet, *ibid.*, 593. — Omne peccatum Deum exhonorat, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 208. — Pœna peccati non debet esse, ubi non est voluntas peccandi, S. Bruno Astensis, CLXIV, 150. — Peccatorum corpora sepulcra mortuorum, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 1044. — Peccator sui homicida, *ibid.*, 507. — Peccatum magis cavendum quam ejus supplicium, *ibid.*, 855. — Peccare grave, gravius non pœnitere, gravissimum pro peccato et impœnitentia æterna tormenta subire, Richardus a S. Victore, CXCVI, 826. — Peccato consentit qui non corripit cum possit, Petrus Cantor, CCV, 189.

PECTUS. — Pectus illud sepulcrum est in quo Christus habetur mortuus et sepultus, S. Petrus Chrysologus, LII, 75.

PECUNIA. — Pecunia rectæ spei venenum est, S. Augustinus, XXXII, 1006. — Pecuniæ ita manum mitte, ut cor unde solvas, id., XXXVIII, 955. — Pecunia est crudele pondus; corda corrumpit, redimit mendacium, tollit veritatem, S. Petrus Chrysologus, LII, 57.

PENNÆ. — Pennæ duæ in futuris, amor et spes: in præteritis timor et pœnitentia. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1203.

PEREGRINARI, PEREGRINATIO. — Peregrinatio nostra toleranda, non amanda, S. Augustinus, XL, 679.

PERFECTIO, PERFICERE. — Perfectio omnis in veritate est, S. Ambrosius, XVI, 63. — Perfectum esse nolle, delinquere est, S. Hieronymus, XXII, 34. — Ut perfectionem mereamur, confiteamur imperfectionem, S. Aug., XXXVIII, 784. — Perfectus est qui erga imperfectionem proximi impatiens non est, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 153. — Perfectis semper timendum est, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 468. — Ubi perficere desinit quis, ibi incipit delicere, *ibid.*, 305, 243. — Qui proficere studet, semper invenit quo crescat, *ibid.*, 305. — Perfectorum est gloriari in tribulatione, id., CLXXXIII, 45.

PERICULUM, PERICULOSA. — Periculi conscientia nihil homini est gravius, S. Augustinus, XLIV, 176. — Periculum despicit qui tendit ad regnum, S. Petrus Chrysologus, LII, 22.

PERSEVERANTIA, PERSEVERARE. — Ad perseverandum opus est misericordia Dei, S. Hilarius Pictav., IX, 381. — Perseverantia non est, cui suus sibi progressus jam sufficit, S. Augustinus, XLV, 1878. — Perseverare est tentatione non vinci, S. Leo Magnus, LV, 206. — Perseverantia non est in potestate hominis sed Dei, Hincmarus archiepisc., CXXV, 74. — Perseverantia æternitatis imago, S. Bernardus Claræv., CLXXXIII, 458.

PHILOSOPHIA, PHILOSOPHUS. — Philosophus animal gloriæ, Tertullianus II, 647. — Philosophus verborum operator, rerum destructor, erroris amicus et interpellator, id., I, 1253. — Philosophia non est parens nec regula vitæ, Lactantius, VI, 382.

PIETAS. — Pietas vera est quæ præponit divina humanis, perpetua temporalibus, S. Ambrosius, XVI, 1055. — Pietas in Deum culmen est virtutum et corona, S. Hieronymus, XXII, 580. — Pietas et vera religio via regia est, id., XXV, 674. — Pietatis exordium est a Deo optime sentire, S. Augustinus, XXXII, 1224. — Pietas sufficit ad veram felicitatem, id., XLI, 114.

PLACERE. — Placere Deo debemus, etiam corpore, S. Hilarius, IX, 196. — Placendum hominibus quantum licet, *ibid.*, 197. — Placere tantum hominibus velle, Deo est displicere, *ibid.*, 102. — Placere nunc Deo quisquis vult, displiceat impiis necesse est, *ibid.*, 400.

POENITENTIA. — Pœnitentia non perit, quia patientiam invenit, Tertullianus, I, 1228. — Pœnitentia trimine minor non sit, S. Cyprianus, IV, 192. — Pœnitentiæ vox est lacrymis orare, S. Hilarius, IX, 391. — Nonquam pœnitere solius Dei est, S. Ambrosius, XVI, 1043. — Nemo potest bene agere pœnitentiam nisi qui speravit indulgentiam, *ibid.*, 390. — Tanta est pœnitentiæ medicina, ut mutare videatur Deus suam sententiam, *ibid.*, 127. — Pœna peccati tanto major, quanto longior est Deo oblitio, S. Hieronymus, XXV, 855. — Pœna peccantium est sanctificatio Dei, id., XXVI, 557. — Pœnitentia secunda

est post naufragium miseris tabula, S. Hieron., XXII, 985. — Pœnitentiæ corona textitur de floribus Scripturarum, id., XXII, 899. — Pœnitentia vera non annis, sed cordis contritione censetur, S. Augustinus, XXXIX, 2216. — Pœnitens plus de venia surgit quam corrumpit de reatu, S. Petrus Chrysologus, LII, 4. — Pœnitentia perfecta est peccata futura cavere, et lugere præterita, Cassiodorus, LXX, 170. — Ex pœnitentium luctu oriuntur virtutes sanctorum, S. Gregorius Mag., LXXVI, 1274. — Per pœnitentiam rapiamus hæreditatem justorum, quam non tenuimus per vitam, id., LXXVI, 1525. — Pœnitentia fervens præponitur innocentia torpentis, id., LXXVII, 83. — Pœnitentia sternit iter ad cælum, S. Petrus Damianus, CXLV, 228. — Pœnitentia pro innocentia reputatur, S. Bernardus Claræval., CLXXXIII, 1151. — Pœnitentiam differens usque ad diem mortis raro vere pœnitet, Petrus Cantor, CCV, 317.

POSSESSIO. — Possessio pretiosa homo mundus, S. Ambrosius, XVI, 5. — Quod possidet unusquisque plus laudat, S. Hieronymus, XXII, 207. — Quæ possides non sunt tua, sed dispensatio tibi credita est, *ibid.*, 324. — Possidetur, non possidet qui rerum cupiditate tenetur, S. Augustinus, XXXVI, 544. — Possidetur sine amore quod sine dolore amittitur, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1006.

PRÆCEPTA. — Præcepta Dei non solum agenda sunt, sed et diligenda, S. Hilarius, IX, 394. — Præcepta divina contemnentis, non uno modo errare contenti sunt, Rufinus, XXI, 421. — Præceptis Dei obediendum amore non timore, voluntate non ex necessitate, *ibid.*, 7. — Præceptorum Dei contemptores senu quod super tecta nascitur similes, S. Prosper, LI, 478. — Qui præcepta Dei contemunt, frustra eum rogant, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 510. — Præcepta servare sacrificium est, S. Petrus Damianus, CXLIV, 271.

PRÆDICARE, PRÆDICATIO. — Prædicator gemmarum spiritualium erogator, S. Augustinus, XXXIX, 2519. — Prædicator bonus currus est et auriga, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1412. — Prædicator ad cor suum redeat, id., LXXVII, 75. — Prædicator prius opere doceat quam voce, id., LXXVII, 100. — Prædicator quæ docet, opere impleat, id., LXXIX, 243, 306. — Prædicator qui non ardet, non accendit, Petrus Cantor, CCV, 14.

PRÆMIA. — Ad præmia magna per magnos labores perveniendum, S. Gregorius Mag., LXXVI, 1627. — Præmia laboribus comparata gratiora sunt, Alanus de Insulis, CCX, 291.

PROFICERE. — Proficiendum semper in via ad Deum, S. Augustinus, XXXVII, 1798. — Qui proficiunt ascendunt, descendunt qui deficiunt, S. Anselm. Cantuar., CLIX, 175.

PROGREDI. — Progrediendo semper aut ascendit in cælum bene vivendo, aut descendit in infernum male vivendo, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 415.

PROSPERITAS. — Prosperitas iis non est beatitudo, quos torquet mala conscientia, S. Augustinus, XXXVII, 1180. — Prosperitas magis metuenda quam adversitas, id., XLI, 43, 44. — Prosperitatibus homo sordescit ut illaqueatur, Guibertus, CLVI, 643. — Prosperitate utendum, ut non sit occasio peccati, sed adiutorium virtutis, S. Bernardus Claræval., CLXXXII, 965. — Prosperitas multo plures extollit, licet multos frangat adversitas, id., CLXXXIII, 766.

PROVIDERE. — Non providere novissima, nihil stultius, S. Hieronymus, XXV, 694. — Providens et bonus Deus ipse sit horreum tuum, ipse apotheca, ipse marsupium, ipse divitiæ, etc., S. Augustinus, XXXII, 1471.

PRUDENTIA. — Prudentiæ grandis est, aurum in luto quærere, S. Hieronymus, XXII, 688. — Prudentia seipsam aliis impertiendo, magis augetur, Alanus de Insulis, CCX, 340.

PUDICITIA. — Macula in pudicitia, nullo nitro, nulla fullonum herba elui potest, S. Hieronymus, XXII, 789.

PUGNARE. — Non pugnat sed trahitur qui non juste vivit, S. Augustinus, XXXVIII, 821. — Laboras pugnando, sed lætaberis triumphando, *ibid.*

PULCHRITUDO. — Pulchritudo est bonum Dei, S. Augustinus, XLI, 467. — Cujus corpus pulchrum est, et deformis animus, magis dolendus est quam si deforme haberet corpus, id., XXXIV, 119. — Pulchritudo sine virtute nihil prodest, Guibertus, CLVI, 456.

Q

QUÆRERE. — Quæritur amore vera sapientia, S. Augustinus, XXXII, 1324. — Qui Deum quærunt, jam trans euntia et moritura non quærunt, id., XXXVI, 122. — Quærendus Deus sine fine, quia sine fine amandus, id., XXXVII, 1392. — Quærendus in nobis Deus, non

extra, S. Bernardus, CLXXXII, 253, 320. — Quærere Jesum dulce, dulcius tenere, *ibid.*, 1. — Nemo quærere Deum qui ante non invenit, id., 593.

QUIES. — Quies justorum de Christo adeoque in Deo requies, S. Hilarius Pictav., IX, 269. — Quies inops quasi vitæ exsilium, id., X, 1. — Ubi quies non est, ibi mens a proposito sæpe deducitur, S. Hieronymus, XXIII, 34. — Quies est apud Deum valida et vita imperturbabilis, S. Augustinus, XXXII, 682. — Fecit nos Deus ad se, et inquietum est cor nostrum donec in Deo requiescat, *ibid.*, 661. — Ubi quies, ibi sanctificatio, id., XXXIII, 219. — Quies non est ubi servatur aurum, S. Petrus Chrysologus, LII, 22. — Quiescere nescit dilectio, S. Bernardus, CLXXXII, 7.

R

RARUM. — Rarum charum est, Petrus Cantor, CCV, 455.

RATIO. — Ratio res Dei, Tertullianus, I, 1227. — Ratio sine bonitate, ratio non est, *ibid.*, 291. — Rationem quæ nobis videntur non habere, justitiæ plena sunt et rationis, S. Hieronymus, XXV, 910. — Ratione præstantior est virtus, S. Augustinus, XXXIV, 147. — Ratio et amor duo oculi ad videndum Deum, S. Bernardus, CLXXXI, 182. — Ratio mentis oculus est, Alanus de Insulis, CCX, 331.

RECLINATORIUM. — Reclinatorium pura conscientia est in qua reclinat se et requiescit Christus, Richardus a S. Victore, CXCVI, 444.

RECTOR, RECTIUS, RECTUM. — Rectum cor cum Deo est, quando propter Deum quæritur Deus, S. Augustinus, XLV, 1879. — Recti non sunt, qui hic mala pro bonis æternis perpeti metuunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 154. — Rectius ac tutius est bona agere dum vivimus, quæ speramus per alios agi pro nobis post mortem, id., LXXVII, 472. — Rector animarum sit opere præcipuus, *ibid.*, 508.

REDEMPTIO, REDEMPTUS. — Redemptio hominis etsi potuit, non debuit tamen alio modo quam per crucem fieri, S. Bernardus, CLXXXII, 495. — Christus plus amandus ob opus redemptionis quam creationis, id., CLXXXIII, 869. — Redimi non potest qui suis viribus fidit, Petrus Lombardus, CXCIV, 104.

REGIMEN. — Regimen animarum ars artium, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 3.

RELIGIONE nihil majus, nihil sublimius fide, S. Ambrosius, XVI, 825. — Religionis summa est imitari quem colis, S. Augustinus, XLI, 212. — Religio Christiana, via regalis ad regnum, *ibid.*, 342. — Religionem Christianam professus, et nihilominus honori ejus derogans, abominandus est, Guibertus, CLVI, 264. — Religio humilitate fundatur, paupertate conservatur, munditia decoratur, S. Bernardus Claræval., CLXXXII, 769.

RELINQUERE. — Reliquerunt omnia etiam possidendo, qui in hoc mundo nihil amando possident, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1635. — Reliquit multum qui sibi nihil retinuit, S. Bernardus, CLXXXII, 825. — Relinquere mundum magis expedit quam relinquere, *ibid.*, 285.

REPREHENDERE. — Quod reprehendimus in aliis, absit ut faciamus, S. Hieronymus, XXIII, 552. — Qui reprehendit, amicus est, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 617, 618.

REPROBI. — Reprobi aristarum more nunc eriguntur, electi vero ut grana latent, S. Gregorius Mag., LXXVI, 540. — Reprobi semper justos persequentur, animam vero lædere non valent, S. Petrus Damianus, CXLV, 62.

REQUIES. — Requies nostra in cælo, non in terra est, S. Ambrosius, XVI, 979. — Tantum nos amat Deus, ut, quia nos requiescimus, se dicat requiescere, S. Augustinus, XXXVII, 1725. — Requies labore emittitur, id., XXXVI, 1212. — Requies animæ bona conscientia est, S. Bruno Herbipol., CXLII, 418. — Requies est Domini plenitudo et beatitudinis, Rupertus, CLXIX, 68.

RESPONDERE. — Respondere si malum est, multo majus est provocasse, S. Hieronymus, XXII, 538. — In respondendo sic moderemus omnia, ut objecta diluamus, et ab injuria temperemus, *ibid.* — Non semper facile est insipienti sapienter respondere, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 75.

RESURRECTIO. — Resurrectionis flos immortalitas est, S. Ambrosius, XVI, 1148.

RISUS. — Risus dissolvit ridentem, vix corripit et emendat, S. Hieronymus, XXIV, 457. — Risus brevis, sempiternus mœror, S. Petrus Damianus, CXLIV, 144.

ROGARE. — Rogandus ille solus cujus verum æternumque præsidium est, S. Hieronymus, XXV, 201. — Qui rogantem contemnit, forsitan audit objurgantem, id., XXII, 209.

RUINA.—Ruina quæ de alto est graviore casu collidit, S. Ambrosius, XVI, 230. — Ruinæ aliorum, exempla justorum sunt, S. Hieronymus, XXII, 301.

S

SABBATUM.—Sabbatum melius est tota die fodiendo, quam saltando transigere, S. Augustinus, XXXVI, 281. — Sabbatum vere ille observat qui non peccat, *ibid.*, 1212.

SACERDOTES.—Sacerdotibus meliora damna quam lucra sunt sæculi, S. Ambrosius, XVI, 1161. — Grandis sacerdotum dignitas, sed grandis eorum ruina si peccent, S. Hieronymus, XXVI, 585. — Sacerdotium tenere minus est quam mereri, *id.*, XXII, 235. — Sacerdotum linguæ arma sunt quæ iniquitatem destruunt, S. Augustinus, XXXVIII, 1815. — Sacerdos timeat peccare, sed magis desperare, *id.*, XL, 1118. — Sacerdotes apibus comparantur, S. Maximus Taur., LVII, 571. — Sacerdotes sunt animarum condimentum, et animæ sunt Domini cibus, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1501. — Sacerdos verbo et exemplo doceat, *id.*, LXXVII, 508. — Sacerdos peccata plebis tanquam propria flere debet, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 334. — Sacerdotis indigni officium est ruina populi, S. Petrus Damianus, CXLV, 168. — Sacerdos est medius inter Deum et populum, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 298.

SACRIFICIA.—Sacrificia Deus non quærit, sed offerentium animum, S. Hieronymus, XXV, 784. — Sacrificium Deo offert qui seipsum punit, S. Augustinus, XXXVII, 1824. — Sacrificium Deo acceptissimum est seipsum illi offerre et sacrificare, Cassiodorus, LXX, 95.

SÆCULUM.—Sæculum Dei est, sæcularia diaboli, Tertullianus, I, 585. — Sæculi tranquillitas tempestas est, S. Hieronymus, XXII, 32. — Sæculi præsentis omne bonum confusio est, futuri perpetua, *id.*, XXIV, 477. — Qui in sæculi rebus confidit, obliviscitur Dei, *id.*, XXV, 936. — Sæculum amatores suos vorare novit, non portare, S. Augustinus, XXXVIII, 694. — Sæculi amore debilitato, necesse est ut in nobis solus convalescat amor Dei, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1546.

SALUS.—Quam salutem animæ perire, melius est rem familiarem minui, S. Hieronymus, XXII, 912. — Salutem aliorum fac lucrum animæ tuæ, *ibid.*, 522. — Salus est ipse medicus noster Christus, S. Augustinus, XXXVII, 1499. — Salus mentis est corporis infirmitas, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 50. — Salutis initium peccati notitia, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 331.

SANCTI.—Sanctorum vita longum est martyrium, S. Hieronymus, XXII, 723. — Sanctorum nemo sine certamine coronatus, *ibid.*, 124. — Sanctis nunc stola una, post iudicium erit duplex, S. Augustinus, XXXVIII, 215. — Sanctorum una vita, præmia diversa, *id.*, XXXIX, 2182. — Sanctorum victoria opus Dei habitantis in cælis, S. Prosper, LI, 884, 885. — Sanctitas morum custodita præconium Domini est, Cassiodorus, LXX, 76. — Sanctitas coram hominibus non semper est sanctitas apud Deum, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1129. — Sanctorum virtutes tribulationibus clarius innotescunt, *ibid.*, 9. — Quo verius sancti summa cognoscunt, eo sublimius terrena despiciunt, *ibid.*, 264. — Sancti quanto magis Deum cognoscunt, tanto sibi vilescunt, *ibid.*, 596. — A sanctis sumenda est vivendi regula, *ibid.*, 905. — Sanctorum mors vitæ initium, S. Petrus Damiani, CXLIV, 1177. — Sanctorum virtus redolet ut aromata in igne, *id.*, CXLV, 78. — Sanctorum vita fructuosior quam miracula, *ibid.*, 495. — Sanctorum vita est rerum terrenarum contemptus et studiosa cælestium inquisitio, S. Bruno Astensis, CLXIV, 47.

SAPIENS, SAPIENTIA.—Sapientia friget sine gratia, S. Ambrosius, XVI, 361. — Omnis sapiens liber, omnis autem insipiens servus, *ibid.*, 951. — Sapientis est neque cogi neque cohiberi, *ibid.*, 955. — Quidquid sapiant homines sine Deo, stultum est, *id.*, XVII, 123. — Sapiens nunquam solus esse potest, S. Hieronymus, XXIII, 315. — Sapientis est, sapientiam præviam sequi et vanos non considerare rumores, *ibid.*, 446. — Sapientia est lignum vitæ quod nisi in medio virtutum plantetur, signa cætera sic cabuntur, *ibid.*, 598. — Sapiens est qui juste et prudenter vivit, Tertullianus, I, 1256. — Sapientis est finem vitæ semper habere præ oculis, S. Prosper, LI, 675. — Sapientia non invenitur nisi apud quietos animos, Cassiodorus, LXX, 568. — Sapientis est amare correctionem, stulti odisse, S. Petrus Damiani, CXLV, 735. — Sapere sine Deo desipere est, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 245. — Elsi sapiens sis, deest tibi ad sapientiam, si tibi non fueris, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 417. — Sapientia clausa perit, sparsa augetur, Petrus Cantor, CCX, 394.

SATIARI.—Satiari est ars magna, S. Gregorius Mag., LXXVI, 1388.

SCIENTIA.—Scientia imperfecta est sicut et hæc vita, S. Ambrosius, XVII, 155. — Scientia optima est vitia deserere, atque ad Deum tota mente converti, *ibid.*, 514. — Scientia absque opera infirma est et caduca, S. Hieronymus, XXII, 604. — Scientiæ pars est scire quod nescias, *id.*, XXIV, 510. — Scientiæ veritas de fonte magis quam de rivulis quærenda, *id.*, XXVII, 850. — Scire quanto plus cupimus, tanto magis ostendimus vanitatem nostram et verba superflua, *ibid.*, 455. — Scientia utilis est illa quæ comes est charitatis, magistra humilitatis, S. Augustinus, XXXVII, 1848. — Scientia boni vera non est, nisi ad hoc sciatur ut agatur, *id.*, XLIV, 166. — Scientia mali pessima est malum esse, et pessima ignorantia boni, bonum non esse, S. Prosper, LI, 359. — Scientia humana cæcamur ex nobis, S. Petrus Chrysologus, LII, 76. — Scire meretur ille qui scire timet, *ibid.*, 145. — Scientiæ primus gradus est intelligere, nos minime nosse, Cassiodorus, LXX, 246. — Scientia sine pietate nociva est, S. Gregorius Magn., LXXVI, 52. — Scientiæ primum studium quærere Deum, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 690. — Scientia charitate conditur, ne inflat, Guibertus, CLVI, 286. — Scientia damnabilis quam non comitatur dilectio, Adamus Scotus, CXCVIII, 48. — Scientiæ veritatis adsit justitia operationis, ne sit ruinæ occasio, *ibid.*, 49.

SCISSIONES.—Scissiones parietum, ruinam ædium præcedere solent, Rufinus, XXI, 541.

SCRIPTURA.—Scriptura sacra omnis ad id unum tendit, ut fides, spes, charitas, in animo ædificentur, S. Augustinus, XLII, 951.

SECURITAS, SECURUS.—Securitas negligentiam, negligentiam contemptum parit, S. Hieronymus, XXVII, 354, 1089. — Securus nullus ingreditur inter serpentes et scorpiones, *id.*, XXII, 89. — Securitas, si intersit Deus, S. August., XXXVI, 391. — Securitas in morte, timor in vita, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 367. — Securitas summa nunquam esse securum, *ibid.*, 914. — Securitas nimia perniciosa animæ, Adamus Scotus, CXCVIII, 183.

SEMINARE.—Seminare in lacrymis omnium est christianorum, S. Valerianus, LII, 51.

SENECTUS.—Senectutis bonæ vita immaculata stipendium est, S. Ambrosius, XVI, 94. — Senectus quæ adolescentiam suam honestis artibus instruxit, metit dulcissimos fructus, S. Hieronymus, XXII, 256. — In senectute deserviat, qui in juventute non servit, Alanus de Insulis, CCX, 65.

SENSUS.—Sensus noster ad ejus rei trahitur appetitum, cujus capitur voluptate, S. Hieronymus, XXIII, 358. — Sensualitatem sequens homo, similis est brutis, Guibertus, CLVI, 643. — Sensuum voluptas non reddit felicis, S. Bernardus, CLXXXII, 405. — Quinque sensus, quinque amores, *ibid.*, 250.

SEPARARE.—Separatur a Deo, si a Deo desperatur, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 300.

SEPULCRUM.—Sepulcrum homo est hominis, S. Petrus Chrysologus, LII, 120.

SERMO.—Sermo bonus secreta non quærit, quin potius delectatur laudibus suis, et testimonio plurimorum, S. Hieronymus, XXII, 964. — Sermo et ratio et scientia et fides absque opere, cassa sunt et instabilia, *ibid.*, 614. — Sermone et lingua per totum orbem vagari, incongruum est latere corpore, S. Hieronymus, XXII, 782. — Sermo qui sæpe audienti placet, displicet dicenti, S. Augustinus, XXXIV, 1745. — Sermo vanus, vanæ conscientiæ index, S. Bernardus, CLXXXII, 334. — Sermo Dei non in memoria servandus, sed in moribus, *id.*, CLXXXII, 129.

SERVIRE, SERVITUS.—Quam servire Christo, nulla major dignitas, S. Ambrosius, XVI, 278. — Qui servit ex animo, talis est foris qualis est intus, *id.*, XVII, 274. — Servitus justitiæ vera libertas, S. Augustinus, XL, 247. — Servire qui noluerit charitati, necesse est ut serviat iniquitati, *ibid.*, 165. — Libera servitus, ubi non necessitas, sed charitas servit, *id.*, XXXVII, 1275. — Servum esse Dei magna dignitas et beatitudo, S. Prosper, LI, 514. — Servus Dei stat, servus hominis jacet, S. Petrus Chrysologus, LII, 19. — Servire Deo non onus sed honor, S. Petrus Claræv., CLXXXIII, 364. — Servitus Dei suavior omni suavitate, *ibid.*, 1139. — Servire Deo regnare est, Alanus de Insulis, CCX, 455.

SEVERITAS.—Severitas bona, si justa, si bonus iudex, id est justus, Tertullianus, II, 302. — Severitas rectoris intus charitate et humilitate conditur, S. Greg., Magn., LXXVI, 1506.

SILENTIUM, SILERE.—Silet Christus ante iudicium, nec tamen silet, S. Augustinus, XLIII, 718. —

Silendum, nisi loquendo aliis prodesse possimus, S. Gregorius Magn., LXXVI, 716. — Silere, sæpe est sapere, *ibid.*, 736. — Non loquendo discendum est tacere, sed tacendo loqui, *ibid.*, 282. — Silentium non est maximum cum multo eloquio cordis, *ibid.*, 240. — Silendo qui linguam refrenat, non mentem, eo periculosius quo securus peccat, *id.*, LXXVII, 153. — Siere nosse difficilius quam loqui, S. Bernardus, CLXXXII, 300.

SIMILITUDO. — Similitudo Dei, perfectio et finis hominis, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 228.

SIMPLEX. — Simplex sibi dives videtur, si suppetat quod alimento satis est, S. Ambrosius, XVI, 293.

SIMULATIO. — Simulatio patrociniū est mendacii, S. Hieronymus, XXXIII, 301. — Nisi simulationis a te ablatum fuerit velamen, non convertetur ad te Jesus, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 155.

SINGULARITAS. — Singularitas cavenda pie viventibus, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1045.

SOCIETAS. — Societati nihil prodest proximos sibi esse corporibus, si mente dissideant, S. Cyprianus, IV, 143. — Societas justa est quæ Deo servit, S. Augustin., XXXII, 691. — Societas hominis innocentis innocentiam docet, perversi ad pravitatem inducit, S. Maximus Taur., LVII, 647.

SPERARE, SPES. — Sperando timebimus, timendo cavebimus, cavendo salvi erimus, Tertullianus, I, 1318. — Spes resurrectionis fastidium est mortis, *ibid.*, 585. — Spes perversa decipit, sicut bona et recta liberat, S. Augustinus, XXXVIII, 535. — Spes sua quisque est in conscientia propria, *id.*, XXXIV, 71. — Spes sine amore esse non potest, nec amor sine spe, *id.*, XL, 253. — Spes lactat nos, nutrit nos, confirmat nos, etc., *id.*, XXXVIII, 1188. — Qui spem non habent in Deo, cito eorum dissipantur propugnacula, S. Hieronymus, XXV, 873. — Sperare pro certo, quod sæpe fit incertum, ridiculum est, *id.*, XXII, 230. — Spes in Domino, omnia commutat in melius, Cassiodorus, LXX, 142. — Spes futura resurrectionis omnia lenit mala, S. Gregorius Magn., LXXVI, 1614. — Velle spem solidare in labentibus, est in aquis fluentibus fundamentum ponere, *ibid.*, 698. — Spes pereuntium ut recuperatio perditorum, *ibid.*, 1090. — Spes sæculi sicca est, *ibid.*, 1322. — Spes tertia hominis aia, S. Petrus Damiani, CXLV, 279. — Spes nulla ubi nulla merita, Guibertus, CLVI, 287. — Sic spera misericordiam, ut metuas justitiam, S. Anselmus Cantuar., CLIX, 191. — Sperare sine meritis non spes, sed præsumptio, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 598. — Frustra sperat, qui peccare non cessat, *ibid.*, 816. — Speramus non solum in Deo, sed ipsum Deum, *ibid.*, 853. — Sperando et desperando periclitantur homines, Petrus Lombardus, CXCII, 11.

SPIRITUS. — Spiritus animalis auriga corporis, Tertullianus, II, 740. — Spiritu qui non ducuntur, sequitur ut carne ducantur, S. Augustinus, XXV, 2139. — Spiritus sanctus de animalibus facit spiritales, *id.*, XXXVIII, 1528. — Spiritus carnis suadet mollia, spiritus mundi vana, spiritus maligni amara, S. Bernardus, CLXXXIII, 1131.

STELLÆ. — Stellæ sancti sunt cœlesti gratia refulgentes, S. Ambrosius, XVI, 286.

STULTITIA. — Stultitia caruisse, sapientia prima est, stultitia autem carere non potest nisi qui intellexerit eam, S. Hieronymus, XXIV, 595. — Stultus ex suo iudicio universos iudicant, *ibid.*, 469. — Quam stultitia nulla alia miseria est, S. Augustinus, XXXIII, 64. — Stultum te dic, sed dic intus et sapiens eris, *id.*, XXXVIII, 436.

SUPERBIA, SUPERBUS. — Nihil sicut superbia impedit hic perfectionem, S. Augustinus, XXXVI, 709. — Bonum te fecerat humilitas, malum te facit superbia, *ibid.*, 193. — Superbum quemcumque diabolus fecerit, vincit, *id.*, XXXV, 2531. — Superbus erigitur, mergit in eum Deus, *id.*, XXXVI, 1203. — Superbi fumo comparantur, *id.*, XXXVIII, 440. — Superbia tumor, non magnitudo, non sanitas, *id.*, XXXIX, 1996. — Superbus mutus est etsi psallet, Cassiodorus, LXX, 253. — In superbia culmen ascendere rinosum, *ibid.*, 449. — Superbia hominum desinit in putredinem, S. Gregorius Magn., LXXVI, 581. — Superbia hominem in belluam vertit, *id.*, LXXVII, 6. — Superbia sibi non aliis ruinam facit, S. Petrus Damiani, CXLV, 124. — Per superbiam, nihil miserius homine qui se de bono opere extollit, S. Anselmus Cant., CLIX, 248. — Superbia in inferno jacet, humilitas in cœlo manet, *ibid.*, 249. — Superbos præterit Dominus, humiles visitat, S. Bernardus, CLXXXIII, 1453. — Superbia totius æticit spiritualis ruina est, Adamus Scotus, LXXVIII, 163, 164.

T

TABERNACULUM. — Tabernaculum nostrum cordis secretum est, quod requirit aurum serenitatis cordis, argentum puritatis oris, æs fortitudinis operis, Adamus Scotus, CXCVIII, 417.

TACERE. — Tacere peccata, malum est, S. Bruno Herbigol., CXLII, 137.

TÆDIUM. — Tædium vehemens et amaritudo cordis virtutes exercet, non evertit, S. Bernardus, CLXXXII, 130.

TEMPERANTIA. — Temperantia est regia via totius vitæ nostræ, Alcuinus, C, 77.

TEMPESTAS. — Tempestas est unicuique sua cupiditas, S. Anselmus, CLVIII, 161.

TEMPLUM. — Templum sanctum Deo, mens pura, S. Augustinus, XLIV, 205. — Templum Dei amplum, cor fidelis, *id.*, XXXVIII, 158. — Templum Dei bene vivendo ædificamus, *id.*, XLI, 546.

TEMPORALE, TEMPUS. — Tempus omnia revelat, Tertullianus, I, 310. — Quoniam templum Dei sumus, materiales a nobis sollicitudines abdicemus, S. Ambros., XVI, 240. — Tempora nos sumus, bene vivamus, et bona sunt tempora, S. Augustinus, XXXVIII, 498. — Temporale plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum advenerit, *id.*, XXXIV, 33. — Temporalia concupita inardescunt, adepta vilescunt, amissa vanescunt, *id.*, XXXVIII, 861. — Tempora mala facit nobis contemptus Dei, S. Petrus Chrysologus, LII, 43. — Quoad tempus, de præteritis poenitendum, de præsentibus gaudendum, de futuris metuendum, *ibid.*, 46. — Tempus disponenti breve, amanti videtur longum, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 435. — Temporalis prosperitas tribulatio est in mundo, *ibid.*, 946. — Tempore nihil pretiosius, et apud homines nihil vilius, S. Bernardus, CLXXXII, 504.

TENTARI, TENTATIONES. — Tentat Deus ut doceat, diabolus tentat, ut decipiat, S. Augustinus, XXXVII, 29. — Tentationes sunt tanquam ignis leno, bonis tanquam ignis auro, *id.*, XXXVII, 1375. — Qui tentationes vincit, non ipse vincit, sed Deus qui in eo est, *ibid.*, 1645. — Tentationibus huius vitæ eripi, magnum Dei beneficium, S. Prosper, LI, 39. — Tentatio immunita, sicut linea vestem, carnem hominis consumit, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 389. — Tentationes purgant vitia et merita augent, *ibid.*, 316. — Qui tentatione frangitur, Dei providentiam serio non cogitat, *ibid.*, 822. — Tentationem in corde perpeti humanum est, dæmoniæ, in certamine tentationibus superari, LXXVII, 12. — In tentatione sub protectione Dei vigilandum est, *ibid.*, 528. — Inter tentationes nemo subsistit, nisi gratia Conditoris assidue juvetur, Guibertus, CLVII, 190. — Tentatio non capit nisi voluntatem, S. Anselmus, CLVIII, 119, 121, 126. — Nulla tentatio, etiam interior, animam quam Deus defendit, poterit superare, *ibid.*, 256.

TERRA, TERRENA. — Terra provehit ad cœlum, S. Petrus Chrysologus, LII, 124. — Terram urit invidia, *id.*, LII, 172. — Si terrena despiciamus, semper ex Deo leti sumus, Cassiodorus, LXX, 278. — Terrena non curans raro invidet, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 180. — In terram cadit lux nostra, cum terrena concupiscimus, *ibid.*, 637. — Quia in terra viventium bona quærit, mala hominis in terra aliena portare debet, *id.*, LXXVII, 1175. — Terrena in usu, æterna in desiderio, S. Bernard. Claræv., CLXXXII, 823. — Terræ hæere homine indignum, *id.*, CLXXXIII, 1348. — Terrena possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant, *id.*, 167.

TESTIS. — Testis de se nemo esse potest, S. Cyprian., IV, 721.

THESAURUS. — Thesaurus pauperum, voluntas bona, S. Augustinus, XXXVI, 371.

TIMERE, TIMOR. — Timor hominis, Dei honor est, Tertullianus, I, 1241. — Timor ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem, charitas acquirit adoptionem, adoptionem hæreditatem, S. Ambrosius, XVI, 1084. — Timor Dei præstat, ut omnes alios contemnamus timores, S. Hieronymus, XXII, 199. — Qui timet Deum, nec prosperis elevatur, nec opprimitur adversis, *id.*, XXII, 443. — Non timeat homo quod non habet in potestate devitare, S. Augustinus, XXXVI, 547. — Non aquilo, nec maria timenda, sed eorum creator Deus, *ibid.*, 1127. — Timeri vis a minore, time majorem, *id.*, XXXVII, 1762. — Timenti Christum, sed non amanti fides est dæmonis, *id.*, XL, 1190. — Timor ille est utilis qui spe erigitur, non qui desperatione demergitur, S. Prosper, LI, 526. — Timoris pondus est cordis intelicitas, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 208. — Timor homini sine pietate nullius est pretii ante Deum, *id.*, LXXVI, 1350. — Timendo Deum mala cavemus, ei

serviendo bonum agimus, *id.*, LXXIX, 277. — Timor quarta hominis ala, S. Petrus Damiani, CXLV, 279. — Timor Dei, porta ad Deum et ad civitatem cordis, Guibertus, CLVI, 89.

TOLERANTIA. — Tolerantiam qui perdiderit, cecidit de caelo, S. Augustinus, XXXVII, 1194. — Qui non tolerat alios non profecisse se ostendit, S. Prosper, LI, 560.

TRIBULATIONES. — Tribulationibus assiduis anima purgatur, S. Ambrosius, XVII, 186. — Tribulatur christianus toto tempore vitæ etiam quando bene est ei, S. Augustinus, XXXVII, 1089. — Tribulationes immittit Deus, ut fervescat fides et exerceatur, *id.*, XXXVII, 1118. — In tribulatione non est magnum quod tempore breve est, *id.*, XXXVIII, 402. — Tribulatur anima stans inter Dei præcepta et animæ passionis, S. Petrus Chrysologus, LII, 45. — In tribulatione bonum est orare, jejunare, psallere, misereri, S. Maximus Taurin., LVII, 291. — Tribulationibus emundat Deus quos flagellat, ut purgatos recipiat, Cassiodorus, LXX, 364. — Tribulationes lacrymis nostris dulciores fiunt, *ibid.*, 359. — In tribulatione seiritur, ut post gaudii fructus colligatur, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 356. — Tribulatio signum est et pignus celestis gloriæ, S. Petrus Damiani, CXLIV, 296. — Tribulationes exigunt spiritum pietatis, S. Rupertus, CLXIX, 369. — Tribulatio præsens est medicina misericordis, S. Bernardus Clarævall., CLXXXII, 964, 966. — Tribulatio, via gloriæ, *id.*, CLXXXIII, 878. — In tribulatione spes gloriæ velut messis in semine, *ibid.*, 876.

TRITICUM. — Triticum non rapit ventus, Tertullian., XXXVI, 197.

TRISTITIA. — Tristitia melior est iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis, S. Augustinus, XLIV, 1876. — Tristitia sæpe gravitatem cordis sequitur, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 35.

TURPIS. — Turpis turpes infamat, S. Cyprianus, IV, 4.

U

UMBRA. — Umbra mortis via peccati, S. Valerianus, III, 366. — Umbra est mortis, mors carnis, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1078.

UNUM. — Unum in Christo sunt fideles omnes, S. Hilarius Pictav., IX, 477.

UTILE, UTILITAS. — Utile nihil incundum nisi quod in commune prosit, S. Ambrosius, XVI, 114. — Sibi utilis esse non potest qui inutilis est omnibus, S. Ambrosius, XVI, 114.

V

VANITAS. — Vanitati homo subjectus est qui noluit subijci veritati, S. Augustinus, XXXVII, 1532, 1549. — Vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 349. — Vanitas fallax est quidquid amor hujus sæculi parit, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 214.

VELLE. — Velle solum sine operatione, beatitudinem perfectam non obtinet, S. Hilarius Pictav., IX, 22. — Velle et nolle nostrum est, ipsumque quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est, S. Hieronymus, XXII, 989. — Velle peccare malum, peccare pejus, in peccato perseverare pessimum, nolle pœnitere mortale, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 342.

VENENUM. — Venenum mors est homini, vita serpenti, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 79.

VENTER. — Venter mero æstuans cito despumat in libidines, S. Hieronymus, XXII, 423.

VERBUM. — Verbum Dei panis noster, sudemus in audiendo, ne moriamur in jejunando, S. Augustinus, XXXVI, 206. — Bene manducat et male digerit qui audit verbum Dei et non facit, *id.*, XXXVIII, 183. — Verba otiosa mentem lædunt, S. Petrus Damianus, CXLV, 387. — Verbis vultus dat gratiam et mentem exornat, S. Bernardus Claræv., CLXXXII, 80.

VERITAS. — Veritas nihil erubescit, nisi solummodo abscondit, Tertullianus, II, 545. — Veritas semper odio est, Tertullianus, I, 354. — Veritas non fallit, non circumscribit justitia, non decipit virtus, S. Ambrosius, XVI, 162. — Veritas ut sil amara, et blanda vitia existimentur, ita se natura habet, S. Hieronymus, XXII, 186. — Veritas laborare potest, vinci non potest, *id.*, XXIII, 821. — Veritas non nisi magno labore invenitur, S. Augustinus, XLII, 174. — Veritas sola possidetur cum securitate, *ibid.*, 1261. — Veritas occultari potest ad tempus, vinci non potest, *id.*, XXXVI, 740. — Verus dies qui non novit occasum, æterna veritas, et vera æternitas, S. Bernardus Claræv., CLXXXIII, 875. — Veritati tanto

vicinior quisque efficitur, quanto ab ea se remotiorem arbitrat, *id.*, CLXXXII, 589. — Veritas puritate cordis detegitur, *id.*, CLXXXIII, 17. — Veritatem multi cognoscendo premunt, sed eam vivendo non tangunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 657.

VIA. — In via peccati est quisquis in via Dei non est, S. Hilarius Pictav., X, 299. — Vias Domini sequi debemus, custodire nostras, S. Ambrosius, XVI, 4. — Sit via nostra angustior, virtus exuberantior, trames pressior, etc., S. Ambrosius, XVI, 914. — Viæ nostræ non proprio labore, sed Dei adjutorio et clementia rectæ sunt, S. Hieronymus, XXV, 791. — In via noli remanere, noli retro redire, noli deviare, S. Augustin., XXXVIII, 926. — In via melius est claudicare, quam præter viam fortiter ambulare, *id.*, XXXVIII, 778. — Via angusta est laboranti, lata sit amanti, *id.*, XXXVII, 1531. — Via impiorum felicitas transitoria; finita via, peracta est felicitas, *id.*, XXXVI, 360. — Via pulchra est de virtute in virtutem ambulare, donec veniatur ad summam virtutem, S. Bruno Astensis, CLXIV, 709. — Viæ hominum necessitas et cupiditas, S. Bernardus Clarævallens., CLXXXIII, 855.

VICISSITUDO. — Vicissitudo sola placet in creaturis, S. Bernardus Claræv., CLXXXIII, 1109.

VICTORIA. — Victoria nulla certa est in hac vita, S. Hieronymus, XXV, 90. — Victoriæ cupidus timere nescit, S. Petrus Chrysologus, LII, 22.

VIDERE. — Videre et videri ejusdem libidinis, Tertullianus, II, 891.

VIGILANTIA, VIGILARE. — Vigilantia et custodia sui in qualibet ætate, omnibus necessaria est, S. Bruno Astensis, CLXIV, 179. — Plus vigilare, plus vivere est, S. Petrus Chrysologus, LII, 24.

VINCERE. — Vincere iram melius est quam capere civitatem, Rufinus, XXI, 55. — Vices eum qui vincere solet, si habitet in te qui vinci non potest, S. Augustinus, XXXVII, 2006. — Ad vincendum amor Dei omnia sustinet, omnia superat, S. Maximus Taurin., LVII, 112.

VIRGINITAS. — Virginitas in carue paucorum est, omnium debet esse in corde, S. Augustinus, XXXVII, 1920.

VIRTUS. — Virtus duritia exstruitur, mollitie destruitur, Tertullianus, I, 624. — Virtutis similitudo non est similitudo naturæ, S. Hilarius, X, 575. — Virtutes bonos dies viventi faciunt, vitia malos, S. Hieronymus, XXII, 572. — Virtus ars perveniendi ad immortalem felicitatem, S. Augustinus, XLI, 128, 258, 789. — Virtus ordo est amoris, *ibid.*, 467. — Virtus omnis a Deo manat, S. Prosper, LI, 854. — Virtutes omnes sine misericordia vacillant, S. Petrus Chrysologus, LII, 53. — Virtutes quasi vitia cavere afflicti est, *ibid.*, 132. — Virtus necat eos, qui ex ea superbiunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 225, 1055. — Una virtus sine alia, vel nulla est, vel minima, *ibid.*, 680. — Prima virtus peccata vitare, secunda perpetrata corrigere, *ibid.*, 199. — Si virtus non creverit, oportet ut decreseat, *id.*, LXXVII, 94. — Virtus et voluptas sunt duæ hominis uxores, S. Petrus Damiani, CXLV, 155. — Virtus nulla sine bona voluntate, Guibert., CLVI, 69. — Virtutes labore acquisitæ otio amittuntur, S. Bruno Astensis, CLXIV, 178. — Virtus et veritas simul esse volunt, Hugo a S. Victore, CLXXVII, 181, 182. — Virtutis merces fama bona, S. Bernardus Clarævall., CLXXXIII, 907. — Virtus in pace acquiritur, in pressura probatur, in victoria approbatur, *ibid.*, 131. — Virtus vult doceri cum humilitate, quæri cum labore, haberi cum amore, *id.*, CLXXXII, 208.

VITA, VIVERE. — Vita mala totum hominem corrumpit, S. Ambrosius, XVII, 128. — Vitæ huic congruit flere et gemere, S. Augustinus, XXXIV, 165. — Vivere ex quo homo incipit, incipit mori, *id.*, XLI, 585. — Bene vivere est toto corde, tota mente, tota anima diligere, S. Augustinus, XXXIII, 1350. — Vivere certe novit qui recto novit orare, S. Augustinus, XXXVIII, 1849. — Vita æterna Deus est, vita præsens vapor, S. Valerianus, LII, 502. — Vivit anima ex fide, corpus ex anima, S. Maximus Taurin., LVII, 55.

VITIA. — Vitia non facilius tolerantur quam dæmones, S. Ambrosius, XVII, 550. — Vitia non decipiunt nisi sub umbra et specie virtutum, S. Hieronymus, XXII, 684. — Vitia externa facile abijciuntur, sed non ita voluptas, *id.*, XXII, 287. — Vitia in semetipsa finiuntur et pereunt, virtutes frugibus redundant, *id.*, XXVI, 505. Vitium noli propter hominem diligere, nec propter vitium odisse hominem, S. Augustinus, XXXVIII, 525. — Vitia sunt morbi animæ, Cassianus, I, 1008. — Vitia carnis dum incipiunt, facile in Christum eliduntur, non autem cum radicem fixerint, Cassiodorus, LXX, 466. — Vitia adversus nos sædus ineunt, S. Gregorius Magnus, LXXVI,

99. — Vitia ex vitis nascuntur et qui minima negligit, paulatim decedit, *ibid.*, 348, 349. — A vitis qui non abstinent, diabolo faciunt deditioem, *id.*, LXXVII, 49. — Vitia prius extirpenda quam virtutes inserantur, *ibid.*, 93, 94.

VOLUNTAS. — Qui voluntate immundus est, non mundatur opere, S. Augustinus, XXXVII, 1528. — Voluntatis humanæ opera sunt sicut tela aranæ, S. Bruno Herbipol., CXLII, 168. — Voluntate bona nihil felicius, Guibertus, CLVI, 3. — Voluntas non est recta quia vult recte, sed recte vult quia est recta, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 128. — Voluntas sola miseræ vel beatitudinis capax est, S. Bernardus, CLXXXIII, 605. — Voluntas cum sociatur veritati, amor est; cum lactatur a

gratia, dilectio est; cum fruitur, charitas est, S. Bernardus Clarav., CLXXXII, 226.

VOLUPTAS. — Voluptas nulla major quam fastidium ipsius voluptatis, Tertullianus, I, 639. — Quanto voluptates et divitiæ crescunt, tanto sapientia deest hominibus, S. Hieronymus, XXIV, 297. — Voluptatis prelio, animam peccando quisque diabolo vendit, S. Augustinus, XXXV, 2071. — In voluptate est omnis descensus, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 224. — Pauci voluptatum foveam et interitum evadunt, *ibid.*, 669.

VULNERA. — Vulnera Christi, victoriæ signa, S. Bernardus, CLXXXIII, 1016. — Vulnerum Christi consideratio sanat animæ vulnera, *ibid.*, 1480.

CLXVI.

INDEX DE VIRTUTIBUS ETHNICORUM SPECIALIBUS,

QUAS PATRES LAUDIBUS EXTULERUNT,

ORDINE RERUM DISPOSITUS ALPHABETICO.

ADULATOR. — Ex Terentio depingitur, Joan. Saresb., CXCIX.

AFFECTUS. — Circa affectus Peripateticorum recta sententia, Lactant., VI, 698. — Academicorum recta sententia circa eosdem animæ affectus, S. Hieronymus, XXII, 1148. — Sententia Ciceronis circa affectus, *id.*, XXIII, 542. — Circa affectus seu passiones Horatius, *id.*, XXII, 1148. — Circa affectus recta sententia Platonis cum Evangelii concors, *id.*, XXVI, 91. — Peripateticorum circa affectus recta sententia, *id.*, XXIII, 542.

AMICITIA. — Recta sententia Pythagoræ circa amicitiam, S. Hieronymus, XXIII, 485, 486. — Cicero de amicitia, S. Aug., XXXIII, 1071, 1072. — Cicero circa amicitiam, Petrus Abælard., CLXXVIII, 666. — Seneca circa amicitiam, *ibid.*, 183. — Quid dicit Cicero de amicitia, Joan. Saresb., CXCIX, 570.

ANGELUS. — Angelos admittunt Epicurei, Platonici, Pythagorici, Peripatetici, Stoici, Academici, Rabanus Maur., CXI, 414. — Plato de angelis, Joan. Scot., CXXII, 762.

ANIMA. — Animæ unitas ab Heraclito et Oenesidemo propugnata, Tertull., II, 669. — Stant pro vi principali animæ Plato, Strato, Epicurus, Democritus, Empedocles, Socrates, Aristoteles, Herophilus, Erasistratus, Diocles, Hippocrates, Soranus, *ibid.*, 670 *et seqq.* — Animæ immortalitas ex Platone, Arnob., V, 865, 893. — Xenocratis recta sententia de incorporalitate animæ, Lactant., VII, 66. — S. Augustinus tradit doctrinam Platonis circa illuminationem et beatitudinem animæ et dicit hanc doctrinam esse Evangelio consonam, S. Aug., XII, 281. — Animæ immortalitatem agnoscit Pythagoras, *id.*, XXXII, 954; XXXIII, 721.

ARBITRIUM LIBERUM. — Circa liberum arbitrium citatur Plato, Arnob., V, 910. — Petrus Abælardus ad probandum liberum arbitrium Aristotelem citat, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1213.

ATHEISMUS. — De atheismo recta Stoicorum sententia, Joan. Saresb., CXCIX, 975.

AULA. — Aula fugienda juxta Isocratem, Joan. Saresb., CXCIX, 400. — *Exeat aula*, inquit Lucanus, *qui vult esse pius*, Joan. Saresb., CXCIX, 586.

AVARITIA. — Circa avaritiam Juvenalis, Petrus Abælard., CLXXXVIII, 883. — Ovidius de avaritia, Helin. Frigid. Mont., CCXII, 639.

BONUM et MALUM. — Stoici concordant cum Evangelii circa definitionem boni et mali, S. Hieronymus, XXIV, 147. — Plato in sapientia divina finem boni constituit, S. August., XXXIII, 441.

BONUM SUMMUM. — Recta opinio Euclidis de summo bono, Lactant., XI, 580.

CHARITAS. — Caritas erga pauperes; Seneca, Petrus Abælard., CLXXVIII, 593.

CHRISTIANISMUS. — Plato in multis cum christianis concordat, S. August., XXXIII, 442.

CLEMENTIA. — Juxta Ovidium princeps clemens esse debet, Helinand. Frig. Mont. mon., CCXII, 737.

COGNITIO DEI. — Impotentia in qua versatur homo ope solius luminis naturalis perveniendi ad cognitionem Dei, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1151, 1152.

CONTEMPTUS DIVITIARUM. — Divitias contemnit Antisthenes, Joan. Saresb., CXCIX, 582. — Divitias et voluptates contemnit Plato, *ibid.*, 739.

CONFESSIO CULPÆ. — Cicero circa confessionem culpæ, Petrus Abælard., CLXXVIII, 443.

CONSUETUDO. — Consuetudinis imperium juxta Horatium, Joan. Saresb., CXCIX, 489.

CONTINENTIA. — Seneca paupertatis et continentie sectator, Petrus Abælard., CLXXVIII, 297.

CORRECTIO. — Correctio quomodo administranda ex Plutarcho, Joan. Saresb., CXCIX, 531.

CREATIO. — Recta sententia Stoicorum circa creationem omnium, Lactant., VII, 115. — Circa creationem mundi recta sententia Platonis consona cum Genesi, S. August., XLI, 236. — Plato circa creationem mundi, Petrus Abælard., CLXXVIII, 766. — Circa creationem recta Anaxagoræ opinio, Joan. Saresb., CXCIX, 613. — Recta sententia Platonis circa creationem, *ibid.*, 616.

CULTUS DEI. — Recta opinio Hermetis Trismegisti circa cultum Deo exhibendum, Lactant., VI, 728, 729.

DEFECTUS SOLIS et LUNÆ. — Defectus solis et lunæ invenit et prædixit Thales Milesius, Joan. Saresb., CXCIX, 643.

DESPERATIO. — Circa desperationem recta Stoicorum sententia, Joan. Saresb., CXCIX, 975.

DEUS. — Platonis et christianorum consensus circa Deum, Arnob., V, 830. — Antisthenes admisit unum Deum, opificem rerum, Lact., VI, 134. — Aristoteles admisit unum Deum, *ibid.*, 135. — Ciceronis recta opinio circa Deum, *ibid.*, 135, 136. — Epicuri notatur opinio recta de Deo, *ibid.*, 380. — Opinio recta Hermetis Trismegisti circa Deum, *ibid.*, 139. — Orphei sententia recta de Deo, *ibid.*, 131. — Opinio recta Ovidii circa Deum creatorem, *ibid.*, 133. — Platonis recta sententia circa Deum creatorem, *ibid.*, 135. — Ejusdem recta sententia circa majestatem Dei, *ibid.*, 133, 134. — Poetarum de Deo recta opinio, *ibid.*, 131, 132. — Pythagoras agnovit unum Deum, *id.*, VII, 113. — Idem constituit Deum opificem et creatorem, *id.*, VI, 502. — Senecæ opinio recta circa Deum, *ibid.*, 137. — Zeno agnovit Dei unitatem, *id.*, VII, 114. — Cicero deos paganorum irridet, S. Aug. XI, 136, 137. — Veritates quas philosophi circa Deum invenerunt, S. August., XXXVIII, 776. — Plato circa Deos paganorum, *id.*, XLI, 229. — Varro Deum unum colendum esse sentit, *ibid.*, 138. — Platonici, Epicurei, Pythagorici, Peripatetici, Stoici, Academici Deum creatorem admittunt, Raban. Maurus, CXI, 414. — Platonici dicunt Deum creatorem, judicem et arbitrum esse, *ibid.*, 415. — Platonici affirmant Deum incorporalem, *ibid.* —

De unitate Dei Platonici recte senserunt, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1005. — Plato citatur de Deo conditore, *ibid.*, 1175. — Plato admittit Deum creatorem et gubernatorem, *ibid.*, 1317. — Virgilius de immensitate Dei, *ibid.*, 1127. — Antisthenes omniscientiam in Deo docuit, Joan. Saresber., CXCIX, 990.

DII Paganorum irrisi. — Irridentur a Seneca, Tertull., I, 343. — Homerus, alii quoque vates.

DIVITIÆ. — Crates divitias contemnit, S. Hieronymus, XXII, 580. — Philosophi imprimisque Diogenes contempserunt divitias, S. Hieronymus, XXIII, 304, 305; XXII, 964. — Seneca divitias contemnit, Petr. Abæl., CLXXVIII, 590. — A Diogene divitiarum contemptarum, Joan. Saresber., CXCIX, 583.

DÆMONES. — De eorum existentia: Plato, philosophi, poetarum; Socrates, Tertull., I, 404. — Hermes Trismegistus circa liberos ab incursibus dæmonis, Lactant., VI, 335.

DOLORES et Angustiarum. — Clitomachus circa dolores et angustias, S. Hieron., XXII, 592. — In doloribus modestia philosophorum, *ibid.* — Mærorum proiciendus juxta Pythagoram, *ibid.*, XXIII, 485, 486.

ELOQUENTIA. — Locus Ciceronis de malis oratoribus, S. Hieron., XXIII, 535.

ERRORES MULTITUDINIS. — Errores multitudinis juxta Pythagoram devitandi, S. Hieron., XXIII, 485, 486.

EXEMPLA. — Quintilianus circa auctoritatem exemplorum, Petr. Abæl., CLXXVIII, 798. — Exemplorum efficacia ex Juvenali, Joan. Saresber., CXCIX, 581. — Exemplorum vis, ex Claudiano, Helinand. Frig. Mont. mon., CCXII, 517. — Horatius de eodem, *ibid.* — Juvenal. de eodem, *ibid.*, 741.

FELICITAS. — Felicitatem ponunt Stoici in virtute, Lactant., VI, 380. — Idem, Raban. Maur., CXI, 414.

FILIUS DEI. — Philosophi perhibuerunt testimonium de Patre et Filio, S. August., XXXIV, 604, 1390. — Hermes Trismegistus circa Filium Dei, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1060. — Plato de Filio Dei, *ibid.*, 1013.

FRUGALITAS et MODESTIA. — Frugalitas et modestia Pythagoræ, Joan. Saresber., CXCIX, 642, 643. — Laus frugalitatis a Quintiliano, *ibid.*, 764.

GRATIA. — Circa operationem gratiarum in animis, Virgilius, Petr. Abæl., CLXXVIII, 1025.

HOMO. — Juxta Aristonem finis hominis est virtutis cultus, Lactant., VI, 760. — Opinio recta Hermetis Trismegisti circa creationem hominis, *ibid.*, 314.

IMMORTALITAS ANIMÆ. — Immortalitatem animarum docuerunt quidam philosophi, S. August., XXXVII, 1134.

INCARNATIO. — Necessitas adventus alicujus Dei ex Platone ad mundum renovandum, Arnob., V, 731, 732. — Circa Filium Dei testimonium Trismegisti, Lact., VI, 461, 469. — Necessitas incarnationis probatur summa morum corruptione, de hac re Seneca citatur, *ibid.*, 579. — De incarnatione citantur Cumææ sibyllæ versus, S. August., XXV, 2089; XLI, 780. — Incarnatio Christi prædicta a Cumææ sibylla, Raban. Maur., CXI, 420, 421. — Circa incarnationem Virgilius, Petr. Abæl., CLXXVIII, 247.

INFINITUM. — Cicero circa infinitum, S. August., XXXIII, 434, 441.

INTENTIO. — Aristoteles dicit opus bonum esse intentione, Petr. Abæl., CLXXVIII, 652.

INTERPRETATIO. — Interpretationis bonæ regulam ab Horatio proponitur, S. Hieron., XXII, 571.

IRA. — Circa iram Pythagoræ bonum consilium, S. Hieron., XXIII, 485, 486.

JUDÆI. — Philo Pythagoricus de Judæis, Petr. Abæl., CLXXVIII, 234.

IUSTITIA. — Pythagoras de iustitia, S. Hieronymus, XXIII, 485, 486. — Cicero de iustitia, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1344.

LEX DEI, LEX NATURALIS. — Quam recte Cicero illas explicat, Lact., VI, 660, 661.

LEX CIVILIS. — Lex civilis implenda juxta Pythagoram, S. Hieron., XXIII, 485, 486.

MALUM. — Malum. Vide Bonum.

MATERIA. — Plato cum S. Augustino concordat in definitione materiæ, Joan. Scot., CXXII, 500, 735.

MATRIMONIUM. — Quod circa matrimonium scripsit Aristoteles vera, S. Hieron., XXIII, 280.

MIRACULA. — Circa possibilitatem miraculorum Suetonius, Petr. Abælard., CLXXVIII, 1204.

MISERIA. — Miseriam humanam persensit Cicero, causam autem istiusce miseriarum non agnovit, S. August., CLIV, 778.

MISERICORDIA. — Ex Seneca opera misericordiæ exercenda sunt, Petr. Abælard., CLXXVIII, 567.

MODESTIA. — Modestia Academicorum a Joan. Saresber. prædicatur, CXCIX, 637.

MORES. — In moribus instituendis Socratis sapientia, CXCIX, 644.

MORS. — Mortem non esse timendam docet Virgilius, Tertull., II, 112. — Sententia Anaxagoræ circa mortem, S. Hieron., XXII, 592.

MULIERES. — Quæ mala a mulieribus provenire dicit Epicurus, S. Hieron., XXIII, 280. — Ex Euripide quæ mala proveniunt ex mulieribus, *ibid.*, XXVI, 279. — Ex Seneca quæ mala proveniunt ex mulieribus, *ibid.*, XXIII, 280.

MUNDUS. — Opinio Trismegisti circa finem mundi, Lact., VI, 795.

OPINATIO. — Opinio recte rejecta a Stoicis, Lact., VI, 357.

ORATIO. — Plato de oratione, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1177, 1178.

OTIOSITAS. — Otiositatis periculum juxta Ovidium, Joan. Saresber., CXIX, 405.

PATER. — Vide Filius Dei.

PATIENTIA. — Patientia Socratis commendatur, S. Hieron., XXIII, 278, 279.

PATRIA. — Socrates docet amorem patriæ, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1181.

PERCEPTIO. — Quasdam perceptiones firmissimas admittebant Academici, S. August., XLI, 646.

PERICULUM. — Periculum vitandum est juxta Senecam, Petr. Abælard., CLXXVIII, 350.

PIETAS. — Pietas quid sit ex Hermete Trismegisto, Lactant., VI, 336.

POENÆ ÆTERNÆ. — Circa hanc questionem consensus Platonis cum christianis, Arnob., V, 831. — Poenas æternas docuit Zeno, Lactant., VI, 761.

PRINCIPIUM RERUM. — Circa principium rerum Anaxagoræ recta sententia, S. August., XLI, 226. — Recta Platonis sententia circa causas rerum, S. August., XXXIII, 441.

PROVIDENTIA. — Ex Aristotele, Petr. Abælard., providentiam probat, Petr. Abælard., CLXXVIII, 1112. — Providentiam sæpe defendit Cicero, Lactant., VI, 121.

— Stoici pro providentia stant, Lactant., VI, 120, 121. — Providentia creavit omnia animalia utilis ex Plinio, S. Hieron., XXIII, 293. — Cicero circa providentiam, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 804, 1087. — Cicero de providentia, Joan. Saresber., CXCIX, 388.

PRUDENTIA. — Circa prudentiam Ciceronis sententia, Petr. Abælard., CLXXVIII, 804.

PUDICITIA. — Ovidius dicit pudicitiam difficile servari inter epulas, CLXXVIII, 214.

REMUNERATOR. — Remunerator virtutis Deus juxta Platonem, Joan. Saresber., CXCIX, 646.

RESURRECTIO MORTUORUM. — Consensus Platonis et christianorum de resurrectione mortuorum, Arnob., V, 830. — Male sensit Plato circa resurrectionem et corporum beatitudinem, S. August., XLI, 773.

RESPUBLICA. — Quid sit respublica secundum Plutarchum, Joan. Saresber., CXCIX, 510-560.

REVERENTIA. — Reverentia exhibenda Deo et rebus sacris ex Plutarcho, Joan. Saresber., CXCIX, 541.

SALUS. — Quanta pro salute patienda docent Ariannus et Epictetus, Arnob., V, 936.

SAPIENTIA DEI. — De sapientia Dei Plato, Petrus Abælard., CLXXVIII, 917.

SECRETUM. — Hippocrates circa silentium, S. Hieronymus, XXII, 539. — Pythagoras circa silentium, *ibid.*, 1037.

SOBRIETAS. — Sobrietas Socratis laudatur, Joan. Saresber., CXCIX, 738.

SOLITUDINIS AMOR. — Solitudinis amor; affertur exemplum Platonis, S. Hieron., XXIII, 298. — Solitudinis commoda enumerantur ex Seneca, Petr. Abæl., CLXXVIII, 131.

SPIRITUS SANCTUS. — Plato de Spiritu sancto, Petr. Abælard., CLXXVIII, 1151, 1152. — Seneca circa Spiritum sanctum, *ibid.*, 1133, 1134.

STUDIUM. — Amor studii apud philosophos; exemplum citatur Apollonii, S. Hieron., XXII, 541. — Exemplum citatur Homeri et aliorum poetarum et philosophorum, *ibid.*, 529.

SUPERBIA. — Seneca de superbia, Helinand. Frig. mont. monach., CCXII, 473.

TEMPERANTIA. — Temperantia Epicuri, S. Hieron., XXIII, 500. — Euripidis temperantia, *ibid.*, 504. — Horatius de temperantia, *ibid.*, 302. — Aristotelis temperantia, Joan. Saresber., CXCIX, 738.

TEMPUS. — Recta sententia Pythagoræ circa temporis præteriti et futuri curam, S. Hieron., XXIII, 483,

486. — Circa divisionem temporis Eratosthenes, Joan. Scot., CXXII, 719.

TRINITAS. — Trinitas apud Platonem, Joan. Saresber., CXCIX, 739.

TYRANNIS. — De tyrannide recta sententia Platonis, Helinand. Frigid. Mont. monach., CCXII, 736, 737.

VERBUM DEI. — Zeno agnovit λόγον, opificem rerum, Lactant., VI, 469. — Recta sententia Platonis de divinitate Verbi. S. August., XXXII, 740, 741.

VERITAS. — Circa cultum veritatis recta sententia Pythagoræ, S. Hieron., XXIII, 485, 486. — Circa veri-

tatem quid invenerunt philosophi, S. August., XXXVIII, 776. — Aristotelis recta definitio veritatis et falsitatis, Joan. Saresber., CXCIX, 937.

VINDICTA. — De vindicta Lucanus, Petr. Abælard., CLXXVIII, 1633.

VIRTUS. — Locus Ciceronis circa virtutes, S. Hieron., XXV, 1429. — Stoici circa virtutes, S. Augustinus, XL, 20. — Aristoteles de virtute, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 1730. — Virtutis amor et sapientiæ juxta Platonem, Joan. Saresber., CXCIX, 683.

SERIES DECIMA OCTAVA.

Postquam in præcedenti Serie exposuimus varias virtutes et officia quæ ex mandatorum Dei observatione oriuntur, nunc peccata et vitia varia illis opposita aggredimur; itaque in hac decima octava Serie exhibemus Indices de Peccatis in genere, de Peccato originali et Peccatis capitalibus; de Vitiis alphabetice ordinatis; de Homicidio, Duello, Suicidio; de Simonia et Usura in clericis; de Voluptatibus profanis et illicitis, ludis, choreis, spectaculis; de Erroribus et vitiis paganorum a SS. Patribus imougnatis, etc.

CLXVII.

INDEX DE PECCATIS.

IN QUO SCILICET LOGICE TRACTATUR DE PECCATI NATURA,

GRAVITATE, EFFECTIBUS ET POENIS,

DE PECCATO ORIGINALI ET ILLIUS CONSECTARIIS, ET DE PECCATIS CAPITALIBUS.

MONITUM.

Si propositum nobis fuisset in hoc compendio includere quidquid istius Indicis titulus primo intuitu amplecti videtur, certe quidem multo magis extensa quam quæ hic exstat præjaceret materia. Cum autem alibi, præsertimque in Decalogo, de pluribus peccatis jam sermo habitus sit, iterum de iisdem loqui supervacaneum duximus. Idcirco, postquam expendimus peccata in genere, de septem peccatis seu vitiis capitalibus verba facimus. — Verum ante omnia, quo majori consuleremus claritati, præsentem materiam varias in partes distribuimus. Sic in sectione prima diximus: I. De natura, specie et gravitate peccatorum. — II. De eorum subjecto et causa. — III. De effectibus, et poena qua plectuntur. — IV. De necessitate vitandi peccatum mediisque ex eo surgendi; in sectione secunda, de peccato originali ac præcipue de ejus existentia atque consecrariis. Quoad sectionem tertiam, id est, peccata in specie, de iis dicimus juxta theologicum SS. Patrum ordinem: I. enim expositio est de superbia. — II. De avaritia. — III. De luxuria. — IV. De invidia. — V. De gula. — VI. De ira. — VII. De acedia seu tristitia.

Notandum iusuper hic aliqua tantum delibata fuisse peccatorum de remediis; fusiores enim explanationes in Indico analytico de virtutibus reperientur.

His ita præmissis atque intellectis, dicendum superest nos in referendis variis variorum Patrum sententiis omnia sic disposuisse, ut sperare juvet tum oratores sacros, tum theologos, tum pueros catechizantes, largos ex hoc Indico, Domino donante, fructus esse percepturos.

SECTIO PRIMA.

DE PECCATIS IN GENERE.

I. — De peccatorum definitione et gravitate.

Peccati variaz traduntur a theologis, maxime ex mente sancti Augustini, definitiones.

Definitur enim, aversio a Deo et conversio ad creaturam. Definitur etiam, quod eodem ferme recidit, inordinatus amor sui et rerum creaturarum.

Ait enim sanctus Augustinus, lib. xxii, c. 27, *contr. Faustum*: Ergo peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lex vero æterna est vel ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari jubens. perturbari vetans; si nihil delectaret illicitum, nemo peccaret. Peccat ergo, qui de-

lectationem illiciti relaxat potius quam refrenat. Est autem illicitum quod lex illa prohibet, qua naturalis ordo servatur.

Mitto cæteras peccati definitiones. Hæc una inter alias maxime arridet qua definitur uno verbo peccatum, transgressio legis Dei. Dicitur peccatum « transgressio », quo generali nomine comprehenditur omne genus prævaricationis; tunc enim legem transgredimur, cum vel cogitamus, vel dicimus, vel facimus, vel omittimus aliquid contra legis præceptum. Dicitur « legis Dei, » quo generali item nomine comprehenditur quidquid Deus præcipit vel per se vel per alios. Itaque legis Dei nomine intelligitur lex æterna, naturalis, positiva.

« Lex æterna, » hæc lex nihil aliud est quam increata divinaque ratio, vel Dei voluntas, quæ ordinem naturalem conservari jubet et perturbari vetat. Hac lege tene-

mur-avertere amorem a temporalibus, et eum mundatum convertere ad æterna. Quod sic explicatur: Illa lex quæ summa ratio nominatur, ex August. lib. I de liber. arbitr., c. 6, n. 15, cui obtemperandum est, et per quam mali miseram, boni beatam vitam merentur; per quam denique illa, quæ temporalis vocatur, recte fertur, recteque mutatur, nulli non incommutabilis, non æterna videtur. An enim potest aliquando injustum esse, ut mali miseri, boni autem beati sint, aut ut modestus et gravis populus ipse sibi magistratus creet, dissolutus vero et nequam ista licentia careat? Simul etiam, in ista mortali vita, videtur nihil esse justum atque legitimum, quod non ex hac æterna lege sibi homines derivarint... Ut igitur breviter æternæ legis notionem, quæ impressa nobis est, quantum valeo, verbis explicem, ea est quæ justum est, ut omnia sint ordinatissima.

Cum ergo hæc sit una lex, ex qua omnes illæ temporales ad homines regendos variantur, ipsa variari nullo modo potest; neque ulla vis, ullus casus, ulla rerum labes unquam effecerit, ut justum non sit omnia esse ordinatissima. Quid enim jubere debet lex temporalis, nisi ut hæc, quæ ad tempus nostra dici possunt, quando eis homines cupiditate inhærent, eo jure possideant, quo pax et societas humana servetur, quanto in his rebus servari potest? Ea sunt autem primo hoc corpus, et ejus quæ vocantur bona, ut integra valetudo, acumen sensuum, vires, pulchritudo, et si qua sunt cætera, partim necessaria bonis artibus, et ideo pluris pensanda, partim viliora. Deinde libertas, quæ quidem nulla vera est, nisi beatorum et legi æternæ adherentium; sed eam nunc libertatem commemoro, qua se liberos putant, qui dominos homines non habent, et quam desiderant ii qui a dominis manumitti volunt. Deinde parentes, fratres, conjux, liberi, propinqui, affines, familiares et quicumque nobis aliqua necessitate sunt adjuncti. Ipsa denique civitas, quæ parentis loco haberi solet, honores etiam et laudes, et ea quæ dicitur gloria popularis. Ad extremum pecunia, quo uno nomine continentur universa, quorum juste domini sumus aut quorum vendendorum, aut donandorum, habere potestatem videmur. Horum omnium quemadmodum lex illa sua cuique distribuat, difficile et longum eset explicare et plane ad id quod proposuimus non necessarium. Satis est enim videre non ultra porrigi hujus legis potestatem in vindicando, quam ut hæc vel aliquid horum adimat, atque auferat ei quem punit. Metu coercet ergo, et ad id quod vult torquet et retorquet miserorum animos, quibus regendis accommodata est, dum enim hæc amittere timent, tenent in his utendis quemdam modum aptum vinculo civitatis, qualis ex hujuscemodi hominibus constitui potest. Non autem ulciscitur peccatum, cum amantur ista, sed cum aliis per improbitatem auferantur. Lex naturalis est ratio quædam omnium hominum cordibus ingenta, qua moventur ad bonum et avocantur a malo. De ea lege loquitur Apostolus his verbis: « Cum gentes quæ legem (Moysis) non habent, naturaliter (id est sine lege scripta), ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; quia ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. » Ea lege novimus alteri non esse faciendum quod nobis fieri nolumus. Ea lex potest obscurari in cordibus hominum, deleri penitus non potest, juxta illud Augustini: « Lex tua scripta est in cordibus hominum quam ne ipsa quidem delebit iniquitas. »

Explicatur istud, scilicet, legem sive naturalem intelligimus (S. August. epist. ad Hilar., n. 15), quæ in eorum apparet ætatibus, qui jam ratione uti possunt, sive conscriptam, quæ data est per Moysen, quia nec ipsa vivificare potuit, et liberare a lege peccati et mortis, quæ tracta est ex Adam, sed magis addidit prævaricationis augmenta. « Ubi enim lex non est, ait idem Apostolus, nec prævaricatio. Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis, qui jam utitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur ne aliquid faciat quisque alteri, quod pati ipse non vult; secundum hanc legem prævaricatores sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt. De Aug. in Psal. LVII, n. 1, quando quidem manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit: Quod tibi fieri non vis, ne facias alteri? Hoc et antequam lex daretur, nemini ignorare permissum est, ut esset unde judicarentur et quibus lex non esset data. Sed ne sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est in tabulis quod in cordibus non legebant. Non enim scriptum non habebant, sed legere volebant. Oppositum est oculis eorum quod in conscientia videre cogerebantur, et quasi forinsecus admota voce Dei, ad interiora sua homo compulsus est... Sed quia homines

appetentes ea quæ foris sunt, etiam a se ipsis exsules facti sunt, data est etiam conscripta lex; non quia in cordibus scripta non erat, sed quia tu fugitivus eras cordis tui, ab illo qui ubique est comprehenderis, et ad te ipsum intra revocaveris. Propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerunt legem scriptam in cordibus suis: « Redite, prævaricatores, ad cor. » Quis enim te docuit nolle accedi ab altero ad uxorem tuam? Quis te docuit nolle tibi furtum fieri? Quis te docuit nolle injuriam pati, et quidquid aliud vel universaliter vel particulariter dici potest? Multa enim sunt de quibus singulis interrogati homines clara voce respondeant, nolle se pati. Age, si non vis pati ista, numquid solus es homo? Nonne in societate vivis generis humani? Qui tecum factus est, socius tuus est; et omnes facti ad imaginem Dei, nisi terrenis cupiditatibus conterant quod ille formavit. Quod ergo tibi fieri non vis, noli alteri facere. Judicas enim malum esse in eo quod pati non vis; et hoc te cogit nosse lex intima, in ipso tuo corde conscripta. Faciebas, et clamabatur inter manus tuas. Quomodo coges redire ad cor tuum, cum hoc pateris inter manus alienas? Furtum bonum est? Non. Interrogo: Adulterium bonum est? Omnes clamant, non. Homicidium bonum est. Omnes clamant detestari se. Concupiscere rem proximi tui bonum est? Non, vox omnium est. Aut si adhuc non confiteris, accedit qui concupiscat rem tuam. Placeat tibi, et responde quod vis. Omnes ergo de his rebus interrogati clamant, hæc bona non esse. Non ergo immerito prævaricatores æstimantur omnes peccatores terræ. Nullus enim est, qui faciat alteri injuriam, nisi qui fieri nolit sibi; et in hoc transgreditur naturæ legem, quam non sinitur ignorare, dum id quod facit, non vult pati... Lex positiva ea est quæ legislatore vel verbo vel scripto traditur. Hæc autem vel est divina vel humana. Divina, ponitur a Deo; humana ab hominibus...

Lex divina dividitur in veterem et novam. Lex vetus Judæis est scripto tradita per Moysen; lex nova promulgata est per Christum, et per Spiritum sanctum scripta est (non in lapideis tabulis, sed in tabulis cordis carnalibus.)

Lex humana vel est ecclesiastica, vel civilis. Lex ecclesiastica ea est, quæ sancitur ab Ecclesia; lex civilis ea est quæ fertur a principibus temporalibus.

Lex divina præceptum est, ut Ecclesiæ, imo et principibus temporalibus justa jubentibus pareamus, illique non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit ex Apostolo. Ergo et legis humanæ transgressio recte ponitur sub generali notione transgressionis legis Dei.

Duplex vero est genus peccatorum, originale et actuale.

Peccatum originale illud est quod ab Adam in posteros transmissum, a singulis hominibus ipsa origine contrahitur. De illo mox in particulari dicemus.

Peccatum actuale illud est quod actu proprio et propria voluntate libere committitur ab habentibus rationis usum. Et horum multa genera sunt: Nam sunt, 1. vel mortalia, vel venialia; 2. vel sunt omissionis vel commissionis, hæc autem vel corde, vel ore, vel opere committuntur; 3. vel sunt spiritualia, vel carnalia; 4. vel lædunt directe Deum, vel proximum, vel ipsum peccantem; 5. vel sunt infirmitatis, vel ignorantia, vel malitia; 6. vel sunt propria, vel simul et aliena. Denique solemnitas ea divisio est, qua revocantur omnia peccata actualia ad capita septem quæ dicuntur peccata capitalia. De singulis illis septem peccatis, ex notitia quorum varia genera peccatorum quæ nunc indicamus, cognoscuntur, sigillatim agemus post expositionem de his quæ ad peccatum originale spectant, de quo mox post quædam quæ adhuc ad peccati in genere quæstionem referenda sunt.

Peccatum malum factum, Tertull., I, 1250. — Sunt peccata carnalia et spiritalia, *ibid.*, 1252. — Septem peccata capitalia, *id.*, II, 375. — An sint peccata remissibilia et irremissibilia, *ibid.*, 985. — Peccatorum gravium enumeratio, S. Cyprian., IV, 585. — Peccatum est prævaricatio legis divinæ, et cælestium inobedientia præceptorum, S. Ambros., XIV, 292. — Peccatorum tres species sunt, cogitationis, operationis, permansionis, *ibid.*, 1929. — Peccata mortalia, *ibid.*, 1694. — Triplex genus peccati, *id.*, XVII, 82. — Peccare ex necessitate et abundantia, quid, Rufin., XXI, 945. — Peccare per ignorantiam, et per inimicitiam, quid distent, *ibid.*, 954. — Peccatum substantiam non habet, S. Hieron., XXII, 776. — Peccati gradus quatuor, *id.*, XXV, 995. — Iniquitas et peccatum in quo differant, *ibid.*, 888. — Peccata carnis et mentis, *id.*, XXVI, 466. — Peccatum quid, S. August., XXXII, 609; XXXIV, 221; XLII, 38, 105, 586, 590; XLV, 1148, 1464. — Factum vel dictum vel concupitum contra legem æternam, *id.*, XLII, 418. —

Reliquias mala, id., XLIV, 294. — Legis transgressio, id., XXXIV, 1077. — Duobus modis constat, prohibitorum perpetratio, jussorum omissione, id., XLIV, 298. — Motus defectivus et voluntarius, id., XXXII, 1270. — Peccati definitio, id., XLV, 1077, 1118. — Peccati genus, differentia, modus, *ibid.*, 1067. — Peccatum actus est, non res, id., XLIV, 294. — Est aversio ab æternis, et conversio ad mutabilia, id., XXXII, 1240, 1269; XL, 954. — Est conversio aut ad proprium bonum, aut ad dexterius, aut ad inferius, id., XXXII, 1240, 1269. — Peccatum est transgressio, cum aliquid amplius homo appetens, justitiæ regulam excedit, id., XXXVIII, 333. — Peccatum admittitur, dum immoderata in hac infirma inclinatione, summa bona deseruntur, id., XXXII, 679. — Dum appetuntur quæ Christus contempsit, aut fugiuntur quæ Christus sustinuit, id., XXIX, 138. — Peccatum ipsum non amatur, sed ipse inordinatus amor creaturæ est peccatum, id., XXXIV, 143. — Peccatorum genus duplex, id., XXXVI, 816. — Genus triplex, id., XXV, 1747; XL, 17, 228. — Peccata omnia concludunt hæc tria, voluptas carnis, superbia, et curiositas, id., XXXVI, 115. — Peccare in Deum et peccare Deo quid sit, id., XXXIV, 775. — Peccata omnia aut ad corruptelam pertinent flagitiorum, aut ad facinora nocendi, id., XXVIII, 87. — Peccatum in hominem duobus modis committitur, uno, si lædatur; alio, si cum potest non adjuvetur, id., XXVII, 1332. — Peccata alia sunt contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta, id., XLII, 423. — Peccatum appellatur peccati delectatio, id., XXXIV, 417. — Dicitur concupiscentia, quia inde cuncta oriuntur peccata, id., XXXVIII, 840. — Peccatum appellat Apostolus illicita desideria languoris originalis, id., XXXVII, 1507. — Peccatum ad mortem, quid, id., XXXIV, 1266; XLIV, 938. — Peccatum aliud tantummodo peccatum est, aliud poena peccati, id., XXXII, 604, 608; XXXIV, 156; XLV, 1467. — Peccata quot modis sunt, id., XLIV, 563. — Peccata multa interioribus dictis, quæ non sunt in exterioribus factis, id., XL, 551. — Sed nulla in exterioribus factis, quæ non præcedant in interioribus dictis, *ibid.* — Peccata linguæ et peccata cordis quis vitare potest, id., XXXVII, 1700. — Tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delectatione, et consensione, id., XXXIV, 207. — Peccamus non in desiderio pravo, sed in consensione, id., XXXV, 2066. — Omnis qui peccat, adversus charitatem facit: etc., id., XXXIII, 739. — Peccata omnia esse paria Stoici contendunt, id., XL, 550. — Jovinianus, id., XLII, 45. — Et Nectarius, id., XXXII, 387, 393. — Peccatum et crimen quo differant, id., XXXVI, 1507. — Et utriusque definitio, XXXIV, 681. — Peccata venialia et crimina, id., XLIV, 563. — Damnabilia et venialia, *ibid.*, 302. — Grandia, et minuta, XXXV, 1491. — Quæ levia, quæ gravia, non humano sed divino sunt pensanda iudicio, id., XL, 269. — Quæ crimina nominentur, id., XXXVIII, 1206. — Peccata gravia quibus debetur certa condemnatio ac seperatio a pane quotidiano, id., XXVIII, 88, 382. — Peccata quæ exigunt poenitentiae laborem vehementiorem, *ibid.*, 1273. — Minuta peccata quædam recensentur, *ibid.*, 80, 392. — Peccatorum venialium exempla, id., XLIV, 268. — Peccatum irremissibile nullum est, præter perseverantiam in nequitia, cum desperatione indulgentiæ Dei, id., XXXV, 2104. — Peccatum in Spiritum sanctum quod remitti potest in hac vita, id., XXXIII, 814; XXXVIII, 447, 449. — Peccatorum in Spiritum sanctum irremissibile, *ibid.*, 465; XL, 272. — Peccare in Spiritum sanctum quid, id., XXXIV, 1267; XXXV, 2097, 2098. — Libellus de peccato irremissibili, id., XL, 372. — Peccatum ad mortem, id., XXXIV, 1229, 1230. — Peccatorum profunditas per abyssum significata, id., XXXVI, 348. — Peccata significantur in lege cadaveribus mortuorum, id., XXXIV, 592. — Et velis undecim operientibus tabernaculum, *ibid.*, 635. — Non solum vincula sed et crinici sunt, id., XXXVI, 677. — Peccatum mendacii nomine appellatur, id., XL, 347. — Peccatum omne mendacium est, id., XXXVII, 1174; XL, 407. — Peccatum opus servile, id., XLIV, 218. — Est dæmoni sacrificium, id., XXXII, 673. — Quasi scorpius est, id., XXXVIII, 818. — Peccata appellantur usuræ ac debita, id., XXXVI, 910. — Vulnera, *ibid.*, 861. — Peccare est in veritatis præceptis vel in ipsa non stare veritate, id., XLII, 1142. — Peccatur, dum aut inconcessa præsumuntur, aut concessa inordinate fiunt, XXXV, 2213. — Peccata quæ sint capitalia, quæ minuta, id., XXXIX, 1946. — Peccata lethalia, id., XL, 1121.

Peccata quædam sunt, quæ ita peccata sunt, ut poenæ etiam sint peccatorum, S. Prosp. Aquit. LI, 34. — Peccatum nullius substantiæ est, *ibid.*, 569. — Peccatum ipsum malum est, non substantia quæ peccando diligitur, *ibid.*, 405. — Peccatum est vitium naturæ id appetentis

quod non est ordinis sui, *ibid.*, 459. — Distinctio inter peccata in Deum, et peccata in fratres, S. Nicetas, LIII, 1129. — Quid peccata in Spiritum sanctum, *ibid.*, 1131. — Non omnia peccata sunt æqualia, S. Leo Magn., LIV, 506. — Peccatum lethale, *ibid.*, 288. — Peccatum ad mortem quodnam sit, et quodnam non ad mortem, id., LVI, 622. — Peccatum in Spiritum, *ibid.*, 521. — Peccatum vocatur opus servile, S. Paulinus Nol., LXI, 185. — Est paries valli separans inter Deum et homines, *ibid.*, 203. — Peccatum actus dicitur, Eugypcius, LXII, 1005. — Peccatum ad mortem varie potest intelligi, *ibid.*, 996. — Peccati differentiæ tres, *ibid.*, 1025. — Peccati initium nihil aliud quam ordinarum rerum inordinata rationalis creaturæ dilectio, S. Fulgentius, LXV, 167. — Crimina a levioribus peccatis et Scriptura et leges humanæ et conscientia discernit, *ibid.*, 497. — Peccata alia gravia, alia levia, *ibid.*, 574. — Culpæ sanctorum peccata dicuntur non crimina, *ibid.*, 595. — Peccata iniquorum aut sunt sacrilegia, aut flagitia, aut facinora, *ibid.*, 593. — Peccata iniquorum tribus modis sunt, *ibid.* — Peccatum et vitium in quo differunt, S. Benedictus, LXVI, 379. — Peccata omnia non sunt æqualia, *ibid.*, 564. — Peccatum omne tribus modis contrahitur, Cassiodorus, LXXX, 783. — Quando per oculos peccamus, *ibid.*, 849. — Peccata graviora, quando cum advertentia sunt commissa, *ibid.*, 360. — Maximum est vitium post peccatum ad excusationes confugere, *ibid.*, 1000. — Gravissimum est peccatum occasionem alicui præbere peccandi, *ibid.*, 522. — Quis alterius peccati particeps, *ibid.*, 554. — Peccata inter et iniquitates quæ sit differentia, *ibid.*, 219. — Peccata per spinas intelliguntur, *ibid.*, 830. — Cineribus comparantur, *ibid.*, 710. — Peccare, aliud est desidiose, aliud malitiose, aliud scienter, aliud ignoranter, aliud negligenter, aliud arroganter, S. Gregorius Magn., LXXVIII, 358. — De discrimine inter iniquitatem et peccatum, scelera atque delicta, Taio, LXXX, 973. — Quibus modis peccatum perpetratur, *ibid.*, 950. — De manifestis occultisque peccatis, *ibid.*, 932. — De levioribus, *ibid.*, 954. — De gravioribus, *ibid.* — Quatuor modis committitur peccatum in corde, quatuor perpetratur et opere. Corde, suggestione dæmonum, delectatione carnis, consensione mentis, defensione elationis, opere, nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 620. — Peccatum omne cogitatione, aut locutione, aut operatione fit, Alcuinus, C, 291. — Originale et actuale, *ibid.*, 292. — Peccata opera mortua sunt, *ibid.* — Tribus modis peccatur, cogitatione, locutione et actione, S. Agobardus, CIV, 255. — Peccati natura, Rabanus, CXI, 1545. — Quomodo committatur, id., CVIII, 387; CXII, 1394. — Cogitatione et sermone, *ibid.* — Ejus varia genera, *ibid.*, 1595. — Peccatum est duplex, Isidorus Mercat., CXXX, 81. — Peccatum originale et actuale, Ratherius, CXXXVI, 508. — Peccata quotidiana et leviora, *ibid.*, 273. — Peccati gravitas ob præsentiam Dei læsam, *ibid.*, 482. — Peccatur tribus modis, cogitatione, dicto, et facto, S. Bruno, CXLII, 49. — Peccatum occultum et alienum differunt, *ibid.*, 100. — Peccatum est transgressio legis, CXLIV, 950. — Quotuplex est, *ibid.*, 519. — Qui differat peccatum ab iniquitate, S. Gregorius Magn., LXXV, 978. — Peccatum dicitur uva acerba, *ibid.*, 973. — Dicitur sanguis, *ibid.*, 1027. — Peccata retribus comparantur, *ibid.*, 1016. — Item incendio sulphuris, *ibid.*, 1051. — Per juniperum designatur peccatum, id., LXXVI, 149. — Peccati et criminis differentia, *ibid.*, 201. — Peccatum dicitur puteus, in quem mergitur peccator, *ibid.*, 387. — Peccatum aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur, *ibid.*, 339. — Aliud est præcipitatione, aliud deliberatione peccare, *ibid.* — Variæ peccatorum species, *ibid.*, 914. — Peccatum actuale mortale quatuor gradibus in corde, et totidem perficitur in opere, *ibid.*, 661. — Peccare est a Deo fugere, id., LXXVII, 886. — Aliud est quod ab errante committitur, aliud quod per scientiam perpetratur, *ibid.*, 461. — Peccata ex infirmitate et peccata ex certa malitia in quo differant, *ibid.*, 115. — Suggestione peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, consensu ligamur, *ibid.*, 107.

Peccatum dicitur diabolus, Lanfrancus, CL, 128. — Quid per peccata occulta et aperta intelligendum, *ibid.*, 634. — Peccatum dicitur spina, S. Bruno, CLII, 760. — Iniquitas, *ibid.*, 861. — Duobus modis committitur, *ibid.*, 1068. — Opus mortuum vocatur, id., CLIII, 558. — Dicitur peccata opera tenebrarum triplici ratione, Radulphus Ardens., CLV, 1670. — Peccandi quatuor modi, Guibertus, CLVI, 467. — Peccandi consuetudo quam nociva, *ibid.*, 30. — Aliud est infirmitate aut ignorantia peccare, aliud superba deliberatione, *ibid.*, 167. — Peccatum est legis transgressio, S. Anselmus, CLVIII,

635. — Peccare non est aliud quam non reddere Deo debitum, *ibid.*, 575. — Peccare, mala et amara res est, *ibid.*, 870. — Omne peccatum est iniustitia, *ibid.*, 514. — Peccatum dici potest quædam corruptio virtutis, *ibid.*, 463. — Uniuscujusque peccatum est in natura et in persona, *ibid.*, 431. — Peccatum quod quisque trahit cum natura in ipsa origine, vocatur originale. Potest etiam dici naturale, *ibid.* — Actiones quas facit injusta voluntas, vocantur peccata, quia in voluntate, qua fiunt, est peccatum, *ibid.*, 438. — Omne peccatum Deum exhorat, 723. — Nullum peccatum debet reputari parvum, *ibid.* — Præviter peccamus, quotiescunque scienter aliquid quamlibet parvum contra voluntatem Dei facimus, *ibid.*, 392.

Peccatum hauritur oculis et corde, Rupertus, CLXVIII, 52. — Peccatum committitur eo quod non custodiamus nos, *id.*, CLXIX, 75. — Peccata inveterata gravius puniuntur, *ibid.*, 148. — Peccatum cum fraude pejus est, *ibid.*, 155. — Triplex est, per ignorantiam, per superbiam, per infirmitatem, *ibid.*, 459. — Peccatum cordis et operis quatuor modis perpetratur, *ibid.*, 978. — Peccatum esse irremissibile, vel ad mortem intelligitur, nisi penitentiam egerit, *ibid.*, 816. — Læteri in rebus pessimis peccatum gravissimum, *ibid.*, 1030. — Incrementa peccati quæ sint, *ibid.*, 1233. — Blasphemia est defendere peccatum, *ibid.*, 1119. — Peccatum ex nihilo est, *id.*, CLXX, 456. — Peccatum primum, Hugo de S. Victore, CLXXV, 41. — Peccatum in foribus, *ibid.*, 44. — Peccatum in Spiritum sanctum quid, an irremissibile, *ibid.*, 447. — Peccare in Deum quomodo gravius quam peccare in proximum, *ibid.*, 524. — Peccatum actuale quid sit, *id.*, CLXXVI, 110. — In generali, *ibid.*, 111. — Quæ sit illius natura, *ibid.*, 112. — Quid proprie dicatur peccatum, Petrus Abælardus, CLXXVIII, 636 *et seqq.* — De peccatis spiritualibus vel carnalibus, *ibid.*, 648. — Peccatum non est nisi contra conscientiam, *ibid.*, 653.

Peccatum quot modis committitur, CLXXXIV, 1246. — Peccatum cujus Deus non miseretur quodnam sit, *ibid.*, 536. — Sicut peccatum est perpetratio mali, ita delictum est desertio boni, *ibid.*, 489. — Peccatum grave onus, *id.*, CLXXXIII, 243. — Peccata sunt opera tenebrarum, *ibid.*, 105. — Sunt parietes, quibus a Christo sejungimur, *ibid.*, 1046. — Peccati gravitas non ex eventu, sed ex intentione, *id.*, CLXXXII, 178. — Peccatum veniale et invincibile, Robertus Pullus, CLXXXVI, 855. — Peccatum quomodo committitur, *ibid.* — Peccata mortalia quæ, *ibid.*, 861. — Peccati interni et externi duplex macula, *ibid.*, 865. — Peccata cordis et consuetudinis et operis, *ibid.*, 1073. — Peccata comparata vinculis, Petrus Lombardus, CXCI, 534. — Peccata funes, *ibid.*, 1241. — Peccatum quare aculeus mortis dicitur, *ibid.*, 1706. — Peccatum nihil est, *ibid.*, 1602. — Stimulus mortis, *ibid.*, 1694. — Veluti scorpium, *ibid.* — Peccatum duplex, aliud originale, aliud actuale, Richardus a S. Victore, CXCVI, 690. — Peccare in Patrem, in Filium et in Spiritum S. quomodo intelligendum, *ibid.*, 1148. — Peccatum quodnam sit detestabilius, *ibid.*, 1188. — Peccatum esse inexpiabile aliud est ab illo quod peccatum sit irremissibile, et quodnam sit inexpiabile et irremissibile, *ibid.*, 1189. — Peccati mortalis et venialis differentia, *ibid.*, 1191. — Duo in omni peccato sunt considerata, *ibid.*, 1174. — Peccata, quot modis committantur, Adamus Scotus, CXCVIII, 625. — Peccati gravitas ex multis titulis ponderatur, *ibid.*, 384. — Peccatum actuale dicitur naufragium secundum, Alanus de Insulis, CCX, 353. — Peccata venialia disponunt ad mortale, *ibid.*, 298. — Peccata contra naturam pudice et subtiliter describuntur, *ibid.*, 458. — Peccatorum quædam sunt carnalia, alia spiritualia, *ibid.*, 288. — Peccatum quid sit, Petrus Pictav., CCXI, 973. — Peccatum, vitium, et delictum quomodo differunt, *ibid.*, 978. — Peccatum quomodo committitur, *ibid.*, 1027.

II. — De peccati subjecto et causa.

Sanctus Augustinus evidentissime docet in lib. *Contra mendac.* cap. 7, omnes actus secundum intentionem et causam judicandos bonos vel malos, præter quosdam, qui ita sunt mali, ut nunquam possint esse boni, etiamsi bonam videantur habere causam. Interest, inquit, plurimum qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quæ constat esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione faciendæ sunt. Et quippe opera hominum, si causas haberint bonas vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per se ipsa peccata : sicut victum præbere pauperibus bonum est, si sit causa misericordiæ cum recta fide; et concubitus conjugalis, quando sit causa generandi, si eo sine fiat, ut gignantur regenerandi, hæc

rursus mala sunt, si malas habeant causas, velut si jactantiæ causa pascitur pauper, aut lasciviæ causa cum uxore concumbitur, aut filii generentur non ut Deo sed diabolo nutriantur. Cum vero opera ipsa per se peccata sunt, ut furtiva, stupra, blasphemias, quis dicat causis bonis esse faciendæ, vel peccata non esse se; vel quod est absurdius, justa peccata esse? Quis dicat : Furemur divitiibus, ut habeamus quid demus pauperibus; aut. Falsa testimonia proferamus, non ut inde innocentes lædantur, sed potius salventur? Duo enim bona hic sunt, ut innocens non puniatur, et ut inops alatur : Aut quis dicat adulterium esse faciendum, ut per illam cum qua fit homo de morte liberetur? Testamenta enim vera cur non supprimimus, et falsa supponimus, ne hæreditates habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui indigentes adjuvant? Cur non fiant illa mala propter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala? Cur non ab immundis meretricibus quas ditant stupratores, rapiat divitias vir bonus, ut indigentibus ea largiatur cum nullo malo sit, si pro bono fiat? Quis hoc dicat, nisi qui res humanas moresque conatur et leges subvertere? Quod enim facimus non dicatur recte fieri posse, nec impune tantum, verum etiam gloriose, ut in eo non timeatur supplicium, sed speretur et præmium, si semel consenserimus in malis actibus, non quid fiat, sed quare fiat esse quærendum, ut quæcunque pro bonis fiant causis, nec ipsa mala esse judicentur? At justitia merito punit eum qui dicit se subtraxisse superflua diviti, ut præberet pauperi, et falsarium qui alienum corrumpit testamentum, ut is hæres esset qui faceret elemosynas largas, non ille qui nullas, et eum qui se fecisse adulterium ostendit, ut per illam cum qua fecit, hominem de morte liberaret.

Ex his dignoscitur quis actus sit peccatum, qui scilicet malam habeat causam; nec ille tantum, quia sunt nonnulli actus qui, etsi bonam habeant causam, tamen peccata sunt, ut ostendimus. Ex quo consequi videtur quia non semper ex fine judicatur voluntas, sive actio mala, sicut in illis quæ per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causa bonum videtur habere finem; nec ex fine voluntas est mala, non ex voluntate actio fit mala, sed ex actione voluntas fit prava. In quibus aliqui ponunt actum Judæorum, qui crucifigendo Christum arbitrabantur se obsequium præstare Deo, quia bonum finem dicunt eos sibi potuisse, scilicet Dei obsequium; et tamen voluntatem eorum et actionem perversam fore asserant.... Omnia ergo hominis opera secundum intentionem et causam judicantur bona vel mala, exceptis his quæ per se mala sunt, id est quæ sine prævaricatione fieri nequeunt. Ergo simpliciter ac vere sunt boni illi actus qui bonam causam et intentionem, id est qui voluntatem bonam comitantur et ad bonum finem tendunt; mali vero simpliciter dici debent, qui perversam habent causam et intentionem. Unde, S. Ambrosius ait : Affectus tuus operi tuo nomen imponit, et S. August. in Psal. xxxi, Nemo computet bona opera sua ante fidem. Illa enim mihi videntur esse ut magnæ vires, et cursus celerrimus præter viam; quia ubi ipsa fides non erit, bonum opus non erit. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit; non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit attendat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat.... at inquit, ex his, ubi non est fides, nec intentio bona, nec opus bonum esse videtur. De hac quæstione sunt variæ opiniones..., S. Augustinus ait : Omnium infidelium vita peccatum est, et nihil bonum est sine summo bono; ubi deest agnitio æternæ veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus. Et Jacobus in Epist. : Qui offendit in uno (scilicet in charitate), factus est omnium reus. Qui ergo fidem et charitatem non habet, omnis ejus actio peccatum est, quia ad charitatem non refertur, quod enim ad charitatem non refertur, non fit quemadmodum fieri oportet, ideoque malum est. Non ergo mandata custodit qui charitate caret, quia sine charitate nullum mandatorum custoditur. Unde S. Augustinus ait : Custoditionem legis dicit Apostolus, non inebriari, non occidere, non mœchari, et alia hujusmodi ad bonos mores pertinentia, quæ sine charitate, fide et spe impleri non possunt. Nullum ergo mandatum implet, nullum opus bonum facit, qui fidem charitatemque non habet., CXCLII, 747-749. Hæc patet ex sequentibus indicationibus.

Omne peccatum impatientiæ adscribendum, Tertullianus, I, 1258. — Peccatum unde ad hominem pervenerit, Lactantius, VII, 123, 134. — Peccati nobis auctores sunt principes aeris, S. Hilarius, IX, 460. — Peccati incentiva suppeditant dæmones, et de eo quod per eos gesserimus nos accusant, *ibid.*, 608. — Peccati usus ex appetitu voluntatis et oblectatione vitiorum accipitur, *ibid.*, 475. —

Qui graviora peccaverit, in cætera facile prolabitur, S. Ambrosius, XIV, 333. — Tu ipse tibi es causa improbitatis et criminum inventor, *ibid.*, 140. — Vel exigua scintilla peccati, si quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grave excitat, *ibid.*, 934. — Peccati auctor non caro, sed affectus, *ibid.*, 604. — Peccantibus lex absens est: si adesset, non delinqueretur, *ibid.*, 522. — Dum sumus in peccandi libidine, oculi mentis fumo quodam iniquitatis caligant, ne videant eorum quæ concupiscit deformitatem, *ibid.*, 461.

Peccatorum causa non est Deus, S. Augustinus, XXXII, 830, 1269; XLIV, 731. — Etsi in eum peccata sua refundere soleant peccatores, id., XXXIV, 209. — Peccatum solum a se, non a Deo homo habet, id., XXXVII, 1318, 1848. — Peccata non ex Deo, sed ex voluntate peccantium, id., XXXII, 1271; XLII, 560. — Nisi voluntas sit causa peccandi, nihil remanet justitiæ in legibus, institutis, laudibus, id., XXXIII, 1061. — Peccandi causa ex anima, non ex carne, id., XLI, 405. — Cum quisquis peccat, peccat volens, id., XXXII, 1294. — Peccatum omnino voluntarium est, id., XXXIV, 133. — Nec peccatum esset peccatum, si non esset voluntarium, id., XXXII, 603. — Peccati prima causa, sola est voluntas, id., XXXIII, 773. — Peccatum non nisi a voluntate, id., XLII, 103; XLV, 1312. — Peccati originem voluntas habet, *ibid.*, 1477. — Licet peccatum possit esse sine voluntate peccati, non tamen sine voluntate facti, id., XXXII, 609. — Peccatorum originem non libero arbitrio, sed necessitati naturæ contrariæ tribuunt Manichæi, id., XLII, 566. — Peccandi quædam est necessitas, id., XXXII, 753, 759; XLIV, 286, 295. — Peccatum non nisi ex libero arbitrio, id., XLII, 537, 538. — Quod nullo modo caveri potest, peccatum non est, id., XXXII, 1295. — Per liberum arbitrium peccant maxime omnes, qui cum delectatione peccant, et amore peccati, id., XLV, 1110. — Peccati actualis duplex est origo, id., XXXII, 1285. — Duplex causa, id., XLIV, 554. — Peccati causa duplex, ignorantia et concupiscentia, *ibid.*, 565. — Ignorantia et infirmitas, id., XL, 271; XLIV, 152, 167. — Peccatorum causa, aut ignorantia aut fragilitas aut contemptus, id., XXXIV, 729. — Peccata ex infirmitate de traduce primi peccati Adam, et de consuetudine mala veniunt, id., XLII, 541. — Peccata quotidiana omnes ex carnis infirmitate contrahimus, id., XXXIX, 1541. — Omnia peccata duæ res faciunt in homine, cupiditas et timor, id., XXXVI, 413. — Peccatum non committitur sine causa, id., XXXII, 679. — Non committitur nisi ob utilitatem aut delectationem, id., XL, 513. — Hominem post baptismum non posse peccare, Joviniani hæresis, id., XLV, 1114, 1116. — Totam Ecclesiam esse absque peccato docuerunt Pelagiani, id., XXXVIII, 980. — Refelluntur, *ibid.* — Posse hominem, si velit, esse sine peccato, doctrina Pelagii, id., XLIV, 350. — Et dogma Cœlestii, *ibid.*, 234. — Nemo in hac vita sine peccato, id., XXXIII, 674; XXXV, 1697, 1780, 1790; XXXVIII, 132, 893, 979; XL, 228, 720. — Quantumvis justus, id., XLI, 657, 748, 788; XLII, 632; XLV, 1115, 1233. — Excepto uno Mediatore, nemo in hac vita sine ullo peccato, id., XLIV, 133, 245, 631, 726, 753. — Solus sine peccato venit, qui nos peccatores invenit, id., XXXVI, 233. — Nemo hic potest sine peccato vivere, id., XXXVIII, 401. — Aliud est non peccare, aliud non habere peccatum, id., XXXV, 2140. — Nemo ita juste vivit in hac carne, ut nullum habeat peccatum, id., XLIV, 316. — Multi sine crimine, nemo sine peccato, id., XLI, 415. — Cur nemo in hac vita sine peccato, id., XLIV, 167. — Testimonia Scripturarum et exempla, quibus probatur hominem non esse sine peccato, *ibid.*, 268. — Etsi aliquoties in Scripturis inveniatur, homines dictos esse sine querela, non inveniuntur qui sit dictus sine peccato præter Christum, *ibid.*, 253. — Peccati non est auctor Deus, id., XLV, 1833, 1841, 1848. — Peccatum non fit sine dæmonis operatione, id., XL, 1177. — Peccatum esse propriæ voluntatis, ipse etiam Manichæus adactus est confiteri, id., XLII, 1141. — Peccatorum omnium duæ origines, error et superbia, id., XXXIX, 2003.

Peccata ex voluntate peccantium, Egiptus, LXII, 1067. — Sine peccato nemo se putet aut jactet, *ibid.*, 863. — Peccatum non est ex Dei prædestinatione, S. Fulgentius, LXV, 174. — Omne peccatum ex corde sumit initium, *ibid.*, 253. — Peccatum sicut non est in Deo, ita nec ex Deo est, *ibid.*, 156. — Mors et peccatum Dei opus non sunt, *ibid.* — Exceptis parvulis recens baptizatis, ne sancti quidem sine peccato hic vivere possunt, *ibid.*, 704. — Absurda quæ sequuntur eorum sententiam qui negant peccatum in infantibus, *ibid.*, 469. — O mnes vinceti sumus lege peccati, Cassiodorus, LXX, 490. — Sine levi peccato vita ista non ducitur, *ibid.*, 1074. —

Diabolus non inducit nos in peccatum, nisi volentes, S. Gregorius Magnus, LXXV, 1026. — A diabolo ad peccatum trahi propria voluntate consentimus, *ibid.*, 1096. — Deus ad peccatum non impellit, id., LXXVI, 915. — Peccatum ex peccato nascitur, id., LXXV, 783. — Multi vitam sine crimine habere possunt, sine peccato non possunt, S. Isidorus, LXXXIII, 620. — Peccatum Deo non ascribendum, sed homini a Deo condito, libero arbitrio, propositis præceptis quæ servare poterat, Rabanus, CIX, 663, 665. — Ejus causa, id., CXII, 1545. — Nusquam est in hominis natura præter voluntatem peccatum, S. Anselmus, CLVIII, 451. — Adæ posteri naturali peccant necessitate, *ibid.*, 454. — Duabus ex causis oritur peccatum, ex ignorantia et infirmitate, B. Ivo, CLXI, 1021. — Homo interdum animi motu, carnis interdum fragilitate peccat, *ibid.*, 870. — Nullus sanctus et justus caret peccato, *ibid.*, 881.

Omnium vitiorum turpissima est libido, et ad plura peccata impulsus et fomentum præbet, S. Bruno Ast., CLXIV, 266. — Non solum prava intelligentia legis, verum etiam omnis corruptela omnisque depravatio mentis fermentum dici potest, quod plurimorum est causa peccatorum, *ibid.*, 257. — Sunt etiam munera peccatorum causæ, quod excæcant et subvertunt animos, *ibid.*, 295. — A tribus immunditia animæ provenire potest; ab hæreticorum, et quorumcunque malorum hominum deceptione et suggestionem, a se ipso, quando in aliquam hæresim, aut in grave peccatum homo propria voluntate præcipitatur, *ibid.*, 394. — Peccati auctor Deus non est, Rupertus, CLXX, 212. — Tria nos peccare compellunt, caro, proximus, diabolus sive mundus, Hildebertus, CLXXI, 364. — Animæ tres mortes contingunt, cogitatione, opere, perseverantia, *ibid.*, 474. — Peccatum quam grave sit onus, *ibid.*, 525. — Duobus modis peccatur, cupiditate et timore, *ibid.*, 1142. — Peccati Deus auctor non est, Philippus de Harveng, CCIII, 134. — Peccatorum causa superbia, Petrus Cantor, CCV, 44.

III. — De peccati effectibus, necnon poena qua plectitur.

Quamvis anima humana veraciter immortalis perhibetur, habet tamen quamdam etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantumcunque non desinit vivere atque sentire; corpus autem ideo mortale, quoniam deserit omni vita potest, nec per seipsum aliquatenus vivit. Mors igitur animæ fit, cum eam deserit Deus, sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo utriusque rei, id est totius hominis mors est, cum anima a Deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex Deo vivit ipsa, nec corpus ex ipsa... Nam in illa poena ultima et sempiterna... recte mors animæ dicitur, quia non vivit ex Deo; mors autem corporis quodammodo, cum vivat ex anima... Vivit itaque anima ex Deo, cum vivit bene; non enim potest bene vivere, nisi Deo operante in se quod bonum est, S. Augustinus, l. III, *De civit. Dei*, c. 27.

Quæ sunt, putas, mirabilia Dei? Quid mirabilius inter Dei mirabilia quam mortuos suscitare? Numquidquam, inquis, ego mortuus sum? Si non mortuus esses, non tibi diceretur: Surge, qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Mortui sunt omnes infideles, omnes iniqui; corpore vivunt, sed corde extincti sunt. Qui autem suscitatur mortuum secundum corpus, reddit eum luci huic videndæ et huic aeri ducendo, non autem suscitator ejus ipse illi lux et aer est; incipit videre, quemadmodum videbat ante. Anima non sic exsuscitatur. Anima enim exsuscitatur a Deo, quanquam et corpus exsuscitetur a Deo; sed Deus quando exsuscitatur corpus, mundo reddit; quando exsuscitatur animam sibi reddit. Si recedat aer mundi illius, moritur corpus; si recedat Deus moritur anima. Cum ergo animam suscitatur Deus, nisi adsit qui suscitavit, suscitata non vivit. Non enim suscitatur, et dimittit ut vivat sibi... suscitatur illam Deus, moritur, si discesserit Deus. Dicam enim audacter, fratres, sed tamen verum: Duæ vitæ sunt, una corporis, altera animæ, sicut vita corporis anima, sic vita animæ Deus, quomodo si anima deserat moritur corpus, sic anima moritur, si deserat Deus. Cum mecum es vivo, et animæ meæ vita tu es, quæ morietur, si dimittatur sibi. S. Augustinus enarrat in Psal. LXX, serm. 2, n. 3.

Qui levi, ait S. Hieronymus, in cap. II Jerem. peccatorum sorde maculatus est levioribus purgatur monitis. Porro peccata gravia quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herba Borith dilui possunt, sed gravioribus tormentis indigent. Sunt peccata levia, sunt gravia. Aliud est decem millia talenta debere, aliud quadrantum. Et de otioso quidem verbo et adulterio rei tenebimur, sed non est idem suffundi et torqueri; erubescere, et longo tempore cruciari. Audi apostolum Joannem: Qui scit

fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, et dabit ei veniam, peccanti non ad mortem. Qui vero peccaverit ad mortem, quis orabit pro eo? » Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam; si pro majoribus, difficilis impetratio fit, et inter peccata et peccata, esse magnam distantiam...

Cum autem peccatum sit quædam infirmitas animæ, peccatum aliquod mortale dicitur ad similitudinem morbi, qui dicitur mortalis, ex eo quod inducit defectum irreparabilem per destitutionem alicujus principii..... Principium autem vitæ spiritualis, quæ est secundum virtutem, est ordo ad ultimum finem,.... qui quidem si destitutus fuerit, reparari non potest per aliquod principium intrinsecum, sed solum per virtutem divinam....., ideoque hujusmodi peccata dicuntur mortalia quasi irreparabilia. Peccata autem quæ habent inordinationem circa ea quæ sunt ad finem, conservato ordine ad ultimum finem, reparabilia sunt; et hæc dicuntur venialia. Tunc enim peccatum veniam habet, quando reatus pænæ tollitur, qui cessat, cessante peccato. Et adhuc dicendum quod ille qui peccat venialiter inhæret bono temporali, non ut fruens, quia non constituit in eo finem, sed ut utens, referens in Deum non actu, sed habitu...., Peccatum veniale a venia dicitur...., non meretur pœnam æternam, sed temporalem.... Cum enim voluntas fertur in aliquid quod secundum se repugnat charitati, per quam homo ordinatur in ultimum finem, illud peccatum ex suo objecto habet quod sit mortale. Unde est mortale ex genere, sive sit contra dilectionem Dei, sicut blasphemia, perjurium et hujusmodi; sive contra dilectionem proximi, sicut homicidium, adulterium et similia. Quandoque vero voluntas peccantis fertur in id quod in se continet quamdam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei et proximi, sicut verbum otiosum, risus superfluous, et alia hujusmodi; et talia sunt peccata venialia ex suo genere... Quibus venialibus peccatis licet occidi animam non putemus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis et quasi horrenda scabie deformem faciunt, ut eam ad amplexus Sponsi cœlestis, aut vix aut cum grandi confusione venire permittant. Et ideo continuis orationibus, et frequentioribus jejuniis et largioribus eleemosynis, et præcipue, per indulgentiam eorum qui in nos peccant, assidue redimentur, ne forte simul collecta cumulum faciant et demergant animam. Quidquid enim de istis peccatis a nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est de quo dicit Apostolus: « Quia in igne revelabitur; et si cujus opus arserit, detrimentum patietur. » Aut enim dum in hoc mundo vivimus, ipsi nos per pœnitentiam fatigamus; aut certe volente aut permittente Deo, multis tribulationibus pro istis peccatis affligimur; et si Deo gratias agimus, liberamur..... Ita peccata ipsa in hoc sæculo purgantur, ut in futuro ille ignis purgatorius aut non inveniat, aut certe parum inveniat quod exurat. Si autem nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tandem in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta, tanquam ligna, fenum, stipula consumantur.

Sed dicit aliquis, ait S. Cæsarius serm. 57, Non pertinet ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat, quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest in hoc sæculo pœnarum aut cogitari aut videri, aut sentiri. Et ideo totis viribus unusquisque laboret ut capitalia crimina possit evadere, et minuta peccata ita operibus bonis redimere, ut de ipsis nihil videatur remanere quod ille ignis possit absumere. Illi autem qui capitalia crimina committunt, si quamdiu vivunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerint, non ad illum ignem de quo dicit Apostolus: « Ipse salvus erit, sic tamen quasi per ignem; sed in istum ignem, illam duram et irrevocabilem sententiam adituri sunt, de quo Christus ait: « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum. »

Hæc explanantur in sequentibus indicationibus ex Patribus desumptis.

Peccatis amittimus beata et maxima et Deo proxima, S. Hilarius, IX, 788. — Ab omni, qui in peccatis moratur, vultus Domini est aversus, *ibid.*, 429. — Peccata sunt quædam, quæ ex ore verbum auferunt veritatis, *ibid.*, 544. — Peccata opprobrio sunt digna, *ibid.*, 525. — Semper nobis peccatum nostrum tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fenerator conveniens debitorem, S. Ambrosius, XIV, 1070. — Rei sumus sine accusatore, sine tortore cruciamur, sine vinculis astringimur, sine venditore vendimur, *ibid.*, 1022. — Peccata quomodo puniantur, *ibid.*, 348. — Injusti sicut paleæ ventilantur, *ibid.*, 854. — Peccati dies, dies confusionis

appellatur, *ibid.*, XVI, 506. — Nullus major est dolor, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam: neque ullum gravius onus, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum, *ibid.*, 1255. — Nihil est quod tam summo dolori sit, quam ut unusquisque positus sub caplitate recordetur unde lapsus sit, atque unde ceciderit, *ibid.*, 523. — Peccata interna inquinant hominem, Juvencus, XIX, 647. — Mors nostra peccatum est, S. Hieronymus, XXII, 339. — Peccata germinant negligentiam, *ibid.*, 654. — Peccatum murus est, dividens Deum et homines, *ibid.*, XXIV, 576. — Mortem sonat, *ibid.*, XXV, 575. — Peccata nostra causa omnium malorum, LVII, *ibid.*, 57. — Peccatum mors animæ, *ibid.*, XXVI, 165. — Omnis qui peccat, amat tenebras, *ibid.*, XXIV, 356. — Omnis qui peccat, ex diabolo natus est, *ibid.*, 659. — Qui peccavit et fecit malum mortuus est, *ibid.*, XXIII, 1077.

Peccatum mors animæ, S. Augustinus, XXXV, 1748. — Sola mors animæ, *ibid.*, XI, 95. — Iniquitas sola longe a Deo facit, *ibid.*, XXXVII, 1775. — Peccando recedit homo a Deo, *ibid.*, XXXIII, 838. — Peccata sola a Deo separant, *ibid.*, XLI, 300. — Et a salute ac vita æterna, *ibid.*, XLIV, 129. — In peccato tenebræ et frigus, *ibid.*, XXXV, 1579. — Peccata tenebræ sunt animarum, *ibid.*, XLIII, 118. — Peccatum impunitum esse non potest, *ibid.*, XXXVI, 503, 761; XL, 358. — Peccatum aut a Deo aut ab homine puniendum est, *ibid.*, XXXVI, 503. — Peccati merito vindicta est æterna, *ibid.*, XXXIII, 581. — Peccatorum pœna et exitus est, ut primo cupiditatum igne vastentur, deinde malorum operum putore a cœtu beatorum abjiciantur, postremo ahrepti atque submersi ineffabiles pœnas luant, *ibid.*, XXXVI, 137. — Peccati pœnæ variæ sunt, *ibid.*, XXII, 674. — Deus non de se profert unde peccata puniantur, sed ipsa peccata sic ordinat, ut quæ fuerunt delectamenta homini peccanti, sint instrumenta Domino punienti, *ibid.*, 107, 108. — Peccati effectus, *ibid.*, XXXIX, 1974, 2224, 2225. — Peccata nulla Deus inulta permittet, *ibid.*, XL, 1350. — Nulla impunita esse possunt, *ibid.*, XLV, 1876.

Peccatum est mors animæ, Gennadius, LVIII, 990. — Peccato natura vitata, Eugypcius, LXII, 1017. — Bonum perditum, *ibid.*, 996. — Peccata tenebræ animarum, *ibid.*, 872. — Peccatum generat mortem, *ibid.*, 118. — Peccatum hominis effecit ut dies a tenebris jam computentur, *ibid.*, 155. — Hominem ex paradiso detrusit, *ibid.*, 158. — Homo per peccatum facultatem bonæ cogitationis et bonæ voluntatis amisit, Fulgentius, LXV, 467. — Peccata quanto majora sunt, tanto longius a Deo repellunt, Cassiodorus, LXX, 56. — Qui peccat, gratiam Spiritus sancti amittit, *ibid.*, 367. — Peccatum est morbus animarum, *ibid.*, 298. — Peccata sunt vincula, *ibid.*, 856. — Peccatum mors animæ, Vita Patrum, LXXIII, 509. — Peccatum nullum Deus relinquit inultum, S. Gregorius Magnus, LXXV, 633. — Per ea Deus hominem plectit, quæ peccando suo auctori prætulit, *ibid.*, 606. — Iræ divinæ nullum peccatum absconditur, *ibid.*, LXXVI, 27. — Peccatis involuti lumen videre non possunt, *ibid.*, 336. — In sinu Ecclesiæ inique viventes, divina ultio quasi impios percutit, *ibid.*, — Patitur tenebras ultionis, qui hic sponte sustinuit tenebras voluptatis, *ibid.*, 1108. — Peccato anima dum pascitur, panem justitiæ edere non valet, *ibid.*, LXXV, 973. — Peccati pœna in inferno est æterna, *ibid.*, LXXVII, 461. — Cur peccatum quod in se est finitum, pœna puniatur æterna, *ibid.* — Peccatum animam occidit, Rabanus, 107, 481; CVIII, 227. — Ejus labe infecti cœli aditu arcendi, *ibid.*, CLX, 634. — Eo polluti frustra in templo fiduciam locant, *ibid.*, CXI, 859. — Peccatores ut lutum delebuntur, S. Bruno, CXLII, 197. — Sicut pulvis projicientur, *ibid.*, 147. — Ut fumus deficiunt, 249. — Pacem in conscientia non habent, *ibid.*, 274. — De peccatorum effectibus, S. Petrus Damianus, CXLV, 223. — Peccatum nullum impunitum manet, *ibid.*, 578. — Corpora peccatis subjecta mortua sunt, Lanfrancus, CL, 700. — Peccatis obvoluto nihil prodest hostia, *ibid.*, 398. — Peccatum pondus, *ibid.*, 402. — Peccata mentem excæcant interius, Radulphus, CLV, 1670. — Ad exteriores tenebras pertrahunt, *ibid.* — In peccatis lethalibus voluntarie perseverantes tanquam ebrii et mortui nihil vident, nihil sentiunt boni aut mali, Guibertus, CLVI, 34. — Omnia peccata animam lædunt, S. Anselmus, CLVIII, 539. — Justitia aboletur justis ruentis, *ibid.*, 877. — Tanto magis ægrotat, quanto licentius quis peccat, *ibid.*, 665. — Peccata dum attrahunt, dulcia promittunt; dum pertrahunt, amaritudine perfundunt. Dum suadent, ungunt; postquam suaserunt, usque ad mortem animam pungunt, *ibid.*, 1010. — Peccata conscientiam discerpunt, *ibid.*, 930. — Per peccatum moritur homo, etsi aliquatenus vivat, *ibid.*, 873. — Abyssus peccatorum invocatur abyssum judiciorum et suppliciorum,

ibid., 1001. — Humana natura quando primum peccavit, hac poena flagellata est, ut nunquam prolem naturaliter nati-
talem, quales videmus infantes nasci, generaret, *ibid.*, 534. — Ac post hanc vitam in inferno a regno Dei ad quod facta est, in perpetuum exsularet *ibid.* — Peccati poena est peccandi necessitas, *ibid.*, 463. — Morbi, mors, etc., poena sunt peccati, *ibid.*, 464. — Mors ex peccato et poena peccati, *ibid.*, 394. — Peccata sunt funes, Rupertus, CLXVII, 1048. — Peccatum in homine attulit nobis mortem animæ et corporis, *ibid.*, 1350. — Peccatum animam diabolo subicit, Adamus Scotus, CXCVIII, 417. — Hominem ligat, *ibid.*, 744. — Peccatum destruit in nobis habitaculum Dei, Godefridus, CLXXIV, 27. — Et animam ut funiculus ligat, *ibid.* — Nos facit servos, *ibid.*, 483. — Peccatum mors est animæ, Philippus de Harveug., CCH, 4157.

IV. — *De necessitate vitandi peccatum, mediisque ex eo surgendi.*

Ex dictis in præcedenti paragrapho de poenis peccatis capitalibus et venialibus reservatis, deducimus quod qui a poena perpetua et a purgatorio igne desiderant liberari, crimina capitalia non admittant; aut si jam commiserint fructuosam agant poenitentiam, et illa parva vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non desistant.

Quibus tamen operibus, ait sanctus Cæsarius, minuta peccata redimantur, planius vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos, et positos in vinculis requirimus, discordes ad concordiam revocamus, indicto in Ecclesia jejuniu jejunamus, pedes hospitibus abluimus..., elemosynam ante ostium prætereuntibus pauperibus damus, inimicis nostris, quoties petierunt, veniam indulgemus, istis operibus et similibus minuta peccata redimimus quotidie.

Pro capitalibus vero criminibus non hoc solum sufficit, sed addenda sunt lacrymæ, rugitus et gemitus, continuata et longo tempore pertracta jejunia, largiores elemosynæ erogandæ, ultro nos ipsos a communionem Ecclesiæ removens, in luctu et in tristitia multo tempore permanentes, et poenitentiam etiam publice agentes, quia justum est, ut qui cum multorum destructione se perdidit, cum multorum ædificatione se redimat.

Est poenitentia, inquit S. Augustinus, Serm. 351, c. 3, n. 5. De utilitat. agendi poenitent., cujus actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est, quia nemo vitam æternam, incorruptibilem immortalemque desiderat, nisi eum vitæ hujus, temporalis, corruptibilis, mortalisque poeniteat... Quis dubitet in quacunque temporali felicitate versemur, poenitere tamen nos debere hujus vitæ, ut ad illam incorruptionem tota aviditate curramus?... Quis ergo festinat et optat ad patriam remeare, et illam speciem quæ est facie ad faciem contemplari, nisi quem peregrinationis suæ poenituerit? Ex quo dolore poenitentis, etiam vox illa miserabilis erumpit et sonat: « Heu me! quoniam peregrinatio mea longinqua facta est. »

Ne quis igitur per baptismum quamvis justificatus sit a prioribus peccatis, tamen superbire audeat, si nihil committat, unde ab altaris communionem separatur, quasi jam de plena securitate se jactans, sed potius servet humilitatem, quæ pene una disciplina Christiana est.... Nec superbiat terra et cinis, donec ista nox tota transeat..... Quis itaque sanæ mentis non ingemiscat? Cui non per poenitentiam sic esse displiceat? Quis non tota humilitate supplicans divino adjutorio se exaudibilem præbeat, donec transeat omnis ista tentationum materies atque umbra terrena... Deinde quisque ut mundo crucifixus sit ab omni opere malo, in servitute membra castigat, ne jam regnet peccatum in ejus mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus; solum unum verum Deum colat, nulli simulacrorum ritui deditus, nullis sacris dæmoniorum irretitus, non accipiens in vanum nomen Domini Dei sui, quietem sempiternam certus expectans, debitum honorem parentibus reddens, nec cruentus homicidii, nec fornicatione turpatus, nec furto fraudulentus, nec mendacio duplicatus, nec rei, nec uxoris alienæ concupiscentia sordidus, non in suis etiam rebus aut luxuria diffuat, aut crescat avaritia, non sit contentiosus, non sit contumeliosus, non maledicus, vendat postremo omnia bona sua, et dei pauperibus et sequatur Christum atque thesauro cœlesti radicem cordis insigat... Consulat proximo sicut sensit sibi esse consultum. Versabitur ergo iste in rebus humanis, non carnalis, sed spiritualis acquisitionis devinctus officio, non quidem negotiis sæcularibus obligatus, sed tamen quia militat Deo, non otio desidie torpidus et abjectus. Det ergo, si potest, suas elemosynas omnes cum omni hilaritate; non lædio frangatur in difficultatibus rerum, quæ necesse est existant, ut ostendatur

homini quod homo est. Non ira subrepat in eum, qui aut odiose irruit, aut inopportune inopia coactus petit; aut negotio suo... Non det quidquam amplius vel minus quam oportet...; non loquatur amplius quam opus est... Sed tamen de terra sicca pulverem contrahunt... Non solum ergo propter ipsam vitæ hujus mortalitatem et ignorantiam, et propter diei malitiam... quam jubemur ferre atque portare...; et sustinere, Deum viriliter agendo, ut fructum afferamus cum tolerantia; sed etiam propter ipsum pulverem mundi hujus..., qui per itinera consulendi consulentium pedibus adhærescit, et damna quæ in ipsa negotiosissima dispensationis actione contingunt, quæ Dominus præstat ut cum lucris majoribus compensentur, quotidianam debemus habere poenitentiam.

Quisquis itaque se diligenter attendens, nulla se ipsum adulatione seducit, satis intelligit cum quanto periculo mortis æternæ, et cum quanta penuria perfectæ justitiæ peregrinetur a Domino... Oportet ut oderis in te opus tuum, ait S. Augustinus, tract. in Joan. xii, n. 13, et ames opus Dei. Cum autem cœperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua; initium operum bonorum, confessio est operum malorum. Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua, non sibi parcat, non sibi ignoscit ut Deus ignoscat, quia quod vult ut Deus ignoscat, ipse agnoscit.

Christus paratus est ignoscere, sed agnoscentibus. In dilectione autem ejus et in misericordia ejus qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus et grandibus peccatis, qualia sunt facinoræ, homicidia, furta, adulteria, propter illa quæ minuta videntur esse peccata linguæ aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit veritatem confessionis, et venit ad lucem in operibus bonis, quoniam minuta plura peccata, si negligenter, occidunt... Iter autem hujus sæculi molestum est, plenum est tentationibus; in rebus prosperis ne extollat, in rebus adversis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem hujus sæculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursus qui te flagellat in isto sæculo ad emendationem, non ad damnationem facit. Ferte patrem erudentem, ne sentias judicem punientem.

Omnes tandem sancti qui Deo fideliter serviunt, rectioni et orationi vacare, et in bonis operibus perseverare contendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, id est ligna, fenum, stipulam supra fundamentum Christi, sed bona opera, hoc est, aurum, argentum, lapides pretiosos superædificantes, per ignem illum, de quo dicit Apostolus: « Quia in igne revelabitur, absque ulla violatione transibunt. Illi vero qui quamvis capitalia crimina non admittant, et ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, et ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo quod in Christum crediderunt, et capitalia peccata non admiserunt venturi sunt; sed prius aut in hoc sæculo per Dei justitiam vel misericordiam, sicut jam dictum est, amarissimis tribulationibus sunt excoquendi, et illi ipsi per multas elemosynas, et præcipue dum inimicis suis clementer indulgent, per Dei misericordiam liberandi, aut certe illo igne de quo dicit Apostolus, longo tempore cruciandi, ut ad vitam æternam sine macula et ruga perveniant. Illi vero qui aut homicidium, aut sacrilegium, aut adulterium, vel reliqua his similia commiserint, sicut etiam jam dictum est, si eis digna poenitentia non subvenerit, non per purgatorium ignem transire merebuntur ad vitam, sed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem.

Per ista præfata satis nobis apparent demonstrata ea quæ spectant ad necessitatem vitandi peccatum, et ad media apta ad ex eo exsurgendum. Insuper adhuc demonstrantur ex sequentibus.

Non facti tantum, sed et voluntatis delicta vitanda, et poenitentia purganda, Tertull., I, 1232. — Munia quæ ad peccatum inducunt, omnino deserenda, *ibid.*, 667. — Peccatis omnibus, seu carne, seu spiritu, seu voluntate commissis, qui poenam per judicium destinavit, idem et veniam per poenitentiam spondit, *ibid.*, 1253. — Peccatorum obliterationem merentur jejunia, *id.*, II, 65. — Oratio diluit delicta, lapsos erigit, cadentes suspendit, stantes continet, *id.*, I, 1196. — Ad obtinendam peccatorum veniam opus est nobis quotidiana sanctificatione, S. Cyprianus, IV, 523.

Peccata nostra quomodo dissimulet Deus, S. Hilarius, IX, 860. — Peccatorum venia, *ibid.*, 783. — Peccatis veniam per poenitentiam promittit lex et Evangelium, *ibid.*, 789. — Omnium omnino peccaminum veniam per fidem tribuit Deus, post reditum confessionis, suo potius munere quam nostro merito, *ibid.*, 1022. — Peccata humiliatione emendantur, *ibid.*, 567.

Peccata magna tollit magna medicina, S. Ambrosius, XIV, 721. — Quomodo eorum funes et vincula solvan-

tur, id., XV, 1311. — Inflexi vitis non voluntariis, propterea nobis Deum, sequamur quæ jubet, vitemus quæ prohibet, sit propitiandæ divinitatis ambitio, sequendæ præceptionis obediitio, interdictæ prævaricationis cautio, id., XIV, 575. — Peccator culpam fateatur, impius ingemiscat, justus non se extollat, *ibid.*, 805. — Ille justificatur qui proprium peccatum constitetur, *ibid.*, 535. — Peccatum donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, tegitur per charitatem, *ibid.*, 876. — Justitia remittat iniquitates, fortitudo timorem, temperantia impuritatem, ut perpetua fiat remissio peccatorum, id., XV, 1248. — Peccatorum leviorum remissio quomodo haberi possit, *ibid.*, 479. — Peccatum non abscondendum, si velimus nobis remitti culpam, Rufinus, XXI, 803.

Necessitas dimittendi peccata, S. Hieronymus, XXVI, 132. — Pro peccato sanguis proprius digne offertur, id., XXV, 1210. — Non solvuntur peccata nostra, nisi de manu Domini receperimus ea, id., XXIV, 400. — Levia et gravia quibus remediis purgantur, *ibid.*, 693. — Quamvis grave sit peccatum, si quis convertatur, potest sanari, *ibid.*, 100. — Initium salutis est sua intelligere et flere peccata, *ibid.*, 1231. — Peccata diversa, diversis remediis curanda, id., XXV, 677.

Peccata dissolvuntur et abolentur in Christi clarificatione, S. Augustinus, XXXIV, 595. — Peccata solus Christus auferre potest, 638. — De peccato solus liberare potest, qui sine peccato venit, id., XXXV, 1694. — Peccata tolluntur, dum mors Christi attenditur, id., XXXIV, 489. — Nemo a peccatis liberatur nisi gratiæ Dei per Jesum Christum, id., XXXIII, 885; XLL, 1119. — Peccatum propriæ voluntatis etiam solvitur sanaturque per Christum, id., XLIV, 120. — Christus peccatum tollit triplici ratione, XLV, 1176. — A peccato homo non fit liber lege, sed gratia, *ibid.*, 896. — Peccatum per gratiam solam auferitur, id., XXXV, 2065. — Peccata quibus modis mundantur, id., XLIII, 475. — Tribus modis dimittuntur, XL, 636. — Peccatorum medicamenta, eleemosynæ, jejunia, oratio, id., XLIII, 63. Peccata oratione expiantur, et Deus placatur, id., XXXIII, 665, 678. — Peccata exhaurienda sunt quotidie per bona opera, ne navem deprimant, id., XXXVI, 819. — Peccata non redimunt eleemosynæ, nisi vita mutetur, id., XL, 265, 267. — Delentur graviora peccata per Orationem Dominicam, si pœnitendo vita in melius fuerit mutata, *ibid.*, 265. — Peccata quamlibet magna remittuntur in Ecclesia per pœnitentiam, *ibid.*, 262. — Pœnitentia sola quæ in vera religione agitur, impetrat veniam, et purgat admissum, XXXIII, 391. — Peccata non dimittuntur, nec dimittuntur a Deo, id., XL, 195, 1275. — Remedium peccatorum, id., XXXVII, 1698; XLIII, 215. — Peccata omnia delentur, cum ex vero corde et plena fiducia dicimus: *Dimitte nobis*, id., XXXVII, 1361. — Peccata venialia in Oratione Dominica delentur, id., XL, 636. — Peccata minuta non contemnenda, id., XXXVIII, 88, 382. — Non negligenda, *ibid.*, 650. — Si negligantur occidunt, id., XXXV, 1492. — Peccata levia si contemnis quando appendis, expavesce quando numeres, *ibid.*, 1982. — Peccata levia simul congregata, quasi scabies, aut necant, aut decus nostrum exterminant, *ibid.*, 1541. — Vitare peccatum quisquis debet levius, id., XL, 499. — Peccata gravia devitanda, minutiora triplici remedio curanda, id., XXXVIII, 88. — Peccatorum quotidianorum mundatio, et medicina quotidiana, *ibid.*, 127, 299, 382, 983, 1207. — Peccare si vis, quærere ubi te non videat Deus, et fac quod vis, *ibid.*, 736. — Peccatorum apud Deum confessio spem excitat, id., XXXII, 675, 787. — Peccata melius accusantur, ut pereant, quam excusantur, ut maneant, id., XXXVII, 1410. — Peccata adduntur peccatis, cum peccata quæ facta sunt cooperiuntur aliis peccatis, id., XXXV, 1469. — Peccati excusatio, et perversa defensio, id., XXXVIII, 158, 183, 186. — Peccata non confitentes, sed defendentes, fumo deficienti comparantur, *ibid.*, 153. — Peccata cum excusamus, diabolus triumphat; cum accusamus, gemit ac dolet, *ibid.*, 186. — Peccatorum sarcina quam cito deponenda, XXXV, 1474. — Peccata duobus modis, aut morbi, ita et caventur, id., XEIV, 287. — Peccata triplicis generis triplici remedio sananda, id., XL, 287. — Peccare humanum, Christianum a peccato desistere, perseverare diabolicum, *ibid.*, 1155. — Peccatum nullum tam grande, quod pœnitendo non habeat veniam, *ibid.*, 1179, 1182, 1187, 1199. — Peccata quotidie redimenda, XXXIX, 2221, 2224. — Quoties subrepunt, sine ulla mora his medicamentum provideatur, *ibid.*, 1788. — Peccatis providit Deus medicamenta, quæ divites et pauperes possunt adhibere, *ibid.*, 2259. — Peccatorum remedia, *ibid.*, 1877. XL, 1348. — Tria remedia, XXXIX, 1869. — Per charitatem ea redimere possumus, *ibid.*, 1066. —

Peccatorum veniam accelerat fratrum indulgentia, id., XXXIX, 1869. — Peccata justorum minuta tribulationis igne sunt consumenda, *ibid.*, 1771. — Peccata capitalia per confessiones veraces ac dignos pœnitentiæ fructus sunt expianda, id., XL, 1066.

Non tantum simplici illo pœnitentiæ nomine salus æterna repromittitur, sed etiam per charitatis affectum peccatorum moles obruitur, Cassianus XLIX, 1160. — Per eleemosynarum fructum vulneribus nostris medela præstatur, *ibid.* — Per lacrymarum profusionem conquiritur ablutio peccatorum. Necnon per criminum confessionem eorum abolitio conceditur, *ibid.* — Item per afflictionem cordis et corporis, per emendationem morum, *ibid.*, 1161. — Interdum etiam intercessione sanctorum, et misericordiæ ac fidei merito. Per conversionem plerumque et salutem eorum qui nostris monitis salvantur, *ibid.*, 1162 per indulgentiam nostram et remissionem, *ibid. et seqq.*

Omnia peccata, quantalibet fuerint, dimittuntur in baptismo, S. Prosper LI, 454. — Peccata remittentes proximis propria solvunt, *ibid.*, 510. — Peccata confitenda, non excusanda, *ibid.*, 402.

Peccata jejuniis vincuntur, S. Petrus Chrysolog., LII, 254. — Per Christum remittuntur, *ibid.*, 360. — De peccatorum magnitudine non desperandum, *ibid.*, 457. — Homines per homines remittuntur, *ibid.*, 437. — Peccatum civitatis a solo Christo aboletur, *ibid.*, 462. — Multiplex misericordia ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ, S. Leo Magnus, LIV, 1012. — Peccata tollenda sunt ut Deum nobis propitium faciamus, S. Maximus Taurin., LVII, 566. — Peccatores si peccata sua in confessione taceant, criminosiores fiunt, *ibid.*, 522. — Peccatis hominum medicina a Deo præparata, LX, 819. — Peccatoribus munera confert Deus, ut convertantur, *ibid.*, 831. — Peccata eleemosynis superantur, S. Paulinus, LXI, 76. — Iis nunc moriendum, ne postea pœnis vivamus, *ibid.*, 377. — Etiam minima cavenda, ne paulatim decidamus, *ibid.*, 725. — Baptismo delentur et pœnitentia, *ibid.*, 552. — Illorum initiis non obsistere perquam periculosum, *ibid.*, 452. — Peccata absque charitate non dimittuntur, Eugypsius, LXII, 984. — Peccata operit charitas, *ibid.*, 998. — Peccatis proximis remediis succurrendum, *ibid.*, 662. — Deus tam originale quam actuale peccatum in malis puniturus, S. Fulgentius, LXV, 655. — Supplicii æterni inchoatur retributio cum iniquus mercedem quam oportuit erroris sui recipit in semetipso, *ibid.*, 564. — Naturæ quædam homini perniciosæ propter culpam, *ibid.*, 592. — Remissionem consequi nihil aliud est nisi a peccati damnatione liberari, *ibid.*, 539. — Tria ad remissionem peccatorum, fides, opera bona et tempus, ita necessaria sunt, ut quolibet deficiente salus non possit obtineri, *ibid.*, 531. — Remissio peccatorum in hac tantum vita, *ibid.*, 571.

Prima remissio est peccatorum, qua baptizamus in aqua, S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1075; secunda, charitatis affectus; tertia, eleemosynarum fructus; quarta, profusio lacrymarum; quinta criminum confessio; sexta, afflictio cordis et corporis; septima emendatio morum; octava intercessio sanctorum; nona, misericordia fidei meritum; decima salus aliorum; undecima indulgentia et nostra remissio; duodecima passio martyrii, *ibid.* — Peccata quomodo deleantur, Cassiodorus LXX, 364. — Multis modis dimittuntur per baptismum, passionem martyrii, eleemosynam; per hoc quod remittimus peccata fratribus nostris; cum converterit quis peccatorem ab errore viæ suæ, *ibid.*, 60. — Singulare remedium quo peccata vitentur, et si præsentia Dei, *ibid.*, 114. Nunquam relinquit peccatum, qui amat quod peccat, *ibid.*, 374. — Peccatorum nostrorum semper memores esse debemus, *ibid.*, 269. — Peccata odio habenda, Vita Patrum, LXXIII, 910. — Peccata nostra magis quam aliorum pensanda, *ibid.*, 969. — Peccata qui bonis operibus admiscet, idem facit quod qui aquam in vas perlusum haurit, *ibid.*, 762. — Prima virtus peccata vitare, S. Gregorius Magn., LXXV, 751. — Peccata præterita perfecti semper defleant, id., LXXVI, 1038. — Peccata confitenda, non vero, ne gementur, excusanda, id., LXXV, 655. — Confessio peccatorum est ruptio vulnerum, id., LXXVI, 1302. — Peccati medicina est humilitas lamenti, id., LXXV, 621. — Qui minimis, sed crebris culpis sunt obnoxii, quomodo monendi, id., LXXVII, 115. — Qui peccata minima negligit devitare, a statu justitiæ totus cadit, id., 116. — Peccata eleemosynis redempta non iteranda, id., 85. — Peccata operum quomodo plangenda, *ibid.* — Non prodest peccatum deserere, nisi fletibus mundetur, id., 110. — Aliena peccata remittenda ut nostra remittantur, id., 423. —

Peccata manifesta non sunt occulta correctione purganda, *id.*, 1326. — Peccatum, ut ad penitentiam accendatur, mente recogitandum, *id.*, LXXIX, 184. — In peccatum relabi quam cavendum, *id.*, 199. — Peccata non solum confitenda sunt, sed etiam penitentiae austeritate defendenda, *id.*, 429. — Peccata tegimus, ea per confessionem detegendo, *id.*, 559.

Peccatum admittere cadere est in puteum, consuetudinem peccandi facere, os putei est angustare, ne is qui cecidit valeat exire, S. Isidorus LXXXIV, 624. — Frequenter peccare cavendum est, *ibid.*, 625. — Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, *ibid.*, 624. — Quotidiana leviaque peccata Dominica Oratione purgantur, Halitgarius, CV, 656. — Quomodo cetera remittantur, *ibid.* — De septem remissionibus peccatorum, Jonas, CVI, 130, 131. — Peccata elemosynis redimenda, Regino, CXXXII, 212. — Confessio contra lapsus futuros optimum est remedium, Guibertus, CLVI, 604. — Peccatorum recordationes clavi iustitiae, *ibid.*, 1153. — Peccatum qui nequaquam deserit propter Deum, non ex dono gratiae, *ibid.*

Peccata nostra indigent confessione et penitentia, Goffridus, CLVII, 200. — Praevenienda, ne ab eis praeviamur, *ibid.*, 209. — Non remittuntur peccata nisi remittenti ex corde in se peccanti, S. Ivo, CXII, 1017. — Quoties ceciderit peccator, toties resurgere debet, *ibid.*, 877. — Peccata non sine condigna penitentia relaxantur, *ibid.*, 880. — Peccatum nostrum, qualiter corrigere debeamus per disciplinam, Rupertus, CLXVII, 854. — Peccatum suum vere cognoscentem Deus nunquam deserit, *ibid.*, 1204. — Peccatum quod non est per malitiam citius dimittitur, *ibid.*, 919. — Peccati confessio meretur veniam, *ibid.*, 760. — Peccatum num defendere cum arguitur peccator, displicet Deo, *ibid.*, 1082. — Peccatori occulto, oleum misericordiae, publico penitentiae cauterium adhibetur, *id.*, CLXX, 107. — Peccatorum confessio est daemonum vexatio, Hildebertus, CLXXI, 423. — Peccatum post penitentiam non iterandum, S. Bernardus, CLXXXIV, 1249. — Peccata duobus modis plangenda, *ibid.* — Peccati notitia salutis initium, *ibid.*, 529. — Peccatorum remedium sincera confessio, *ibid.*, 530. — Nullum opus delet peccata sine humilitate penitentiae, *id.*, CLXXXV, 61. — Peccati defensio quantum malum, *id.*, CLXXXIV, 987. — Peccatorum mors mala in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis ignisque duplici contritione, *id.*, CLXXXII, 240. — Peccandi consuetudine homo in profundum malorum ruit, *ibid.*, 969. — Perseverare in peccato diabolicum, *id.*, CLXXXIII, 40. — Peccati occasio fugienda, Petrus Cantor, CCV, 199.

SECTIO SECUNDA.

PECCATUM ORIGINALE.

De ejus existentia et consecrariis.

Nomen primi hominum parentis fuit Adam et uxoris ejus Eva, quos Deus posuit in paradiso voluptatis, qui erat hortus amoenissimus in quo « produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave; lignum etiam vitae in medio paradisi, lignumque scientiae boni et mali: » lignum vitae ideo dictum fuit, inquit S. Augustinus, quia de eo propterea gustandum erat, ne mors vel senectus hominibus subreperet: lignum scientiae boni et mali, sic dictum fuit ab effectis.

Quod ut planius intelligatur, scire oportet quid praereperit Deus homini in paradiso posito. « Ex omni ligno paradisi comede, inquit; de ligno autem scientiae boni et mali ne comedas; in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. » Itaque lignum scientiae boni et mali ita dictum fuit, quia futurum erat, ut ipsius occasione, vel bonum vel malum homines experientia dignoscerent; bonum quidem, hoc est vitam beatam, si divino jussui parulissent; malum vero, hoc est omne miseriarum genus, si de fructu vetito comedere non vererentur. Unde hoc lignum natura sua malum non erat; imo natura sua bonum erat, quemadmodum et cetera omnia... Sed obedientia, inquit S. Augustinus, commendata est in praeepto, hoc est, ideo abstinendum ab eo ligno, sanxit Deus, ut obedientiam hominum facili praeepto experiretur...

At innocentiam primigeniam, prohi dolor! contra Dei praeeptum primi parentes peccando perdidere, cum de fructu vetito comedere non erubuerunt. Quod ita factum est, scilicet, Eva mulier a daemone seducta comedit, deditque Adamo, qui et ipse comedit. Et statim primi parentes, quia in hoc peccaverant, cognoverunt se esse nudos..., et hinc fuerunt poenae ipsis impositae et aliae quae in posterum derivarunt

De istis ultimis poenis solum agemus. Eae fuerunt eadem prorsus quas ipsi dedere. Hinc nascimur omnimodis infirmitatibus morti, ignorantiae, triplici concupiscentiae obnoxii, servi peccati et diaboli, inimici Dei, filii irae et gehennae. Et inde aequissima etsi incomprehensibili iustitia Dei omnes omnino homines peccati reatu tenentur. Nascuntur omnes ingenita macula, vitiiati, et aequum est ut illius poenas luant...

De his audiat concilium Tridentinum, sess. 5, decret. de peccat. origin.: 1. Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevagationis huiusmodi iram et indignationem Dei, atque ideo mortem quam antea illi comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli, totumque Adam per illam praevagationis offensam secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse anathema sit.

2. Si quis Adae praevagationem sibi soli et non ejus propagini asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem, et iustitiam quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum, mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae, anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti: « Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors; et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt. »

3. Si quis hoc Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest unicuique proprium, vel per humanae naturae vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Jesu Christi, qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, etc., anathema sit.

Unde uno verbo, cum omnes in primo parente modo ineffabili concluderemur: « In hoc, inquit Apostolus, omnes peccaverunt... » et in peccatum originale. At prorsus nequit comprehendere quomodo anima uniuscujusque hominis, quae pura utique et immaculata a Deo creatur, ipsa sua cum corpore vitiatum conjunctione contrahat vitium corporis et maculam peccati tot ante saecula commissi. Hoc peccatum originis mysterium est. Captum mentis humanae superat... Itaque peccati originis veritatem et fide credimus et ratione conicimus, et ingenita miseria experiemur, hoc Deus plane revelavit in Scripturis. Hoc semper Ecclesia docuit; hoc veluti fundamento innititur tota religionis series; quae ex sequentibus indicationibus manifeste apparebunt.

Peccatum originale astruitur, Tertullianus, I, 813. — Peccatum originale, S. Cyprianus, IV, 363. — Peccatum originis, S. Hilarius, IX, 599, 601, 976. — Peccato Adae generositatem primae et beatae creationis amisimus, *ibid.*, 644. — Homo sub peccati origine et sub peccati lege natus est, *ibid.* — Homines corporis infirmitas et conditio originis in peccatis detinet, *ibid.*, 754. — Peccati lex, *ibid.*, 404. — Ex uno in omnes sententia mortis et poenae labor exiit, *ibid.*, 383. — Peccati labem nonnullam ex consortio carnis anima contraxit, *ibid.*, 527. — Peccati et lex et origo manet in nobis, *ibid.*, 376. — Peccatum originale, S. Zeno, II, 332. — Peccati originalis effectus labor, gemitus, impietas, dolor, aegritudo, miseria, *ibid.*, 340. — Peccatum originis, Philastrius, XII, 1243. — Antequam nascamur, maculamur contagio, et ante usuram lucis, originis ipsius excipimus injuriam, S. Ambrosius, XIV, 872. — Nisi Dominus ignoscat, nemo salvus esse potest quem ipsa noxae conditionis haereditas astrinxit ad culpam, *ibid.*, 1033. — Per naturae successionem, culpae quoque ab uno in omnes transfusa successio est, *ibid.*, 914. — Adamus vitii haereditatem ad nos usque transmisit, *ibid.*, 1123. — Alia iustitia nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vulneratus, et obnoxiam haereditatem successionis humanae suo vulnere dereliquit, *ibid.*, 1137. — Hinc peccatum Manasse proditur, tanquam corpore animaeque genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male sana compatitur, *id.*, XV, 1537. — Peccati originalis per concupiscentiae propagationem transfusio exemplo magnetis lapidis docetur, *id.*, XVI, 1192. — Originalis peccati successio, *ibid.*, 1246. — Lapsus sum in Adam, de paradiso ejectus in Adam, mortuus in Adam, *ibid.*, 1317. — Diabolus redegerat humanum genus in perpetuam captivitatem obnoxiae haereditatis gravi fenore, quod obseratus auctor ad posterum, defenerata successione, transmiserat, *ibid.*, 1115. — Adam vendidit se prior, ac per hoc omne semen ejus subjectum est peccato, *id.*, XVII,

110. — Manifestum est omnes in Adam peccasse quasi in massa, *ibid.*, 92. — Per traducem sit omnis caro peccati, *ibid.*, 113.

Peccatum originale, S. Hieronymus, XXII, 483. — Nullus est absque peccato parentum, id., XXVI, 541. — Peccatum originale, S. Augustinus, XI, 278; XLII, 1026; XLIV, 115, 198, 413, 463, 535, 649, 720, 810, 824, 874; XLV, 1053, 1082, 1128, 1174, 1198, 1239, 1249, 1276, 1096, 1426. — Peccatum originale ex primo homine tractum, id., XXVIII, 179, 442, 507, 657, 751, 832, 927, 1156, 1343. — Peccatum Adæ non in fonte mansit, sed in omnes pertransiit, *ibid.*, 852. — A tota Adæ stirpe contractum est, id., XL, 245. — Hinc reatus ingeneratus et additus, *ibid.*, 262. — Primus homo totam massam damnabilem fecit, id., XXXVIII, 909. — Peccato primi hominis universa generis humani massa damnata, id., XLI, 727. — Peccatum originale negant Manichæi, id., XLV, 1008. — Pelagiani, id., XXXIII, 723, 752; XLII, 48; XLIV, 114, 481, 520. — Juliani sententia de peccato originali, id., 720. — Innocentes aliqui, ad quos Adæ culpa non pervenit, secundum Julianum, id., XLV, 1202, 1203. — Capita objectionum Pelagianarum contra peccatum originale, id., XLIV, 186, 188, 672. — Ad destruendum peccatum originale Juliani argumenta, *ibid.*, 721. — Catholicorum sententia Pelagianis opposita, *ibid.*, 673. — Peccatum originis ex Adam adstruitur contra Pelagianos, id., XXXVI, 591; XXXVIII, 906, 1943; XLIV, 129, 464, 575, 614. — Peccatum originale tota catholica Ecclesia docet, id., XLV, 1280. — Disputatio de peccato originali nova est, id., XLIV, 195. — Quondam de peccato originali cœperunt dubitare, non constat, *ibid.*, 192. — Peccato originali parvulos esse obnoxios de fide credendum est, *ibid.*, 655. — Peccatum originale et secundum Scripturas sanctas est manifestum, et hoc dimitti lavacro regenerationis, fidei catholicæ auctoritate atque antiquitate firmatum, et clara Ecclesiæ celebritate notissimum est, *ibid.*, 638. — Peccatum originale probatur ex Scripturis, *ibid.*, 645, XLV, 1073, 1083. — Per unum hominem peccatum, et per unum reconciliatio, *ibid.*, 1227. — Peccatum unum omnibus commune, non imitatione, sed propagatione, id., XLIV, 114, 117, 118. — Peccatum per unum hominem intrase in mundum cum dicit Apostolus, generationem intelligit, non exemplum, id., XLV, 1283, 1286, 1287.

Peccatum imitationis per diabolum intravit in mundum, peccatum generationis per hominem, S. Augustinus, XI, 1163, 1164. — Peccatum originale asserentibus catholicis, hæresis Manichææ crimen obijciunt Pelagiani, id., XLIV, 652. — Peccatum originale qui astruunt non sunt Manichæi, id., XLV, 1083, 1227, 1230. — Etsi fetus, sexus, corpus, fecunditas ex Deo sit, non tamen qui iude nascitur est sine sorde, *ibid.*, 1343. — Judicium Dei accusat, qui negat peccati originalis merito fieri, ut parvuli permittantur vexari a diabolo, *ibid.*, 1437. — Originale peccatum etsi congenitum, discernendum ab institutione conditoris, *ibid.*, 1442. — Peccati originalis causa, id., XLIV, 756. — Et origo, *ibid.*, 1069. — Modus quo trahatur peccatum originale, etsi non facile ratione indagatur, non facile sermone explicatur; non tamen ab Ecclesia non creditur, *ibid.*, 828. — Peccatum originale unde trahatur, aut ex otio discitur, aut sine salutis labe nascitur, *ibid.*, 794. — Per quid invenitur peccatum in parvulo, id., XLV, 1183. — Peccatum originale qua intravit in mundum, id., XLIV, 462. — Duo modi contrahendi peccati originalis, *ibid.*, 794. — Peccatum originale qua intraverit in mundum, demonstrat Apostolus, id., XLV, 1151 et seqq. — Fuit Adam et in illo fuimus omnes; perit Adam, et in illo omnes perierunt, *ibid.*, 1400. — Quicumque ex Adam sunt, in illo unus erant cum peccavit, id., XXXIII, 824. — Peccato originali omnes obnoxii, id., XLIV, 128, 131. — Originale peccatum æqualiter omnes colligavit, id., XLV, 1225. — Peccato originis subjacent omnes ex Adam carnaliter nati, id., XXXIII, 825, 883. — Peccatum originale ex carnali concupiscentia, id., XLIV, 406, 728; XLV, 1160, 1451, 1605. — Peccatum originale traducitur per libidinem, *ibid.*, 429. — Aut corpus et anima ex homine trahuntur vitiosa, aut unum in altero tanquam vitioso vase corrumpitur, *ibid.*, 794. — Difficultas explicandi quomodo contrahatur peccatum originale, dubitationem ingerit utrum animæ de novo creentur, id., XXXIII, 860. — Quæcunque teneatur sententia de animarum origine, nulla tenenda quæ neget peccatum originale, *ibid.*, 587, 752, 865. — Peccato originali subjacent etiam infantes fidelium, *ibid.*, 883. — Peccatum originale in nuptias non refundendum, id., XLV, 1459. — Originalis mali causa, non conjugium, sed Adæ peccatum, *ibid.*, 1455. — Peccatum originale etsi remissum in parente, transit ad prolem, id., XLIV, 833.

— Parens mortuus peccato, vivens Deo, generat peccato mortuum, *ibid.*, 831. — Undecunque nascatur homo, sive de conjugio, sive de fornicatione, reus est per originale peccatum, *ibid.*, 729. — Quatenus a parentibus regeneratis in prolem trajiciatur peccatum originale, *ibid.*, 1434. — Qui fit ut ex parente, in quo non est peccatum originale, illud contrahatur, *ibid.*, 843, 844. — Peccatum originale de vitio seminis trahitur, *ibid.*, 447. — Peccatum ex propagatione, *ibid.*, 119. — De conjugibus fidelibus rei nascuntur, tanquam ex oliva oleaster, *ibid.*, 553. — Peccatum originale, quod jam remissum est parentibus baptizatis, manere in parvulis, exemplo præputii demonstratur, *ibid.*, 834. — Sicut eorum per quos parvuli renascuntur, justitiæ spiritus trajicit in eos fidem, sic eorum per quos nascuntur, caro peccati trajicit in eos noxam, *ibid.*, 187. — Peccatum originale non absurde vocatur voluntarium, id., XXXII, 604, 608, 610.

Non est in voluntate nascentis, non tamen est sine aliqua primi hominis voluntate, S. Augustinus, XLV, 1393. — Peccatum originale etsi trahunt sine propria voluntate nascentes, tamen per voluntatem primi hominis ipsa est origo vitiosa, *ibid.*, 1477. — Peccatum originale voluntati primi parentis factum, ad pueros sine voluntate transit per contagium, *ibid.*, 1596. — Peccato originali omnes præter Christum obnoxii, id., XLIV, 185. — Peccatum originale ex pœnis dignoscitur, id., XLV, 1577. — Ostendunt miseræ generis humani, *ibid.*, 1177, 1280. — Et mala ac cruciatus quibus et ipsi parvuli gravantur, *ibid.*, 1540. — Miseræ hujus vitæ testantur peccato primi hominis universam generis humani massam esse damnatam, id., XLI, 784, 787, 788. — Grave jugum super filios Adam injustum esset, si peccatum originale non esset, id., XLV, 1061, 1072, 1333, 1437, 1537. — Justitiæ non est, ut ab ortu suo filii Adam gravi jugo premantur, sine ullo merito peccatorum, *ibid.*, 1147, 1150. — Non erat justum, sine crimine transire in posteros Adæ supplicium, *ibid.*, 1164. — Injuste anima gravatur corpore, si non est originale peccatum, *ibid.*, 1268. — Deus in tot et tantis malis quæ parvuli patiuntur, aut justitiam, aut omnipotentiam, aut ipsam curam humanarum rerum perdit, si non est peccatum originale, *ibid.*, 1148. — Peccati originalis rei parvuli demonstrantur, *ibid.*, 1067. — Peccatum et mors per unum hominem in omnes transiit, *ibid.*, 1180. — Omnes homines propter peccatum originale justo Dei judicio damnationi obstricti, id., XLIV, 953. — Peccatum originale catholica fides credit antiquitus, *ibid.*, 451, 829. — SS. Patrum fides de peccato originali, id., XLV, 1074, 1080. — Patrum consensus ad asserendum originale peccatum, id., XLIV, 192, 466, 697, 719; XLV, 1406, 1411. — Veterum testimonia ad probandum peccato originali parvulos obnoxios nasci, id., XLIV, 190, 614. — Cypriani, 191, 623, 644, 718. — Ambrosii, *ibid.*, 409; XLV, 1068, 1078. — Pro peccato originali, Hieronymi testimonium, id., XLIV, 192. — Peccatum originale docuit Paulinus, id., XXXIII, 831. — Agnovit Pelagius, id., XLIV, 653. — Et nonnulli hæretici, id., XLV, 978. — Peccato Adam genus humanum obnoxium fecit, id., XXXV, 2336. — Peccatum originis inest omni homini qui per concubitum viri et mulieris concipitur, id., XI, 774. — Peccati legi omnes sine ulla exceptione subjecti, id., XXXIX, 1944. — Peccati primi pœna, id., XLI, 372, 433. — Effectus, *ibid.* — Miseræ hujus vitæ, *ibid.*, 729. — Inobedientia concupiscentiæ et moriendi necessitas, *ibid.*, 379. — Peccatum causa mortis est, id., XXXIII, 873. — Peccando in moriendi necessitatem compulsus est homo, *ibid.*, 547. — Anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio suo, sed sicut leges universitatis sinunt, *ibid.*, 587. — Peccati pœnæ, ignorantia et difficultas, id., XXXII, 1296. — Inquietudo animi, *ibid.*, 732. — Errores et perversus amor, id., XLI, 784. — Peccato originali universa in deterius mutata fuit natura, id., XLIV, 752. — Ex peccato originali fit, ut tardi ingenio nascantur, id., XLV, 1380. — Ad peccandum proclivior est natura mortalium ex peccato originali, *ibid.*, 1484. — Originalis peccati nomen quinto sæculo quomodo communiter sumptum, Isidor. Mercat., XLVIII, 639. — Quare non dicitur naturale, *ibid.*, 124. — Peccatum et mors transierunt ab Adam in posteros, *ibid.*, 135.

Peccati originalis et mortis transfusio, LI, 609. — Originalis peccati certum argumentum miseria humani generis, *ibid.*, 466. — Sicut baptismus ita et circumcissionis lex arguunt omnes in Adam damnatione obnoxios nasci. Peccatum originale et ejus pœnæ, *ibid.*, 280. — Egregia casus hominis descriptio, peccati originalis trajectio, mentis cæcitas, *ibid.*, 125. — Peccatum Adæ non ipsi solum nocuit, sed in posteros peccatum cum morte

transfudit. Peccatum originale negant Manichæi, *ibid.*, 472. — Omnes naturæ nostræ incolumitatem primi hominis prævaricatione perdidimus, *ibid.*, 653. — Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animique corruptio; ignorantia et difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injusta gaudia, poenitenda consilia, et non minor miseriarum multitudo quam criminum, *ibid.* — Per peccatum Adæ non corpus solum, sed animæ libertas læsa, *ibid.*, 607. — Adæ peccatum intravit in mundum per culpam, per hominem, S. Petrus Chrysolog., LII, 304. — Non est natura, neque substantia, sed accidens; et nobis adversatur. — Peccatum est naturæ quod est fumus oculis, febris corpori, dulcissimis fontibus amara salsedo, *ibid.*, 197. — Est janua mortis. Fera crudelis trino ore devorans. Hæreditas parentis Adæ. Per unum in omnes transiit. In Adam, seu ejus peccato omnes peccaverunt, *ibid.*, 505. — Peccatum originale, S. Leo Magnus, LIV, 213, 689. — Ex uno in omnes transiit, *ibid.*, 295. — Infirmitas et mortalitas pœna peccati, *ibid.*, 391. — De originali peccato, S. Avitus, LIX, 329 *et seqq.* — De peccato primi hominis, et de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt, Julianus Pomer., *id.*, 464. — Peccatum originale, Dracontius, LX, 799. — Peccati originalis contagium in omnibus, Eugypcius, LXII, 1003. — Originalis peccati vinculo nullus est hominum qui non nascatur obstrictus, præter Christum, S. Fulgentius, LXV, 447. — Probatum originis peccatum ex morte infantum, *ibid.*, 468, 469. — Originalis peccati transfusio, *ibid.*, 467. — Originalis peccati macula in conceptu est parvulorum, non in concubitu legitimo nuptiarum, *ibid.*, 607. — Communio peccati originalis omnibus una est, *ibid.*, 618. — Peccatum Adæ non ipsi solum nocuit, sed ad posteros quoque transiit, S. Cæsarius, LXVII, 1142. — Corpus et animam læsit, *ibid.* — Peccatum originale astringitur contra Pelagianos, Cassiodorus, LXX, 360. — Quis eorum error circa hoc peccatum, *ibid.*, 753. — An peccatum originale sit per traducem in anima, *ibid.*, 1291. — Quam juste S. Augustinus de hoc dubitaverit, *ibid.* — Infantes originali peccato obnoxii sunt, *ibid.*, 1010. — Delicta ignorantie peccatum originale dicitur, *ibid.*, 179. — Peccatum originale, S. Gregorius Turon., LXXI, 353. — Peccatum originale dicitur culpa tradux, id est quæ a protoparente manavit ad posteros, S. Gregorius Magn., LXXVIII, 416. — Peccati originalis reatu ligatus tenetur, qui baptismo non regeneratur, *id.*, LXXV, 634. — Remedia peccati originalis apud veteres Judæos, et gentiles, et apud Christianos, *ibid.* — Homo conditus in die justitiæ, sed natus in tempore culpæ, *ibid.*, 630. — Cum culpa simul ab origine pœna propagatur, *ibid.*, 805. — Solius originalis peccati reos Deus damnat infantes, *ibid.*, 876. — Peccatum originale per baptismum aboletur, *ibid.*, 889. — A parentibus trahimus, *ibid.*, 1109. — Per primum hominem omne genus hominum in mortis et corruptionis pœna damnatum, *id.*, LXXVII, 892. — Peccatum originale ex Adam trahitur, S. Bruno, CXLII, 207. — Originale peccatum olim sacrificiis abolebatur, Guibertus, CLVI, 530. — A peccato originali quinam mundabantur in veteri et nova lege, *ibid.*, 486. — De originali peccato, S. Anselmus, CLVIII, 422, 767. — Est peccatum a natura, *ibid.*, 454. — Originale ab origine denominatur, *ibid.*, 452. — Originale peccatum dicitur aut quia ab illis descendat in singulos, a quibus habent naturæ originem; aut ab origine, hoc est ab initio cujusque personæ, quoniam in ipsa trahitur ejus origine, *ibid.*, 454. — De Adam et Eva quorum peccatum in omnes homines propagatum est, *ibid.*, 405. — Peccatum Adæ personale in omnes ejus posteros transit, *ibid.*, 455. — Omnes filii Adæ, præter Christum, originalem habent injustitiam, *ibid.*, 451. — Omnes peccatores, et filii iræ, *ibid.* — Peccatum Adæ in infantes descendit, *ibid.*, 452. — Corruptio naturæ transit in omnes qui paterno gignuntur semine, *ibid.*, 463.

Originale peccatum esse videtur debitum satisfaciendi pro primo peccato, et recuperandi justitiam, S. Anselm., CLVIII, 434. — Non est nisi in anima et natura rationali, *ibid.* — Commisso peccato originali, bonis caruerunt, malisque subjecerunt primi parentes, CLXIV, 162. — Diabolus est, qui contra nos in primo homine pugnavit, et vincit, et non parvam a nobis prædam tulit, *ibid.*, 491. — Sicut malus, ita et boni de massa peccati originem trahunt, *ibid.*, 451. — Originale peccatum unde ortum habuit, et illius radix, Rupertus, CLXVII, 266. — Si non fuisset, tantum nascerentur electi, *id.*, CLXVIII, 292. — Originale peccatum, *ibid.*, 999. — Peccatum originale, Hildebertus, CLXXI, 416. — Omnes contrahunt, *ibid.*, 174. — Ex originali peccato quantæ sordes, *ibid.*, 367. — Per originale peccatum Adam triplici modo descendit,

ibid., 847. — Peccatum originale quid sit, *ibid.*, 1133, 1136. — Ejus pœna duplex, ignorantia et difficultas, *ibid.* — Quid sit originale peccatum, Honorius, CLXXII, 1142. — Quomodo peccatum transfundatur etiam a parentibus baptizatis, *ibid.*, 1145. — Peccata patrum utrum omnia transeunt ad filios, Hugo, CLXXVI, 304 *et seqq.* — Ejus pœna, *ibid.*, 27. — Peccatum Adæ, *ibid.*, 96. — Cur posteris imputetur, *ibid.*, 105. — Peccatum originale quid sit, *ibid.*, 106. — Cur sic dictum, *ibid.*, 107, 108. — Peccatum originale maximum, S. Bernardus, CLXXXIII, 265. — Peccati originalis remedium ante Christum, *id.*, CLXXXII, 1033. — Peccato originali delendo in parvulis ante Christum sufficiebat fides parentum, *ibid.*

Originale peccatum quibus nominibus vocetur, et quid sit, Petrus Lombardus, CXCI, 1368. — Quomodo per baptismum dimittitur et tamen in posteritate remanet, *ibid.* — Peccatum originale cur sic appellatum, Philippus de Harveng., CCIII, 20. — In omni homine, *ibid.*, 459. — Quomodo contrahatur, *ibid.*, 569. — Peccatum originale dicitur naufragium primum, Alanus de Insulis, CCX, 353. — Id negant hæretici, *ibid.*, 544. — Peccatum originale omnibus adhærere ostenditur, *ibid.*, 345. — Quomodo voluntarium, *ibid.* — Unde in hominem derivetur, *ibid.* — Peccatum originale quid, et quot modis, dicatur, Petrus Pictav., CCXI, 1014. — Est ipsa concupiscentia, *ibid.*, 1015. — Cur anima imputetur, *ibid.* — Modus illud traducendi, *ibid.*, 1016.

SECTIO TERTIA.

DE PECCATIS IN SPECIE SIVE DE PECCATIS CAPITALIBUS.

Per septem peccata capitalia intelliguntur capita septem ad quæ reduci solent cætera peccata omnia, quæ possunt ab homine perpetrari. Et explicatio datur, quia, inquit Gregorius Magnus, lib. III *Moral.*, c. 17, plerumque ex bonis per incuriæ vitium mala nascuntur, vigilantissimo studio contemplatur justus quo modo ex doctrina, arrogantia; ex justitia, crudelitas; ex pietate, remissio; ex zelo, ira; ex mansuetudine, torpor oritur... Nam cum adipiscendis doctrinæ studiis elaborat, mentem sollicite contra certamen arrogantie præparat. Cum culpas delinquentium juste ulcisci desiderat, sagacissime evitat ne modum justitiæ crudelitas vindictæ transcendat... cum se recti zeli stimulis excitat, summopere providet ne plus quam necesse est iræ se flamma succendat. — Cum magna mansuetudinis tranquillitate se temperat, vigilantem observat, ne corpore frigescat... Neque enim culpæ omnes pari accessu cor occupant. Sed dum majores et paucæ neglectam mentem præveniunt, minores et innumeræ ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia, cum devictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitiis, quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit, quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur... Radix cuncti mali superbia est... Primæ autem ejus soboles, septem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria... Nam de inani gloria inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciæ, discordiæ, et novitatum præsumptiones oriuntur. De invidia, odium, susurratio, detractio, exaltatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemias proferuntur. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vaginatio mentis circa illicita nascitur. De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, et contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. De ventris ingluvie, inepta lætitia, scurrilitas, immunditiæ, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur.

De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror autem vel desperatio futuri generantur... Ex quibus videlicet septem quinque spiritualia, duoque carnalia sunt. Sed unumquodque eorum tanta sibi cognatione jungitur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbiæ soboles, inanis est gloria, quæ dum oppressam mentem corruerit, mox invidiam gignit, quia nimirum dum vult nominis potentiam appetit, ne quis hanc alias adipisci valeat tabescit. Invidia quoque iram generat, quia quanto interno livoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur... Ex ira quoque tristitia oritur, quia turbata mens quo se inordinate concutit, eo addicendo confundit... tristitia quoque ad avaritiam derivatur... post hæc vero duo carnalia vitia, id est ventris in-

glucies et luxuria supersunt, sed cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur.

Vitia capitalia, inquit S. Thomas, prima secundæ quæst. art. 84, in corp., dicuntur, ex quibus alia oriuntur, præcipue secundum rationem causæ finalis, hujusmodi autem origo potest attendi dupliciter, uno quidem modo secundum conditionem peccantis, qui sic dispositus est, ut maxime afficiatur ad unum finem, ex quo, ut plurimum in alia peccata procedat; sed iste modus originis sub arte cadere non potest, eo quod infinitæ sunt particulares hominum dispositiones. Alio modo secundum naturalem habitudinem ipsorum finium ad invicem; et secundum hoc in pluribus unum vitium ex alio oritur; unde iste modus originis sub arte cadere potest. Secundum hoc ergo illa vitia capitalia dicuntur, quorum fines habent quasdam primarias rationes movendi appetitum, et secundum harum rationum distinctionem distinguuntur capitalia vitia.

Peccata vero capitalia sunt, superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira et pigritia quam theologi vulgo acediam vocant. Ex his velut ex fonte manant cætera peccata omnia, hinc capitalia dicuntur. At peccata capitalia non sunt omnia mortalia; nam aliquando sunt mortalia et aliquando venialia, seu, quod idem est, vel mortaliter, vel venialiter peccari potest per superbiam, avaritiam, luxuriam et cætera peccata capitalia. Peccatur per ea mortaliter, quando peccatur in re gravi, et cum pleno voluntatis consensu. Peccatur per ea venialiter, cum peccatur in re levi, vel cum imperfecto voluntatis consensu...

Hæc cleriora apparebunt cuique subsequentes indicationes perlegenti, singulis peccatis capitalibus proprias.

Talis est ordo peccatorum capitalium, scilicet :

1. Superbia. — 2. Avaritia. — 3. Luxuria. — 4. Invidia. — 5. Gula. — 6. Ira. — 7. Acedia.

I. — De superbia.

Superbia est perversæ celsitudinis appetitus. Perversa enim celsitudo est, deserto eo cui debet animus inhærere principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi.

Superbia est peccatorum omnium et primum, et gravissimum et periculosissimum. « Primum » quidem quia « a superbia initium sumpsit omnis perditio, » inquit Tobias. Peccatum enim angeli et primi hominis per superbiam. « Maximum, » tum quia fons est et origo cæterorum omnium, tum quia nullum aliud est quod Deo magis adversetur, ipsiusque supremum dominium lædat magis. « Periculosissimum, » tum quia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. Unde etiam in recte factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur, inquit sanctus Augustinus; tum quia illius peccati fontem et radicem in nobis ipsis habemus, nihilque vivit in nobis prius et moritur tardius quam superbia; tum quia, si forte dominetur in homine superbia, signum est ut plurimum reprobationis.

Fugite superbiam, inquit S. Bernardus, serm. 1, n. 3, in adv. d. quæst., fratres mei, multum fugite. Initium omnis peccati superbia quæ tam velociter ipsum quoque sideribus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebravit Luciferum, quæ non modo angelum, sed angelorum primum in diabolum commutavit... Delictum arbitror magnum esse superbiam, ait S. Augustinus, enarrat. in Psal. xviii, n. 15, quæritis quam magnum sit hoc delictum, quod dejecit Angelum, quod ex Angelo fecit diabolum, eique in æternum interclusit regnum cælorum? Magnum hoc delictum est, et caput, atque causa omnium delictorum. Scriptum est enim: « Initium peccati omnis superbia, » et quasi leve aliquid ne contemnas: « Initium, inquit, superbiam hominis apostatare a Deo. » Non leve malum est hoc vitium, fratres mei: huic vitio in his personis quas videtis amplas displicet humilitas christiana... Ab hoc vitio, quod est caput omnium vitiorum, quia inde cætera vitia nata sunt, facta est Apostasia a Deo, eunte anima in tenebras, et male utente libero arbitrio. peccatis etiam consecutis... Propter hoc vitium, propter hoc magnum superbiam peccatum, Deus humilis venit. Hæc causa, hoc peccatum magnum, iste ingens morbus animarum omnipotentem medicum de cælo dedaxit, usque ad formam servi humiliavit, contumeliis egit, ligno suspendit, ut per salutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Jam tandem erubescat homo esse superbus propter quem factus est humilis Deus.

Quatuor vulgo recensentur superbiam species: 1° si quis

in semetipso gloriatur propter nona vel animæ, vel corporis, vel naturæ, vel gratiæ; 2° si quis, quod sibi datum fuisse desuper fatetur, id putet propriis se accepisse meritis, aut sic se gerat quasi existimaret deberi sibi aliquid a Deo; 3° si quis arroget sibi quod non habet, illudque habere se mentiatur; 4° si quis spernat cæteros.

Prodeunt peccata a superbia velut a radice, inanis gloria, inobedientia, jactantia, hypocrysis, contentio, pertinacia in propria sententia, discordiæ, dissensiones, amulationes, iræ, rixæ, præsumptio vanit tum in rebus quæ ad fidem vel ad mores pertinent, et tandem ambitio, vitium toties a Christo profligatum...

Exempla superbiam et suppliciorum quæ Deus superbis irrogat occurrunt passim in Scripturis, videlicet, Exod. xiv, 4 seqq.; II Reg. xxiv, 1 seqq.; IV Reg. xix, 28 seqq.; Daniel iv, 1 seqq. Id. v, 17 seqq.; Esther iii, 1 seqq.; Id. v, 8 seqq.; II Machab. ix, 4 seqq. Act. xii, 21 seqq..., etc.

Quæ omnia diffuse evolvuntur in indicationibus quæ subjiciuntur...

Superbia damnatur in christianis, S. Cyprianus, IV, 536. — Superbia humana despicit, S. Hilarius, III, 529. — Inania reddit opera, bona, *ibid.*, 525. — Nullo crimine magis provocatur in nos ira Dei, quam superbia, *ibid.* — Superbiæ sibi fidentis et in alios insolentis remedium, *ibid.*, 308. — Superbia quid et quantum vitii habeat S. Ambrosius, XV, 1254. — Maximum peccatum in homine superbia est et cur, *ibid.*, 1283. — Nescit stare; et si ceciderit, non novit resurgere, *id.*, XIV, 966. — Superborum descriptio, *ibid.*, 586. — Cur omnis superbus imundus est in conspectu Domini, *id.*, XV, 1421. — Superbia est alta sapere, *id.*, XVII, 160. — Superbia et elatio peccatum est, *ibid.* — Maximum malum est, horrendum atque pavendum, *ibid.*, 756. — Septem vitia ex ea orta. Referuntur, *ibid.* — Velut insania habetur, *ibid.*, 296. — Omnes superbi filii sunt diaboli, *ibid.*, 676. — Superborum mens fructum non facit Deo dignum, *ibid.*, 195. — Inanis gloria cum plene mentem ceperit, mox septiformem in illa nequitiam gignit, inobedientiam, jactantiam, hypocrysim, contentionem, pertinaciam, discordiam ac novitatum præsumptionem, *id.*, XVII, 756. — At si vera humilitas huic opponatur, omnis ejus nequitia vacuatur, *ibid.* Jactare nemo se debet, *id.*, XIV, 252. — Non de prælatione jactantia sit, *id.*, XV, 1619. — Si jactantia declinanda est, quanto magis nemo debet falsa jactare pro veris, *id.*, XIV, 324. — Superbia initium est omnis peccati, Rufinus, XXI, 669. — Magnum delictum dicitur, *ibid.*, 715. — Semper Deo exosa, *ibid.*, 1085. — Superbia adversarium habet Deum, S. Hieronymus, XII, 546. — Tumens animus, et cervix erecta, Dei contra se odia provocat, *ibid.*, 688. — Nihil est in hoc mundo deterius et omni vento inanius quam superbia, et sibi placens homo, cui nihil placet, nisi quod ipse fecerit, *id.*, XXIII, 1076. — Superbiæ vox quæ, *id.*, XXIV, 160. Superbus omnis promptus est ad injuriam, *ibid.*, 212.

Superbia quid, S. Augustinus, XLI, 356, 420. — Est amor excellentiæ propriæ, *id.*, XXXIV, 436; XXXIX, 1563. — Superbia est velle videri quod non est, XXXIV, 199. — Superbia omnis propriis suis et quasi privatis delectatur, *id.*, XXXIII, 564, 568. — Superbia, tumor, *id.*, XXXIX, 1676. — Non superbit et aliquis, nisi inanis esset; si plenus esset, non inflaretur, *id.*, XXXVII, 1253. — Superbia præpositum non vult habere, nec Deum, *ibid.*, 1470. — Nihil propinquat, *id.*, XLI, 421. — Superbiæ origo, *id.*, XXXIV, 203. — Ex terrena felicitate, *id.*, XXXVIII, 206. — Superbiam important maxime divitiæ, *id.*, XXXVII, 1769. — Superbiæ nidus colligitur divitiis, *id.*, XXXVIII, 957. — Superbia, vermis divitiarum, *ibid.*, 112, 213, 412. — Superbiæ egregia descriptio, *id.*, XXXII, 1184. — Superbia princeps omnium peccatorum, *ibid.*, 1286. — Caput omnium malorum, *id.*, XXXV, 1603, 1604. — Fons malorum, *id.*, XXXIV, 436. — Primum peccatum, *id.*, XXXVI, 156, 687. — Delictum magnum, et caput atque causa omnium delictorum, *ibid.*, 163. — Superbia omnium vitiorum causa, *id.*, XLIV, 168. — Quantum malum, *id.*, XXXVI, 709. — Nihil eo vitio inmanius, *id.*, XXXII, 929. — Superbiæ morbus quam periculosus, *id.*, XXXVIII, 945. — Superbiæ poculum mors nobis propinata atque transfusa est, *id.*, XL, 416. — Fallax infirmorum est magnitudo, quæ ubi mentem possederit, erigendo dejecit, inflando evacuat, distendendo dissipat, *id.*, XXXIX, 1561. — Superbia, caput serpentis, *id.*, XXXVI, 354. — Contra superbiam in primis vigilandum, *id.*, XLIV, 171. Alla quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant; superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant, *id.*, XXXIII, 960. — Superbia cavenda est devicta cupiditate placendi hominibus, *id.*, XL, 26. — Superbiæ periculum, *id.*,

XLIV, 753. — Superbus est, in quo vivit spiritus suus, S. Aug., XXXVII, 1852. — Et qui spiritum suum sequitur, id., 1856. — Superbi sibi placentes appellantur in Scriptura, id., XLI, 421. — Superba anima in conspectu hominum vult placere, id., XXXVI, 165. — Superbus est, qui in se vult laudari, id., 310. — Laudando te bonum, sis malus: bonum enim te fecerat humilitas, malum te facit superbia, *ibid.*, 193. — Superbus est, qui aut non peccata sua confitetur, aut quæ videtur habere bona, sibi arrogat, id., XXXVII, 1203. — Superbus suam amat sententiam defendere, non quia vera est, sed quia sua est, id., XXXII, 859. — Superbi habent sursum cor, sed contra Dominum, id., XXXVIII, 168. — Superbi casus, unde, id., XXXII, 701. — Ubi superbis de Dei dono, ibi quod acceperas perdis, id., XXXVIII, 751. — Superbum quemcunque diabolus fecerit, vincit, id., XXXV, 2050. — Tanto Deus a te erit altior, quanto tu elatior, id., XXXVIII, 1780. — Superbi fumo comparantur, id., XXXVIII, 440. — Corpus diaboli vocantur, id., XXXVII, 1807. — Superbi, etsi alti sunt, quasi fumus evanescent, *ibid.*, 1184. — Leonibus comparantur, id., XXXIV, 561. — More nivis congelascunt et cadunt, *ibid.*, 875. — Per montes figurantur, id., XXXVII, 1243, 1865. — Tenebræ sunt, id., XXXV, 874. — Superbis Deus quomodo resistat, id., XXXVII, 1426. — Regula juris est, ut qui se exultat humilietur, id., XXXVI, 266. — Superborum capita calcit Christus, id., XXXVII, 1210. — Superbus amittit quod impetrat humilis, id., XXXVIII, 108. — Superbi infirmantur, ut perficiantur, id., XXXIV, 144. — Superbia quid sit, id., XL, 1089; XLV, 1884. — Ejus diversæ species, id., XXXII, 1462.

Arrogantiæ, insolentiæ, superbiæ et contumaciæ proprietates, S. Augustinus, XL, 1256. — Superbiæ ingenium ac mala, *ibid.*, 1058. — Peccatum omnium pessimum, *ibid.*, 1225. — Superbiæ tumor qua medicina sanatur, id., XXXVII, 1523. — Superborum elationem nec ipsa humilitas mortalitatis edomuit, *ibid.*, 1542. — Adversus superbiæ divina medicina, id., XLIV, 168. — Superbiæ nostram Christus humilitate sua curat, id., XXXV, 1604. — Propter magnum superbiæ peccatum Deus humilis venit, id., XXXVI, 163. — Magna contra superbiæ medicina Deus homo, id., XXXVIII, 487. — Jam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus, id., XXXVI, 163. — Superbia venenum quod non curatur nisi veneno, id., XXXVIII, 893. — Superbiæ effectus, id., XXXII, 1190; XXXIX, 1561. — Hoc vitio facta est apostasia a Deo, id., XXXVI, 163. — Superbia diabolum ejecit, id., XLIV, 263. — Non perisset homo, nisi superbia tumuisset, id., XXXVIII, 684. — Superbia lapsi sumus, id., XXXVI, 353. — Per superbiæ perit homo a via justa, id., XLIV, 263. — Superbia causa excæcationis Judæorum, id., XXXV, 1778, 1780. — Idololatriæ fons aliorumque peccatorum, id., XXXVIII, 1022. — Superbia mater est invidiæ, XXXIII, 561; XXXVIII, 1290; XXXIX, 783; XL, 413. — Superbia a Deo receditur, id., XLIV, 206. — Ad ruinam non movet pedem nisi superbia, id., XXXVII, 1603. — Prohibet a fide in Christum, id., XXXVIII, 656, 874. — Superbia pellit homo in tenebras suas, id., XLIV, 206. — Aures cordis obstruit, *ibid.*, 618. — Exstinguit charitatem, id., XXXV, 1982. — Superbia de vana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per arctam viam, et intrare per angustam portam, id., XXXVII, 1471. — Cenodoxia quid, Cassianus, XLIX, 399. — Multiplex et multiformis, *ibid.*, 402. — Omnibus virtutibus insidiatur, *ibid.*, 622. — Cenodoxiæ duo genera, *ibid.*, 624. — Quomodo purganda, *ibid.*, 399. — Fomites vitiorum omnium e superbia pullulant, *ibid.*, 431. — Tantum est malum superbiæ, ut ipsum Deum adversarium habere mereatur, *ibid.*, 434. — Quomodo superanda sit, *ibid.*, 437. — Superbia duplex carnalis et spiritalis, *ibid.*, 424. — Superbiæ deformitas et pernicietas describitur, *ibid.*, 462. — Omnes virtutes pariter aufert, *ibid.*, 424, 425. — Ob superbiæ Lucifer de archangelo factus est diabolus, *ibid.*, 426. — Superbia Deo semper odiosa, S. Prosper, LI, 419. — Primum et ultimum hominis vitium, *ibid.*, 444. — Superbiæ plures gradus, *ibid.*, 470. — Superbi gratiam non exquirunt, et non de Deo, sed de se sibi placere volunt, *ibid.*, 360. — Flamma superbiæ quid causet, S. Petrus Chrysologus, LII, 465. — Superbia perdit quod labor adquisierat, *ibid.*, 625. — Superbia omnium peccatorum origo, S. Leo Magnus, LIV, 287. — Duplex genus, id., LV, 167. — Ejus exordium a diabolo, *ibid.*, 168. — Quæ nocentior, *ibid.*, 175. — Humilitate et charitate excluditur, *ibid.* — Superbia causa est omnium malorum, Julianus Pomer., LIX, 476 *et seq.* — Humilitatis virtute vincitur, *ibid.*, 478. — Quibus indicibus possit ostendi superbia, *ibid.*, 484, 485. — Vanitas est inflata

quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris avida, morbo excellentiæ inanis afflata, cava, morbida, turbulenta, animorum levium domina, anima vitiorum; fomes delectationum carnalium, labes morum, *ibid.*, 488 *et seq.*

Superbia est honorum omnium operum dissipatrix, S. Paulinus, LXI, 411. — Quid superbia, Eugypsius, LXII, 640. — Initium omnis peccati, *ibid.*, 650. — Superbis janua salutis clausa, *ibid.*, 678. — Superbia unde initium sumpserit, S. Fulgentius, LXV, 164. — Initium peccati, *ibid.* — Ideo initium omnis peccati dicitur ut omne peccatum de ipsa tanquam de radice pullulare monstretur, *ibid.*, 334. — Diabolus superbiæ injicit, si virginitatem præcipere non possit, *ibid.*, 333. — Gravius peccant qui se pauperibus quibus erogant præponunt, aut de contemptis divitiis sibi gratulantur, quam qui de possessione earum aliquam servant in corde jactantiam, *ibid.*, 321. — Superbia est perversæ celsitudinis appetitus, S. Benedictus, LXVI, 320. — Est superbia cordis, oris, operis, et habitus, *ibid.*, 376. — Superbos permittit Deus in turpe aliquod peccatum incidere, *ibid.* — Superbi qui dicendi, Cassiodorus, LXX, 665. — Superbia vitiorum mater est, *ibid.*, 842. — Maximum est delictum, *ibid.*, 145. — Eam Dominus specialiter execratur, *ibid.*, 534. — Deus a superbis faciem suam avertit et gratiam aufert, *ibid.*, 739. — Tanto arrogantes in tartari profunditatem descendunt quanto se altiora contingere putaverunt, *ibid.*, 139. — Omnes laudari volunt, Martinus Dumiens., LXXII, 33. — In superbia omnium iniquorum prima ruina, *ibid.*, 36. — Vana gloria generat ex se presumptionem omnium novitatum, ad inventiones falsorum dogmatum, quæstionum torturas, contentiones, hæreses. Superbia parit indignationem, invidiam, contemptum, detractionem, murmurationem, *ibid.*, 38. — Superbia ingressum in cælum impedit, *Vita Patrum*, LXXIII, 1034. — Si in cælum ascenderit, in infernum reductur, *ibid.*, 1035. — Superbia et fastu nil perniciosius, *ibid.*, 1090. — Superbia est principium hæresis, S. Gregorius Magnus, LXXV, 621. — Quomodo hominem excruciet, *ibid.*, 668. — Effertentem se de suis virtutibus diabolus vastat et confringit, *ibid.*, 776. — Per cervicem solet designari, *ibid.*, 961. — Superbia hominum desinit in putredinem, *ibid.*, 972. — Superbia et inanis gloria duo sunt principalia vitia, *ibid.*, 1072. — Superbia cordis quasi quædam pinguedo est crassitudinis, *ibid.*, 1113. — Omnem virtutem destruit, *ibid.*, 1134. — Prima superbiæ ostensio in oculis esse solet, *ibid.* — Quatuor superbiæ species, id., LXXVI, 257. — Elationis motus in discipulis comprimit Dominus, *ibid.*, 258. — Propius ad diaboli similitudinem accedit, qui bonum sibi soli vindicat, *ibid.* — Remedium contra superbiæ, *ibid.*, 747. — Est luxuriæ seminarium, *ibid.*, 745. — Omni custodia mens est a superbia servanda, *ibid.*, 364. — Exercitus diaboli dux superbia, *ibid.*, 620. — Vitiorum regina, *ibid.* — Superbiæ spiritus sequi solet corruptio carnis, *ibid.*, 648. — Superbia per oculos quasi per quasdam fenestras, *ibid.*, 745. — Non unam tantum virtutem, sed omnes expugnat, *ibid.*, 744. — Quanta strages superbia in anima, *ibid.* — Ejus effectus, *ibid.*, 746. — Superborum conditio, *ibid.*, 300, 301. — Vita et finis, *ibid.*, 971. — Eorum gloria luto et cineri comparatur, *ibid.* — Virtutibus non ditantur, *ibid.*, 1012. — In hoc mundo radicem non habent, *ibid.* — Superbi sibi attribuunt quidquid sciunt, id., LXXVI, 147. — Plus videndo caligant, et cæcutiunt, *ibid.*, 316. — Ex multiloquio suam doctrinam metiuntur, *ibid.*, 372. — Dum se ostentant, pro Deo se loqui fingunt, *ibid.* — Superbia hominem in belluam vertit, id., LXXVII, 18. — Rectitudinis amorem mentitur, *ibid.*, 78. — Quod vulneravit elatio superbiæ, curet abjectio humilis vitæ, *ibid.*, 111. — Calcanda vanitas, S. Columbanus, LXXX, 211. — Vana gloria et elatio immunda atque superbia, vera humilitate et cordis contritione per Dei timorem vincuntur, *ibid.*, 260.

De superbia et vana gloria, LXXX, 928 *et seq.* — Superbia triplex, LXXXIII, 97. — De jactantia, *ibid.*, 697. — Qui inflantur superbia, vento pascentur, *ibid.*, 639. — Superbia, sicut origo est omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Est peccatorum maximum, quia tam per virtutes quam per vitia humanam mentem exterminat, *ibid.*, 640. — Grande malum est superbia, quæ diabolum de cælo deposuit, et hominem de paradiso projecit, quæ et quotidie de statu rectitudinis miseros ad infima premit, et post obitum ad inferna demergitur, Smaragdus, CII, 961. — Prius in cogitatione elevat hominem, et postea elatum extollit in opere, *ibid.* — Vitanda est superbia, S. Benedictus, CIII, 695. — De vitio superbiæ, Halitgarius, CV, 659. — Quibus indicibus possit deprehendi, *ibid.*, 660. — Ejus

remedium humilitas, *ibid.*, 661. — Superbia initium est omnis peccati, Jonas, CVI, 239. — Grande est peccatum. Ejus effectus, *ibid.*, 240. — Superbia humilitate Christi premitur. Rabanus, CVIII, 1150. — Eam mortales vix fugiunt, *id.*, CLX, 45. — Rarius vero illi, qui aliis præsumunt, aut excellunt, *ibid.* — Quomodo fugienda, *ibid.* — Gravitas ejus et detestatio, *ibid.*, 827. CX, 110, 689; CXII, 1240, 1581. — Omni vitio deterior superbia, *id.*, 110. — Quidquid boni homo agit, necesse est Deo laudem quærat, non sibi, *ibid.*, 112. — Cavenda superbia, cui Deus resistit, vitanda jactantia, quæ Deo displicet, abominanda arrogantia, quæ abominatio est coram Deo, *ibid.* — Remedium contra superbiam, *id.*, CXII, 1382. — Natura et origo, *ibid.*, 1351. — Duo ejus genera Deo exosa, *ibid.* — Et magis quam calliditati serpentis primorum parentum lapsus ascribendus, *id.*, CVII, 486, 487. — Quomodo a Propheta appelletur radix omnium malorum, *id.*, 829. — Utriusque effectus varii, *ibid.*, 831, 834. — Superbus semper aliena opera despicit, semper miratur quod facit, Hincmarus CXXV, 872. — Elatio spiritum erigit, *ibid.*, 873. — Superbia delictum maximum, S. Bruno, CXLII, 102. — Superbiæ effectus in mente humana, S. Petrus Damian., CXLIV, 589. — Sibi, non aliis ruinam facit, *ibid.*, 138. — Superbia parem non patitur, S. Bruno Carth., CLIII, 307. — Delictum maximum est, *id.*, CLII, 713. — Per cornu designata, *ibid.*, 1017. — Vitiorem omnium regina, *ibid.* — Superbia cæcitatem reprobis sensus affert, Guibertus, CLVI, 164. — Non fert rectam intentionem, *ibid.* — Superbi per exteriora effluunt, *ibid.*, 155.

Amator vanæ gloriæ unde possit semper laudari agere non quiescit, Vernerus, CLVII, 1106. — Sicut solis radius dum conspicitur, acies oculi hebetatur, sic et qui immoderate altiora sibi scrutatur, ab intentione veri obtunditur, *ibid.*, 1107. — Sicut aquila ex alto ad secas collabitur, sic homo de alto bonæ conversationis per carnalem appetitum ad inferiora demergitur, *ibid.* — Per superbiam cor inflatur, *ibid.*, 1068. — Superbiam sequitur invidia, *ibid.* — Superbiæ tres species, in æstimatione, in voluntate, in opere, Lanfrancus, CL, 111, 112. — Quæ in sola voluntate, damnabilior. Quæ in æstimatione, insanabilior, *ibid.* — Superbia quærit laudes, *id.*, CLVIII, 868. — Vel dum laudes fugit, inde gloriatur, *ibid.* — Superbiæ filiæ, ira, impatientia, discordia, indignatio, rancor animi, lædium mentis, voracitas gulæ, murmuratio, avaritia, rapacitas, *ibid.*, 869. — Inanis gloria non solum hominem malis operibus maculat, sed etiam de bonis operibus jugulat. Superbis certa damnatio, *ibid.* — A superbia quæque vitia originem trahunt. Superbiæ peccatum Deus primo punivit in angelis prævaricatoribus; 2. in Adam, qui credidit hallucinationibus serpentis; 3. in hominibus turrim usque ad cælos erigere præsumentibus, S. Bruno Ast., CLXIV, 185. — Superbia facit ut peccator sit mortuus et feteat, Rupertus, CLXVIII, 231. — Superbiæ peccatum est causa quod amittamus donum cæleste et terrestre, *ibid.*, 287. — Superbia est de suis operibus confidere, *ibid.*, 535. — Superbia fons originalis peccati, Godefridus, CLXXIV, 181. — Cor hominis pandit diabolo, *ibid.*, 281. — Est immunditiæ et iræ mater, *ibid.*, 354. — Superbia Deum negat, Hugo a S. Victore, CLXXV, 776. — Ejus origo, *ibid.*, 775. — Superbia est appetitus propriæ excellentiæ, S. Bernardus, CLXXXII, 821. — Primus ejus gradus est curiositas, *ibid.*, 957 *et seq.*; secundus, levitas animi; tertius, inepta lætitia, *ibid.*, 965; quartus, jactantia, *ibid.*, 964; quintus, singularitas; sextus, arrogantia, *ibid.*, 965; septimus, præsumptio; octavus, defensio peccatorum; nonus, simulata confessio, *ibid.*, 966; decimus, rebellio; undecimus, libertas peccandi, *ibid.*, 968; consuetudo peccandi, *ibid.*, 969. — Superbia hoc est, cum major es in oculis, quam apud Deum et in veritate, *id.*, CLXXXIII, 946. — Primus in cælo peccatum, *ibid.*, 689. — Principem angelorum commutavit in diabolum, *ibid.*, 36. — Superbos præterit Dominus, *ibid.*, 1041. — Superbia detestabilis, *ibid.*, 104. — Cave jactantiam, fuge appetitum vanæ gloriæ; nihil de te præsumas, non te insolenter extollas, nihil boni tibi tribuas, de bono opere non gloriaris, non sis inflatus vento favoris, *id.*, CLXXXIV, 1259. — Qui vult omnes virtutes suas augere et non perdere, abscondat eas pro elatione, fugiat videri quod meruit, *ibid.* — Superbia fecit philosophos insipientes et obæcatos, Petrus Lombardus, CXCI, 1328. — Vitiorem omnium causa est, *id.*, CXCII, 268. — Superbia omnis peccati initium, Garnerius, CXCIII, 148. — Superbia totius ædificii spiritualis ruina est, Adamus Scotus, CXCVIII, 349. — Bonis operibus insidiatur, *ibid.*, 453. — Superbia inflat, parit injustitiam, rapit hominem supra se, Petrus Comestor, CXCVIII, 1828.

Superbia est causa omnium peccatorum et malorum,

Petrus Cantor., CCV, 44. — Ultimum est peccatum penitentibus, et primum peccantibus, *ibid.* — Hoc vitium super omnia vitia detestatur Deus, *ibid.*, 45. — Superbis passio Christi non prodest, *ibid.*, 46. — Ex superbia mala omnia oriuntur, S. Martinus Legion., CCV, 721. — Quatuor species habet: prima est, cum bonorum quod quis habet, sibi attribuit; secunda, cum credit a Deo esse datum, sed tamen pro meritis suis; tertia, cum se jactat habere quod non habet; quarta, cum cæteris despectis singulariter, *ibid.* — Superbia effeminat habitum, perimit obstinatum, dejicit exaltatum, philosophos tradidit in reprobum sensum, Alanus, CCX, 133. — Designatur per aquilonem, novercatur bonis, fructum operis perdit; mentem ligat gelicidio perversitatis, *ibid.* — Est mater omnis nequitiae. Ventus est qui projicit pulverem a facie terræ; est tumor, qui infusa medicamina depellit, *ibid.* — Superbia cunctis importabilis, et omnibus odiosa, inter omnia vitia est semper prima, et semper ultima, CCXVII, 729. — Quam detestabilis sit, *ibid.*, 730. De proprietatibus arrogantium, *ibid.*, 731.

II. — De avaritia.

Avaritia est libido habendi, seu inordinatus amor rerum temporalium. Et avaritia est quando cum cupiditate appetuntur vel possidentur bona temporalia. Quod discerni potest: primo, si immoderate vel gaudeamus de possessione, vel doleamus de amissione seu privatione divitiarum; secundo, si per nefas contra Dei præceptum eas vel comparemus, vel retineamus; tertio, si avidius eas vel appetamus, vel possideamus et servemus; quarto, si utamur iis ultra, vel citra modum necessitatis ad explendam vel superbiam, vel concupiscentiam oculorum, vel concupiscentiam carnis; quinto, si quidquid superfluit non expendamus in pauperes.

Et cognosci potest quod animus hominis alienus sit a cupiditate divitiarum: primo, si quis neque se earum possessione beatum, neque earum privatione miserum et infelicem existimet; si neque de earum possessione nimium gaudeat, neque de earum privatione nimium doleat; secundo, si præferat paupertatem divitiis male partis et contra fas retentis; tertio, si divitiis legitime acquisitis non utatur ad cupiditatem, sed ad necessitatem solum; quarto, si quidquid superest et sibi et suis in pia opera expendat.... Quæ evidentissime constabunt ex indicationibus quæ de avaritia sequuntur; sed antequam eas referamus, opportunum nobis videtur quædam afferre exempla hujus vitii ex Scripturis desumpta, quæ ista sunt:

Josue, vii, 11 *et seqq.*: « Peccavit Israel et prævaricatus est pactum meum, ait Dominus; tuleruntque de anathemate, et furati sunt, atque mentiti, et absconderunt inter vasa sua.... Non ero ultra vobiscum donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni, cum omni substantia sua. Quoniam fecit nefas in Israël. » Et ait Josue ad Achan: Filii mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Responditque Achan Josue, et dixit ei: Vere ego peccavi Domino, Deo Israel, et sic et sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, et ducentos cyclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum; et concupiscens abstuli, et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui... Dixit Josue: Quia turbasti nos, exturbet te Dominus, in die hac. Lapidavitque eum (Achan) omnis Israel, et cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt.

Est adhuc in veteri lege memorabile exemplum avaritiæ et illius punitionis in persona Nabal sponso Abigail. Consule I Regum, xxv, 2 *et seqq.*

Et in Evangelio per plura sunt, Matth., xxvi, 14 *et seqq.*: Abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum. Et ait illis: Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? at illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet. . . vespere autem facto discumbebat (Jesus) cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum, Domine? At ipse respondens ait: Qui intingit mecum manum in parapside, hic me tradet. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum, Rabbi. Ait illi: Tu dixisti... Adhuc loquente eo (Jesu), ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa, cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave, Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc

accesserunt, et manus injecerunt in Jesum et tenuerunt eum... Et vinculum adduxerunt eum (Jesum) et tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum... Et projectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit....

Luc, xvi, 19 *et seqq.*: Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso; et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat; sed et canes veniebant et lingebant vulnera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus; et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Filii, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris....

Act. Apostol., v, 1 *seqq.*: Vir autem quidam, Ananias nomine, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum. Et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua; et afferens partem quamdam, ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, et venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem. Non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit et expiravit. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, et efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, et uxor ipsius nesciens quid factum fuerat, introivit. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi, mulier, si tanti agrum vendidisti? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam. Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini. Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum ad ostium, et efferent te. Confestim cecidit ante pedes ejus, et expiravit. Intranses autem juvenes illam invenerunt mortuam, et extulerunt, et sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in universa Ecclesia, et in omnes qui audierunt hæc.

Avaritia gentilium, qui pecuniam animæ anteponunt, Tertullianus, I, 1261. — Avaritiæ caligo, S. Cyprian., IV, 612. — Avarus cariturus semetipso carere timet pecunia, negotiosus, tristis, anxius, sine requie ulla, damni metu semper detinetur; honestatis immemor, amicitiarum inobservans, humanitatis fugax, religionem nescit, bonitatem omnino odit, IX, 687. — Avaritia est inimica justitiæ, XI, 383. — Qui elaborat, ut plus habeat, quam habebat, avaritiæ partes agit, 286. — Avarus est qui quærit, quod non habet, et qui putat se non habere quod habet, *ibid.*, 329. — Avaritia fidem frangit, charitatem negligit, justitiam negat, non cognoscit affectus, jura divina contemnit, humanæ versutiæ argumenta excludit, orbem totum, si possit, ut rapiat, *ibid.*, 337. — Non habentibus divitias habendi injicit cupiditatem: habentibus adimit satietatem, *ibid.*, 331 *et seqq.* — Avaritia quantum malum sit, S. Ambrosius, XVII, 381. — Omnis avarus impius est, et sibi et cæteris nocens, *ibid.*, 442. — Avaritia quam vetus et antiqua sit, *id.*, XVI, 138. — Quam feralis et illecebrosa, *ibid.* — Quam vanum sit opes congregare, *ibid.*, XCIV. — Avare, noli recondere, ne fias nudo quidem nomine christianus, opere Judæus, *ibid.*, 1356. — Præminentem virum thesauri non possideant sui, nec pecuniis serviat, qui præest liberis, *ibid.*, 120. Avaritiæ possessionum jura, quæ Deus omnibus voluerat esse communia, distribuit, *ibid.*, XVI, 1804. — Magna illecebra delinquendi est rerum affluentia secundarum; in superbiam extollit, oblivionem auctoris infundit, *id.*, XIV, 834.

Avaritia hominum quanta sit, *ibid.*, 217. — Inexplebilis mercatorum avaritia arguitur, *ibid.*, 722. — Inflammatur lucro avaritiæ, non exstinguitur, *ibid.*, 733. — Quo plura abstulerit, eo magis inopem se esse credit, *ibid.*, 527. — Avari bona non sunt vera bona, *ibid.*, 1162. — Sterilitas illi soli est quæstiosa, *ibid.*, 740. — Avaris lucrum omne ad virtutem dispendium est, ad cupiditatem incendium, *ibid.*, 216. — Servus et mendicus omnis avarus, 649. — Quid aliud nisi metallum est mens avari, *ibid.*, 637. — Ex avaritia profecto septem nequitiae procreantur, proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, et contra misericordiam obduratio, *id.*, XVII, 758. —

Huic opponitur contemptus mundi, *ibid.*, Avaritia nutritrix est luxuriæ, *id.*, XIV, 752. — Quæ vitia generat, *ibid.*, 633. — Justitiam prima infirmit, *ibid.*, 62. — Nihil tam contrarium fortitudini, quam lucro vinci, *ibid.*, 87. — Avaritia plerumque sensus habeat humanos, et pervertit opiniones, *ibid.*, 883. — Auri cupiditas materia est perfidiæ, et avaritiæ studio sacrilegia solent generari, *ibid.*, 858. — Fidem frangit, nec tenet verborum simplicitatem, *ibid.*, 941. — Etiam animam suam venalem habet, *ibid.*

Avaritia radix omnium malorum, S. Hieronymus, XXI, 418. — Libido, fraus, idololatria est, *ibid.*, 349. — Nullis expletur operibus, *ibid.*, 897. — Quanto amplius habuerit, plus requirit, *ibid.*. Contemnit leges, gehennæ flammam despiciit, 826. — Infernum imitatur. In conviviis non cibos vorat, sed injustitiam, *ibid.*. In judiciis jurgia miscet atque discordias. Unam habet mensuram, extra mensuram semper inquirere, *ibid.* — Ardemus avaritia, et contra pecunias disputantes, auro sinum expandimus, nihilque nobis satis est, *ibid.*, 1057. — Radix avaritiæ, cura gentilium, *ibid.*, 417. — Avaritiæ occasio est multis nomen operum, *id.*, XXIII, 36. — Deliciæ et epularum varietates, fomenta avaritiæ sunt, *ibid.*, 301. Avaritia inter idola condemnatur, *id.*, XXIV, 48. — Avari sunt raptores, servi sunt mammonæ, *ibid.*, 476. — Avaritiæ vitandum est malum, *id.*, XXII, 417. — Timor Dei insatiabilem avaritiam compescit, *ibid.*, 818. — Hanc quasi fenestratorem pessimum declinemus, *ibid.*, 211.

Avaritia quid, S. Augustinus, XI, 356. — Avaritia generalis, quæ plus appetit quisque, quam sat est, *id.*, XXXVII, 1530. — Avaritia inexplebilis, *id.*, XXXVI, 530, 422, 438; XXXIX, 1651. — Avaritiæ fauces major pecunia non claudit, sed extendit; non irrigat, sed accendit, *ibid.*. Avaritia grave peccatum, *id.*, XI, III, 89. — Opus est mali hominis, non Dei, XXXVII, 1691. — Avaritiæ crimen est poena, *id.*, XXXVIII, 958. — Onus, *id.*, 897. Avaritia catena pedum, *id.*, XXXV, 2057. — Damna eorum, qui ob lucra peccant, XXXVII, 1645. — Avaritia quædam est in libidine et in idololatria, *ibid.*, 630. — Avaritia omnis præcidenda, *ibid.*, 627, 630. — Avaritiæ remedium, *ibid.*, 1636. — Avaritiæ homo servit, non Deo, *id.*, XXXIX, 1205. — Ab avaritiæ jugo Christus liberat, *id.*, XXXVIII, 526. — Ab avaritiæ sordibus purgat amor sapientiæ, *id.*, XLI, 204. — Avarorum adagium: Quantum habebis, tantus eris: frange lunam, et fac fortunam, *id.*, XXXVI, 610; XI, 674. — Avarus est, non solum qui rapit aliena, sed et qui cupide servat sua, *id.*, XXXVIII, 628. — Avarus quasi martyr auri, *id.*, XXXIX, 1461. — Non tam habet, quam se credit habere, *id.*, XI, 674. Philargyria quid sit, et unde nascatur, Cassianus, XLIX, 300. — Eam non pecunia, sed pecuniæ amor facit, *ibid.*, 343. — Ejus tria genera, *ibid.*, 303. — Turpe vitium et ignominiosum, *ibid.*, 293. — Omnes virtutes impedit, *ibid.*, 298. — Multa mala procreat, *ibid.*, 296. — Quomodo superanda sit, *ibid.*, 313. — Nisi nuditate vinci non potest, *ibid.*, 315. — Avaritia est radix omnium malorum, S. Petrus Chrysologus, LII, 626. — Est schola impietatis, *ibid.*, 285. — Generat penuriam, cognoscitur per aurum, *ibid.*, 518. Avarus est invidus, *ibid.*, 194. — Ex avaritiæ fomite videmus pullulare odiorum causas, hinc evenire criminum pugnas, hinc fraternas acies instrui, hic amicitiarum fœdera destrui, S. Valerianus, LII, 752. — Contentiones, rixas, furorem, homicidium, *ibid.*, 753 *et seqq.* — Avaritia idololatriæ famula, S. Salvianus, LIII, 188. — Morbus, *ibid.*, 175. — Avaritiæ studentes suas opes in inferno collocant, *ibid.*, 177. — Avaro nihil scelestius, *ibid.*, 182. — Avaritia perniciosa, S. Leo Mag., LIV, 344. — Grande malum est avaritia, S. Maximus, LIV, 476. Qui pecuniam appetit, fidem perdit, qui aurum redigit, gratiam prodigit, *id.*, LVII, 476. — Avarus quanta in congerendis divitiis frustra perferat incommoda, *ibid.*, 711. — Avaritiæ detestatio, Victor Vitens., LVIII, 405. — Cupiditas ita mista est superbiæ, ut nihil peccati fiat quod non ex utraque procedat, Julianus Pomer., LIX, 499. — Avari objurgatio, Dracontius, LX, 834. — Avaritia generalis, Eugyppius, LXXII, 642. — Specialis, *ibid.* — Avaritia diabolus cecidit, *ibid.*, 643. — Avaritia dicitur amor et fames habendi, Arator, LXVIII, 131. — Radix omnium malorum, *ibid.*, 132. — Avaritia tali sorte punita est, ut cum multa rapiat, semper egeat, Cassiodorus, LXIX, 631. — Gladius contemnitur, ubi aurum suscipitur, *id.*, 708. — Avari manus portum claudit, et cum digitos attrahit, navium simul vela concludit, *ibid.*, 714. Regnam illam procacium vitiorum avaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili devotione famulantur, *ibid.*, 854. Dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim malefidas cohortes admittit, *ibid.* — Avaritiæ vitium, S. Greg. Turon., LXXI, 308. — Fames, *ibid.*, 1029. — Ejus detestatio, *ibid.*, 935.

— Avari semper pauperes, *Vita Patrum*, LXXIII, 313. — Fontibus ranas habentibus similes, *ibid.*, 1186. — Avarus pulchra similitudine describitur, a canibus et venaticis avibus desumpta, *ibid.*, 531. — Avaritia debet quod paraverat eleemosyna, *ibid.*, 364. — Avaritiæ remedium dolo bono Macarius docet virginem, et convertit, *ibid.*, 1095.

Avaritia omnium malorum caput. S. Gregorius Magn., LXXV, 1074. — Igni comparata, *ibid.*, 1095. — Nomine plumbi significata, *ibid.*, 1071. — Sublevatur superbia et inani gloria, *ibid.*, 1073. — Subrepat vel per timorem vel per elationem, 1096. — Avaritiæ quæ sint filie, id., LXXVI, 621. — Ejus tentationes quales sint, *ibid.*, 622. — Avarum qua ratione cruciet avaritia, LXXV, 666. — Qui hic ardent igne avaritiæ, ardebunt etiam in carne ignibus gehennæ, *ibid.*, 1016. — Avarorum miseriam, *ibid.*, 1094. — Hic et in æternum miseri sunt, *ibid.*, 1095. — Impeliginem habet in corpore qui avaritia vastatur in mente, id., LXXVII, 25. — In parvis non refrenata sine mensura dilatatur, *ibid.*, Turpe est plus pecuniæ quam animabus statere, 821. — Avarus, avium more, esca rerum terrenarum devorata, peccati laqueo strangulatur, *ibid.*, 85. — Avaritia quot criminum radix, *ibid.*, LXXIX, 233. — Cupiditas nihil habendo proprium vincitur, et omnia communia possidendo, S. Columbanus, LXXX, 260. — De avaritia, Taño, LXXX, 931, 932. — Avaritia in geminam distinguitur pœnam, S. Isidorus, LXXXIII, 96. — Avaritiam subjugat eleemosyna, et spes æternæ retributionis, *ibid.*, 98. — Sermo de cupiditate, S. Ambrosius Autpert., LXXXIX, 1277 et seqq. — Avaritia est nimia divitiarum acquirendi, habendi, vel tenendi cupiditas, Cf., 634. — Cujus germina sunt invidia, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuriam, rapinæ, violentiæ, inquietudo, injusta judicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblivio, obduratio cordis, *ibid.* — Avari descriptio, id., C, 690. — Illius miseria, *ibid.*, 691, 692.

Avaritia modum ignorat, temperamentum nescit, finem habendi postponit, Smaragdus, CII, 965. — Multa generat mala; inde rugata fronte in conventu inveniuntur falsarii; inde in medio civitatis sicarii; inde in publico venefici; inde aperte crimen admittitur; inde scelus publice patrat, *ibid.* — Pecuniarum cupidus animam suam venalem habet, S. Benedictus, CIII, 691. — Propter avaritiam Achan cum suis omnibus lapidatus est; Saul alienus a Domino effectus est, *ibid.* — De avaritia et ejus remedio, Halitgarus, CV, 665, 666. — De vitio avaritiæ ejusque effectibus, Jonas, CVI, 245. — Avaritia cur idololatria dicta, Rabanus, CXII, 446. — Ejus detestatio, *ibid.*, 1244, 1245. — Hydropico assimilatur, *ibid.* — Remedium adversus illam, *ibid.*, 1364, 1367. — Ejus natura et origo. Nota, id., CVII, 854; CIX, 244. — Avaritia radix peccati, Haimo, CXVII, 796. — De cavendo avaritiæ vitio, Hincmar., CXXV, 870. — De avaritia, Reg., CXXXV, 461. — Avaritia radix omnium malorum, S. Petr. Dam., CXLIV, 234. — Sicut fumus ex igne cilibani vaporantis egreditur, ita vitiorum omnium caligo de camino æstuantis avaritiæ generatur, *ibid.* — Avari difficultas in eleemosyna, id., CXLV, 213. — Avarorum triplex genus, *ibid.* — Avaritia omnia scelera superat, *ibid.*, 533. — Ejus natura, *ibid.*, effectus, *ibid.*, 534. — Finis et intentio, *ibid.*, 531. — Exhortatio contra avaritiam, *ibid.*

Avaritia est omnium malorum radix, Lanfrancus, CL, 359. — Avaritia post diluvium producta, Guibertus, CLVI, 147. — Propagatrix totius malignitatis, *ibid.*, 154. — De avaritia ejusque remedio, Wernerus, CLVII, 1164, 1165. — Avaritia est Deus Judæorum, Rupertus, CLXVIII, 153. — Causa malorum, *ibid.*, 354. — Mala fuit negotiari in templo, et vendere Christum, *ibid.*, 616. — Avarus congregans divitias acquirit domui suæ confessionem, *ibid.* — Avaritia, quæ est immoderata habendi cupiditas, animum interno bono carentem, et sibi non sufficientem, ad exteriora appetenda compellit, Hugo de S. Vict., CLXXV, 776. — Avarus homo similis est inferno, S. Bernardus, CLXXXIV, 1266. — Cupiditas grave peccatum est, omnium criminum materia, *ibid.* — Judas per cupiditatem vendidit Christum, *ibid.* — Avaritia impedit purum Dei cultum, Petrus Lombardus, CXCI, 1059. — Æquatur idololatriæ, id., CXCH, 280. — Avaritia quid, et quod sit radix omnium peccatorum, *ibid.*, 359. — Avaritia velut amphora est, quæ os cordis ambitu apertum tenet, Garnerius, CXCIII, 141. — Avaritiæ fructus, *ibid.*, 153. — Avaritia cruciat, trahit hominem extra se per vagationem, quia facit eum amplexari stercora pro croceis, Petrus Comestor, CXCVIII, 1828. — Nullum vitium pejus avaritia, Joannes Saresb., CXCIX, 719.

Avaritia quid sit, Petrus Cantor, CCV, 72, 73. — Est idolorum servitus, *ibid.*, 75. — Difficilius curatur quam libidinis vitium, *ibid.*, 76. — Nihil avaritia gravius cui-

quam imprecari quis potest, *ibid.*, 75. — Avari sanguisugæ dicuntur, *ibid.*, 94. — Avarus indiget etiam his quæ possidet, *ibid.*, 74. — Omnis avarus immundus est, *ibid.*, 75. — Cupiditas sacerdotum peperit venalitatem missarum, *ibid.*, 102. — Avaritiæ rotæ, currus, aurigæ, Thomas Cisterc., CCVI, 116. — Terra suis limitibus terminatur; aqua suis finibus limitatur; aer suo sine concluditur, cœlum suis terminis arctatur; sola avaritia mensura non sistitur, Alanus, CCX, 123. — Avaritiam accusant fortuna, natura, charitas, proximus, elementa, mare, Deus, *ibid.*, 124, 125. — De malitia avaritiæ, *ibid.*, 464. — Ubi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba raurescit, ubi nummus committit, Hectoreæ militiæ fulgura conticescunt, ubi pugnat pecunia, victus expugnatur Hercules, *ibid.* — Nummus vincit, nummus mundum regit, nummus imperat universis, *ibid.* — Quid prodest cum Ptolomæo subterfugientis astronomiæ fugas consequi subtilitatis curriculo; cum Euclide, geometricorum ænigmatum secreta scrutari; cum Milerio musicarum proportionum consonantes amicitias invenire; cum Pythagora pugnas numerorum virtute multiplicationis inspicere, cum Tullio rhetoricis colorum stellari sideribus, etc., cum sapientia nostris temporibus nullius fructus præmiatur stipendiis, nullius famæ eam aura favorabilis extollat, ipsa vero pecunia honoris titulos et laudis emat præconia, *ibid.* — Avaritia laxat amicitias, generat odium, parit iras, bella serit, lites nutrit, rumpit fœdera, natos in parentes excitat, *ibid.*, 465 et seqq. — Avaritiæ bellum, *ibid.*, 573. — Superetur a largitate, *ibid.* — Dicitur furia infernalis, *ibid.*, 564. — Cum toto suo famulatio hominem impugnat, *ibid.*, et 565. — Avarorum misera conditio, *ibid.*, 585.

Insatiabile est cupidorum desiderium, Innocentius III, CCXVII, 719. — Avarus et infernus uterque comedit et non digerit, *ibid.*, 721. — Avarus nec patientibus compatitur, nec miseris subvenit, sed offendit Deum, offendit seipsum, offendit proximum, *ibid.* — Sicut idololatra servit simulacro, sic et avarus thesauro. De aliis avaritiæ proprietatibus, *ibid.*, 722. — Quam plures perdidit avaritia. Achan populus lapidavit, quia tulit aurum et argentum de anathemate, Naboth interemptus est, ut Achab ejus vineam possideret; Judas laqueo se suspendit, quia vendidit et tradidit Christum; Ananiam et Saphiram subitanea mors exstinxit, quia de pretio agri defraudaverunt apostolos, *ibid.*

III. — De luxuria.

Luxuria est peccatum quo venerea voluptas contra legem Dei vel appetitur vel percipitur. Luxuria ait S. Augustinus est vitium... animæ perverse amanti corporeas voluptates neglecta temperantia, qua rebus spiritualiter pulchrioribus et incorruptibiliter suavioribus coaptamur.

Hujus peccati septem sunt species; nimirum fornicatio simplex, adulterium, stuprum, sacrilegium, incestus, raptus et vitium contra naturam, quo generali nomine intelligitur mollietas, sodomicum scelus, bestialitas et alia id genus nefanda... Quæ omnia nos connectimus sub nomine Luxuriæ.

In hujus peccati materie peccant non solum ii qui re ipsa actus malos perpetrantur, supra relatos, qui vel soli vel cum aliis peccant actu ipso venereo, sed etiam, 1. qui sine necessitate dicunt, canunt, legunt, scribunt, pingunt, fingunt, audiunt ultra res venereas et impudicas; 2. qui sine necessitate et cum voluptatis sensu spectant oculis, vel personas, vel tabulas, vel statuas, vel alia id genus, ex quibus oritur appetitus luxuriæ; 3. qui pravis circa luxuriam cogitationibus consentiunt; et 4. qui pravis iis cogitationibus ultra et cum voluptate occupantur, licet non consentiant.

Quæri potest quænam sint quæ ad luxuriam solent hominem provocare. Ad hanc quæstionem respondet: « Hoc fuit iniquitas Sodomæ, verba Dei sunt apud Ezechielem, superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant. » Præter hæc sunt et alia incentiva luxuria, nimirum consortium et familiaritas personarum alterius sexus, spectacula profana, choreæ et saltationes, lectio librorum quibus amatoria describuntur, v. g. comœdiarum, vel fabularum equestrium, vel aliorum nostris temporibus in foliis publicis nimis diffusorum.

Octo luxuriæ filie, recensentur a S. Gregorio Magno, nimirum cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror vel desperatio futuri. His addere licet ex luxuria ut plurimum sequi obdurationem cordis, detrimentum sanitatis, rei domesticæ confusionem et dissipationem, scurrilitatem, turpiloquia, tarditatem, et stuporem ingenii, denique mortem in peccato nulla prævia poenitentia.

Et luxuriæ vel antidota vel remedia, quæ ab eo peccato vel avocant, vel revocant, sunt : primo, fuga eorum omnium quæ nunc diximus ad luxuriam provocare ut plurimum ; secundo, studium orationis, gemitus cordis ; tertio, se junctio a frequenti hominum consortio ; quarto, labor continuus ; quinto, mortificatio carnis ; sexto, diligens custodia sensuum, alienisque ab omni curiositate animus ; septimo, frequens usus sacramenti penitentiae ; octavo, jugis meditatio mortis et æternitatis. Restat quod dicamus quod luxuria grave est peccatum, peccatum ex genere suo mortale et gravissimum... Raro accidit peccatum in genere luxuriæ veniale esse.

De his omnibus dilucidatio habetur, in sequentibus indicationibus.

Cui libido domina est, in quo cæno dedecoris volutatur, S. Hilarius, IX, 687. — Pendet ad occasiones adulteriorum : anxius circa lasciviæ suæ furta, oculis, mente, corpore, totus in scortis est, *ibid.* — Videns quotidie atque audiens humanas in adulteros leges, adulterium in ipso foro cogitat ; quod agit timet, et quod timet non fugit, *ibid.* — Luxuria hominum quanta, S. Ambrosius, XIV, 218. — Nec fidem habet nec observantiam disciplinæ : seminarium est et origo vitiorum, *ibid.*, 720. — Luxuria mater libidinis est, *id.*, XVI, 1197. — Quam acerbus fructus luxuriæ, *ibid.*, 381. — Luxuriosi adjiciunt domum ad domum, villam ad villam, et effodiunt terram, *ibid.*, 1061. — Opus virtutum detestatur luxuriosus, bello refugit, *ibid.*, 1947. — Ubi cœperit quis luxuriari, incipit deviare a fide vera, *ibid.*, 1181. — Luxuria cæcitatem mentis, inconsiderationem, inconstantiam, præcipationem, amorem sui, odium Dei, affectum præsentis sæculi, horrorem vel desperationem gignit futuri, *id.*, XVII, 760, 1072. — Luxuria insatiabilis est, S. Hieronymus, XXII, 826. — Luxuriæ fluctus adversum nos crebrius intumescant, *ibid.*, 774. — Non possunt suscipere correptionem, qui illius oblectatione capiuntur, *ibid.*, 818. — In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est, *ibid.*, 663.

Luxuria. S. Augustinus, XXXVIII, 526, 529. — Quid, XLI, 356. — Luxuriam esse malum dicit Julianus, non vero concupiscentiam, *id.*, XLV, 1349, 1350. — Luxuriæ malum, concupiscentiæ consentiendo committitur, *ibid.*, 1349. — Luxuria per lubricum significata, *id.*, XXXVI, 328. — Fornicatio duplex, carnis et spiritus, *id.*, XL, 469. — Cordis et carnis, *id.*, XXXVIII, 1063. — Fornicatio divino jure in Scriptura damnatur, *id.*, XLII, 459. — Grande malum, *id.*, XXXIV, 743. — Lethalem habet culpam, *id.*, XL, 378. — Excludit a regno Dei, *id.*, XXXVIII, 879. — Crimen est injuriosum Deo, *ibid.*, LXXXV, 878. — Fornicationis vitio corrumpitur in homine imago et templum Dei, *ibid.*, LXXXVI, 1271. — Et sit injuria gratiæ Dei, *ibid.*, 85. — Generis humani in fornicationibus et adulteriis committendis quanta perversitas, *ibid.*, 84. — Fornicatio cordis in omnibus fuit, in paucis carne, in omnibus corde, *id.*, XXXVIII, 1063. — Libido venerea mentem absorbet, *id.*, XLIV, 773. — Non sinit sancta cogitare, *ibid.*, 808. — Totum hominem commovet ac sibi vindicat, *id.*, XLI, 424. — Ne animus in æterna se attollat impedit, *ibid.*, 227. — Fornicatio spiritalis, Cassianus, XLIX, 973. — De principali remedio adversus spiritum fornicationis, *ibid.*, 269. — Carnis puritas sine munditia cordis nequit obtineri, *ibid.*, 281. — Luxuria dicitur contagio, S. Petrus Chrysolog., LII, 363. — Desperationi similis, *ibid.*, 197. — Totam profanat sanctitatem, *ibid.*, 304. — Luxuria petit castitatis interitum, pudicitiae necem, mortem sanctitatis, *ibid.*, 654. — Agresti cibo mundi frenatur luxuria, *ibid.*, 227. — Luxuria impedit iter ad cælum, S. Valerianus, *id.*, 698. — Per luxuriam diabolus sibi totum mundum subiecit, S. Maximus, LVII, 305. — Comes est ebrietatis, *ibid.*, 582. — Luxuria non est vitium pulchrorum suaviumque corporum, sed animæ perverse amantis corporeas voluptates, Eugypsius, LXII, 635.

Luxuria carnis luxuria, S. Benedictus, LXVI, 230. — Luxuriam labore superandam signi invento uxorem sibi et proles fingentis dextere docetur, Vita Patrum, LXXIII, 746. — Luxuriam dæmon accendit, *ibid.*, 302. — Fornicatio mentis, *ibid.*, 874. — Locis humentibus designatur luxuria, S. Gregorius, LXXVI, 674. — Erucæ nomine signatur, *ibid.*, 714. — Peccata carnis sulphuri scænti et ardenti recte comparantur, *id.*, LXXV, 1051. — Luxuria est ignis usque ad perditionem devorans, *id.*, LXXVI, 201. — Luxuriæ tentatione castos animi motus diaboli perturbant, *id.*, LXXV, 112. — Luxuria omnia bona opera extinguit, *ibid.*, 201. — Quæ sint filiæ luxuriæ, *ibid.*, 622. — Quomodo luxuria refrenanda, *ibid.*, 190. — Fetor et nebula carnalem concupiscentiam significat, *id.*, LXXVII, 588. — Ex gula oritur luxuria, *ibid.*,

80. — Per luxuriam virtutes animæ destruantur, *ibid.* — Maxima pars hominum in fornicationem cur præceps ruat, *id.*, LXXIX, 358. — Luxuriæ vitium non solum percutiendum, sed etiam eradicandum, *ibid.*, 407. — Ex corde præsertim evellendum, *ibid.*, 408. — Grave Dei odium in luxuriam, *ibid.* — Ut perfecte dometur in carne, et radicitus extirpetur a mente, quid præstandum, *ibid.*, 401. — Ad eam expugnandam producenda sanctorum exempla, *ibid.*

Luxuria per castitatem et continentiam sollicitam, et semper timentem vincitur, S. Columbanus, LXXX, 260. — De luxuria, Taio, *id.*, 945, 946. — Ex corde primum fornicationes sunt auferendæ, et non prorumpent in opere, S. Isidor, LXXXIII, 642. — Fornicatio carnis adulterium est, fornicatio animæ servitus idolorum, *ibid.* — Maximum scelus, quia templum Dei violat, et tollens membra Christi, facit membra meretricis, *ibid.* — Fornicatione coinquinari deterius est omni peccato. Luxuria perducit hominem ad pœnas inferni, *ibid.* — Luxuria a luxu nomen accepit, Alcuinus, CI, 1194. — Est vitium corporale, *ibid.* — De fornicatione nascitur cæcitas mentis, inconstantia oculorum, periculum vitæ ; odium mandatorum Dei, mentis enervatio, et injustæ cupiditates, negligentia vitæ futuræ, et præsentis dilectio, *ibid.*, 634. — Luxuria est immunditia corporalis, quæ fieri solet ex incontinentia libidinis et mollitie animæ, quæ consentit carni suæ peccare, Halitgarius, CV, 668. — Cum cœperit animus ad delectationem carnis inclinare, oportet timorem iudicii ad mentem reducere, pœnasque infernalium sollicite cogitare, *ibid.*, 670. — De vitio luxuriæ, Jonas, CVI, 244, 245. — Luxuriæ detestatio et malitia, Rabanus, CXII, 1371. — Contra eam remedium, *ibid.*, 1372. — Ejus natura et origo, *ibid.*, 1370. — Ejus notæ, *ibid.* — Corpus pollutum carnalibus operibus, nisi lacrymis lotum et dignis penitentiae fructibus fuerit expiatum, in æterni ignis combustionem ardebit, Hincmarus, CXXV, 874.

Luxuria convalescit epulis, exardescit saturitate nimia ventris, perfodit animam stimulo ebrietatis, Hervæus, CXXXII, 703. — Vitam animæ perimit, cor aufert, cæcitatem menti ingerit, ipsum corpus cito debilitat, fractumque in miseram celeriter senectutem præcipitat, et, nisi misereatur Deus, in infernum hominem mergit, in pœnasque tartari pertrahit, *ibid.*, 704. — Luxuria fomes avaritiæ, S. Petrus Damian., CXLIV, 232. — De luxuria, S. Bruno, CLIII, 312. — Vitanda fornicatio et omnis immunditia, Radulphus, CLV, 1804. — Voluptate carnis irretitus multis malis coarctatur, Guibertus, CLVI, 603. — Luxuriæ occasiones fugiendæ, *ibid.*, 66. — Luxuria hominem gula seductum servituti subiecit, Wernerus, CLVII, 1068. — Fornicatio duplex tam animæ quam corporis, Rupertus, CLXVIII, 75. — Fornicari est recedere a Deo, *ibid.*, 36. — Luxuria et avaritia insatiabiles sunt, *ibid.*, 75. — Significatur per lutum et quomodo puniatur, *ibid.*, 578. — Luxuriæ remedium a Deo petendum, *ibid.*, 776. — Luxuriæ vitium bestię, Hildebertus, CLXXI, 708. — Ab eo servat humilitas et studium, *ibid.*, 709. — Luxuria est vitium turpissimum, Godefridus, CLXXIV, 80. — Similis est equis, *ibid.*, 78. — Feræ pessimæ, *ibid.*, 201. — Caro inflammata per crapulam, continuo ad libidinem effervet, Hugo de S. Victore, CLXXV, 776. — Luxuria est ex immundis descendens desiderii lubrica, et effrenata mentis corporisve prostitutio, *id.*, CLXXVI, 1002. — Ejus comites sunt voluptas, lascivia, ignavia, petulantia, titubatio, blanditiæ, deliciae, *ibid.* — Inter cætera septem vitia fornicatio maximum scelus est, S. Bernardus, CLXXXIV, 1241. — Non solum maculat corpus, sed et conscientiam.

Fornicatio sola fuga vincitur, Petrus Lombardus, CXCI, 1584. — Maximum potentissimumque flagitium, *ibid.* — Luxuria malum dupliciter perpetratum, Garner., CXCIII, 220. — Luxuriæ cogitatio per pectus significata, *ibid.* — Luxuria enervat, profert immunditiam, deprimit hominem infra se, quia cum sit factus ad imaginem Dei, ut porcus vivit, Petrus Comestor, CXCVIII, 1828. — De luxuria et libidine, Joannes Saresb., CXCIX, 123. — Luxuria homo dignitatem suam et imaginem Dei amittit, adeo ut totus absorbeat, terraque efficiatur et de rationali mutetur in reptile et jumentum, Petrus Cantor, CCV, 332. — Libidinem abstinentia domat ; nam quanto corpus inedia frangitur, tanto mens ab illicito appetitu revocatur, S. Martinus Legion., CCVIII, 723. — Luxuria est pestis omni monstro damnosior, quæ bursam evacuat, corpus enervat, animam inebriat, statum mentis effeminat, animum commaculat, famam perdit, proximum offendit, Deum amittit, Alanus, CCX, 122. — Lucem odit, tenebras appetit, velamen quærit, janitorem in porta ponit, *ibid.* — Unguentum est castitas. Illud autem corrumpit luxuria, *ibid.* — Ad vitandam luxuriam cavenda

gula quæ est ad luxuriam fomentum, prologus ad incestum, pons ad impudicitiam, præfatio ad incontinentiam, *ibid.*, 123.

Luxuriam semper præcedunt ardor et petulantia, semper comitantur fetor et immunditia, sequuntur semper dolor et pœnitentia, Innocentius III, CXXVII, 725. — Omnem ætatem corrumpit, omnem sexum confundit, omnem ordinem solvit, omnem gradum pervertit, *ibid.* — Hæc Pentapolim cum adjacentē regione subvertit, Sodomitas et Sichen cum populo interemit, raptorem Dinæ percussit, Ammon in convivio interfecit, Uriam occidit, presbyteros lapidavit, Ruben maledixit, Samsone seduxit, Salomonem pervertit, *ibid.*, 726.

IV. — De invidia ejusque comitatu.

Invidia est tristitia de bono proximi, perinde ac si malum nostrum esset, eo quod illo bono propriam nostram gloriam aut excellentiam minui existimamus.

Ad hujus definitionis intelligentiam adverte non omnem tristitiam de bono proximi invidiam esse; siquidem ex charitate quandoque dolere possumus, si quis is bonis affluat quibus omnino indignus est; unde oritur non invidia, sed indignatio. — Ex timore dolere possumus de bono alterius, nimirum quia veremur ne bonis illis abutatur ad nostram perniciem neque dolor ille invidia dicitur.

In eo ergo proprie posita est ratio invidiæ, quod de bonis proximi, sicut de malis nostris eo maxime doceamus, quod bona illa putemus vergere in detrimentum nostræ gloriæ, nostræ excellentiæ, verbi grat., vir artis alicujus peritus dolet de fama alterius ejusdem artis periti, eo quod putet hanc proximi sui famam vergere sibi in detrimentum. Hoc invidiam dicimus. Vir gratia pollens apud principem dolet alium gratia pollere; hinc enim putat oriturum esse detrimentum suæ auctoritatis. Hæc invidia est. Idem esto judicium de eloquentia, virtute, scientia, quod sic velimus nobis proprias esse, ut cum alio nemine communicentur, ne forte ista, si in pluribus reperiantur, minuant nostri nominis celebritatem. Item invidia est, si cum simus miseri, doleamus alios esse felices, velimusque eos in eandem nobiscum miseriam trahere.

Et causæ invidiæ sunt: Superbia semper, et quandoque concupiscentia carnis vel concupiscentia oculorum. Superbia quidem. Ideo enim de bonis proximi quasi de malis propriis dolemus, quia nosmetipsos proximo anteponimus, et propriam excellentiam nimis diligimus; quod superbia est. Concupiscentia autem sive carnis, sive oculorum, quia pro nimia rerum temporalium cupiditate dolet invidus, proximum habere divitias quas vellet solus habere.

Quinque recensentur invidiæ filix a S. Gregorio Magno, nimirum, odium proximi, quo fit ut malum ipsi velimus, susurratio, detractio, exsultatio in adversis et afflictio in prosperis.

Possumus autem alienum servare animum ab omni invidia, si cogitemus attente nullum esse vitium quod nos similiore reddat diabolo. Is enim præ sola invidia nocet nobis; dolet nimirum quod simus ipso beatiore conaturque ideo omni ratione trahere nos secum in ruinam.

Et grave est invidia peccatum, et ex genere suo mortale, ex apostolo, Gal. V, 19 *seqq.*, et ex Patribus qui infra citantur; attamen potest invidia esse culpa venialis, si agatur de re levi, et si motus invidiæ non sit vehemens, nec perfecte deliberatus. Et remedia invidiæ sunt: animum habere liberum a concupiscentia carnis, a concupiscentia oculorum et a superbia vitæ; qui enim nec superbus est, nec magni facit res caducas, honores, dignitatem, celebritatem nominis, voluptates, divitias, et cætera in genus istorum omnium possessionem invidet nemini.

De his sermo habetur in sequentibus:

Invidia cito prosperitatem sequitur, S. Ambrosius, XIV, 444. — Quomodo placanda, *ibid.*, 461. — Quantum Dominus aspernatur invidorum sit, id., XV, 1625. — De invidia odium, susurratio, detractio, exsultatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis propagatur, id., XVII, 756. — Huic opponitur charitas, quæ non invidet, sed congaudet; non odit, sed diligit; non susurrat, sed objurgat; non detrahit, sed arguit; non de adversis proximi gaudet, sed mœret; non de prosperis afflictionem contrahit, sed consolationem recipit, *ibid.*, 757. — Invidia mors introivit in orbem terrarum, S. Hieronymus, XXII, 585. — Invidia mordax sui, *ibid.*, 482. — Semper sequitur virtutes, *ibid.* — Invidus aliena felicitate torquetur, et patet insidiis gloriosus, id., XXIII, 1045. — Quanto quis fratri invidet, tanto ipse amplius contabescit et

deperit, *ibid.* — Invidiæ natura, id., XXVI, 416. — In duplicem scinditur passionem, *ibid.* — Elegiacum metrum de invidia, *ibid.*, 417. — Invidia similis ærugini et viperis, S. Augustinus, XXXIX, 1769. — Vitium est diabolicum, *ibid.*, 725. — Peccatum ad mortem, *ibid.*, 1970. — Ortum a superbia habet, id., XLV, 1884. — Quid sit, id., XL, 1059. — Invidiæ miseria, id., XXXIX, 1769. — Remedium, XL, 1095. — Invidus ressecandus veluti corporis tabes, id., XXXIX, 1950. — Aut velut membrum nocivum, *ibid.* — Sermo de invidia, id., XL, 1264. — Invidia et æmulatio, quo differant, id., XXXV, 2142. — Invidia, odium felicitatis alienæ, id., XXXIV, 456; XXXVII, 1599; XXXIX, 1561. — Superbiæ filia, id., XXXVIII, 783; XL, 315, 450. — Invidiæ mater superbia, XXXIII, 561; XXXVII, 1290. — Et comes, id., XXXVI, 709. — Invidia quantum malum, XLIII, 160. — Invidentia Deo est odibilis, XLI, 444. — Invidia nihil miserius, *ibid.*, 268. — Nil adversius charitati, id., XL, 315. — Peccatum diaboli, id., XXXV, 2017. — Invidia causa est omnium seductionum et supplantationum, id., XXXVII, 1807. — Invidus est qui optat melior esse quam alius, id., 2040. — Odium est ira inveterata, id., XLIII, 155; XXXVI, 180, 632; XXXVIII, 324, 397.

Invidentia, odium felicitatis alienæ, S. Prosper Aquit. LI, 470. — Ex superbia nascitur, *ibid.*, 471. — Invidia nunquam nisi maligna, et malis non satiatur alienis, *ibid.*, 278. — Invidia Hebræorum in christianos, S. Petrus Chrysolog., LII, 194 *et seqq.* — Non admittit pietatem nec charitatem. Pellit gaudium. Non patitur socium, *ibid.*, 197. — Dolet de bono alterius, non de proprio suo damno, *ibid.* — Ut jungat, consueta disjungere, *ibid.*, 287. — Bonum alterius invidio est pœna, *ibid.*, 574. — Est morbus. Fax invidiæ est oculus nequam, *ibid.* — Invidia exitialis pestilentiæ morbus, S. Salvian., LIII, 175. — Quo animi tormento invidos affligat invidia, Julianus Pom., LIX, 480. — Quibus signis invidorum delectetur invidia, *ibid.*, 486. — Invidia multorum peccatorum semen, S. Paulinus, LXI, 725. — Invidia quid, Eugyppius, LXII, 640. — Invidentiæ vitium, *ibid.*, 601. — Quidquid ex invidia dicitur, veritas non putatur, Cassiodorus, LXIX, 512. — Mensuram non quærit, *ibid.*, 549. — Premit potiores, *ibid.*, 654. — Invidorum pœna, S. Gregorius, LXXV, 228. — Invidiæ mala, *ibid.*, 232. — Invidus eo cui invidet se minorem testatur, *ibid.* — In invidia serpens antiquus totum virus suum conculit, et vomit, *ibid.*, 253. — Invidi descriptio, *ibid.*, 254. — Invidia ad gravissima scelera viam parat, id., LXVII, 63. — Virtutes omnes enecat, invidorum cæcitas quanta sit, *ibid.* — Invidia, Taio, LXXX, 935 *et seqq.*

Invidia duplici afficitur in flamma, S. Isidor., LXXXIII, 96. — Invidus membrum est diaboli, *ibid.*, 700. — Invidia cuncta virtutem germina concremat, cuncta bona ardore pestifero devorat, *ibid.*, 853. — Est animi tineæ, sensum comedit, pectus urit, cor hominis, quasi quædam pestis, depascit, *ibid.*, 854. — Adversus invidiam charitas præparetur; de bono alterius non dolendum, *ibid.* — Zelare et invidere grande et magnum peccatum, Smaagdus, CII, 961. — Cain per zeli livorem Abel fratrem suum justum occidit; Esau factus est inimicus fratri suo Jacob; a fratribus suis venditus est Joseph, *ibid.* — Per iniquum livoris zelum Dei timor exponitur, magisterium Christi negligitur, *ibid.* — Hinc omne pacis vinculum rumpitur, fraterna charitas violatur, adulteratur veritas, unitas scinditur, *ibid.*, 962. — Invidia tormentum, S. Benedictus, CIII, 732. — Invidorum ingenium, *ibid.*, 977. — De vitio invidiæ ejusque remedio, Halitgarius, CV, 662. — Sicut per concordiam parvæ res crescunt, ita per odium et invidiam magnæ decrescunt, Jonas, CVI, 241. — Hæc vitia diligenter cavenda esse divina oracula docent, *ibid.*, 242. — Invidia quibus modis committatur, Rabanus, CXII, 1243. — Variæ ejus species. Ejus natura et origo, *ibid.*, 1360. — Qui invidos torqueat. Ejus notæ, detestatio, remedium, *ibid.* — De cavendo invidiæ vitio, Hincmarus, CXXV, 876, 877. — De invidia, Regino, CXXXII, 463. — Invidiæ natura, Lanfrancus, CL, 295. — Non invidendum bono alterius, sed exemplum sumendum, *ibid.*, 398. — De invidia, Wernerus, CLVII, 1036, 1037. — Invidiæ effectus, S. Anselmus, CLVIII, 682. — Odium a regno Dei hominem separat, a cælo subtrahit, a paradiso ejicit. Litem sperne; fuge rixas, cave contentiones, *ibid.* — Invidia fervidum in dolore reddit animum ob alterius bonum et honorem, ea videre nolentem, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1000. — Ejus comites sunt odium, afflictio, exsultatio, malitia, detractio, amaritudo, susurratio, *ibid.* — Invidia, oculus venenatus, S. Bernardus, CLXXXIII, 236. — Basilisco similis, *ibid.* — Ejus effectus, id., CLXXXIV, 533. — Invidus dicitur qui alterius felicitate torquetur, Petrus Lombardus, CXCI, 1335. — Perfunditur, et inflatur veneno isto mortifero pectus

invidum, ignescunt oculi, labia tremunt, torquentur viscera, Adamus Scotus, CCXVIII, 504. — Invidiæ fraternæ typus Cain, *ibid.*, 875. — Invidiæ mater est superbia, Petrus Cantor, CCV, 51. — Etiam Spiritum sanctum persequitur, *ibid.*, 53. — Quam sit detestabilis, *ibid.* — In duobus consistit, in gaudio et dolore, *ibid.*, 52. — Odium fraternum effectus invidiæ, *ibid.*, 51. — Quam grave peccatum, *ibid.* — Adversus invidiam præparatur caritas, S. Martinus, CCVIII, 725. — Invidia est tormentum sine refrigerio, morbus sine remedio, labor sine respiracione, pœna sine interpolatione, Alanus, CCX, 129. — Hæc est linea quæ purpura virtutum demolitur, ærugo quæ thesaurum sapientiæ deprædatur, *ibid.* — Hæc filios Israel in deserto percussit, contra Joseph fratres armavit, Daniele in lacum leonum detrusit; Caput nostrum patibulo crucis affixit, *ibid.* — Ejus descriptio, *ibid.*, 468. — Quos impugnare soleat. Remedia, *ibid.*, et 469.

V. — De gula.

Gula est appetitus inordinatus cibi vel potus: « Inordinatus, » quia cibum et potum possumus licite appetere.

Tunc licite appetimus, cum ad necessitatem solum et ad sanitatis consecrationem appetimus. Illicite et inordinate appetimus, cum ultra necessitatem, et ad solam delectationem extenditur appetitus.

Peccatur autem per gulam, 1° quando nimis manducatur vel bibitur. Hoc est quando ultra necessitatem, vel cum sanitatis detrimento; 2° quando avidius; 3° quando lautius; 4° quando studiosius, hoc est quando quærentur cibi nimis accurate præparati; 5° Quando frangitur, vel abstinentia, vel jejuniis, diebus quibus ex præcepto Ecclesiæ vel est jejunandum vel abstinendum a carnibus, seu ab aliis cibis.

Illi in hoc vitio peccant qui cibis et potibus sese ingurgitant usque ad vomitum, vel usque ad ebrietatem. Et ebrietas est peccatum quo quis ex nimio potu rationis usu destituitur; est gravissimum peccatum et periculosissimum. Est etiam grave detrimentum et sanitatis et rei familiaris. Ebrii diu vivere nequeunt; fiunt opprobrium hominum et abjectio plebis... Gulæ filia sunt, ineptia, scurrilitas, immunditia, multiloquium et hebetudo mentis... Gulæ remedia sunt, temperantia, jejuniis, carnis afflictio, meditatio mortis.

Quæ clarissime apparebunt ex subsequentibus notationibus.

Gula a primordio homicida in Adam, Tertullianus, II, 953. — Gulæ comites, libido et luxuria, *ibid.*, 953. — Vitetur malum ebrietatis, Caius, V, 179. — Quid infelicitas ebrietatis dominatu? ventri ultra capacitatem infundere, officium suum corpori invidere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, et mortem quamdam naturæ incolumi imperare, S. Hilarius, IX, 687. — Gula de paradiso regnantem expulit, S. Ambrosius, XIV, 700. — Quas perturbationes in familiam inferre soleat, *ibid.*, 705. — In utero ambulat, qui gulæ et ventri serviunt, *ibid.*, 512. — Ebrietas in vulgaribus hominibus quam ridicula sit et odiosa eleganti descriptione exponitur, *ibid.*, 712, 718. — Et maxime in militaribus hominibus, *ibid.*, 715. — Necnon in feminis, *ibid.*, 719. — Ebrietatis effectus. Ebrietatis et vini quanta mala, *ibid.*, 701, 705, 718, 721. — Gula mox ineptam lætitiā, scurrilitatem, immunditiam, multiloquium, sensusque hebetudinem circa intelligentiam parturit, *id.*, XVII, 759. — Adam per escam paradisi perdidit; Esau per lentem honorem primatus amisit; Judas per buccellam apostolatus sublime deposuit, *ibid.*, 661.

Ebrietas et crapula exhauriunt thesaurum animarum, S. Hieronymus, XXII, 818. — Vini hominis sensus evertitur, pedes corruunt, mens vacillat, libido succenditur, *id.*, XXVI, 417. — Ebrietas nascitur ex variis causis, 416 et seqq. — Ei semper jungitur luxuria, *ibid.* — Ejus effectus, 566, 667. — Ebrius nunquam castus, *ibid.*

Gula quid, S. Augustinus, XI, 1090. — Gulosi describuntur, *id.*, XXXIV, 97. — Ebrietas peccatum, *id.*, XLVI, 159. — Ebrio nihil insanius, *id.*, XXXVII, 1570. — Ebrietas cavenda, *id.*, XXXVIII, 1098. — Ebrietatem carpit Augustinus, *id.*, XXXIII, 46. — Ebrietas quasi inferni puteus, *id.*, XXXIX, 2306, 2315. — Nihil aliud est quam manifestissimus dæmon, *id.*, XL, 1060. — Ebrietatis efflatus et mala, *id.*, XXXIX, 2302; XL, 1106, 1111. — Exemplis et verbis Scripturæ declarantur, *ibid.*, 2305. — Ebrietatis mala in feminis, *id.*, XL, 1110. — Ebriosi velut naufragæ naves, *id.*, XXXIX, 2507. — Quasi paludes ex quibus nihil nascitur quod utile sit, nihil quod non horrorem pariat, *ibid.*, 2504. — Ebriosi se et sua perdunt, *ibid.* — Dum putant bibere vinum, bibuntur a

vino, *id.*, XL, 1060. — Ebrietas ita est usitata, ut nec peccatum putetur, *id.*, XXXIX, 2505. — Huic obnoxii sunt clerici aliqui, *ibid.*, 2306. — Si frequens fuerit, in infernum præcipitat, *ibid.*, 2309. — Grave peccatum est et Deo odibile, *ibid.*, 2308. — Gastrimargia, id est gulæ concupiscentia, Cassianus, XLIX, 203. — Hoc vitium describitur, *ibid.*, 210. — Ei fortiter resistendum, *ibid.*, 612. — Gastrimargiæ tria genera, *ibid.*, 240. — Quomodo vincatur, *ibid.*, 229. — Nisi gulæ vitio fuerimus liberati, nequaquam poterimus ad pugnas interioris hominis pervenire, *ibid.*, 228. — Ebrietas vires enervat, Petrus Chrysologus, LII, 225. — Ebrisi comminatur diabolus, *ibid.*, 228. — Est ebrietas sacrilegium in sacerdote, *ibid.*, 213. — Ebrietatis natura et effectus, *ibid.* — Filios noctis facit, *ibid.*, 491. — Adam e paradiso gula extraxit, *ibid.*, 224. — Gulæ pretio mulier emit mortem, *ibid.*, 377. — Effectus gulæ recensentur, S. Valerianus, LII, 750. — Ebrietas carpitur, *ibid.* — Humanum corpus gravans impedit iter ad cœlum, *ibid.*, 698. — Gulæ flamma et repressio, Eugypsius, LXII, 834, 835. — Gulæ delectamenta fomes libidinis, S. Fulgentius, LXV, 333. — Deum sibi ventrem faciunt qui gulæ serviunt, *ibid.*, 584. — Gula quinque modis nos tentat, S. Benedictus, LXVI, 321. — Gula origo impugnationis diaboli, *Vita Patrum*, LXXIII, 76. — Fenerator pessimus, *ibid.*, 1179. — Gula incendit, *ibid.*, 867, 868. — Gulæ victoria contentum esse præsentibus, *ibid.*, 945. — Gulæ mala, S. Gregorius, LXXVI, 556. — Qui gulam edomare non curant incaute ad spiritalia bella consurgunt, *ibid.* — Gula cunctas virtutes obruit, *ibid.* — Gulæ filia quæ sunt, *ibid.*, 621. — Ejus tentationes, *ibid.*, 622. — De concupiscentia gulæ, Taio, LXXX, 946 et seq. — Omnes animæ virtutes edacitates vitio destruantur, S. Isidorus, LXXXIII, 648. — Esca crapulam, potus ebrietatem generat, *ibid.*, 649. — Ebrietas perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis, *ibid.* — Utile est cavere gulam ciborumque concupiscentiam, *ibid.*, 647. — Gulæ saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque evanescere facit, *ibid.*, 648. — Vitanda est crapula, S. Benedictus, CIII, 695. — Sicut piscis, cum avidis faucibus properat ut glutiat escam, et repente hamum inter fauces reperit hostem; vel sicut aves cum per escam capiuntur in retibus; ita ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, *ibid.* — Sicut ebrietas mater est omnium vitiorum, ita sobrietas mater est omnium virtutum, *ibid.*

Vitium ventris ingluviis atque remedium, Halitgarius, CV, 667. — De vitio gulæ, Jonas, CVI, 241. — Ejus effectus, *ibid.* — Gulæ mala, Rabanus, CXII, 1246. — Parentes primos e paradiso dejecit, *ibid.* — Quomodo devitanda. Non solum in cibo vinoque, sed detractioe vinoque committitur, *ibid.* — Remedium contra eam, *ibid.*, 1370. — Detestatio, *ibid.*, 1375. — Ebrietas in quo consistat, *id.*, CXI, 770. — Ejus incommoda et effectus a contrariis probantur, *id.*, CIX, 627. — Satietaem saepe denotat, *id.*, CVII, 641. — Concupiscentiæ faulrix, *id.*, CXI, 756. — Sacerdotum quæ, *ibid.*, 1034. — Omnia vitia eam comitantur, *id.*, CIX, 888. — Levitatem gignit, *ibid.*, 889. — Caveat qui escarum delectationi incumbant ne luxuriæ ac mucrone transfigant, Hinemarus, CXV, 875. — De gula, Regino, CXXXII, 464. — Gulæ crimina diversa, Ratherius, CXXXVI, 411. — Quod crapula multum sit christianis contraria, Burchardus, CXL, 889. — Ut malum ebrietatis omnino vitetur, *ibid.* — Quod vino inebriari non liceat, sed fugiendum sit, *ibid.*, 892. — Fugienda est ebrietas, *ibid.* — Immoderatam bibendi voluptatem qui vult perdit gratiam, Lanfrancus, CL, 524. — Ebrietas tota imbecillis primum abolet memoriam, dissipat sensum, negligit mentem, confundit intellectum, concitat libidinem, involvit linguam, implicat sermonem, corrumpit sanguinem, obtundit visum, perturbat venas, infirmat nervos, obturat aures, turbat viscera, subvertit sensum, bumectat cerebrum, debilitat membra, frangit somnum, Anselmus Laudin., CLXII, 1591. — Mater flagitiorum est, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, subversio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela, *ibid.* — Gulæ vitium pestis maxima est nata ex peccato primi hominis, Rupertus, CLXVIII, 1574. — Ex intemperantia gulæ multa peccata et mala procedunt, Hildebertus, CLXI, 427. — Ventris ingluviis est immoderata qualiumcunque ciborum potuumve hiantis concupiscentiæ satisfactio, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1001. — Ejus comites sunt ebrietas, crapula, mentis hebetatio, languor, delicatio, oblitio, *ibid.* — Ebrietas mortale crimen est, S. Bernardus, CLXXXIV, 1245. — Corpus debilitat, animam illaqueat; generat perturbationem mentis, auget furorem cordis, utrit flammam forni-

cationis, *ibid.* — Sicut gula, ita et ebrietas ventrem distendit, carnem accendit, libidinem nutrit et fovet, Petrus Cantor, CCV, 330. — Venter mero æstuans de facili labitur in libidinem, *ibid.*, 332. — In majoris fratris convivio si ius Job Satan obruit; Samson iuter epulas Philisthæos prostravit, *ibid.* — Nabuchodonosor abutens epulis, et vasis Domini, audivit hanc vocem terribilem: *Mane, Techel, Phares*, quam secuta est destructio domus ejus, *ibid.* — Holopherne ebrietate niriã sopito Judith abscedit caput. Ebrietas hominem sui et Dei immemorem facit, infinita monstra parit, consilia detegit, *ibid.*

Gula est mentis sepulcrum, acervus stercorum, origo luxuriæ, Alanus, CCX, 119. — Animam inclinat in vitiorum pompam, in criminum cœnam, in lutum peccati, *ibid.* — Febris procedit ex gula, morbus caducus ex crapula, paralysis ex ebrietate, hydropysis ex vinolentia, *ibid.*, 120. — Per ebrietatem crescit insolenti superbia, crudelitas sero, malignitas invidio. Ebrietas implicat verba, obliquat lumina, stomachi tormenta efficit; ipsam verecundiam mentis et oris custodiam expellit, sigillum castitatis frangit, *ibid.* — Gulosi non sufficiunt fructus arborum, non radices herbarum, non pisces maris, non bestiæ terræ, non aves cœli, sed quæruntur pigmenta, comparantur aromata, Innocentius III, CCXVII, 723. — Quid turpius ebrioso cui setor in ore, tremor in corpore, qui promittit multa, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur, *ibid.* 724. — Gula paradisi clausit, primogenita Esau vendidit, suspendit pistorem, decollavit Baptistam, *ibid.* — Ebrietas verenda nudavit, incestum commisit, filium regis occidit, principem exercitus jugulavit, *ibid.*

VI. — De ira.

Ira est immoderatus animi motus, quo quis cum impetu repellit ea quæ sibi displicent. « Immoderatus motus. » Est enim et moderatus ratione motus animi, quo quis cum impetu ratione temperato repellit ea quæ sibi merito displicent; est ira laudabilis: « Irascimini et nolite peccare, » inquit Propheta regius. Sciendum est, ait S. Gregorius Magnus, quod alia est ira quam impatientia excitat; alia quam zelus justitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur.

Ira est justa et rationalis cum excitatur ob causam justam et rationi consentaneam, verb. gr., ad repellendum malum, vel faciendum bonum aliquod, nec immoderatus fervescit. Hac ira accensus Phinees placavit Dominum. Hanc et Christus ipse in se concitavit, dum ejecit e templo vendentes et ementes. Hæc autem ira dicitur zelus.

Ira est peccatum quando excitatur in homine ex pravus affectibus et cupiditatibus, quæ sunt, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitæ. Ex hoc triplici fonte, ut scitur, manat omne peccatorum genus, atque ideo ira; si quidem sic homo affectus est ut paratus sit cum impetu repellere quicquid suis cupiditatibus adversatur. Ira etiam quando movetur ob justam causam, potest esse peccatum, puta si nimio impetu effervescat vel si absque necessitate, vel præ superbia moveatur; nam et in rebus justis potest iram superbia concitare, superbi enim nullam possunt ferre contradictionem; hinc citius iræ moventur. Tunc solum necesse est ira moveri quando sperare licet hac via malum esse depellendum, vel bonum faciendum. Nec putes fictitiam esse hujusmodi necessitatem; est enim nonnullorum hominum ea iudoles, ut nunquam vel a malo avocandi sint, vel ad bonum efficaciter excitandi, nisi adversus eos incitatione vehementi et ira salutari moveatis. Hic salutaris impetus quandoque et ad expurgandum peccatorem, et ad addendos justis animos, efficacior est. Sed hic multa opus est prudentia; nisi enim zelus prudenter temperetur, nocet multum nedum prosit.

Iræ filix sunt contentiones, rixæ, inimicitix, lites, contumeliæ, clamores, ultiones, cædes, timor mentis, indignatio et blasphemia.

Ira potest esse peccatum mortale vel veniale. Mortale est, si sit vehementior, si sit inveterata, si adjunctum habeat odium proximi, vel deliberatum ultionis appetitum, si grave scandalum afferat, uno verbo si exstinguat in corde charitatem: veniale vero est peccatum, si levis, si non diuturna, si non exstinguat in corde charitatem.

Remedia iræ sunt, ducem in omnibus sequi rationem et fidem, nihil agere ex cupiditate, nihil ex præcipiti impetu, omnia cum deliberatione gravi, exercitatum habere animum in oratione, in silentio et in patientia.

Quæ indicantur in sequentibus indicationibus.

Ira ex impatientia, Tertullianus, I, 1258. — Ira an sit mala, Lactantius, VI, 693. — Hominum appellatione nos spoliatur, *ibid.*, 701. — Ad quem usum a Deo data, *ibid.*, 704. — Iræ gradus et effectus, S. Hilarius, IX, 374. —

Trascendum non est iis a quibus aliqua perpetimur, sed sors eorum miseranda, *ibid.*, 712. — Iræ sine causa eadem in Evangelio pœna est ac in lege homicidio, *ibid.*, 639.

Ira quam gravis passio sit, S. Ambrosius, XIV, 975. — Præclarum est motum temperare consilio; nec minoris virtutis ducitur, cohibere iracundiam, quam omnino non irasci, id., XV, 1650. — Si irascimur, affectus noster motum recipiat secundum naturam, non peccatum præter naturam, *ibid.*, 1204. — Satius est in indignatione laudem clementiæ reperire, quam ira in ultionem excitare, *ibid.*, 1540. — Iracundia cavenda, et quomodo, *ibid.*, 50. — Omni tempore, quantum fieri potest, Christianus vir iracundiam debet temperare, et maxime quando ad orationem accedit, *ibid.*, 457. — Ira motus est naturalis, qui solet ad profectum pertinere delinquentis, id., XVII, 590. — Necesse iratus animus mala cogitet, *ibid.*, 591. — In ira nemo agnoscit quid sit utile, *ibid.*, 599. — Qualis ira esse debeat in delinquentes, *ibid.*, 595. — Deum ultra modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat, *ibid.*, 757. — Iine protinus rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, tumor mens is, et blasphemix suscitantur, *ibid.* — Ira leonis personam nobis imponit, S. Hieronymus, XXII, 478. — Ira viri de perturbata mente procedit, id., XXIII, 540. — Justitia est, iram celeri pœnitentia mitigare, *ibid.* — Tullius est rabiem leonis, quam hominis sustinere, *ibid.*, 58. — Ira pro correptione et eruditione in minores posita, *ibid.*, 1062. — Ira semper juncta superbiæ est, et sapiens, si iracundus sit, insipiens arguitur, *ibid.* — Iræ natura, id., XXV, 953; XXVI, 516. — Ira quid, S. Augustinus, XL, 140. — Est turbulentus appetitus auferendi ea quæ facilitatem actionis impediunt, id., XXXIII, 73. — Motus est animi provocans ad pœnam inferendam, id., XXXVI, 92. — Est libido vindictæ, id., XXXVIII, 396; XLI, 424. — Ira pro vindicta ponitur, id., XLII, 410. — Iræ vani prætextus, id., XL, 1096. — Gradus, *ibid.* — Effectus, *ibid.* — Ira quantum noceat, id., XXXIX, 1131. — Est lumen verum justitia atque sapientia, quod desinit mens videre, perturbatione iracundiæ tanquam nubilo superata, id., XXXVIII, 476. — Ira scorpio est, id., XXXIX, 1130. — Nutritur et crescit malis suspicionibus, id., XXXVIII, 597. — Ira inveterascens fit odium, id., XXXIII, 155; XXXVI, 189; XXXVII, 324, 397. — Ira surculus, nisi cito evellatur, crexit in trabem, id., XXXVI, 652, 397. — Iram servans, inimicum forinsecus devitat, et multo peiorem in præcordiis retinet, id., XXXVII, 1045. — Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit; sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit, id., XXXIII, 958. — Irati hominis et alterius patienter ferentis descriptio, id., XXXVII, 1241. — Ira etiam brevis cavenda, Cassianus, XLIX, 541, 542. — Quanta mala generet, *ibid.*, 542 et seq. — Quomodo curanda, *ibid.*, 559. — Tria genera, *ibid.*, 626. — Iracundiæ virus et natura, *ibid.*, 323. — Iracundiæ peccatum quomodo expiandum, *ibid.*, 342, 1030. — Iracundiam retinere in pectore et occultare pestilentissimum, *ibid.*, 340.

Ira cito cohibenda, ne vergat in odium, S. Prosper, LI, 477. — Ira peccatoris quando sera et infructuosa, *ibid.*, 323. — Ira exstinguenda in ipsis scintillis, S. Petrus Chrysologus, LII, 307. — Ira perire noverit cum protervis, Cassiodorus, LXIX, 733. — Ira quid sit, id., LXX, 61, 259. — Dentibus fremere furentium belluarum est, quas imitatur iracundus, *ibid.*, 261. — Iræ habitus audax et minax vultus, tristis frons et torvus intuitus; æstuat ab imis præcordiis sanguis; flagrant et micant oculi; tremunt labia, comprimuntur, etc., Martinus Dumiens., LXXII, 45. — Quemcunque obtinuerit, nullus eum meminisse officii sinit. Da eam patri, inimicus est; da filio, parricida; da matri, noverca est; da regi, tyrannus est, *ibid.*, et 44. — De tribus iræ remediis et de causis quibus nascitur, *ibid.* — Quomodo lenienda ira, *ibid.*, 46, 47. — Injuriam vindicare est vitium vitio opponere, *ibid.*, 49.

Vita Patrum. — Ira superanda, id., LXXIII, 436. — Ira orationis impedimentum, *ibid.*, 522. — Mentem turbat, *ibid.*, 865. — Animam ab oratione excludit, *ibid.*, 1055. — Quatuor causæ, *ibid.*, 773. — Gradus, *ibid.*, 1051. — Iracundus non placet Deo, licet mortuos suscitet, *ibid.*, 914. — Iræ motus in anima varii, S. Gregorius, LXXV, 725. — Virum stultum occidit iracundia, *ibid.* — Imago irati optimis coloribus exprimitur, *ibid.*, 724, 725. — Gradus quatuor quibus ad iram sumus affecti, *ibid.*, 715. — Duplex modus iram compescendi, *ibid.* — Ira quid in homine irato agat, *ibid.*, 723. — Iræ quantæ culpa et quot mala, *ibid.* — Cavendum ne ira menti ex zelo com-

motæ dominetur, *ibid.*, 727. — Iræ duplex species, *id.*, LXXVII, 75. — De iracundia, Taio, LXXX, 932 *et seq.* — Iracundia restringenda; temperandus furor, cohibendus animi motus, refrenandus iracundiæ impetus, LXXXIII, 832. — Grande vitium est iracundia, Smaragdus, CII, 963. — Per iram sapientia perditur, justitia relinquatur, societas amoris dissolvitur, pacis concordia rumpitur, lex veritatis amittitur, *ibid.* — Iracundiæ stimulis agitata tum corpus tremit, lingua balbutit, vultus ignescit, cor palpitans tremulat, et oculi turbati caligant, *ibid.*, 964. — Ira est mentis furor, Halitgarius, CV, 665. — Patientia furorem omneque iræ vitium superat, *ibid.*, 664. — Quisquis motum animi non regit ratione, maturitatem consilii, modum rectæ discretionis, et honestatem piæ actionis facile amittit, Jonas, CVI, 245. — Ejus effectus, *ibid.* — Iræ detestatio, Rabanus, CXI, 1558; CXII, 1241. — Serpentibus confertur. Ejus natura et origo, *ibid.*, 1561. — Tortura notæ. Remedium, *ibid.* — Duo ejus genera, *ibid.*, 767. — Iracundia est janua omnium vitiorum, *ibid.*, 773. — Ejus cum homicidio detestatio, *id.*, CX, 112.

De ira, Regino, CXXXII, 463. — In ira diu non perseverandum, Lanfrancus, CL, 297. — Iræ qui initium non subruit, luxuriæ pondus aliquando ferre non sufficit, CLVI, 591. — Si prævenit iracundia, restringenda est; si præoccupaverit mitiganda, S. Anselmus, CLVIII, 681. — Temperandus furor, cohibendus animi motus, refrenandus iræ impetus, *ibid.* — Ira est voluntas occidendi, Rupertus, CLXVIII, 1407. — Ira non dicitur qualiscunque, sed quæ prorumpit in odium et mortem, *ibid.* — Iræ flammis cor accensum palpitat, corpus fremit, lingua se protendit, facies ignescit, oculi exasperantur, Hildebertus, CLXXI, 1035. — Ira est strictus concitati animi furor ulsci-cendi libidine fervens, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1000. — Ejus comites sunt clamor, blasphemia, contumelia, luctus, temeritas, furor, indignatio, *ibid.* — Ira facit ut propriæ salutis non advertatur periculum, S. Bernardus, CLXXXII, 507. — Excæcat hominem, *ibid.*, 754. — Vitanda est ira, Petrus Lombardus, CXCI, 368. — Iræ motus præcavere prudentiæ est, comprimere patientiæ, Adamus Scotus, CXCIII, 269. — Adversus iram tolerantia dimicat, S. Martinus Legion., CCVIII, 723. — Tres sunt species iræ, Alanus, CCX, 130. — Ira et rancores ex animo, evellendi. — Remedia, *ibid.* — Ira multorum malorum origo, *ibid.*, 139.

VII. — De acedia seu tristitia.

Acedia, seu desidia est fastidium boni nobis a Deo præcepti, quo fit ut demissus animus non sese erigat ad illud implendum.

Tenentur peccato acediæ: 1, Qui suo non funguntur officio, secundum statum ad quem a Deo vocati sunt; qui nolunt doceri ea quæ necessaria sunt ad salutem; qui cum obstinatione detrectant ea munera ad quæ vocantur a Deo; 2, qui oscitantur in otio vivunt; 3, qui tempus in inanibus colloquiis, ambulationibus, visitationibus, vel in ludis et voluptatibus, aliisque id genus nugis et ineptiis conterunt; 4, qui negligunt ea quæ Dei sunt et quæ ad salutem consequendam omnino sunt necessaria, verb. gr., qui segnes sunt ad orationem, aliaque ad quæ tenentur ex officio; 5, qui penitentiam suam procrastinant, qui non laborant jugiter ad vitia sua extirpanda; qui non canantur novos in dies profectus facere, et crescere, ut ait Apostolus, in gratia et cognitione Domini nostri Jesu Christi.

Acediæ fontes sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, et superbia vitæ; ideo enim homines acediæ se dedunt qui nolunt sibi, suisque cupiditatibus vim facere. Acediæque filii sunt: 1, malitia, qua fit, ut impugnentur bona spiritualia, quorum in detestationem inducit acedia; 2, rancor seu indignatio adversus eos qui ad Deum impellunt; 3, pusillanimitas, seu abjectio mentis, qua fit ut præcepta negligantur quasi nimis ardua; 4, desperatio, qua quis omnem salutis suæ curam abjicit præ nimia diffidentia, salutis assecutionem judicans impossibilem; 5, torpor seu remissio quædam animi circa præceptorum observationem ita, ut vel omittantur penitus, vel negligenter impleantur; 6, evagatio mentis, qua fit ut anima præ tædio rerum spiritualium sese transferat ad exteriora ut iis delectetur. His addi potest cujuscunque laboris fuga, somnus nimius, crapula, odium veritatis, cordis obduratio, aliaque id genus.

Acedia peccatum est letale, si gravis sit et charitatem extinguat. « Servum inutilem projicite in tenebras exteriores, » inquit Christus. Ut fugatur acedia, diligenter investigandum et sedula meditatione perscrutandum quid Deus exigit ab omnibus omnino Christianis, quid ab aliis aliter habita ratione status et conditionis,

affectus et indolis; et ubi isthæc omnia comperta sunt, omni opere ac studio emendandum ut hæc sedulo et fideliter impleantur. Quod ut perfectius intelligas advertite, præter ea quæ Deus ab omnibus omnino Christianis exigit, præter ea quæ uniuscujusque status et conditionis propria sunt, esse et sua singulis officia, v. g., aliud Deus exigit ab homine peccatore, aliud ab homine ejusdem conditionis, qui non indiget gravi poenitentia; aliud ab homine fervido, aliud a frigidiore; aliud ab ægro, aliud a vegeto: aliud in adversis, aliud in prosperis. Atque ita variantur officia pro varietate indolis, status et affectionis singulorum. Ut quisque affectus est, ut quisque se habet erga cæteros, ut fert conditio, ut fert occasio, ita Deo servire quisque debet. Ergo diligenter investigandum quid Deus velit, quid ab omnibus, quid a singulis exigit, nec minori diligentia id omne faciendum. Peccat per acediam quisquis isthæc vel nosse vel perficere parum curat.

Remedia acediæ sunt, oratio, labor continuus et indefessus, poenitentia, carnis maceratio, lectio piorum librorum; et conducunt maxime ad fugiendam acediam, jugis meditatio mortis et æternitatis, aliarumque rerum quæ ad salutis negotium procurandum solent homines efficacius movere atque hæc quidem meditatio, ad cætera omnia peccata fugienda maxime conducit...

De his omnibus amplio rem notionem habebit qui sequentium notationum studio incumbere voluerit.

Acedia describitur, Cassianus, XLIX, 360. — Tristitiæ affinis solitarius maxime circa meridiem infestat, *ibid.* — Excæcat mentem ab omni contemplatione virtutum, *ibid.*, 369. — Quam pestilentes sint ejus effectus, *ibid.*, 370. — Quomodo superanda est acedia, *ibid.*, 396. — Unde oriatur, *ibid.*, 620. — Vitanda est pigritia, S. Benedictus, LXVI, 322. — Acedia initium recedendi a Deo, Vita Patrum, LXXIII, 924. — Quomodo superanda, *ibid.*, 900. — Acediam fugat vel sola cellæ custodia propter Deum, *ibid.* — Item futurorum cogitatio, *ibid.*, 780. — Acediæ vitium depellitur, si semper bona cælestia cogitentur, S. Gregorius, LXXIII, 364. — Instabilitas acediæ mansuetudine stabili et unius loci habitatione corrigenda est, S. Columbanus, LXXX, 260. — De torpore animi et pigritia, Taio, *id.*, 947, 948. — Acedia est pestis qua otiosus homo torpescens in desideriis carnalibus, nec in opere gaudet spirituali, nec in salute animæ suæ lætatur, Alcuinus, CI, 635. — Multis mentem inficit miseriis. De qua nascitur somnolentia, pigritia operis boni, tepiditas laborandi, tædium cordis, *ibid.* — Vincitur per studium lectionis, per assiduitatem boni operis, etc., *ibid.*

De acedia et ejus remedio, S. Benedictus, CIII, 960. — Tristitia pestifera est ea quæ mortem operatur animæ, nihilque in bono operis desiderio valet pericere, *id.*, CV, 664. — Superatur hoc nefas spiritali lætitia, et spe futurorum, et consolatione Scripturarum, vel fraterno in spiritali jucunditate colloquio, *ibid.*, 665. — De vitio acediæ ejusque effectibus, Jonas, CVI, 245. — Per acediam temporis mentis et segnitie noxia oritur, quæ hominem inutilem ad omne opus bonum ac prociivem ad interitum reddit, Rabanus, CXII, 1251. — Ejus effectus, origo ac natura, *ibid.*, 1252. — Qui suos amatores vexet, *ibid.* — Ejus notæ, detestatio, remedia, *ibid.*, 1253. — Acedia est ex nimia confusione animi nata tristitia sive tædium, vel amaritudo animi nimia, qua jucunditas extinguitur, et quodam desperationis principio mens in seipsa subvertitur, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1001. — Ejus comites, *ibid.* — Tristitia unum est ex septem principalibus vitiis, S. Bernardus, CLXXXIV, 1220. — Oratio hominis qui semper est tristis; non habet virtutem, nec potest ascendere ad Deum, *ibid.* — Sicut linea comedit vestimentum, et sicut vermis rodit lignum, ita tristitia nocet cordi, *ibid.* — Pigritia est magnum peccatum, Petrus Cantor, CLXV, 247. — Omnis piger redarguitur, *ibid.*, 248 *et seqq.* — De otio fugiendo, S. Martinus Legion., CCIX, 114 *et seqq.* — Otiosi stant, qui omni tempore vitæ suæ cessantes a bono opere, in loro vanæ gloriæ torpentes perseverant, *ibid.*, 117. — Oportet nos transire de terra ad terram, de exilio ad patriam, de gente ad gentem, de regno ad populum alterum, de terra morientium ad terram viventium, *ibid.* — Sumendum exercitationis exemplum ab Issachar, *ibid.* — Hæc est acedia quæ Christiani manum ab aratro retrahit, quæ cum uxore Lot in Sodomam respicit; quæ facit votum in monacho tepescere; quæ delicatioribus vultu cibariis, mollioribus accumbere stratis, quæ timet aggredi magna, fastidit incepta, Alanus de Insulis, CCX, 126. — Hæc est quæ clericum arcet a studio, vitia nutrit, virtutes secludit, parit luxuriam, detractiones seminat, jurgia procreat, *ibid.* O homo! quid est quod cæteræ creaturæ deputatis sibi officiis indulgent, sol annum cursum perficit, luna mensuris vicissitudinibus discurrit, bruta animalia ad suæ naturæ exercitia non

torpent, tu solus, desidia soporatus, a tuo officio devias, imaginem Dei in te deformas, vivens morieris et moriens vivis? Saltem te ad erubescendum moveat formicæ industria, *ibid.*, 127. — Quam perniciosam sit segnitias, *ibid.*, 128. — Cum David desedit in palatio, laboravit adulterio. Hæc est ignavia quæ hominem offert diabolo inermem, nudum exponit suggestioni, debilem tentationi, *ibid.* — Diabolum vocat ad pugnam, carnem ad lasciviam, os ad gulam, mentem ad negligentiam, *ibid.*

Triplex est somnus, negligentia, ignorantia, concu-

piscentia, Innocentius III, CCXVII, 522. Ab hoc triplici somno surgendum est, *ibid.* — Nihil est magis amicum iniquitati, quam negligentia. Ex ignorantia error, hæresis, perfidia, excusatio in peccatis, *ibid.* — Quid cogitamus, aut quid agimus tota die, *ibid.*, 523. — Aranearum teximus telas, consumimus dies nostros, perdimus tempus nostrum in vanis studiis et operibus pravis et voluptatibus carnis, *ibid. et seqq.*

CLXVIII.

INDEX VITIORUM,

LIBIDINUM, CUPIDITATUM ATQUE PASSIONUM HOMINIS, DUPLICI ORDINE ALPHABETICO CONCINNATUS,

SECUNDUM SCILICET VOCABULA VITIORUM, ETC., ET SECUNDUM NOMINA PATRUM.

MONITUM.

Index iste, qui facilius quam quilibet alter, in immensum protrahi potuisset, ex consulto abbreviatus minoratusque fuit. Permulta omittuntur, vel quæ jam tractata fuere in Indicibus præcedentibus, v. g. De Decalogo, de Dilectione inimicorum, de Virtutibus (contraria contrariis medentibus), de Vitiis, etc. Sic verb. gr., etiam hic remittimus ad Indicem præcedentem, quæ spectant ad septem vitia capitalia, superbiam, avaritiam, luxuriam, invidiam, gulam, iram et acediam, et ita sæpe de aliis vitiis et defectibus humanis, licet multa transeamus quæ ad istum Indicem specialiter pertinere videantur.... Lector, omissa animadvertens, ex mente sua deducetur ad Indices, quæ illa exponunt et facilem veniam nobis concedet.

ADULATIO. — Adulatio est laus vel falsa, vel nimia. Adulatur quisquis vel falsis laudibus blanditur proximo, vel excedit modum in veris laudibus.

Adulatio est genus mendacii proximo maxime noxii; adeoque peccatum est.

Adulatio, ait S. Hieronymus, lib. Adv. Pelag., semper insidiosa, callida, blanda est. Pulchreque adulator apud philosophos definitur, blandus inimicus. Veritas amara est, rugosæ frontis ac tristis, offenditque correptos. Unde et Apotolus loquitur: « Inimicus vobis factus sum, veritatem dicens vobis. » Et comicus, obsequium amicos, veritas odium parit.

Adulantium linguæ, ait S. Augustinus, in Psal. x, n. 21, aligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur auditor.

Qui justificat impium et qui condemnat justum, ait S. Gregorius Magnus, lib. xviii Moral., n. 4, uterque est abominabilis apud Deum. Sunt namque nonnulli, qui dum male facta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: « Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis. » Ad hoc quippe pulvillus ponitur ut melius quiescat. Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito jacentis ponit, ut qui corripitur ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursus scriptum est: « Ipse ædificat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Ædificare ergo parietem, est contra se quempiam obstaculum peccati construere. — Sed parietem liniunt qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perverse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus vir, sicut mala de bonis non æstimat, ita judicare bona de malis recusat.

Adam. Præmonst., CXCVIII, 494, 495; Alanus, CCX, 469, 470; S. Ambros., XVI, 90; S. Anselm., CLVIII, 656, 657; S. Augustin., XXXII, 772; XXXVI, 870; XXXVII, 1824; XXXVIII, 126; XXXIX, 1561, 1824. — Adulatione per erumque homines mentiuntur, 87, 142, 1824; XII, 66; S. Bernard., CLXXXII, 146, 147, 778, 779; CLXXXIII, 1080, 1081; CLXXXIV, 1283, 1284; S. Bruno Astens., CLII, 1578; Cassiod., LXX, 1001; S. Petrus Damianus

CXLV. — In clericis, Simonia est, 463; S. Eugyp., LXII, 978; Flodoard., CXXXVI, 703, 704; Garner., CXCIII, 102, 103, 421; Gerhohus, CXCIII, de adulatione et odio, Gratian., CLXXXVII, 242; S. Greg. Magn., LXXV, 361, 362, 663; LXXVII, 498; Henricus Septimell., CCIV, 862, 864. — Semper insidiosa, callida, blanda, S. Hieron., XXII, 501, 726, 727; S. Hilar., IX, Adulatores sicut lac in secundis blandi, velut conculum in adversis acerbi, 532; Gilbert., CLXXI, 507, 527, 528, 1011; Hugo de S. Vict., CLXXVII, 686; Humbert. card., CXLIII. — Eloquacitate adulatorum, Innocent. III, pap., CCXVII, 734; Joannes Sarisb., CXCIX, 481, 483, 485, 487. — De adulatoribus puniendis, S. Paulin., XCIX, 201, 229; Petr. B. es., CCVII, 72. — De adulatore et calumniatore, *ibid.*, 173, 176. — Seducator, *ibid.*, 218. — De adulatoribus aulicis, *ibid.*, 237 et seq., Petr. Cant., CCV, 140; Philipp. de Harv., CCIII, 931, 932, 1040; S. Prosper, L, 402, 415, 525; Rufin., XXI. — Adulatores sepulcra patentia, *ibid.*, 663, 686; Rupert. CLXVIII, 1459; Smaragd., CII, 964.

ADULTERIA. — « Mulier, ait Apostolus, I Cor. vii, 4, non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter autem et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. » Hujus autem fidei violatio dicitur adulterium, cum vel propriæ libidinis instinctu, vel alienæ consensu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concubitur; atque ita frangitur fides, quæ etiam in rebus corporeis et abjectis magnum animi bonum est, et ideo eam saluti quoque corporali qua etiam vita nostra continetur, certum est debere præponi.

Debent ergo sibi conjugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causa, quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendæ. Ad illicitos concubitus evitandos, mutuam quodammodo servitutem, ut si alteri eorum perpetuo continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit; et ad hoc enim uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, ut et quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiæ causa expetit, vel ille de matrimonio, vel ille de marito, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, tentante Satana, propter incontinentiam vel amborum, vel cujusquam eorum. Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet cul-

pam; concupiscentiæ vero satiandæ, sed tamen cum conjugæ, propter tori fidem, venialem habet culpam; adulterium vero sive fornicatio lethalem habet culpam....

De adulterio vide Indicem *De Decalogo* in art. de sexto præcepto, et Indicem præcedentem in artic., *De luxuria*; et in isto *De fornicatione*.

AMBITIO. — Ambitiosus semper est pavidus, semper attentus, ne quid dicat vel faciat quod in oculis hominum valeat displicere. humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur et obsequitur, cunctos honorat, universis inclinatur, frequentat curias, visitat optimates, assurgit et amplexatur, applaudit et adulatur, Innocent. III, CCXVII, 727.

Ambitio, ait S. Bernardus, serm. 6 in Psal. n. 4. Subtle malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, linea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem, veste spolians nuptiali, et virtutum exercitia fructu pietatis evacuans. Quantos pestis hæc nequiter supplantatos, turpiter quoque dejecit... Quid vero hunc fovet vermem aliud quam mentis alienatio et oblivio veritatis....

AMBITIONIS EXEMPLA. — Matth. xx, 20 et seqq. « Tunc accessit ad eum (Jesus) mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit: « Nescitis quid petatis. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, et ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum...., etc. »

Luc. xii, 24 seqq. « Facta est autem et contentio inter eos quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis: « Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic. » ut ex his apparet, ambitio peccatum est quo quis honorem inordinate desiderat, vel quem non meretur, vel quem non in Deum, sed ad sui ipsius tantum utilitatem refert. Honor importat quamdam reverentiam alicui exhibitam in testimonium excellentiæ ejus. Circa excellentiam autem hominis duo sunt attendenda: primo quidem quod illud secundum quo homo excellit, non habet homo a seipso, sed est quasi quiddam divinum in eo. Et ideo ex hoc non debetur ei principaliter honor, sed Deo; secundo considerandum est quod illud in quo homo excellit, datur homini a Deo, ut ex eo aliis prosit. Unde in tantum debet homini placere testimonium suæ excellentiæ quod ab aliis exhibetur, in quantum ex hoc paratur sibi via ad hoc quod aliis prosit. Tripliciter autem appetitum honoris contingit esse inordinatum; uno modo per hoc quod aliquis appetit testimonium de excellentia quam non habet: quod est appetere honorem supra suam proportionem; alio modo, per hoc quod honorem sibi cupit, non referendo in Deum; tertio, per hoc quod appetitus ejus in ipso honore quiescit, non referens honorem ad utilitatem aliorum. Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris. Unde manifestum est quod ambitio semper est peccatum, D. Thom. II-2. q. 131, art. 5 in concl.

De his vide Indicem præcedentem, in art. *De superbia*, in sequentibus indicationibus.

Abælardus, CLXXVIII, 180; Absalon, CCXI, 99; Adam., CXCVIII, 303, 598; Alberic., CLXVI, 650; S. Ambros., XIV, 325. — Sæpe quos vitia nulla delectant, facit ambitio criminosos, S. Ambrosius, XV, 1621; S. Anselmus, CLVIII, 1168; Arnulf., CCI, 176, 178. — De argumento cæcæ ambitionis, 195. — Ambitiosorum miseria, S. Augustin., XXVII, 724. — Ubique pullulat, S. Bernardus, CLXXXIV, 277 et seqq., 1098; Boetius, LXIII, 708, 753, 754. — Boetio male objecta, *ibid.*, 629, 650. — Ejus turpitudine, Cassiod., LXIX, 634, 767, 768. — Cæca sen per, S. Petr. Chrysol., LII, 224, 605. — Iasana Cadaloi, S. Petrus Damian., CXLV, 414; S. Eugyp., LXII, 884 et seqq.; Gratian., CLXXXVII, 544; S. Greg. Magn., LXXV, 153, 282, 283; LXXVII, 43, 689; Guibert., CLVI, 152; Helinandus, CCXII, 531; S. Hilari., X, 610, 611; Hildebertus, CLXXI, 212. — Hypocritas et improbos facit, *ibid.*, 1049; Humbert. cardinal., CXLIII, 1172; Innocent. III, papa; CCXVII, 727, 728, 734; Joannes Sarisb., CXCI, 674, 678. — Ejus impudentia, *ibid.*, 680; Juvenius, XIX, 529. — Episcopi Lambert., CLXIX, 122; S. Leo Magn., LV, 1299; Luitprand., CXXXVI, 841, 842, 881; Matthæus Vindocinens., CCV, 946, 955. — Cæsaris et Pompeii in bello civili, Oros., XXXI, 1050; Othlon., CXLVI, 286; S. Paulinus Nol., LXI, 153. — Prodigia proprii, sitiens alieni, *ibid.*, 670; Petr. Bles., CCVII, 40, 43, 82. — Summa episcoporum, *ibid.*, 82 et seqq. — Tam clericorum quam

monachorum coercenda, *ibid.*, 92, 125, 150. — Conflictus lacrymabilis præ ambitione inter summos pontifices, 141 et seqq. — Domina, *ibid.*, 183. — Anxia, 291 et seqq. — Monachi, 386 et seqq.; Petr. Cant., CCV, 163, 168; Petr. Cell., CCII, 730; Philipp. de Harv., CCIII, 675, 676; Absalon, 1072, 1075; Prudent., LX, 311 et seqq.; Rabanus Maur., CVIII, 700, 863; CIX, 812; Tertull., I, 1246, 1314. — Frequentior est omni superstitione, *id.*, II, 671. — ejus repudiatio nulla in egestate, *ibid.*, 282.

ARROGANTIA. — Intus est malum, quo inanescunt qui placent sibi de se, quamvis aliis non placeant, vel displiceant, nec placere affectent cæteris. Sed sibi placentes multum Deo displicent, non tantum de non bonis quasi bonis, verum etiam de bonis Dei quasi suis; aut etiam sicut ex tua gratia, non tamen socialiter gaudentes, sed aliis invidentes ea, S. August., lib. x *Confess.*, c. 59, n. 64.

Neque enim parva condemnatio est, ex eo bono quod communiter datur private gloriari; scire bonum unde acceperit, et nescire quomodo uti debeat quod accepit. Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur; cum bonum aut a semetipsis habere se æstimant; aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant; aut certe cum jactant se habere quod non habent. A semetipso enim bonum se habere jactabat, cui per Apostolum dicitur: « Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? » Rursum ne dari nobis bonum gratiæ pro nostris præcedentibus meritis crederemus, idem Apostolus admonet dicens: « Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur.... rursus nonnulli jactant se habere quod non habent, sicut divina voce per prophetam de Moab dicitur: « Superbiam ejus et arrogantiam ejus ego novi, et quod non sit juxta eum virtus ejus. » Et sicut angelo Ecclesiæ Laodiceæ dicitur: Quia dicit quod dives sum, et locupletatus, et nullius egeo; et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus et nudus. » Rursum nonnulli, despectis cæteris, videri appetunt singulariter bonum habere quod habent. Unde et Phariseus idcirco absque justificatione de templo descendit, quia bonorum operum meritum sibi quasi singulariter tribuens, oranti publicano se prætulit. In hac itaque arrogantiam quarta specie crebro humanus animus labitur, ut id quod habet, habere se singulariter gloriatur. In qua tamen similitudine diabolicæ viciniis appropinquat, quia quisquis bonum se habere singulariter gaudet, quisquis videri sublimior cæteris quærit, illum videlicet imitatur, qui despecto bono societatis angelorum, Altissimi similitudinem superbe appetens, per iniquum desiderium, quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere.

De his infra quæstio habetur.

Absalon, CCXI, 77, Alanus, CCX, 467; Alcuinus, CI, 635, 638, 1192, 1195, 1194, 1199. — Divitum quanta sit, S. Ambros., XV, 1769; Arnulph., CCI, 194; S. Augustinus, XXXV, 1712, 1794; S. Bernard., CLXXXII, 514, 965, 966; Petr. Chrysol., LII, 567; Dudo, CXXI, 632. — Philosophorum, S. Eugyp., LXII, 593, 594 et seqq., Guibert., CLXVI, 967. — Prosperitatis, Gerhohus, CXCIII, 959; Gratian., CLXXXVII, 314, 353, 1134 et sep. — Henrici castigata, S. Gregor. VII, pap., CXLVIII, 113; Guibert., CLVI, 548, 549; S. Hieronym., XXII, 691. — Judæorum compescenda, Innocent. III, pap., CCXV, 501, 694; CCXVII, 730, 731, 734; Isidor. Mercat., CXXX, 192. — Joannes Sarisb., CXCI, 653; S. Leo Magn., LV, 882; Luitprand., CXXXVI, 801; Petr. Bles., CCVI, 75, 76, 293 et seqq.; Petr. Cell., CII, 686; Rupert., CLXVI, 681, 682; CLXVIII, 1114; S. Salvian., LIII, 83, 84; Vitæ Patr., LXXIII, 235, 256.

AUDACIA. — Peccatur per audaciam quando quis propriis viribus, sine ullo Dei auxilio confidit se posse pervenire ad salutem, vel aliquid boni agere.

Ad virtutis perfectionem quisque, ait sanctus Bernardus, serm. 85 in Cant. cont. n. 5, contendere orietur, sciet profecto quam sit ascensus arduus, et cassus conatus absque Verbi adjutorio... quantæ fiduciæ vox: « Omnia possum in eo qui me confortat. » Ita verbo innixum et indutum virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla jam illecebra poterit vel stantem dejicere, vel subjicere dominantem.... Denique in veritate non stetit, qui non innixus est verbo, qui in sua virtute confisus est. Dicebat enim: « Sedebo in monte testamenti; » et Deo aliter judicante, cecidit, dicente Domino: « Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem... »

Si animus humanus, ait S. Augustinus, serm. 2, in Psal. xxxi, n. 1, infirmitati propriæ omni ex parte

donaverit, et in hanc cogitationem se inclinaverit ut dicat, quia misericordia Dei omnibus peccatoribus, in quibuslibet peccatis perseverantibus, tantum credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoscit, ita in fine parata est, ut nemo pereat fidelium iniquorum, id est, nemo pereat eorum qui dicunt sibi: Quid vis faciam; quibuslibet facinoribus et flagitiis inquiner, quantumlibet peccem, liberat me Deus misericordia sua, quia credidi in eum. Qui ergo dicit neminem perire talium, cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorum; et Deus ille justus... invenit hominem male de se præsumentem, et ad interitum suum misericordia Dei abutendum et necesse est ut damnet. Talis itaque cogitatio præcipital hominem.... quid ergo et tu dicebas, qui spe peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quidquid volo semper expectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris. Sperando decipitur qui ait: Bonus est Deus, misericors, faciam quod mihi placet, quolibet, laxem habenas voluptatibus meis et cupiditatibus, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus..... Metuendum est ne te occidat spes, et cum multum speras de misericordia, incidās in iudicium.

En audacia de qua in sequentibus indicationibus sermo tractatur.

Aleuinus, Cl. 633, 1192, 1194. — Impunitate nutritur, S. Ambros., XIV, 576; S. Augustin., XXXVI, 257, 258, 457, 523, 532, 548, 925. — Petri præsumptio, *ibid.*, 448; S. Bernard., CLXXXII, 966; CLXXXIII, 227; S. Petr. Chrysolog., LII, 601, 602, 605; S. Cyprian., III, 782, 1117, 1119. — Nuditatis, *ibid.*, 439; Dracontius, LX, 747; Ernard., CLXXXIX, 1542, 1562; S. Eugyp., LXII, 951. — Magorum a Dario detecta, Freulph., CVI, 994; Henricus card., CCIV, 222; S. Hildegard., CXC VII, 783; Humbert., card., CXLIII, 1059. — Feminarum, *ibid.*, 1158; Innocent. III, pap., CCXV, 181; CCXVI, 84, 222, 786, 978; CCXVII, 102; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 65, 1325; Isidor. Mercat., CXXX, 491. — Impudicæ mulieris, Joannes Sarisb., CXCIX, 494. — Cæca quorumdam philosophorum, *ibid.*, 637; S. Leo Magn., XIV, 143. — Inaudita, S. Leo IX, pap., CXLII, 744; Petr. Bles., CCVII, 478, 803; Petr. Cell., CII, 644 *et seq.*, 685, 730; Petr., Lamb., CXCI, 1479; Philipp. de Harv., CCIII, 26, 761; S. Prosper, LI, 674; Tertull., I, 124, 1318; Thomas Cisterc., CCVI, 114; Urban. II, pap., CXI, 179. — Monachorum, Wibald., LXXXIX, 1345.

AUGURIA. — Augurium, quod ad artem magicam pertinet, dictum est ab avibus, si quis conetur futura prænoscere per voces vel motus avium, seu quorumcumque animalium sive per sternutationes hominum, vel membrorum saltus. Hoc pertinet generaliter ad augurium quod dicitur a garritu avium; vel ad auspiciam quod dicitur ab inspectione avium. Unde quod pertinet de his ad aures, dicitur augurium, ab avium garritu; et quod pertinet ad oculos, dicitur auspiciam, ab avium inspectione.

Divinare per auguria, ait S. Thomas, præter naturæ aut Providentiæ divinæ ordinem superstitiosum et illicitum est. Motus vel garritu avium, vel quæcumque dispositiones in hujusmodi rebus consideratæ, manifestum est quod non sunt causa futurorum eventuum; unde ex eis futuri cognosci non possunt, sicut ex causis.

« Non ariolabimini, neque captabitis auguria, » ait Scriptura.

Et concilium Ancyranum, I, an. 314, c. 23, ait: Qui auguria, vel auspicia.... secundum morem gentium servant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt...., confessi quinquennio penitentiam agant secundum regulas antiquitus constitutas ...

Ad auguriorum genus pertinent omnes ligaturæ, atque remedia quæ medicorum quoque disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis, sive etiam aptandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quæ migliore nomine physica vocant, ut quasi non superstitione implicare, sed natura prodesse videantur. His adjunguntur, ait S. Augustinus, lib. II *De doctr. Christ.*, c. 20, n. 31, millia inanissimarum observationum: v. g., si membrum aliquod salierit, si junctim ambulantes amici lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit. Atque illuc quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitia, minus molestum est, quam quod innocentem puerum colapho percipiunt, si pariter ambulantes intercurret. Sed bellum est quod aliquando pueri vindicantibus a canibus; nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem, qui medius intervenerit, ferire audeant, non impune; namque a vano remedio cito ille interdum

percussorem suum ad verum medicum mittit. Hinc sicut etiam illa: limen calcare, cum ante domum suam transit; redire ad lectum, si quis dum se calciat sternutaverit; redire ad domum, si procedens offenderit; cum vestis a soricibus, plus tremere suspitione futuri mali, quam præsens damnum dolere. Unde illud eleganter dictum est Calonis, qui cum esset consultus a quodam, qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si soricis a caligis roderentur.

Vide in isto indice, SUPERSTITIONES.

CALUMNIA. — Calumnia quæ obtreactionis ramus est cujus nomine intelligitur quidquid dicitur contra famam proximi, est quando falsum est quod contra proximum dicitur; nam si verum esset, maledicentia esset. At de his obtreactionis nomine, seu calumnia agemus. Est plus minusve calumnia; 1^o, cum proximo falsum crimen imponitur; 2^o cum verum crimen verbis augetur; 3^o cum occultum evulgatur; 4^o cum aliena vel facta vel dicta malam in partem temere accipiuntur, si id verbis fiat; 5^o cum egregie facta verbis minuuntur, vel frigide laudantur ubi sese offert laudis occasio; 6^o quin et silentium quandoque calumniæ locum tenet, si quis, v. gr., egregie factum alterius cum omnino laudare debeat, silet prorsus videatque silentium hoc accipiendum esse a circumstantibus in proximi offensionem.

Calumnia est omnino grave peccatum. Hac enim proximi fama læditur; adeoque fit injuria proximo: « Maledici regnum Dei non possidebunt, » inquit Apostolus.

De his multa dicuntur in sequentibus indicationibus.

Abælard., CLXXXVIII, 178; Absalon, CCXI, 25, 26, 67, 140; Adam. Præmonstr., CXC VIII, 494, 495; Alanus, CCX, 166; Alexand. III, p., CC, 683, 1459; Albert., CXXXIV, 465; S. Ambros., XVI, 1200, 1201; S. Anselm., CLIX, 685, 686; S. Augustin., XXXIV, 707, XXXVI, 634, 905, 1434; CXXXVII, 582; XXXVIII, 635; XXXIX, 1561, 1885; XLIII; S. Benedictus, LXVI, 323, 524, 806, 973, 1072. — Quantum malum, S. Bernardus, CLXXXIII, 534 *et seqq.* CLXXXIV, 552, 553, 542, 1256. — De susurrionibus, *ibid.*, 578; S. Bonifacius, LXXXIX, 855; S. Bruno Carth., CLII, 1297; CLIII, 27; Burchard., CXL, 909; Carol. Magn., XCVII, 843, 844; Cassiod., LXX, 556, 508, 882; S. P. Chrysost., LII, 470; S. P. Damian., CXIV, 965. — Defensor, *id.*, LXXXVIII, 671, 672; Ernard., CLXXXIX, 1751; S. Eugyp., LXII, 725; Garner., CXCIII, 153; Gerard., CLXX, 1172; Goffrid., abbas in monachum suum, Vindocinens., CLVII, 110; Gratian., CLXXXVII, 724 *et seqq.*, 732, 982; S. Gregorius Magn., LXXV, 438, 439, 440, 441; LXXVI, 560, 561; LXXVII, 456, 457, 699. — Singularem certamine vindicata, S. Gregorius Turon., LXXI, 638; Guillelm., CLXXX, 350; S. Hieron., XXIV, 312, 313; S. Hildegard., CXC VII, 289. — Inter monachos, *ibid.*, 367. — Græcorum contra Latinos, Humbert. card., CXLIII, 929; S. Isidor. Mercat., CXXX, 59 *et seqq.* 1145; S. Ivo, CLXI, 525, 532. — Joannes Sarisb., CXCIX, 650, 701, 825, 951. — Jonas, CVI, 247. — Beausobre in Ecclesiam Romanam, S. Leo Magn., LV, 881. — Contra Cyrillum, Marius Mercat., 745, 814, 909, 946, 1078; S. Martin. Leg., CCVIII, 887, 925; Notker; CXXXI, 1165; S. Paulin., XCIX, 217, 218; S. Paulin., Nol., LXI, 169, 170, 728, 729, 731; Petr. Bles., CCVII, 72 *et seqq.*, 119. — De prælato detractore principum, *ibid.*, 119, 120, 175, 176, 202, 289 *et seqq.* — Apud monachum, *ibid.*, 350, 350 *et seqq.* — Contra Thomam Cantuar., *ibid.*, 357, 585, 584, 548; Petr. Cant., CCV, 54; Petr. Cell., CII, 644 *et seqq.*, 686; Petr. Lomb., CXCI, 1335. — Familiaris etiam religiosi, Philipp. de Harv., CCIII, 298, 1299. — Christianis objecta, Prudent., LIX, 786 *et seqq.*; Raban. Maur., CVIII, 448, 449. — Detractor duos inficit, *id.*, CXI, 757, 758, 764. — De omnimodo excessu linguæ, Radulphus, CLV, 1327, 1328. — Græcorum in Ecclesiam Romanam, Ratramnus Paris., CXXI, 222 *et seqq.* Regino, CXXXVII, 221; Reiner., CCIV, 124; Richer., CXXXVIII, 83; Rufin., XXI, 789; Rupert., CLXVII, 817, 1114; CLXVIII, 354. — In Evangelistas, 799 *et seqq.*; S. Salvianus, LIII, 51; Vit. Patr., LXXIII, 94, 95, 247, 369, 950, 951.

BLASPHEMIA. — Blasphemia est verbum injurium et contumeliosum Deo vel sanctis, id est verbum quo tribuuntur Deo defectus aliqui, vel negantur ipsi perfectiones aliquæ, v. gr., blasphemus esset qui negaret Deum esse justum, esse omnipotentem, esse veracem; blasphemus esset qui diceret Deum esse auctorem peccati, esse mutationi obnoxium, etc.; quin et verba sanctis contumeliosa inter blasphemias deputantur, quia in Deum ipsum refunditur injuria sanctis irrogata, quemadmodum et ad Deum refertur honos sanctis exhibitus.

Nullum est aliud fere peccatum gravius blasphemia.

Id patet ex pœnis adversus blasphemos quolibet tempore propositis. In lege Mosaica blasphemi lapidibus ob-
ruebantur, Num. xxiv. 10 *seqq.* Centum viginti septem
Syrorum millia Deus morti addixit in ultionem verbi
blasphemi quod dixerat Benadad rex Syriæ, III Reg. xx
19, *seqq.* Propter prolatam a Sennacherib Assyriorum
rege blasphemiam perierunt una nocte ex ejus exercitu
centum octoginta quinque millia ab angelo exterminati,
IV Reg. XIX. 22 *et seqq.* Tradidit Apostolus Hymenæum
et Alexandrium Satanæ, ut discerent non blasphemare, I
Tim. i, 20.

Juxta veteres Francorum regum sanctiones debent bla-
sphemii exemplari traductione, quam emendam honora-
riam vocant, infamari, insuper et post linguam perfora-
tam et labia discissa exsilio multari. Juxta canonem
ultimi concilii Narbonensis excommunicatione plectendi
sunt. De his quædam subjicimus, scilicet, (Ordonnance,) an.
1617: Et si aucuns aventuriers se trouvent qui
ayent usé..... d'exécrables blasphèmes, nous vou-
lons qu'ils soient punis par justice de telles et semblables
peines... à la discrétion de justice; et les dits blasphé-
mateurs exécrationes avant souffrir mort, ayent la gorge
ouverte avec un fer chaud, et la langue tirée et coupée
par le dessous; et ce fait, pendus et attachez au gibet
ou potence, et étranglez selon leurs démérites: Donné
à Lyon le 25 septembre 1525, et de notre règne le 9
(François I). Henry II, an. 1550, — Le soldat qui blasphé-
mera le nom de Dieu en vain, sera mis en place publique
au carquant par trois divers jours, trois heures à chaque
fois; et à la fin d'iceux la tête nue demandera pardon à
Dieu.

Concilium Narbonens. ait: « Qua pœna plecti debeant
qui ore sacrilego sacrum Dei nomen et Salvatoris nostri
Jesu Christi ac Deiparæ Virginis Mariæ, aut aliorum
sanctorum blasphemaverint, ex ipsius Dei verbis liquido
constat, cum præcipit blasphemantem extra castra eje-
ctum lapidari debere, ideoque statuimus quod si quis
ore puro blasphemaverit... puniatur... a catholicorum
cœtu expulsus publice excommunicatus per parochum
declaretur. »

De his vide in indice De Decalogo, art. De secundo
Dei mandato.

CUPIDITAS. — « Radix omnium malorum est cupiditas. »
Nemo potest perfecte spiritualia bella suscipere, nisi
prius carnis edomuerit voluptates; non potest mens ad
contemplandum Deum esse libera, quæ terrena et transi-
toria hujus mundi concupiscit. Non potest videre oculus
mentis alta, si eum claudit pulvis terrenæ cupiditatis.
Cupiditas grave peccatum est, omnium criminum materia
est. Non est mirum si morientes inferni ignibus depu-
tentur, qui viventes flammam cupiditatis suæ non extin-
xerunt. Qui habet cupiditatem habendi, etsi nihil habeat;
nihil illi valet; nihil valet corporis nuditas, si nobis est
vestimenti cupiditas. Judas per cupiditatem vendidit
Christum. Nudi nascimur in hac vita, nudi exituri sumus
ex hac vita. Cur ergo concupiscimus terrena et transito-
ria? Si ergo bona hujus mundi credimus peritura, cur
tanto amore diligimus ea? Si terrena et transitoria hujus
mundi plus quam oportet diligimus, peccamus. Si igitur
cupiditas est radix omnium malorum, necesse est ut eam
expellamus a corde nostro; ut cæteræ soboles vitiorum
non pullulent, cupiditas perversa non sit in nobis... »

De illa in sequentibus tractatur.

Abælard., CLXXVIII, 135, 721. — Quid de ea quo ad ju-
dicia humana, Abedoc., XCVI, 1313; Absalon., CCXI, 18,
77, 104; Alanus, CCX, 123 *et seqq.*, 465, 466. S. Ambros.,
XIV, 286, 398, 415, XV, 1622. XVI, 221, 661, 1213. XVII,
269, 270. S. Anselm., CLVIII, 335, 870; CLIX, 643. —
Est improba voluntas, S. Augustin., XXXII, 1295. — Tri-
plex est, *ibid.*, 807. — Mala non est a Deo, *id.*, XXXV,
299. — Omnium malorum radix, *id.*, XXXVII, 1154;
XXXVIII, 817. — Cupiditas et charitas simul esse non
possunt, *id.*, XXXIX, 2153, 2215, 2247, 2248, 2261,
2501, 2545. — Natura et consuetudine roboratur, *id.*,
XL, 106, 1053, 1057; XLC, 409; XLII, 1227; XLV, 1860,
1870; Beda Venerab., XCIV, 571; S. Bernard., CLXXXIII,
223, 226. S. Boniface, LXXXIX, 856; S. Bruno Carth., CLII,
455, 456; Carol. Magn., XCVII, 506. Cassiod., LXIX, 631; S.
Petr. Chrysol., LII, 224, 282 *et seqq.*, 452, 490, 491. S. Cum-
mianus, LXXXVII, 991. — Defensor, *id.*, LXXXVIII, 659,
660. S. Fulgent., LXV, 333, 384, 385, 596; Gerhohus,
CXCIV, 57; Goffrid. Vindocinens., CLVII, 93. Gratian.,
CLXXXVII, 254. S. Greg. Magn., LXXVII, 1028. S. Greg.
Turon., LXXI, 659. — Amatores suos confundit, 812.
Guigo Carth., CLIII, 606, 609. Helinand., CCXII, 531, 540,
561. — Rarum est fidelem animam inveniri, ut nihil ob
gloriæ cupiditatem faciat, S. Hieron., XXIII, 170; S. Hi-
lar., IX, 941, 784. — Ejus quanta sint mala, Hildebert.,

CLXXI, 156, 159; Hugo Eterian., CCII, 181, 182. Inno-
cent. III, p., CCXVIII, 717, 719, 720, 737. S. Isidor. Hi-
spal., LXXXIII, 9, 95, 645, 696, 1159, 1223. Joannes Sa-
rish., CXCIX, 674, Juvenius, XIX, 183.

Fons malorum omnium, Lacl., VI, 567. — Mundum
regit, *ibid.*, 738; S. Leo Magn., LIV, 40. — Willæ ux-
oris Bosonis, Luisprand., CXXXVI, 863, 864. — Peccandi,
Marius Mercat., XLVIII, 667. — Judæ Iscariotis, S. Mar-
tin. Leg., CCVIII, 919, 920; Matthæus Vindocinens., CCV,
948. — Radix omnium malorum, S. Paulin., XCIX, 226;
Petr. Bles., CCVII, 83, 250, 251. — Monachorum, *ibid.*,
152 *et seqq.*, 325; Petr. Cant., CCV, 72, 73; Petr. Co-
mest., CXCVIII, 178 *et seqq.* Petr. Lomb., CXCI, 766;
CXCII, 204, 359; S. Prosp., LI, 342, 445, 472, 504; Ra-
dulph. Ardens., CLV, 1380; Regino, CXXXII, 302. —
Regnandi, Rufin., XXI, 4006; Rupert., CLXVII, 607, 679,
680. — Meretrix, *id.*, CLXIX, 1130, 1131. — Vitium to-
tius generis humani, Salvian., LIII, 142. — Omnium ma-
lorum est, *ibid.*, 178, 183. — Per thesauros accusatur,
ibid., 182, 183. — Ad dura inducit, Tertull., I, 626; II.
— Ejus minister est mendacium, *ibid.*, 676. — Est circa,
Thomas Cisterc., CCVI, 756; S. Valerian., LII, 696, 739,
750, 752, 754; Vit. Patr. LXXIII, 446, 447; S. Zeno, XI,
277, 278.

CURIOSITAS. — Curiositatem sancti Patres confunde-
runt cum concupiscentia oculorum; nam eam non solum
ad exteriorem, sed etiam ad interiorem hominem æsti-
mant pertinere. Ergo ad exteriorem pertinet curiosita-
tem omnis superflua pulchritudo, quam amant oculi in
variis formis, in nitidis et amœnis coloribus, in diversis
opificiis, in vestibus, calceamentis, vasis, picturis, sculptu-
ris, diversisque figmentis, usum necessarium et modera-
tum transgredientibus; quæ omnia amatores mundi ad
illécebras expetunt oculorum; foras sequentes quod faci-
ciunt, intus relinquentes a quo facti sunt, et extermin-
antes quod facti sunt.

Interior vero curiositas maxime in tribus constat: in
appetitu videlicet noxiæ vel inanis scientiæ: in pervesti-
gatione alienæ vitæ, non ad imitandum, sed ad invidendum
sibona est, vel insultandum, si mala; vel certe sola cu-
riositate tantum, ut sciatur, sive mala sit, sive bona;
postremo in curiosa quadam pro sæcularium rerum vel
actuum agnitione inquietudine. Ex quibus omnibus men-
tibus captivatis, non modicus labor inascitur, vel cum
imperate exercentur, vel libenter exercentibus prohi-
bentur. Hinc est quod plerique, qui inani philosophiæ
dedere animum, quibus etiam moris est cum Evangeliiis
Biblica meditari, Horatium cum prophetis, cum Paulo
Tullium lectitare, tunc etiam metro ludere, lasciviosisque
carminibus amatoria texere, vel inlectionibus invicem
provocare... Inde est quod cum tota die inanibus specta-
culis dedit: vel rumoribus audiendis intenti a nobis quo-
dam modo exierimus, revertentes iterum ad nos, vanita-
tum imagines introducimus, et cor plenum simulacris ad
locum quoque quietis nostræ ferentes, pro ineptissima
vanitate noctes ducimus insomnes; regum prælia, victo-
rias ducum, quasi sub oculis stultissima præsumptione
depingimus, in ipsis orationibus nostris otiosis discursi-
bus ordinamus. Est adhuc aliud curiositatis genus pessi-
mum, quo tamen hi soli, qui magnarum sibi virtutum con-
scii sunt attentantur, exploratio scilicet suæ sanctitatis per
miraculorum exhibitionem; quod est tentare Deum... etc...

Prius vide tua propria quam aliena delicta... Noli quæ-
rere quod quisque dicat vel faciat. Cave curiositatem,
omite curas alienæ vitæ; nulla curiositas animum tuum
decipiat; nulla concupiscentia detestandæ curiositatis te
subrepat; nulla sit tibi cura sciendi latentia. Cave inqui-
rere eaque non debes scire; prætermitte quasi secretum
quod Scripturæ sanctæ auctoritate non didicisti; nihil
quæras ultra quam scriptum est; nihil amplius perquiras,
quam divinæ Litteræ demonstrant. Scire nunquam desi-
deres quod scire non debes...

De variis curiositatis generibus agitur in sequentibus
In Africa circuitores quos inveniunt in via cogunt ut interficiantur ab illis.... Quidam autem moriuntur sese dantes ad præcipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum. Qui cum sine causa ita perire properant, honestæ mortis sustinent detrimenta et iudicio Dei futuro se potius implicant quam solvunt, S. Philasterius, De hæres., XII, 1197, 1198. — Expectare debemus, nec quod rex jubet deserere possumus et contemnere, S. Ambros., XIV, 512. — Nullam animam recipio quæ me nolente separatur a corpore, S. Hieronym., XXII, 468. — Tales stulta philosophia habeat martyres, Zenonem, Cleombrotum, vel Catonem. — Judæ homicidium omnibus pejus homicidiis, Hieronym., XXV, 1052. — Illicitum est ut ipsi nobis inferamus manus, ut patet exemplo Domini dicentis: « Solyite vos, non ego, templum corporis mei, » *ibid.*, XXVI, 202. — Suicidium illicitum probatur exemplo Jonæ dicentis: « Tollite me et mittite; » non est nostrum mortem arripere, sed illatam excipere, unde non licet propria perire manu in persecutionibus, *ibid.*, XXV, 1129. — Suicidium Judæ reprobatur, D. August., XLI, 51. — Suicidium illicitum et gravius peccatum, *ibid.*, 30, 31. — Suicidium cur illicitum? Non occides, non alterum neque te, *ibid.*, 35. — Suicidium non nota magnitudinis animi sed potius imbecillitatis, *ibid.*, 35, 36. — Quælibet exempla gentes opponant, manifestum est hoc non licere; exemplum Catonis sensui subjicitur et reprobatur, *ibid.* (Multa alia de suicidio perquire in insigni opere hujus doctoris, De civitate Dei, *ibid.*: « Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum peccatum proprium, neminem propter sua peccata præterita propter quæ magis hac vita opus est ut possit pœnitendo sanari, neminem quasi desiderio melioris vitæ quæ post mortem speratur, quia reus suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit, S. August., De civit. Dei, lib. i, cap. 17. — Verba et sententiam hujus sancti doctoris plura post sæcula refert Ivo Carnot. episc. Panormia, lib. vii, cap. 11. — Pacisci de nobis nostro jure non possumus: habemus enim Dominum et nostri juris non sumus, S. Prosper Aquit. in sua Confessione, LI, 610. — Occidere homo nocentem non debet, nedum seipsum insontem, S. Aug., XXXIII, 666, 940. — A seipso innocens nullus occiditur, *ibid.*, XLIII, 712. — Exemplo Job ostenditur, *ibid.*, 727. — Mortem sibi inferens, etiam dum ad malam cogeretur, in æternum perit, *ibid.*, XXXIII, 755. — Qui sibi mortem infert peior est parricida, *ibid.*, XI, 617. — Mortes duæ maxime viles et usitatæ, eorum qui se interimunt laqueo et per præcipitium, *ibid.*, XLIII, 299. — Donatistæ reprehenduntur quod seipsum occidant, *ibid.*, XXXIII, 797, 798. — Diluitur a D. August. objectio contra præcedentia ex exemplo Razis in libris Machabæorum petito. Factum potius judicandum quam imitandum, magnum non tamen bonum, *ibid.*, 941.

Suicidium spirituale, Eugyppius abb. African., LXII, 1081. — Per mortes varias Circumcelliones seipsum necare consueverunt et in istum furorem alios quos potuerint utriusque sexus seducere, aliquando ut occidantur ab aliis mortem, nisi fecerint comminantes, S. August. De hæresib., lib. i, cap. 69, XLII, 43. — Seipsum perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur, Gratiani, Decret., p. 2, causa 23, quæst. 5, CLXXXVII, 1218. — Nemini licet sibi violentas manus injicere, *ibid.*, c. 10, 11, 12, CLXXXVII, 1219; idem apud Ivo Carnot., Decreti part. ii, cap. 4, CLXI, 691. — Non veneramur nomine martyrum eos qui sibi collum ligaverunt, sunt pseudomartyres qui seipsum occidebant aut præcipitabant, S. Optat., XI, 1010, ad not 61; *ibid.*, cap. 7, CLXI, 695. — Si homo vexatur a diabolo et nescit quid facit, occidit semetipsum, prodest ut oreter pro eo, Theodor. archiep. Cantuar., De pœnit., XCIX, 932. — Qui suæ vitæ attentavit, istius oblatio non recipiatur, *ibid.*, 945. — Se damnat in mortem qui propria manu se transverberat, ut patet exemplo Pilati, Haymon episc. Halberstatens., CXVIII, 827. — Qui seipsum occidit,

homicida est, quia dictum est: « Non occides, » *ibid.*, CLXI, 691, 692. — Mens infirma deprehenditur quæ ferre non potest vel duram corporis sui severitatem vel stultam vulgi opinionem, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1604. — De suicidio Cleombroti et Catonis et Lucretiæ, *ibid.* — Ipse Plato docet expectandam esse naturam et vetat mortem sibi inferre Plotinus eadem platonice sectæ semina altius exsequitur, *ibid.* — Vetat Pythagoras injussu Dei, de præsidio et statione vitæ decedere, S. August., XLVII, 1044. (Item Cicero, De senectute, n. 73.) — Informatur ut de magno crimine an aliquis, diabolo impellente, semetipsum occiderit, S. Regino Prumiensis abb., CXXXII, 282. — Non licet propria manu perire absque ubi castitas periclitatur, Petr. Abælard., CLXXVIII, 1603. — In suicidio animus multo magis infirmus quam magnus deprehenditur, Rabanus Maur., CIX, 1255.

Facta varia. — Patriciani carnem adeo contemnendam censuerunt et modis omnibus abjiciendam, ut etiam ultro quidam de eis sibi mortem inferre non dubitarint. Dicitur illum tantum esse perfectum qui se potuerit constanter occidere, S. Philasterius, XII, 1177. — Circuitores in Africa quos inveniunt in via cogunt eos ut interficiantur ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium, *ibid.*, 1197. — Idem habetur in Vitis Patrum, lib. iv, cap. 43, LXXIII, 841. — Hero, postquam in omnibus virtutibus senisset, semper in eremo vivens, a Satana fœde illus, seipsum in puteum præcipitem dedit. Unde extractus et tres dies post in obstinatione sua mortuus, judicatus est indignus memoria in sacrificio, Joannis Cass. Collationes, collat. 2, De discretionem, cap. 5, XLIX, 529, 530, 531. — Judæ suicidium quantum facinus. Etiam moriendo peccavit: tam perversa fuit ejus conversio ut etiam pœnitendo peccavit. Insurrexit in semetipsum non iudicio pœnitentis sed furore pereuntis, *ibid.*, LIV, 528, 352.

Suicidium Lucretiæ discutitur, S. August., De civit. Dei, XLVII, 1042. — Donatistæ semetipsos interficiebant, *ibid.*, XXXIII, 797. — Razis excusatur sibi metipsi mortem intulisse, *ibid.*, XLVII, 1044-1046. — Illud Razis factum elucidatur a Rabano Mauro, arch. Mogunt. Commentarii in libros Machabæor., lib. ii, cap. 14, CIX, 1254. — Herodis facinora qui non tantum filios tres suos, sed etiam semetipsum trucidavit, Haymon Halberstat., Epist. Hist. sacr. lib. i, cap. 8, CXVIII, 820. — Mortes furiosissimæ quas quidam Donatistæ ipsi sibi inferunt, S. August. epist., XXXIII, 204, 940. — Samson, Deo volente, semetipsum occidit, Petrus Abælard., CLXXVIII, 1604. — Propheta Jonas noluit sibi metipsi violentas manus inferre, *ibid.* — Samson in sua morte figura Christi, qui paucos quidem dum viveret, interemit, destructo autem templo hostes innumeris, dum moretur, occidit, Raban. Maur., CVIII, 1197, 1198; — Saul et armiger ejus seipsum trucidant, *ibid.*, Comment. in lib. Reg., CIX, 70. — Quidam frater, omnem recusans cibum, stulta præsumptione mortem quam dominus ab eo avertere voluit, ipse sibi conscivit, De Vitis Pat., lib. iv, cap. 44, LXXIII, 841, 842. — Servus quidam nequam seipsum interemit, *ibid.*; Pratum spirituale, lib. x, cap. 75, LXXIV, 154. — Juvencula quædam, in amnem præceps, manus fugiendo impudicorum insequentium, jubetur mandari sepulturæ ecclesiasticæ quia, ait Innocentius III, non sponte se præcipitem dedit, sed casu cecidit, Innocent., Epist. lib. ix, epist. 11, CCXV, 816. — Suicidium Samson excusatur quia Spiritus latenter hoc jusserat, D. August., De civitat. Dei, XLI, 35. — Samson seipsum occidit et sic obedivit mandato non olim scripto in tabulis, sed recens intrinsecus inspirato, Philip, de Harveng., De obedient. cleric., cap. 58, CCIII, 926. — Saul qui sibi metipsi mortem intulit non facile excusatur, non obstantibus Davidis laudibus, D. August., XLVII, 1045. — Postquam occidisset filias Saul ipse super ensem moriturus irruit, Venerab. Beda, Exposit. in Samuel, cap. 10, XCI, 709. — Pœna eorum qui sibi mortem inferunt, privantur sepultura ecclesiastica, Theodor. archiep. Cantuar., Pœnitentiale, CXCIX, 945. — Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter excipere. Unde etiam in persecutionibus non licet propria manu perire absque eo ubi castitas periclitatur, sed percipienti colla submittere, Ivo Carnot., CLXI, 1306.

Acta inusitata quorundam Christianorum. — Uxor præfecti Romæ christiana facta, nempe seipsam occidendo ne a Maxentio Romæ tyranno pollueretur, quæ omni voce clarius resonant, cunctis qui nunc sunt et qui posthac erunt mortalibus declaravit pudicitiam penes solos christianos invictam atque inexpugnabilem nec morti obnoxiam esse, Eusebius Pamphil., De vita Constantini, lib. i, cap. 34, VIII, 24. — Virgo Apollonia in ignem sponte prosilivit et sic sibi metipsi mortem intulit, P. Abælard.,

lard., Cl XXVIII, 1603. — Quaedam sanctæ feminae, tempore persecutionis, ut insectatores pudicitiae suæ devitarent, in necaturum fluvium aut ignem se sponte projecerunt, probabiliter non humanitus deceptæ, sed divinitus missæ et obediens, *ibid.*, 1604. — Christianarum quarundam virginum seipsas propter servandam pudicitiam occidentium exemplum illustratur: hoc fecerunt non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ, D. August., De civit. Dei, XLI, 39. — Aliunde ut videbitur plures admiserunt licitum esse seipsum occidere ad fragilitatis carnis præcavendos lapsus: se occidere non licet, ait S. Hieronymus, absque ubi castitas periclitatur, S. Hieron., XXV, 1129. — Eadem hujusce sancti doctoris sententia elucet ex exemplis paganarum virginum quæ ad virginitatem servandam seipsas necaverunt, de quibus laudans et admirans loquitur, id., XXX, 270, 271, 272, 273. — Non licet, e contra, seipsum perimere propter pudicitiam servandam, S. August., XLI, 30. — Sententia sancti doctoris quæ communior evasit, ea fulcitur ratione, quod pudicitia in mente et non in corpore sedeat. Unde quælibet actio publica illam per se expugnare nullatenus potest. Ad quid ergo occisio sui? *ibid.*

Principium generale. — His exceptis quos vel lex generaliter iusta, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem vel semetipsum occiderit, homicidii crimine innectitur, et quicumque hoc in seipsis perpetraverunt animi magnitudine fortasse admirandi, non sapientiæ sanitate laudandi sunt, Rab. Maurus, ClX, 154.

Pœnæ suicidarum. — Cum pro servanda justitia, pœna semper debet crimini proportionari, hic et ubique, ubi de pœnis agitur in hac tabella, postquam, quasi in theoria tantum, gravitatem criminis perspexeris, illam etiam, ut ita dicam, optime lector, quasi in actione et sensibili modo palpabis. Cum inspexeris proprio visu quomodo tum Ecclesia tum potestas civilis sotes utraque exceperit. Hæc ergo et similis in sequentibus paginis additio, nova et præcedentibus, pro rudibus præsertim, erit de materia currente tractatio et dictionum eximia confirmatio.

Qui sibimetipsis manus violentas injiciunt, nulla in oblatione pro illis commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam deducantur eorum cadavera, Theodor., archiep. Cantuar pœnit., cap. 26, XCLX, 345. — Qui se occiderit propria voluntate, missas pro eo facere non licet, sed tantum orare et eleemosynas largiri, *ibid.*, 932. — Qui propriæ vitæ attentaverit, istius oblatio non recipiatur, capitul. 26, *ibid.* 945. — Eadem omnino refertur suicidii pœna apud Halitgarium, episc. Camer., CV, 681, 682. — Item apud Rodolphum, Bituricens. episc., his verbis: « Placet etiam ut hi qui sibiipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium aut per suspendium vel quolibet alio modo violenter inferunt mortem, nulla illis in oblatione commemoratio fiat neque cum psalmis ad sepulturam deducantur eorum cadavera, Rodolph. Bitur. episc., CXIX, 723; CXXXIII, 506. — Missa et oblationibus careat qui seipsum occidit, Ivo Carnot. episc., CLXI, 693. — Idem statuit concilium Antissiodorensis, CLXI, 693. — Idem statuit concilium Braccarense primum, Ivo Carnot., CLXI, 746; Concilium Aurelianense, XLIX. Eadem refertur pœna apud S. Isidor. Hispal., CLXXXIV, 567. — Si quis seipsum occidit diaboli instinctu, non est permissum ut pro tali homine missa cantetur vel cum aliqua psalmodia corpus terræ committatur, S. Egbertus Eboracens archiepisc., LXXXIX, 416.

Libri consulendi. — S. Augustinus, in suo præclaro opere De civitate Dei, quæstionem suicidii copiose tractat, lib. 14, XLI, 30, 35, 40. — Petrus Abælardus multa testimonia antiquitatis refert et de suicidio, pro et contra, disputat, cap. 155, Theologicæ et Philosophicæ: Sic et non, CLXXVIII, 1603, 1604, 1605. — Utiliter etiam videbis Rabauum Maur., Comment. in lib. II Macch., ClX, 1254.

III. — De Duello.

Ex jam dictis, duellum est certamen ex pacto inter duos cum vitæ mutilationis vel gravium vulnerum periculo, loco et tempore designatis, initum. Rariora sunt circa illud SS. Patrum testimonia.

Rationes vitandi duelli. — Injuria est sæpe bonorum sors, S. Hilarius, IX, 444. Sanctus, dum cæditur non suam, sed cædentis vicem dolet, *ibid.*, 321. — Injurias inferens, miseratione dignus, non ira, *ibid.*, 484. — Oblivionem injuriæ Evangelia exigunt, non vindictam, *ibid.*, 687, 688. — Duellum ponitur pro bello quod primitivo sensu significat, Aquilin. Juvencus, Hisp. presbyter, XIX, 198. — Duellum vocabatur, Dei iudicium, S. Gregorius Turon., LXXI, 424, 419, 638. — Duellum

proponitur, *ibid.* — Duellum admitteretur eo sine ut cognosceretur utrum alicujus culpæ sit quis innocuus an fortasse culpabilis, *ibid.*, 638. — Duellum a Gundobado, Burgundiæ rege institutum ad definiendas lites, S. Agobardus, episc. Lugdunens., adversus legem Gundobadam, CIV, 117 et 118. Duelli infaustæ sequelæ, *ibid.*, 117. — Duellum a Gundobado ineunte sæculo VI institutum, *ibid.* — Quantum legi et christianæ charitati repugnet duellum, S. Agobardus, CIV, 118, 119. — Rationes quæ urgent fugam duelli, *ibid.* — Ad objectionem pro licitate duelli: Deus providebit ut justus non succumbat, S. Agobardus respondet quod Deus ut Providentia non tenetur ad dandam innocenti victoriam, nos enim est in præsentem retributio meritorum, sed in futuro. Non in pugna sed in discussione causarum et subtilitate investigationum quærenda est justitia, *ibid.*, 119. — Diluitur objectio duellistarum ex exemplo Judæorum petita qui ad ulciscendum inane flagitium non ad legem sed ad arma, Deo volente, cucurrerunt, *ibid.*, 120, 121, 122. — S. Avitus, episcopus Viennensis, talia certamina graviter reprehendit et ipsius Gundobadi vesaniam sapientissime laudabiliterque repressit ac redarguit, rationesque ad illud instituendum approbandumque confutavit, *ibid.*, 124, 125 et 254. — S. Agobardus strenue insequitur duellum, *ibid.*, 117, 118, 119...126. — Apud Gundobados, tempore S. Agobardi fuere certamina singularia frequentiora, *ibid.* — S. Agobardus apud Ludovicum primum, versus annum 820, de duello tractat et pro illo abolendo urget rationes ex benignitate et in charitate unitate in nova lege desumptas, *ibid.* Duella contraria sunt reconciliationi generis humani ac reconciliatori Christo, *ibid.*, 249, 250. — Exploditur denominatio iudicii Dei, duello falso attributa, *ibid.*, 251. — Sexcentis effatis Scripturæ sacræ contraria est illa pessima duelli consuetudo, liber Contr. iudicii Dei, *ibid.*, 254-268. — Ita bella vehementer contraria sunt simplicitati et pietati Christianæ, *ibid.*, 119. — Ista certamina vetita edictis principum et canonibus conciliorum, *ibid.*, 258. — Convenit honori et est officio principibus dissuasione vel vi totis viribus sese opponere ne fiant duella, S. Bernard. Claraval. abb., CLXXVII, 581. — Duelli discrimini se dare juxta S. Bernardum insanie est non virtutis, nec audaciæ sed amentia potius est, id., CLXXXII, 566. — S. Bernardus rogat ut illa duelli malitia, illa tam dira duelli libido cesset, *ibid.*, 566. — Ineunte et medio duodecimo sæculo vixit in Occidente usus duelli ad dignoscendam alicujus facti veritatem aut falsitatem, Vibaldus abb. Stabulensis, CLXXXIX. — Illud certamen tum erat valde honorabile, *ibid.* — Describitur agendi ratio ubi agebatur de inculpato per duelli probationem purgandum, CLXXXIX. — Nullo in casu debent tolerari duella, Clemens III, CCIV, 1501. — Romam mittitur consultatio de duello, an sit tolerandum, *ibid.*, 1501.

Monomachiam sectantes, Denm solummodo tenere videntur, Ivo Carnot. episc., CLXI, 633. — Monomachiam ut legem nullibi sanxit divina auctoritas, *ibid.* — Pulcherrima figura duelli Christum inter et Antichristum, mortem inter et vitam, Rupertus, abb. Tuitiens., CLXVII, 1099, 1103. — In cruce durum Christus bellum eum forti illo antiquo adversario iniit, Venerab. Godefrid., abb. Ad Montens., CLXXIV, 854, 855. — Romæ tempore Constantini Magni vetita tunc primum monomachiarum spectacula, Aurelius Cassiod., LXIX, 892. — Theodoricus rex præcipit ut non ad duellum sed ad iudicem confugiant pro dirimendis litibus, *ibid.*, 589. — Variarum lib. III, epist. 24. Tempore Theodorici Gothorum regis, apud Pannoniæ Barbaros vixit duelli usus ad finiendas causas, *ibid.*, 589. — Sensus et etymologia vocis duellum, S. Isidorus Hisp. episc., LXXXII, 640. — Ita vocatur quod duæ sint partes dimicantium in quoquo bello: Non occides nec te nec alium, Petri Cantoris abb., text. alt. cap. 79, 80, CCV.

De cooperantibus ad duellum. — Gravissime peccat qui pugnaturis in monomachia locat armaturas, pugilatorias et multa in hunc modum sine quibus non fieret, *ibid.* — D. Bernardus supplicat Sugerum, maximum principem in regno, ut omnimodo se opponat ne fiant nundinæ (*tournois*), ubi singularia certamina fiebant: Opponite vos tantis malis, epist. 576, CLXXXII, 581. — Non expedit sive mortuo sive vivo, sive victori sive victo esse homicidam. Infelix victoria qua superans hominem, vitio succumbis, id. Ad milites Templi, cap. 1 *ibid.*, 925. — Ab Innocentio III vocantur duella prava consuetudo id., lib. XI, epist. 64, CCXV, 1381. — Iterum de duello apud eundem pontificem, *ibid.* — Detestabiles illas nundinas in quibus milites ex conducto convenire solent, et ad ostentationem virium suarum et audaciæ temere congregiuntur, unde mortis hominum et aunarum pericula

sæpe proveniunt, omnimodo fieri interdiciamus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura, viaticum non negetur, Ivo, Carnot. episc., Panormia, lib. viii, cap. 148, CLXI, 1344. — Monomachiam in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus, quam licet iniisse quosdam legerimus, sicut sanctum David et Goltan sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur alicubi divina sancit auctoritas, Regino, Prumtens. abb. De ecclesiasti. discip., lib. 5, cap. 77, CXXXIII, 300. — Item Nicolaus I, epist. 501; Burchardus, lib. ix, cap. 51. — Circa duellum ad dignoscendam uxoris Thielbirgæ innocentiam quod adhibendum proposuerat Lotharius rex, sic dicitur: « Quæ quantum sint omni divinæ legi contraria, quisque prudens jam advertit, » Regino Prumiens. abb., De descript. eccles. lib. II, cap. 78, CXXXIII, 300. — Duellum dissuadetur, LXIX, 589. — In monomachia est mors animæ et corporis, Petr. Pictav., Sententiar. lib. iv, CCX, 1151. — Decretum regis Rudolphi ut omnes qui jurisdictionem in suo regno habere possint, si judicari oportuim, prorogare diem pro duello præfixum. Vide hanc sane sat miram epistolam in qua, nedum nota perstringatur mala duellum, imo ab episcopo ipso Leodiensi videtur approbatum, Codex Carolinus, lib. III, epist. 23, anno Dom. 1279, XCVIII, 815 et 816. — Quando aliquis nobis conviciatur, lacessit, ad violentiam provocat, ad jurgium vocat, tunc silentium exerceamus, tunc nulli fieri non erubescamus, peccator est enim qui nos provocat, qui injuriam facit et nos similes sui fieri desiderat, S. Ambros., De officiis ministrorum, lib. I, cap. 5, XVI, 28, 29, 30. — Quomodo aliquis se gerere debet ubi per injurias vel alio modo ad duellum provocatur.

Homicidium est ferire etiam damnatum, tu quare sævis, quam potestatem accepisti! si homicidium est inordinate ferire damnatum quid est ferire inauditum, ferire non judicatum, ferire nulla accepta potestate hominem malum, D. Augustin. serm. 502, cap. 14, XXXVIII, 1390.

Facta varia. — De monomachia David et Goliath, Rab. Maur., archiepisc. Mogunt. Comment. in lib. I Reg., CLX, 51. — Mystice explicatur, S. Augustin., serm. 32, XXXVIII, 196. — S. Bernardus intercedit pro Humberto in duello victo, CLXXXII, 145. — S. Bernard. rogat pro altero infelici in duello, *ibid.*, 147. — Exemplum insigne duelli, CLVI, 1197. — Singularis certaminis Goliath inter et pastorem David exegesis pulcherrima, Rupert., abb. Tuitiens., CLXVII, 1099, 1101, 1102 et 1103. — Inter Allamannum et Vandalum duellum pro utraque gente initum, LXXI, 712. — Item inter Chosroem et Heraclium, *ibid.*, 638. — S. Gregor. Turon. episc., De Historia Francorum.

Monomachia inita inter duos publice a Longobardis ex una parte et ex altera ab assisipittis deputatos, Paulus Diaconus, De Gestis Longob., lib. I, cap. 43, XCV, 450. — Duellum insigne et alia judicia Dei perhibentur, CLVI, 1197, 1198, 1199.

Si quis eorum mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura, viaticum tamen non negetur, Ivo Carnot. episc. Panormiæ, lib. viii, cap. 148, CLXI, 1344. — Indices duellorum ecclesiastici non nisi dispensatione ad aliquam dignitatem provehebantur, Innocent. III, Epist. lib. XI, epist. 64, CXXV, 1381.

Illis antiquioribus temporibus jurisprudentiam hodiernam gallicam applicans, nempe regulas tantum juris de homicidio generales, sicut recte fieri potest et aliunde jam indicavimus, habebis sane optime testes materiam sat copiosam ad judicandum, ad arguendum, ad instandum et obsecrandum.

IV. — De homicidio sacrilego, sive ex parte agentis sive ex parte patientis, sive ex parte utriusque.

Archiepiscopus Cantuariensis hortatur episcopos ad tollendum e medio abusum qui in Anglia invaluerat, ut scilicet interfectores sæcularium capitali pœnaplecterentur, clericorum vero et episcoporum tantum excommunicationis pœna, epist. 73, CCVII, 334. — Episcopus in homicidio deprehensus a sacerdotio divellatur (canon. apost. 25), S. Agobardus, not. CIV, 304. — Scelus Herodis in occisione S. Joannis Baptistæ describitur, S. Maximus Taurin., De capitulis Evang. cap. 4, LVII, 811. — Malefactores vibrantes in abbatem Cononem gladium, manus eorum in sublime suspensæ perstiterunt immobiles, De Vitis Patr., lib. x: Prat. spirit., C. 15, LXXIV, 127. — Sarracenus qui anachoretam occiderat in sublime ab ave elatus, inde in terram dimissus, isto lapsu interiit, *ibid.*, 129. — Sarracenus alter quemdam monachum jamjam o eisurus, ante perpetratum scelus a terra discissa

absorptus est, *ibid.*, 198. — Quidam monachi sat fuerunt scelesti ut suos abbates trucidarint, S. Benedicti Regula Comment. cap. 4, LXVI, 312. — Pœna sacerdotum et monachorum homicidarum, *ibid.*

Occisores Nuneti, miri abbatis, dæmones corripuerunt et vexarunt quousque crudeli morte animas e corporibus excusserunt, P. Emerit. diaconi, De vit. Patrum Emeritensium, cap. 3, LXXX, 128. — Septem hiemes jejunit qui personam sacram occiderit, S. Egbertus, Eborac. archiep., Pœnitent. lib. I, cap. 23, LXXXIX, 407. — Si presbyter vel diaconus homicidium fecerit, degradetur et usque ad exitum vitæ pœniteat, *id.*, Excerptiones ex edictis et canonib. SS. Patrum, can. 162, *ibid.* — Si ad homicidium clericus consenserit et factum fuerit, septem annos pœniteat, *ibid.*, 400. — Si episcopus vel presbyter hominem occidat, perdat ordinem suum, *id.*, Pœnitent. lib. II, cap. 1, *ibid.*, 415, 416: item S. Nicolaus, Epis. et Decret., cap. 144, CXIX, 1134. — Vide pœnitentiam illi injunctam qui monachum presbyterum occiderat, cap. 147, *ibid.*, 1122. — Wirgildus pro sacerdote occiso episcopo solvatur, Isaac, episc. Lingon., canones, tit. II, de homicidiis, CXXIV, 1084. — De Wirgildo solvendo et pœnitentia explenda pro homicidio in ecclesiis vel earum atris perpetrato, *ibid.*, 1085. — Qui subdiaconum occiderit, ccc solidos componat, qui diaconum cccc solidos, qui presbyterum dc solidos, qui monachum cccc solidos, *ibid.*, 1085. — Qui occiderit monachum vel clericum arma relinquat Deo in perpetuum in monasterio famulaturus, *ibid.*, 1086. — Clericus homicida septem annis exsulet, Regino, Prumiensis abb., De Eccl. discip. lib. II, cap. 52, CXXXIII, 296. — De iis qui personam Deo dicatam necaverint, Ivo, Carnot. episc., Decret., part. x, cap. 8, 9 et 10, CLXI, 693. — De quodam convicto conscius fuisse de cæde episcopi sui homicidarum plectitur pœna, cap. 12, *ibid.*, 693. — De pœnitentia presbyteri qui presbyterum occiderat, Isaac, episc. Lingon., CXXIV, 694. — Vide quoque Ivo Carnot. episc. Decret., part. x, cap. 13, CLXI, 694; item cap. 16, *ibid.*, 695. — De aliquibus qui duos suos episcopos occiderant ut deinceps episcopo careant, cap. 18, *ibid.*, 696. — De abbate qui servum fuste uno ictu percussit et post sex menses mortuus est servus, cap. 21, *ibid.*, 697. — De pœna presbyteri qui diaconum percusserit, cap. 24, *ibid.*, 698. — Presbyter homicida sacerdotali careat officio, cap. 29, *ibid.*, 699. Idem habetur capite 36, *ibid.*, 701. — De homicidiis episcoporum et aliorum ordinum, cap. 134 usque ad cap. 140, *ibid.*, 751, 754. — Clericus homicida quanquam nimium eoactus, ab ordine cessare cogatur, cap. 17, *ibid.*, 741. — Mors atrocissima cujusdam archidiaconi et comitum ejus, Alberic. Aq., Historia Hierosol., lib. III, cap. 53, CLXVI, 468. — Impia cædes Thomæ, prioris S. Victoris Parisiis, Stephan. Paris. episc., epist. 9, CLXXIII, 1416, 1417. — Sententia excommunicationis fulminatur in auctorem et fautores mortis Thomæ, epist. 8, *ibid.*, CLXXIII, 1415. — Si quis episcopum, aut presbyterum vel diaconum interfecerit, capite punietur, Caroli Magni Capitularia, XCVII, 145. — Si quis altaris ministrum occidat sit exlex apud Deum et apud homines, nisi per exsilium et apud cognatos etiam magis compenset vel purget se a capitali purgatione, Canut. I, rex Angl., CLI, 1178. — Si minister altaris homicida fiat, tunc perdat deinde tam ordinem quam honorem. Potest tamen se purgare, quod si non fecerit, sit exlex, *ibid.*, 1178, 1179. — De occisione SS. Innocentium sensu naturali et spirituali intellectæ, Radulphus Ardens, hom. 8, CLV, 1328, 1329 et 1330. — S. Bernardus tractat de cæde Archemboldi, subdiaconi Aurelianensis, epist. 161, 162 et 163, CLXXXII, 320, 321. — Miror doctam scientiam tuam, sacerdotem putare post homicidium perpetratum in sacerdotio ministrare, imo (quod est ineptius) nobis suadere veile ut ipsi tali præsumptioni præberemus assensum, Gratian. Decret., p. I, dist. 50, cap. 4, CLXXXVII, 256. — Pœnitentia diversa clericis homicidis sive sponte sive non, jure canonico imposita, cap. 57, 58, 59, 40, 41, *ibid.*, 276, 277. — De illorum absolute qui violentas manus in clericos injiciunt, Innocentii III, epist. 310, CCXIV, 269. — De eodem, *id.*, epist. 129 et 161, CCXVI, 643, 90. — Sacerdos quidem qui in eadem culpam relapsus, secundo clerico manus violentas injecerat, declaratur ab Innocentio III post trium annorum pœnitentiam ad officium suum redire posse, epist. 79, *ibid.*, 83. — Innocentii III gemitus et epistola de morte episcopi Herbipolensis, procurata, epist. 155, CCXIV, 1167, 1168, 1169. — Quidam clericus homicida ab exercitio ordinis deponitur, epist. 385, *ibid.*, 364. — Pœna pro homicidio clerici ab alio clerico patrato imposita, Alexand. II, Epist., et Diplom., epist. 115, CXLVI, 1404. — Malus prælatus homicida anima-

rum judicandus est, S. Benedict., abb. Anianens., Concord. Reg., cap. 15, § 19, CIII, 788.

Qui presbyterum occiderit, duodecim annos pœniteat, si liber, septuaginta dies jejuset, si autem servus, super duodecim ferventes vomeres se purget, Theodos. archiepisc. Cantuar., Pœnitentiale, cap. 56 et 57, XCIX, 947. — De pœna sacerdotis qui diaconum percusserat, Nicol. I, epist. et Decret., CXIX, 1131, 1132. — Clericus qui paganus occiderat homicida est, et non oportet provehi ad majorem gradum qui etiam carere debet acquisito, *ibid.*, 1129. — Rogerus Tokellus et Guido qui manus violentas in clericos injecerant excommunicantur, Alexander III, epist. 885, CC, 792. — Quanta severitate utatur Alexander III in eos non tantum qui Thomam, archiepisc. Cantuariensem, occiderant, sed etiam tantum illius homicidii participes fuerant, *id.*, epist. 1014, CC, 894. — Ludovici regis Francorum epistola de cæde S. Thomæ ad Alexandrum III, epist. 20, *ibid.*, 1378. — Ad quid obligentur qui presbyterum interficiant, Ivo Carnot., CLVI, 4506. — Qui clericum, diaconum, subdiaconum, monachum interficiunt, *id.*, Panormiæ, lib. viii, cap. 6, 7, 8, CLX, 1396 et 1397. — Cælestinus III capitulo Tarracoenensi præcipit ut Vilelmum Raimundi qui Berengarium archiepiscopum in urbe Gerunda crudeliter interfecerat anathematizatum denuntiet terramque ejus interdicto seriat, epist. 164, CCVI, 1045. — De subdiacono qui puerum invitus interfecerat, Clement. III, epist. 54, CCIV, 1503. — De nece S. Thomæ Cantuariensis, Petrus Bernard. Grandimontensis prior, epist. 3, 4, 5, 6, CCIV, 1167, 1168, 1169. — De clericis in homicidio deprehensis, CCVI, 1259.

V. — De parricidio. — Pœnæ impositæ et facta varia.

Parricidium quam detestabile crimen sit, Dominus ipse ostendit in judicio factò inter Cain et Abel, ipse sententiam protulit: « Maledicta terra... maledictus... », Raban. Maur., CXII, 1410. — *Ibid.* — Vide perplura de parricidio, iterum Pœnitentiale, cap. 2.

De parricidio Romuli quod dii non vindicarunt, D. August., De Civit. Dei, lib. iii, cap. 6, XLI, 82. — Fraternalis invidiosus muneris, in fratris Cain anhelat exitium, et exultat infelix et quod teste caret putat se caruisse facinore, quem Deus vidit, quem conscientia redarguit, quem fratris vultu accusat, S. Zeno, lib. i, tract. 7, XI, 314 et 315. — Abel a Caino in campo Damasci juxta Hebræorum traditiones interficitur, S. Hieron., XXIV, 316. — Cain impiissimus pariter et stultissimus ad perpetrandum maximum nefas, credidit sufficere si aspectus vitaret hominum, fratricidium Deo teste, facturus, S. Salvianus, presbyt. Massil., De gubernatione Dei, lib. i, cap. 6, LIII, 38. — Quomodo Cain punitur qui fratricidium commisit, Petr. Cantor., Verbum abbrev., cap. 11, CCV, 53. — In patris parricidio continentur omnia scelera, S. August. Advers. Academicos, lib. iii, cap. 56, XXXII, 953. — Fratricida et parricida in terra peregrina jejunet decem hiemes, S. Egbertus, Eborac. archiepisc., Pœnitent., lib. i, cap. 24, LXXXIX, 407. — Parricidium est cædes in parentes, S. Isidor., Hispal. episc., Etymolog. lib. iv, cap. 26, LXXXII, 210. — Parricidarum supplicium. Olim parricidæ cum simia et gallo et serpente in sacco ex corio inclusi in mare præcipit abantur, lib. v, cap. 27, *ibid.*, 214. — Parricidium multum differt ab homicidio, Tertull. I, 316. — Si quis ex propria cognatione sanguinem occisionis effuderit, sacri canones usque ad mortem abjici et inter rebelles reputari sanxerunt, Nicolaus I, Epist. et Decret., CXIX, 921. — De cujusdam pœna qui matrem occiderat, *ibid.*, 1120. — De quorundam parricidarum et fratricidarum pœnitentia, prohibentur carnali copula jungi, *ibid.* CXIX, 1128. — Idem pontifex de alio fraticida, *ibid.*, 1119. — Pœnitentes fraticidæ non debent ultra militiæ cingulum sumere et nuptiis atque conjugii copula uti, Rab. Maur., Pœnitent., cap. 7, CX, 475 et 474. — De eodem, vide Isaac., episc. Lingon., Canones, tit. 4, cap. 5, CXXIV, 1690.

Parricidis quidam canones ad pœnitentiam alii septem, alii quatuordecim annos, alii totam vitam assignarunt, Regino, Prumiens. abb., CXXXIII, 296. — Parricida remoto aliorum tormentorum genere, factò de coris sacco in quo cum illo serpentes includantur, et sic in mare vi ioum præcepta detur, *ibid.*, 296, 300. — Pœnitentia imposita illi qui nolens fraternæ cædis causa fuerat, Alexander II, Epist., CXLVI, 1386. — Rex non debet parricidas et perjuros sinere vivere, Ivo Carnot. episc., Panormia, lib. viii, cap. 55, CLXI. — Parricidarum et fratricidarum pœnitentia multiplex refertur, *id.*, Decret., part. x, cap. 163, CLXI, 758. — Horum refertur quam

detestabile sit parricidii crimen, cap. 164, 177, *ibid.*, 742. — De eadem re, cap. 178, 179, 180, 185, *ibid.*, 743, 745. — Cain propter homicidium condemnatus, Philip. de Harveng, abbas Bonæ Spei, De obedient. cleric., cap. 37, CCHII, 922. — Exemplum insigne fraticidii et pœna tati crimini debita, Freculphi Chronicor. lib. i, cap. 6, CVI, 921. — Homicidium Cain diluvio fuit pœniendum, Raban. Maur., CVI, 509. — Crimini parricidii annumerandum est regicidium de quo ait S. Optatus: Regicidium non committendum a puero Dei David discere debemus, S. Optatus, De schismate Donatist., lib. ii, cap. 25, XI, 980, 981. — Qualiter matricida puniri debet, Ivo Carnot., Decret., part. x, cap. 173, CLXI, 741. — De parricidis et fraticidis, Burchardus, episc. Vormiac., CXL, 1089.

VI. — De infanticidio et abortu.

De abortum procurantibus, S. Hieronym., XX, 97. — Informe puerperium abigere lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viva in eo corpore quod sensu caret, S. August., Quæst. in heptat., lib. ii, cap. 80, XXXV, 626. — Homicidii festinatio est prohibere nasci, Tertull., I, 319. — Infantes in utero trucidati, *id.*, II, 691. — Infantes in utero debilitati a matribus, *ibid.*, 909. — Mulier quædam quæ miserabiliter duos filios suos enecaverat, in profundum maris, jussu superno, demergitur, De Vitis Pal., lib. x, Prat. spirit. cap. 77, CXXIV, 155. — Quantum crimen sit infanticidium, *ibid.*, 155. — Quali pœna plectitur ipseius Dei miraculoso interventu et jussu, *ibid.*, 155. — Mulieres quæ secum agunt ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem defuitio usque ad exitum vitæ ab Ecclesia removet, humanius autem nunc definimus ut his decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur, Colex canon. ecclesiastic. et Constit. S. Sedis apost. cap. 21, LVI, 441.

Abortum procurans qua pœna afficiendus, Raban. Maur., CVIII, 112. — Quis mystice abortivus, *ibid.* — Pœnitentia eorum qui partus enecant, CXII, 1410. — Herodes rex valde iratus occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, S. Maximus Taurinensis, hom. 28, LVII, 286. — Si mulier abortum promoveat et in quadraginta diebus occidatur id quod semine conceptum est, quasi pro homicidio jejuset tres annos, S. Egbert., Eborac. archiepisc., Pœnitent., lib. i, cap. 50, LXXXIX, 404. — Mulieres fornicantes quæ parvulos suos necant aut abortu excutiant decem annis pœnitentiam agant, Fulgent. Ferrandi, Abbrevisatio canon., can. 152, LXXXVIII, 826. — Idem habet Crisconius, African. presbyter, Breviarium canon. 113, LXXXVIII, 881. — Si mater infantem suum occiderit, jejuset quindecim hiemes absque cessatione, exceptis diebus solis, S. Egbert., arch. Eborac., Pœnit., lib. i, cap. 51, LXXXIX, 407. — Qui male conceptos vel jam editos necare studuerint, septem annos pœniteant, concilium Ancyrit., LXXXIV, 108. — Si qua mulier infantem fornicarium occiderit, si qua studuerit aborsum facere vel quod conceptum est necare, aut elaborat ut non concipiat, decem annis pœniteat, S. Isidor. Hisp., Collectio canon., can. 77, LXXXIV, 584 et 585. — Quæ mulieres filios ex adulterio necant, nequidem in finem danda est illis communio, Concil. Eliberitan., can. 63, CXXXIV, 308. — Hujuscemodi mulieres, benignius quam prioribus sæculis tractentur, decem tantum annos pœniteant, S. Rodolphus Bituric. episc., cap. 41, CXIX, 723. — De multiplici pœnitentia Vimaro imposita qui tres filios suos miserabiliter occiderat, Nicolaus I, Epist. et Decret., cap. 136, CXIX, 1130. — Femina quæ partus suos ex fornicatione enecant decennio pœniteant, S. Angelramni Metensis episc., Collectio canon., cap. 20, XCVI, 1037. — Referuntur statuta concilii Ancyrit. et Eliberitani circa mulieres abortui studentes, Raban. Maur., Pœnitenti, cap. 9, CX, 474. — Qui percusserit mulierem in utero habentem et exierit infans ejus nondum formatus, detrimentum patiat quantum indixerit vir mulieris. Si autem formatus fuerit dabit animam pro anima, Hincmar., Rhemensis archiepisc. de divortio Loth. et Thetbergæ, interrog. 12, CXXV, 694. — Aborsus putativus Thetbergæ, *ibid.*, 689. — Presbyter quidam, cum procurasset abortum declaratur ab Innocentio III posse ministrare si conceptus nondum erat vivificatus, alioquin ab altaris officio debet abstinere, epist. 107, CCXVI, 469. — Si quis infantem necaverit ut homicida teneatur, Isaac. episc. Lingon., Canon. cap. 11, CXXIV, 1087. — Mulier aut vir qui infantem propter incuriam in lecto cum ea vel eo enantem oppresserint pœniteat, *ibid.*, cap. 14. — De mulieribus partus suos necantibus pœnitentia eadem ac supra habetur apud Isidorum Mercat., Decret. Collectio, conc. Ancyranum, can. 21, CXXX, 266, Concilium Braccarense ii, can. 78, *ibid.* — Idem habetur apud Reginon., Prumiens. abb., De ecclesiastica discipl., lib. ii,

can. 63, 64, 65, 66, 67, 68, CXXXIII, 297, 298. — Parentes qui filios suos necabant in quibusdam Hispaniæ partibus, graviter a rege et episcopis objurgantur, et velatur ne tam atrox facinus repullulet, Isidor. Mercat., Decret. Collect., conc. Toletanum III, CXXX, 456. — Qui aut voto aut opere aliquo agunt ne eis filii nascentur, quamvis vocentur conjuges non sunt nec ullam nuptiarum retinent veritatem, sed honestum nomen velandæ turpitudini obtinent, Rotherius, episc. Veron., Præloquior., lib. II, tit. 3, CXXXVI, 193, 194.

De mulieribus quæ absente marito conceperint et fetum sustulerint, Burchardus, Wormaciensis episc., Decret., lib. VI, c. 51; de illis quæ male conceptos necare studuerint, cap. 52; de illis quæ partus suos occulte interficiunt, cap. 53, 54, 55; de illis qui vel quæ partus excutiunt, cap. 57; de illis quæ infantes in lecto incaute opprimerint, cap. 58; de illis quæ abortum fecerint, cap. 601, CXL, 931, 932, 933, 934. — Clericus qui mulieri herbas quæsiverat quibus necaretur ipsius maritus, si hic inde mortuus est, nunquam ad superiores ordines promoveatur, S. Anselm., Cantuar. episc., epist. 23, CLIX, 52. — Pœnitentia Theodorico imposita qui filium non sponte occidit, Alexand. II, Epist. et dipl., epist. 117, CXLVI, 1405. — Qui puerperium non adhuc formatum et animatum eiecit, juxta legem non homicida habetur, et ideo non fit homicidium, Ivo, Carnot. episc., Panormia, lib. VIII, cap. 2, 12, 13 et 14, CLXI, 1307. — Idem habet D. Augustinus, De quæstionibus Exodi xxxi, quæst. 2^a, De quæstionibus Veteris et Novi Test., cap. 38, Hieronymus, ad Algarium, quæst. 4.

Monendi sunt parentes ne tenellos secum in uno collocent lecto, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur vel opprimantur, unde ipsi parentes homicidii rei inveniantur, Ivo, Carnot. episc., Decret., p. X, cap. 27, CLXI, 699. — Qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est, cap. 181, 182, 183, *ibid.*, 744. — De quadam muliere quæ filios suos necaverat, cap. 186, *ibid.*, col. 745. — De pœna abortum procurantis, Gratian., Decret., part. I, dist. 50, cap. 48, 49, 50, CLXXXVII, 278, 279. — Alexander III jubet ut mulier quæ infantem suum occiderat monasterium capessat CC, 84, epist. 14. — Iterum de his qui partus diversis modis enecant, Halitgarii, episc. Camer. De pœnit., lib. IV, cap. 3, CV, 1681. — Herodis homicidia in filios et sponsam, Freculphi Chronicor., lib. VII, cap. 18, CVI, 1110. — De Maria quæ urgente fame proprium filium comedit, CXCI, 425. — De abortum procurantibus, Ivo Carnot., Decret., part. X, cap. 55, CLXI, 706. (Idem habet D. Augustinus, De nuptiis et concupiscent., lib. I, cap. 15.) — Cur lex noluit informe puerperium esse homicidium, cap. 56, *ibid.*, 706. (Idem habet D. August., Quæst. in Exod., cap. XX. — Abortum frequentior causa juxta S. Petrum Damianum, est sponsum coeundi furor, etiam prægnante sponsa. Nonne tales ante homicidæ quam patres? S. Petr. Damian., lib. VIII, cap. 15, CXLV. — Abortus fructus avaritiæ. Sepelitur nova odii rabie antequam nascatur; matris jam non in utero sed sepulcro incognitum fetus quod legitimam nec mortem potuit sentire nec vitam, S. Zeno, lib. I, tract. 9, XI, 326.

VII. — Homicidii generalis illegitimi pœnitentiale, cum variis factis.

Si quis percusserit aliquem et mortuus fuerit, morte moriatur, hæc verba citans pulchre explicat D. August., Quæstiones in Heptateuch., lib. II, cap. 29, XXXIV, 625. — Homicidium a mutis animalibus perpetratum, vi ipsius legis divinæ plectitur pœna, cap. 76, *ibid.* — Reus homicidii involuntarii habebat locum refugii, cap. 79, *ibid.* — Si quis sibi conscius est homicidii, indicet sibi ipsi in corde suo pœnitentiam et vindicet in seipso mala sua, et statuatur ante Deum cruciatum pœnitentiæ et spatium, et communicare nullatenus præsumat, *id.*, in Appendice, serm. 117, XXXIX, 1979. — Homicidia tempore S. Salviani, in servis rara, terrore ac metu mortis, in divitibus assidua, spe ac fiducia impunitatis, S. Salviani Massi. presbyt. de gubernat. Dei, lib. IV, 5, LIII, 75. — Nullum misericordiæ et amoris sensum habet homicida, ut elucet ex Herode innocentium necatore, S. Petr. Chrysolog., serm. 152, LII, 604.

Qui voluntarie homicidium fecerint ad pœnitentiam se quidem jugiter submittant, circa exitum autem vitæ communionem digni habeantur, codex canon. eccles., LVI, 441. — Homicidio involuntario quinquennii tempus pœnitentiæ statuitur, LVI, 442. — Vestrum est vetare homicidam antequam pœnitentiam agat, Eucharistiam accipere, S. Ambros., serm. 6. — Est indignus mensa Domini qui hominem occiderit, Martialis episc., in epistola ad Burdigal., LVIII, 1032. — Qui voluntarie homi-

cidium fecerint pœnitentiæ quidem jugiter se submittant perfectionem vero circa vitæ exitum consequentur; Ancyranæ concilii canon, XLI, XLVII, 156. — Pro homicidio involuntario prior definitio septennium pœnitentiæ statuit, secunda vero quinquennium, can. 42, Dionys. Exiguus, XLVII, 156. — Sapientes pagani pleni invidia et homicidio, Primasius, episc. Adrumet., XLVIII, 421. — Homicidæ pulchrum dictum, De Vitæ Patr., lib. X, cap. 71, LXXIV, 152. — De sene homicida maxime impio, cap. 72, *ibid.*, 153. — Si quis ex necessitate aliquem occiderit jejuset quadraginta dies, LXXXIX, 407. — Iterum prolatis homicidii pœnas vide apud S. Egbertum, Eborac. archiep., Excerptiones canon., can. 62 et 63, LXXXIX, 400; et S. Gregorii, epist. 6, LXXVII, 1340, iterum S. Egberti Pœnitentialis, lib. II, cap. 1, alias pro eodem, vide crimine pœnas, *ibid.*, 415, 416; Fulgenti Ferrand. Abbrev. canon., can. 153 et 154, LXXXVIII, 826; et Cresconii, Africani presbyt., Breviarium canonicum, can. 103, 104, *ibid.*, 881. — Veneficis in exitu tantum communicatio tribuatur, LXXXIV, 322 et 323. — Homicidæ a communione ecclesiæ summoveantur, *ibid.*, 268. — Circa homicidas antiqui Nicæni canones observentur, Collectio canon. S. Isidoro Hispal. attributa, concilium Agathens. et Epaunense, LXXXIV, 289. — Iterum de pœnis homicidarum sive sponte sive non, *ibid.*, 585. — Si domina per zelum ancillam verberando occiderit, septem annos pœniteat, concil. Eliberitan. can. 6, *ibid.*, 302, 303. — Iterum de homicidio sive voluntario sive involuntario, Theodori archiep. Cantuar., pœnitentiale, cap. 43, XCIX, 948; S. Caroli Magni opera seu codex Carolinus, XCVIII, 90. — Cain primus homicida et primus fraticida Tertull., I, 1258. — Tanta est apud homines homicidii vindicta quanta ipsa quæ vindicatur natura, Tertull., liber de anima, cap. 33, II, 909. — Qui servum suum licet solum, sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emundabit. Si domina ancillam flagellaverit et inde mors sequatur, septem annos pœniteat, Rodulphi Bituric. episc., cap. 40, XCIX, 722. — Vide iterum homicidiorum prolatis pœnas, cap. 39, *ibid.*, 722. — Joannes VIII decernit ut impuberes qui aliquem occiderunt, post peractam pœnitentiam ad ordines non differantur promoveri, Joann. III, epist. 188, CXXVI, 817. — Omnes homicidæ septem annorum pœnitentiam districte sub reguâ monasterii pœniteant, CXVI, 1290. — Spontanei homicidæ post jugem pœnitentiam in exitu vitæ communionem recipiant, S. Ange ramus, Metensis episc., Collectio canon., can. 21, XCVI, 1057. — De septennio vel quinquennio pœnitentiæ pro homicidio involuntario, can. 22, *ibid.* — Diversos hucusque relatos homicidii casus sicut et pœnas successive statutas refert Raban. Maur., in suo Pœnitentiali, cap. 1, 2, 3, 4 et 5, CX, 468.

Qui propriam uxorem interfecerit armis depositis publice pœniteat, Isaaci episc. Lingon. can., tit. 11, cap. 6, CXXIV. — Femina quæ furore accensa, flagellis verberavit ancillam, et hæc intra tertium diem moriatur, septem circiter annos pœniteat, Isidori Mercator. Decretal. Collect. concil. Eliber., can. 5, CXXX, 415. — Qui maleficio aliquem interfecerit, nec in finem imparianda est illi communicatio, can. 6, *ibid.*, 415.

Homicida voluntarie ad januam Ecclesiæ catholice semper subiaceat, si autem casu occiderit, prior canon septem, secundus quinque pœnitentiæ annos constituit, Isidori Mercator. Decret. Collect., concil. Braccarense II, can. 79, CXXX, 587. — Alias iterum atque iterum relatos homicidii duplicis pœnas vide apud eundem, can. 21, 22, 37, *ibid.*, 404, 266. — Si quis hominem in bello publico occiderit, quadraginta dies pœniteat, *ibid.*, 293. — Iterum de domina ancillam verberante, Regino, Prumiensis abb., De ecclesiast. disciplina, lib. II, cap. 58, CXXXIII, 296. — Servus a domino emendatus, si forte inde moriatur, dominus culpa homicidii vacat, cap. 59, *ibid.*, 297. — Iterum atque iterum referuntur variæ homicidii pœnæ, can. 81, 98, *ibid.*, 287, 288, usque 305. — Mirum exemplum inutilitatis orationis pro homicidis post illorum obitum, Gezo, abb., Dertonensis, De corp. et sanguine Christi, cap. 59, CXXXVII, 402. — Homicidæ tanquam panis inclinatus, B. Bruno, Herbipol. episc., Exposit. in psal. Lxi, CXLII, 234, 235.

Circa pœnitentiam homicidarum iterum invenies superabundantem materiam apud Burchard., episc. Wormac., Decretor., lib. VI, De homicidio in genere et diversis ejus speciebus, CXL, 763-778. — Eo in libro sat minutatim omnia pœnitentiæ genera illa ætate usitata accurate describuntur, pro his cognoscendis ad illum ergo utiliter recurre. Vide etiam appendicem: Statuta canonum de officio sacerdotum, *ibid.*, 1079, 1081, 1082. — Reus homicidii sive publici, sive privati (occu ti), ad

clerum non assumatur, S. Anselm., episc., epist. 163, CLIX, 198. — Homicidio supervenientes, pœnitentia plectuntur, licet nec voluntate nec actione perpetrarint, Alexandri papæ Epist. et Decret., CXLVI, 1408. — Omnes hucusque relatæ sæpe sæpius de homicidio pœnæ, iterum ab Ivone Carnot. episc. in Decreti parte x, referuntur; ibi eas invenies, CLXI, 689-746. — Inter alia notari potest: Homicida episcopum non accuset, cap. 36, *ibid.*, 701. — Homicidæ et venefici ad accusationem non admittantur, cap. 37, *ibid.* — A communione summoveantur, cap. 38, *ibid.*, 702. — Theodosium imperatorem S. Ambrosius propter indiscretum homicidium ab ingressu ecclesiæ prohibuit, cap. 48, *ibid.*, 703. — De diversis materiis homicidiorum et damnis per ea illatis sive sponte sive non et reparandis, sive a medico, sive a servo, sive a domiuo, sive ab alia qualibet persona, Ivo Carnot., Decret., part. x, cap. 49, CLXI, 704, 705. — Iterum de homicidiis voluntariis et modo pœnitentiæ, cap. 130-133, *ibid.*, 730, 731. — Si quis servum proprium sine conscientia iudicis occiderit, ut homicidium sponte commissum lugeat, cap. 147, *ibid.*, 735. — De illis qui vacantes operi necessario homicidium perpetraverint, cap. 150, 151, *ibid.*, 735. — De homicida per veneficium, cap. 151, *ibid.*, 737. — Homicidæ a communione Ecclesiæ summovendi, cap. 158, *ibid.*, 738. — Quicumque sacris addictum aut etiam profanum hominem occidisset, peccatum more veteri expiet: omnes demum a cædibus et latrociniiis et vi abstineant, Andreæ, Hungaror. regis, Constitut. ecclesiast. vi, CLI, 1258. — Iterum varias variis homicidii generibus oppositas invenies apud Venerab. Bedam pœnas, XCIV, 570, 571. — Si quis hominem diabolo sacrificaverit et in hostiam more paganorum dæmonibus obtulerit, morte moriatur, Caroli Magni Capit., XCVII, 146. — Si quis dominum aut dominam suam interfecerit, morte moriatur, *ibid.* — Si quis homicidii aut facto aut præcepto aut consilio aut defensione post baptismum conscius fuerit et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur, et in fine vitæ suæ laicam communionem tantummodo recipiat, Gratiani Decret., part. 1, dist. 50, cap. 8, CLXXXVII, 257, 258. — Iterum multiplex pœnitentia pro homicidio, *ibid.*, cap. 42, 43, 44, 45, 46, 51, *ibid.*, 277, 278, 279. — Balduini, Flandriæ et Hannoniæ comitis leges de homicidio, CCIX, 916. — Pro hominibus qui milites vel filii militum non fuere, mortuum pro mortuo, membrum pro membro, *ibid.*, 916. — Iterum de homicidiis sponte vel non sponte commissis, Innocentii III, CCXVI, 1252, 1254, 1255. — Vide librum Pœnitentialem Halitgarii, episc. Camerac., CV, 697, 702, et librum iv, De pœnitentiis, ejusdem auctoris, cap. 1, et cap. 2, 3 et 4, *ibid.*, 681. (Ibi novam invenies pœnarum et casuum congeriem.) — De eadem materia, vide etiam Rabanum Maurum, cap. 11, 12, 13, 15, CXII, 1410, 1411. — Sanguinem hominis de manu fratris ejus requiram, qui effuderit sanguinem effundetur, S. Ambros. de Noe et arca, cap. 26, p. t. XIV, 406, 407. — Horrendi homicidii exemplum, Cosmæ Pragensis, Chronica, CLXVI, 377, 376. — Duplex pœnitentia canon, alter benignior, alter rigidior de homicidio voluntario, uterque tamen jam referentis tempore desuetus et nimis severus, Alanus de Insulis, liber Pœnitent., CCX, 294. — Tempore S. Gregorii Turonensis episcopi, ipso teste, grassabantur homicidia et bella, S. Gregorius Turon., Historia Francorum, lib. vii, cap. 47, LXXI, 446, 447. — An peccavit Moses interficiendo Ægyptium; Christi typus erat, CVII, 16, 17.

CAPUT II.

II. — DE LEGITIMITATE HOMICIDII.

ASSERTIO III. — Homicidium publicum sive directum sive indirectum in seipso perpetratum non sat demonstratur licitum. Licet nihil in Patribus Latinis de hoc punio occurrat, hæc est tamen sat communior et sanior opinio quam ad rerum connexionem inserere haud nobis inopportunum visum est.

ASSERTIO IV. — Homicidium publica auctoritate et justa de causa in aliis... perpetratum sive directe sive indirecte est omnino licitum. Nempe sequuntur et sunt exceptiones legi generali: « Non occides. »

Præceptum: « Non occides » subauditione indiget quatenus iudex sive potestas quæ gladium portat non prævaricari existimetur cum illum occiderit qui jure occidendus erat, Rupertus, abb. Tuitiens., De Trinitat. et De S. Spiritu, lib. v, cap. 22, CLXVII. — Judici non licet in pluribus causis a gladio temperare, quia legi servit, S. Ambros., in Psal. xxxvii, 51, XIV, 1035. — Homicidas et sacrilegos et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. S. Hieronym. Comment. in Jerem., lib. iv, cap. 22, XXIV, 811. — Idem

habetur apud Gratian, CLXXXVII, 1226. — Occidere hominem non semper criminisum est, sed malitia non legibus occidere criminisum est, Rufin. Aquileiens. presbyt., Comment. in Symbol. apost., n. 40, XXI, 577. — In occidendo filio spontaneus motus execrabilis, Deo autem jubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, verum etiam laudabilis invenitur. Tantum interest, subjicit sanctus doctor, in ordine natura i, quid, a quo agatur et sub quo quisque agat, S. August., Contr. Faust. Manich., lib. xxii, c. 75, XLII, 446. — Abraham si filium sponte immolaret, quid nisi horribilis et insanus? Deo autem jubente, quid nisi fidelis et devotus apparuit? lib. 22, cap. 75, *ibid.*, 446. — Maius homo habet iudices suos: Ordinata est respublica, non enim sine causa gladium portat, *ibid.*, serm. 52, n. 12, XXXVIII, 1389. — Elias justus etsi multos pseudoprophetas sua manu peremerit, *ibid.*, XXXIII, 178. — Nequaquam contra præceptum: « Non occides, » fecerunt qui, Deo auctore, bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis, secundum ejus leges, hoc est, justissimæ rationis imperium sceleratos morte punierunt; sic Abraham, Samson, Jephthe, *ibid.*, De civitate Dei, lib. 1, cap. 21, XLI, 135. — Contra præceptum non occidendi non fit quando lex occidit vel occidi aliquem Deus jubet, *ibid.*, XXXIV, 622.

Judex non obviat legi naturali quando præcipit homicidam interfici quia non ipse sed lex ipsa facit, Alanus de Insulis, Cont. hæret., lib. ii, cap. 22, CCX, 397. — Multi hæretici inter quos præsertim Waldenses asseveraverunt in nullo casu et nulla occasione, nulla causæ ratione hominem esse occidendum, *ibid.*, 394. — Invincibiliter et in rigore logicæ astruitur licitum esse pluribus in casibus occidere hominem, enodantur difficultates et solvuntur objectiones, *ibid.*, 396, 397, 398. — Opus docte et logice scriptum Alani utiliter circa hanc materiam consulens, præsertim capit. 20, 21, 22 et 23, *ibid.*

Sine peccato miles hostem et iudex vel minister ejus et cui forte invito atque imprudenti telum manu figit, hominem occidit, D. August. De libero arbitr., cap. 4, XXXII, 1226. — Homicida punitur suo scelere cum occiditur a iudice, S. Salv., presbyt. Mass., 157. — Occidere hominem non semper criminisum est, Hincmarus, archiep. Rhemen., De regis persona et regio minister., CXXV, 845. — Sancti viri ad incutiendum metum, reos morte jure puniverunt, *ibid.*, 849. — Qui improbos corripit ex amore justitiæ, nedum peccet, Christo servit, *ibid.*, 845. (Idem apud Augustin., epist. 48 ad Vincent.) — Rex debet iniquos corrigere, cap. 25, *ibid.*, 850. — Propter vindictam noxiarum gladius principi a Deo permissus est, cap. 26, *ibid.*, 851. — Non semper injustum est occidere hominem, Aurel. Const. lib. De Concept. Virgin., cap. 4, LVIII, 457. — Mundi iudices non sine causa gladium portant: sunt enim maxime constituti propter homicidium, ut homicidas damnent et alios suo timore compescere faciant, Ivo Carnot. episc., Panormia, lib. viii, cap. 5, CLXI, 1300. — Cum homo iste occiditur, lex eum occidit non tu, cap. 40, *ibid.*, 1313. — Iudex non est auctor sceleris neque hominem vinciendo, cap. 52 et 53, *ibid.*, 1315. — Dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis; potestas mortis principi a Deo ipso concessa, *ibid.*, Decret., p. x, cap. 94, CLXI, 721. — Punit iudex non delectatione alienæ miseræ, quod est malum pro malo, sed dilectione justitiæ quod est bonum pro malo, cap. 102, *ibid.*, 723, 724. — Non frustra instituta sunt potestas regis, jus cognitoris, ungulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris; habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates, cap. 108, *ibid.*, 725. — Gratian. Decret. Multare propria auctoritate latrones et piratas non est culpandum, cap. 113, *ibid.*, 726. — Non est crudelis qui crudeliter jugulat, cap. 112, *ibid.*, 726. — Iudex est insons, etiam cum occidit, cap. 115 et 117, col. 726 et 727. — Rex minister vindictæ maleficos non patitur vivere, cap. 171, *ibid.*, 740. — Quod licet homines interficere et non, Petri Abælardi Theolog. et Philos., Sic et non, cap. 157, CLXXXVIII, 1609. — Qui malos percutit in eo quod mali sunt et habeat causam interfectionis et occidat pessimos, minister est Domini, S. Hieronym. in Epist. ad Galat., XXVI, 517. — Excommunicatorum interfectores prout morem Romanæ Ecclesiæ nosti, secundum ipsorum intentionem modum congruæ satisfactionis injunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quod adversus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, eorum quoslibet trucidare contigerit. Urbani II, epist. 122, CXV, 394. — Qui publica potestate fungitur, ipsius legis imperio malos perimit, nec illius præcepti transgressor nec a cœlesti patria alienus habetur, ut patet ex traditione Patrum, Gratiani Decret. part. ii, causa 23, quæst. 5, CLXXXVII, 1218 —

officia vindictæ possunt impleri bono animo, quomodo lex, quomodo iudex, cap. 16, *ibid.*, 1222. — Reges non tantum possunt sed debent malos comprimere modo quo possunt, cap. 23, *ibid.*, 1224; et cap. 38, 39, 40, 41, *ibid.*, 1229, 1250.

Sicut reus est noxæ qui contra mandatum inhumanus occidit, ita et argui meretur qui iussus occidere, non occidit, Philipp. de Harveng, abb. Bonæ Spei, CCIII, 924. — Cum autem non sit occidendum, quasdam tamen exceptiones fecit divina auctoritas ut liceat hominem occidi, salva regula sanctitatis, si tamen occisor prudenter intelligat a mandatis, De obedientia clericor., cap. 38, *ibid.*, 924. — Est etiam concessio divinæ auctoritatis ut si qui, Deo auctore, personam gerunt publicæ potestatis, si corrumpi viderint scita regum et jura civitatis, ratione prævia mortem inferant sceleratis, ne parcendo malis, eorum malitiæ præbeant incrementum et serpente paucorum malitia res incurrat publica detrimentum, *ibid.*, 925. — Legi non se occidendi divina auctoritas fecit quasdam exceptiones, Ivo Carnot., CLXI, 692.

De bello.

Hujus principii usus facit bella, abusus persecutiones. Quæstio ergo de bello et persecutionibus huc pertinet. Cum sapius nequaquam inutile erit callere quid de bello sit sentiendum, quid dicendum, hic collocabimus quos excerpimus SS. Patrum textus, alibi fortasse de persecutionibus opportunius tractaturi.

Inde bella et rixæ, S. Hieronym., XIX, 764. — Bella privata vehementer contraria sunt simplicitati et pietati christianæ, S. Agobardus, Adv. legem Gundob., CIV, 119. — Constantinus bellator potentissimus Cyrum et Alexandrum superat, Euseb. Pamphil. De vita Constant., lib. I, cap. 7 et 8, VIII, 12, 13. — Multa et gravia mala, sors eorum qui impia gerunt bella, Decret. et Constitut. Constantini Magn., VIII, 237. — Qui alterum in pugna publica occiderit jejunet quadraginta dies, S. Egbertus, LXXIX, 407. — Miles unde punitur si fecerit injussus (nempe si occiderit), inde punitur si non fecerit iussus, Alanus de Insulis, Contr. hæret. lib. II, cap. 22, CCX, 597. — Bella civilia quinque gessit Octavius Cæsar; Paul. Orosius, XXXI, 1042. — Bella civilia consurgunt tempore Valeriani, *ibid.*, 1117, 1118. — Bellum sociale totam commovit Italiæ, *ibid.*, 939. — Bellum in aditu Capitolii horridum, *ibid.*, 957, 958. — Bella robore non numero conficiuntur, *ibid.*, 785. — Bellum civile Constantinum inter et Maxentium, *ibid.*, 1134. — In bello justitia ipsis hostibus est servanda. Si constitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælio, adversus justitiam putetur aut loco prævenire aut tempore, S. Ambros., De offic. ministr., lib. I, cap. 39, XVI, 63. — Illud ostenditur exemplis Elisæi et Moysis, *ibid.* — Interest quibus causis, quibusque auctoribus homines gerenda bella suscipiunt, D. Augustin., Contr. Faustum Manich., lib. xxii, cap. 75-76, XLII, 447, 448, 449. — Belligerare et regnum dilatare, sola bonos reges impedit necessitas, Hincmar. Rhemens. archiep. de regis person. et regio ministerio, cap. 7, CXXV, 840. (Idem habet div. Augustinus, De civit. Dei, lib. IV, cap. 15.) — Non peccasse eos qui Deo auctore bella gesserunt, Hincmar., cap. 9, *ibid.*, 841; et CLXI, 1305. — Quod qui bella tractant et sub armis militant, Deo non displicent, Hincmarus, *ibid.*, cap. 10, CXXV, 841. (Idem habet August. ad Bonifacium, epist. 205.) — Militem potestati obedientem non peccare, si hominem occidat, *ibid.* (Idem habet D. August. De civit. Dei, lib. I, cap. 26.) — Qui improbos corripit ex amore justitiæ, nedum peccet, Christo servit., Hincmar., *ibid.*, 845. (Totum illud opus Hincmari de regis persona et regio ministerio circa punctum præsens utiliter consulatur.) — Plura vide de licitate belli apud Ivo. Carnot., Panorm., lib. VIII, cap., 45, 46, 47; CLXI, 1314, 1305. (*ibid.* De circumstantiis in quibus versari debet bellum ut sit licitum, idem habet D. August., Contra Faust. Manichæum, lib. xxii, cap. 74.) — Justum bellum est quod edicto geritur, de rebus repetendis aut propulsandorum hostium causa, cap. 54, *ibid.*, 1316. (Idem apud Isidorum, Etymologiar. lib. xviii, cap. 2.) — Aggrediatur rex cum gladio secare quæ sunt Deo placita, cap. 55, *ibid.*, 1316. — Militare non est delictum, sed propter prædam militare, peccatum est, cap. 60, *ibid.*, 1316, 1317. (Idem habet D. August., De verbo Domini, in Math. serm. 19.) — Non omnia bella sunt culpanda, Decreti part. x, cap. 107, CLXI, 727 et cap. 109, 110, 125, *ibid.*, 725, 728. — Ipsi milites Deo placent licet occidant, cap. 126, *ibid.*, 729.

In bello causa sit justa et pugnantis intentio recta; mors in bello tanto pretiosior quanto et gloriosior, CLXXXII, 912, 923. — De militia et bello vide perplura utilia in hoc S. Bernardi opere, De laude novæ militiæ ad milites

Templi : Si percutere in gladio omnino nefas est christiano, cur ergo præco Salvatoris contentos fore suis stipendiis militibus indixit, et non potius omnem eis militiam interdixit, D. Bernardus, ad milites Templi, cap. 2, CLXXXII, 924.

Finis belli. — Instituta est militia vel ob injuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, Gratiani Decret., pars II, causa 23, CLXXXVII, 1159. — An militare sit peccatum? In sensu affirmativo multa exstare videntur testimonia ex Scriptura sacra deprompta. Decem quas enumerat et assumit etiam ex traditione opponit Gratianus propositionem generalem quam sua vice traditione fulcit: præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis quam præparatione cordis sunt retinenda, CLXXXVII, 1159, 1160, 1161, 1162, 1163. — Attamen licet bellum in se sit licitum, quædam tamen in bello jure reprehenduntur, nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus feriter rebellandi, libido dominandi, et si quæ similia his sunt quæ in bellis jure culpantur, Gratiani Decret., part. II, causa 23, quæst. 1, cap. 4, CLXXXVII, 1163, 1164. — Conditiones ut bellum sit justum, quæst. II, *ibid.*, 1166. — Ex edicto debet geri de rebus repetendis aut propulsandorum hostium causa; feruntur objectiones ex agendi ratione et verbis Christi desumptæ, quæst. 3, *ibid.*, 1167. — De opportunitate belli, cap. 18, 24, 26, *ibid.* (Totum illud opus consule de qualibet causa ad bellum spectante; quæstiones ponuntur et resolvuntur juxta normam et verba traditionis Christianæ.) Qui Deo auctore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt, Grat. Decret. part. II, caus. 23, quæst. 5; cap. 9, 13, CLXXXVII, 1219, 1222. — Quid de homicidiis sentiendum quæ jure divino excitati populi perpetrarunt: nunc horum homicidiorum auctores sunt sotes, nunc insontes, cap. 49, *ibid.*, 1235. — In bello licite occiditur; probatur ex pluribus exemplis Veteris Testamenti, Philip. de Harveng., abb. Bonæ Spei, De Obedient. cleric., cap. 38, CCIII, 924. — De Treuga Dei. — Statuitur tempus Treugarum et decernuntur poenæ illud violantium et indicantur personæ quæ plena securitate gaudent tempore guerræ, Ivo, Carnot. episc., Panormiæ lib. VIII, cap. 147, CLXI. — De poenis eorum qui homicidium in treva Dei fecerint, Decret. part. x, cap. 31, *ibid.*, 700. — De treva Dei, quid sit, quies ab armis ab hora vespertina diei Mercurii usque in feriam secundam sequentem, sanctio hujus conventionis, approbatio et elogium, CXLIII, 1395, 1396.

De judiciis Dei. — Ferri caudentis vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, sacri non censent canones et quod sanctorum Patrum documento sancitum est, superstitionosa adinventio non est præsumendum, Ivo Carnot., Decret. part. x, cap. 27, CLXI, 699. (Per pauca de judiciis Dei, de treva Dei in Patrologia Latina occurrunt.)

Opera consulenda. — Quoad bellum cum fructu consulentes opus D. Bernardi, De laudibus novæ militiæ, ad milites Templi, CLXXXII, 922. — 2^o Gratiani Decret. part. II, causa 23, quæst., 1, 2, 3, 4, CLXXXVII, 1159, 1213. (Per multa et fere omnia de bello scitu necessaria ibidem logice tractata invenies.)

Facta varia. — Marcionitæ præceptum non occidendi in ipsa pecora extendunt, D. August., De civit. Dei, lib. I, cap. 20, XLI, 34. — Manichæi illud extendunt ad ipsas herbas, *ibid.* — Elias justus etsi multos pseudo-prophetas sua manu peremerit, *ibid.*, XXXIII, 940. — Ipsiis vitæ insidias parantes Constantinus Maximianum et alios nocentes mori tradidit, Euseb. Pamphil., De Vit. Const., lib. I, cap. 17, VIII, 29. — Abraham jussus filium immolare non tentandæ fidei sed probandæ gratia, Tertull., I, 1164. — De eodem vide D. August. Contr. Faust. Manich., lib. xxii, cap. 73; XLII, 446. — Phinees occidit, Abraham occidit, Petrus geminum fecit homicidium et sic fecerunt opus spirituale. Non soa igitur respiciamus opera, sed tempus et causam et voluntatem et personarum differentiam et quantacunque alia ipsis operibus acciderint diligentissime requiramus, Ivo, Carnot. episc., Decret. part. x, cap. 63, CLXI, 714. (Idem habet S. Chrysost. super Matth. hom. cap. 18.) — De facto S. Bonifacii qui aliquem sermone suo cum morore ad mortem jaculavit, cap. 67, *ibid.*, 711. — Ideo Phinees foedus æterni meruit sacerdotii, quia in zelum se extulit ultionis, Petr. Damian., De cælibat. sacerdot., cap. 1, CXCIV, 381. — Jephthe filiam suam legitur obtulisse, non tamen hoc mandatum a Deo legitur accepisse, nec invenitur in Scriptura evidens testimonium, unde constet illum Deo per talem hostiam placuisse, Philip. de Harveng., De obed. cleric., cap. 38, CCIII, 525. (Ibidem invenies de facto Abraham filium immolaturum.)

Principii hujus abusus. — Necem nefariam fecerunt qui in quadam seditione et prælio principum homicidium perpetrarunt et propter favorem dominorum suorum temporalium, æternum Dominum contempserunt et mandata illius spernentes non casu sed industria homicidium perfecerunt, Raban. Maur., Pœnitent., cap. 4, CX, 471, 472. — Rex David cædis reus, Tertull., II, 14. — Apud Romanos degeneratos homo in spectaculis occidebatur in hominis voluptatem et ut quisque posset occidere, peritia erat, usus erat, ars erat, S. Cypriani, epist. 1^a n. 6, IV, 206. — Apud Romanos homicidium quod cum admittunt singuli crimen est, virtus vocabatur cum publice gereretur, *ibid.*, 205. — Herodes rex valde iratus occidit omnes pueros infra biennium qui erant in Bethlehem, S. Maxim. Taurinens., LVII, 286. — Scelus Herodis in occisione Joannis Baptist. describitur, id., S. De capit. Evangel., cap. 4, *ibid.*, 811.

ASSERTIO V. — Homicidium privatum indirectum (id est non in re et prima mentis acie intentum) sive in nobismetipsis sive in aliis perpetratum, rationabili et sufficienter gravi urgente causa, est licitum.

Licet, nostris scholasticis et persæpe subtilioribus theologiæ distinctionibus non adhuc saltem quoad formam initiali, SS. Patres Latini de præsentis puncto perpauca scripserint, tamen non omnino præterivere; illa pauca studiose et edulo hic congreganda curavimus, notatu sane et retentu pro rei momento et difficultate digna. — Duplex ergo ponitur quæstio, una generalis circa quam sunt sat unanimis theologi in sensu affirmativo, alia specialis et practica circa quam sat magna viguit discordia, utrum nempe ad homicidium privatum, indirectum rationabilis et sufficientis gravis causa sit et censeatur: 1^o fama et honor periclitans; 2^o bona fortunæ magni valoris peritura; 3^o propria vita injuste aggressa; 4^o pudicitia invasa; et 5^o juris maritalis per adulterium læsio. Effata Patrum quintuplici illi quæstioni adnectimus, notantes quod circa primum et ultimum nihil sat expressum et modulatum occurrit.

1^o *De fama et honore per occisionem in vasoris tuendis.* — Donatistæ honore spoliaverunt episcopos et sacerdotes, homicidæ pessimi. Quid enim prodest quia vivunt homines, si honore a vobis occisi sunt? In comparatione operis vestri, latronum levior videtur immanitas. Vos vivum facitis homicidium, S. Optatus, De schismate Donatist., lib. II, cap. 21 usque 25, 976, 977, 978. — Qui famam suam præ socordia negligit crudelis est, D. August., CLXXI, 304. — Imo, ut ego puto, nec conscientiam bonam habemus si per nostram negligentiam incurrimus infamiam, Hildeberti Cenom. epist., epist. 52, CLXXI, 304. — Melius est nomen bonum quam divitiarum multæ, D. Bernard., CLXXXII, 602 et 606.

Ut vides quid magni de bono nominis prædicant hii textus. Inde ne concluderes recte quod pro tam præstanti, quid dico, pro præstantissimo bonorum naturalium omnium defendendo et illius jactura præcavenda liceat tibi homicidium in adversario committere? Minime juxta hodiernos.

2^o *De bonis fortunæ magni valoris.* — Apud divinam providentiam haudquaquam sunt peccato liberi qui pro his rebus quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt, D. August., De libero arbitrio, lib. I, cap. 5, n. 13, XXXII, 1228. — Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate vel injuste aliquid auferendi, an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite, Gratian. Decret. part. II, causa 25, quæst. 5, cap. 19, CLXXXII, 1225. — Ut vides, nihil explicitum occurrit. — Attamen D. Augustinus sententiam suam aperit his verbis: Non pertinet ad homicidium si fur nocturnus occiditur, si autem diurnus, pertinet. Poterat quippe discerni quod ad furandum, non ad occidendum, venerit et ideo non deberet occidi. Sic se declarans contra eos qui pro conservandis temporalibus bonis furem occidunt; simimetipsi contradicunt declarando alibi nequidem licere occidere, quod hic excusat, ad tuendam propriam vitam contra furem vel alium nos injuste aggredientem.

3^o *De propria vita injuste aggressa et defendenda,* quod etiam nuncupatur de defensione occisiva. Duplex explicitè expressa occurrit sententia, altera affirmans, altera negans.

1^a Affirmans. Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate vel injuste aliquid auferendi, an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite, Gratian. Dec., part. II, causa 22, quæst. 5, cap. 19, CLXXXII, 1225. — Ultra præceptum: «Non occides,» perfectionis est consilium. «Non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi et alteram.»

Cæterum vera et vere christiana innocentia in tantum abhorret sanguinem ut non resistere malo tanquam præceptum accipiat et prædicet, Ruperti abb. Tuitiens., de S. Spirit., lib. V, CLXVII, 1726. (Nodus difficultatis omnis hic certo solvitur: «Non resistere malo,» est consilium, ultra præceptum, non præceptum sed tanquam præceptum.) — Fortitudo quæ vel a Barbaris in bello patriam vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena justitiæ est, Ivo Carnot., Panormia, lib. VIII, cap. 31, CLXI, 1312. (Idem habetur apud S. Ambros., De officiis, lib. I.) — Ubi inevitabilis urget opportunitas pro defensione tam sua quam patriæ seu legum paternarum, nequaquam bellorum præparationi est parcendum, ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat et suæ ac illorum saluti consulere non procuret, *ibid.*, cap. 57, *ibid.*, 1313. — Non inferenda, sed depellenda injuria lex virtutis est: qui enim non repellit injuriam a socio si potest, tam est in vitio quam ille qui facit, cap. 58, *ibid.*, 1316. (Idem habet, D. Ambros., De officiis, lib. I, cap. 56.) — Injuria occidere intelligitur qui nullo jure occidit. Itaque qui latronem insidiantem occiderit non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest, ac is ne quidem hac lege tenetur qui casu occidit, id., Decret. part. X, cap. 49, *ibid.*, 704. — Defensio occisiva justa declaratur, cap. 118, *ibid.*, 727. (Idem habetur in Pandectæ, lib. I, tit. 3.) — Depellere a socio injuriam lex virtutis est, cap. 120, *ibid.* (Idem S. Ambros., De officiis, lib. I, cap. 56.) — Si quis homicidium sponte commiserit et non violento resistens sed vim faciens, graviter pro semper pœniteat, cap. 143, *ibid.*, 754. — Duo viatores a suo hospite ad necem lacesiti illum semetipsos defendentes occiderunt quin timuerunt peccati notam incurrere, Gezo, abb. Derton., De corpore et sang. Christi, cap. 59, CXXXVII, 402. — Licet vim vi repellere. Refelluntur objectiones præsertim ex Scriptura sacra et praxi primitivæ Ecclesiæ desumptæ, Petri Pictaviensis sentent., lib. IV, CCXI, 1150, 1151. — Multorum est opinio non licere homini occidere hominem ne ab eo occidatur, juxta Augustinum..... Sed concedimus etiam quod vim vi repellere licet cum moderamine inculpatae tutelæ, nec licet repellendo injurias hominem occidere ex deliberatione, si tamen intuitu se defendendi occiderit alium non intendendo eum occidere, non peccavit mortaliter, Alanus de Insulis, Contr. hæreticos, lib. II, cap. 22, CCX, 397, 398. — Lex humana dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo occidatur, occidat, S. August., De libero arbitr., lib. I, cap. 5, XXXII, 1227. — Non pertinet ad homicidium si fur nocturnus occidatur, si autem diurnus, pertinet: poterat quippe discerni quod ad furandum, non ad occidendum, venerit, et ideo non deberet occidi. Hoc et in legibus antiquis sæcularibus invenitur impune occidi nocturnum furem quoquo modo discernens autem si se telo defenderit. Jam enim plus est quam fur, S. Augustin., Quæst. in Heptateuchum, lib. II, cap. 84, XXXIV, 627. — Sic divus Augustinus forte sibimetipsi contrarius. Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate vel injuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone, an ulciscendi vel obediendi ordine, sicut a judice, sicut a carnifice, an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. Non omnis qui causa alienæ mortis est, reus est, id., epist. 153, cap. 6, XXXIII, 660, 661. — Si quis homo hominem invaserit et homo assalitus, supra corpus suum defendendum, illum interfecerit qui eum assalaverit, pacem firmam inde debet habere erga Deum et erga amicos occisi, CCLX, 316. — Si quis se defendendo aut parentes suos aut familiam suam occidit aliquem ille non erit reus, Halitgar., episc. Camerac., lib. Pœnitent., CV, 702. — Si quis, se defendendo, occiderit aliquem, non erit reus, LXXVII, 456. — Vim atque injuriam propulsemus. Nam jure hoc venit ut quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, jure fuisse æstimetur, Ivo Carnot., Panorm., lib. VIII, cap. 56, CLXI, 1316. — Qui seipsum defendendo alterum occiderit, saltem minus culpabilis judicatur. Isaac, episc. Lingou., Canones, tit. 2, cap. 2, CXXIV, 1085.

Sententia altera negans. — De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, D. August., epist. 47, XXXIII, 185. — Apud divinam providentiam haudquaquam sunt peccato liberi qui pro his rebus quas contemni oportet humana cæde polluti sunt, id., De libero arbitrio, lib. I, cap. 5, n. 13, XXXII, 1228. — Non videtur quod vir christianus et justus et sapiens quærere sibi vitam aliena morte debeat, utpote qui etiamsi in latronem armatum

incidat, ferientem referre non possit, ne dum salutem detendit, pietatem contamineat, S. Ambros., lib. iii, *De officiis*, cap. 4. — Occidentem occidere non licet, sed occidi necesse est, S. Cyprian., epist. 36. — Occidere innocentibus nec nocentem liceat, id., epist. 57. — Justis non licet impios interficere, S. August., epist. 44, cap. 4, 5, XXXII, 177, 178. — Discutitur tota illa quæstio, scilicet an possimus alterum occidere ne ipsi ab eo occidamur, id., *De liber arbitr.*, lib. i, cap. 5, XXXII, 1227. — Clericus sacerdos qui se defendendo paganum occiderat, multum sibi consulit si ab officio sacerdotali recesserit, Nicol. I, Epist. et Decret., CXIX, 1151, 1152. — Qui se defendendo, injustum aggressorem occiderit, septem annis pœniteat, Isaaci episc. Lingon., Contr., cap. 13, CXXIV, 1087. — Qui sacerdotem in se armis irruentem interfecerit, ad se defendendum, dicitur instinctu diaboli hanc presbyterum occidisse et consequenter pœnitentiæ canonicæ subicitur, Alexandr. II, epist. 116, CXLVI, 1404. — Refertur sententia divi Augustini circa defensionem occisivam et pudicitiam tuendam, Ivo Carnot., Decret. part. x, cap. 101, CLOI, 722, 723 (Prædixerat tamen auctor quod potest homo aliquando occidi sine peccato.).

4° *De pudicitia invasa.* — Duplex adhuc viget sententia, alia negans et alia affirmans.

Sententia negans. — Pudicitia est in anima, unde a violento stupratore cripi non potest quo pacto illos ergo defendam qui interficiunt non invenio, D. August., *De libero arbitr.*, lib. i, cap. 5, XXXII, 1228. (Vide magis evolutam hanc sententiam in divo Augustino in suo opere *De civit. Dei*, lib. i, cap. 16, 17, 18, 19, 20, XLI, 30, 31, 32, 33, 35; licet S. Doctor tantum de occisione suis loquatur, tamen illius verba ad invasorem extendi possunt.)

Sententia affirmans. — Quod eos qui non improbant ut quis semel ipsum interficiat ad servandam pudicitiam, non videtur an non extenderunt hanc potestatem etiam in vitam aggressoris. — Lex humana dat potestatem cuiuspiam viro aut feminæ ut violenter sibi stupratorem irruentem ante illatum stuprum, si possit, interimat, D. August., *De libero arbitr.*, lib. i, cap. 5, XXXII, 1227. — Libertate opus est et audacia ad defendendam pudicitiam, id., XIX, 979. — Pudicitia honestis mentibus magis cura est quam vita, S. Hieronym., XX, 309. — Pudicis mentibus plus virginitas est quam regnum, *ibid.*, 507.

5° *De adultera in flagranti delicto deprehensa.* — Non licet homini christiano adulteram conjugem occidere, S. August., *De conjugii adulterin.*, lib. ii, cap. 25, XL, 481. — Theodoricus rex ad Crispianum scribit, qui quemdam in adulterio cum sua uxore deprehendens occiderit, pro amore pudicitiae porrigere ferrum maritis non est leges calcare sed condere. Vide totam epist. 37, Aurel. Cassiod., *Variarum lib.*, LXIX, 533. — Primi christiani pudicitiam vitæ anteponebant, Tertull., *De pudicit.*, II, 983.

ASSERTIO VI. — Homicidium mediatum (illud cui tantum cooperamur) sortem sequitur respectivam homicidii immediati sub multiplici præcedenti respectu consideratum.

Homicida est qui cum possit hominem de morte liberare, non liberat, S. Hieronym., XX, 789. — Mandatores cædis, id est qui homines præcipiunt vel suadent interficere perinde ut homicidæ puniantur, Regino abb. Prum., *De eccles. disciplin.*, lib. ii, cap. 86, 87, CXXXII, 301. — Qui voluntatem habet occidendi hominem etiamsi non percusserit, occidit, B. Brunon. Herpibol. episc., Exposit in psal. xli, CXLII, 234, 235. — Homicidia non solum manibus sed tractatione et consensu fiunt, S. Bruno Carthus. institut., Exposit. in Epist. ad Roman., cap. 1, CLIII, 27. — Sunt quidam qui se reos non putant si non operantur quæ mala sunt, consentiunt autem facientibus. Consentire autem est si quis cum possit reprehendere, taceat vel aduletur; sed facientes et consentientes æternam mortem merentur, Hervæi monach. Burgidol., Exposit. in Epist. ad Rom., cap. i, CLXXXI, 618. — Periculose se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt, et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exhortationem hominis extinguunt. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sed tamen illis mors Domini imputatur, majus peccatum habentibus, Ivo Carnot. episc., Decret., part. x, cap. 160, CLXI, 758. — Idem refert, Gratian., Decret., part. ii, causa 33, quæst. 3, *De pœnit.*, cap. 23, CLXXXVII, 1526. — Non solum opere perpetrans homicidium facit, sed etiam qui non subvenit in gravibus necessitatibus proximo, illius homicida habebitur, Alcuinus, *Brevis Exp. Decalog.*, C,

569. — Si ad homicidium clericus consenserit et factum fuerit septem annos doleat, S. Egbert Ebor. archiep., LXXXIX, 400. — Quæ vitia et atrocina a nobis comprimari possunt, nisi compescuerimus ea, innocii non habebimur. Scriptum est enim: Qui cum crimina potest emendare et non corrigit, ipse committit, Ivo Carnot., Panormia, lib. viii, cap. 20, CLXI, 1309, 1310. — Idem habet, Gratian., Decret., part. ii, causa 23, quæst. 8, cap. 12, CLXXXVII. — Si quis homicidii aut facto aut præcepto aut consilio aut defensione post baptismum conscius fuerit et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit dejiciatur et in fine vitæ suæ laicam communionem tantummodo recipiat, cap. 8, *ibid.*, 257, 258. — Qui hominem voluntarie occidere voluerit et perpetrare non potuerit ut homicida puniatur, CLXI, 705. — Aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est quam qui occidit, D. August., epist. 153, cap. 6, XXXIII, 661.

Rebus ut in se sunt et a SS. Patribus habitæ jam expositis, restat adhuc unum non omnino intactum in Patrologia Latina punctum, nempe homicidii pars forensis, quomodo tunc circa illud jurisprudentia versaretur quidquid de illa occurrit, fide iter exponemus.

CAPUT II.

JUS PUBLICUM CIRCA HOMICIDIUM.

Venefici capite damnentur qui artibus odiosis, venenis vel susurris magicis homines occiderint, Ivo Carnot., episc., Decret., part. x, cap. 26, CLXI. — Homicidæ submittant se et emendent, vel scienter in peccatis moriantur, Canut. I, rex Angl., CLI, 1178. — Si homicidium manifestum fiat quod quis sit trucidatus, tradatur cognatis homicida, et si accusatio sit et purgatio male succedat, judicet episcopus, id., *Leges ecclesiast.*, cap. 26, CLI, 1180. — De his qui homicidii infamantur, archipresbyter consilii illius civitatis nomina eorum ascribat et comes eos conveniat et si sunt rebelles, in carcerem redigat donec aut pœnitentiam dignam agant aut si negant ignito ferro sive adjurata aqua examinentur, Bracii, ducis Bohem. leges, CLI, 1258. — Fratricidas et parricidas sive sacerdotum interfectores et hujus modi capitalium criminum reos archipresbyter assignet comuniti vel duci qui per manum vel ventrem ferratos de regno ejiciat, ut iustar Cain juge et profugi circumeant terram, *ibid.*

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis conciliata est et ipse vir aliquem illarum se defendendo occiderit, et si hoc probari potest ille vir eam ream esse consilii, potest ipsam uxorem dimittere. Ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subjecta absque spe conjugii maneat, Ivo Carnot., Decret., part. x, cap. 169, CLXI, 740. — In Novo Testamento nullus ignoranter occidens morte punitur, imo quomodocumque occidat si ad ecclesiam confugerit salvus erit. — Puniantur tamen rei a sæculari iudice ut pœna unius sit metus multorum, Alanus de Insulis, lib. ii, cap. 22, CCX, 397. — Casus particularis ubi pro pecunia in compensationem alicujus homicidii data, salvus conductus homicidæ liberatur, Appendix ad mortem Marculphi formulas, 39, LXXXVII, 795. — Homicidis vel cæteris reis qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint nullus eis victus detur, Benedict., Capitul. Collect., lib. ii, cap. 193, XCVII, 724. — Quæ sunt homicidii in aliqua ecclesia vel in ejus atrio perpetratis propria, vide apud eundem, cap. 250, *ibid.*, 729.

Diversæ pœnæ flagellatoribus et occisoribus episcoporum imponendæ: Si in sua pravitate obstinate perseverent, ad ultimum ab Ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecari possunt, Nicol. I, Epist. et Decret. cap. 141, CXIX, 1154. — Balduini Flandriæ et Hamoniæ comitis leges de homicidio, *ibid.*, 916. — Si homo fugitivus qui hominem interfecerit vel homini membrum abstulerit vel bannitus in patriam redierit, nulla villa libera nullusque dominus vel homo illum tueri vel garandire potest, *ibid.*, 917. — De eo qui propriam uxorem interfecerit, Ivo Carnot., Decret., part. x, cap. 166, 167, 168, CLXI, 739, 740. — Excommunicatorum interfectoribus prout morem Romanæ Ecclesiæ nosti; secundum ipsorum intentionem modum congruæ satisfactiones injunge. Non enim eos homicidas arbitramur quod adversus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentibus, eorum quoslibet trucidasse contigerit, Urbani II, epist. 123, CLI, 394. — Juxta leges Gratiani, Valentimani et Theodosi, lata mortis sententia executioni non tradatur nisi post triginta dies, Ivo Carnot. episc., Panormia, lib. viii, cap. 10, CLXI, 1308. (*Ibid.*, cap. 11, non sunt homicidæ qui zelo Ecclesiæ excommunicatos trucidant.) — De iu-

ducis homini a iudice dandis antequam occidatur, id., Decret., part. x, cap. 47, CLXI, 703.

Reus sanguinis defendat Ecclesia ne effusione sanguinis particeps fiat. Hoc principium S. Gregorii papæ a Gratiano citatum et longe magis evolutum est summa jurisprudentiæ Ecclesiæ per ætatem mediam; ipsa enim abhorret a sanguine. Illud evolvens, ut diximus, principium Gratianus extendit præceptum: « Non occides » ad ipsos malefactores et morte plectendos a sæculari potestate. Vide Gratianum, Decret., part. II, causa, 23, quæst. 5, CLXXVII, 1213, 1214, 1215, 1216, 1217.

Præter homicidium, quintum Decalogi præceptum sibi vindicat mutilationis peccatum et recte quidem, cum mutilatio sit quoddam homicidium inchoatum. Ad integritatem igitur nullam subjungimus. Omnes quidem divisiones et distinctiones illi recte competunt quæ de homicidio perfecto tradidimus; illas hic tamen negligimus prout non sufficientibus et sat paucis Patrum textibus instructi.

CAPUT III.

DE MUTILATIONE, SIVE SUI, SIVE ALTERIUS, SIVE DIRECTA SIVE INDIRECTA.

Grave est adulterare opus Dei: bonum habemus artificem et pictorem. Noli, o homo, bonam delere picturam, Ambros., Hexaemer., lib. VI, XIV 260. — Si quis membrum sibi voluntarie truncaverit, tres annos pœniteat, LXXVIII, 455. — Si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui homicida est et Dei conditionis inimicus, Dionys. Exig., Cod. can. eccles. XII, LXVII, 144. — Si quis, cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur, *ibid.* — Laicus semetipsum abscindens annis tribus communionem privetur, can. 24, *ibid.* — De eodem argumento vide concilium Nicænum, can. 1, et Dionys. Exig., LXVII, 147. — Duo monachi castrantes se quasi propter regnum cœlorum, a multis episcopis quos adierunt, imo tandem ab ipso summo Pontifice quem inviserunt, damnati et successive excommunicati sunt, De Vitæ Patr., lib. V, LXXIII, 968. — Non licet seipsum castrare propter regnum cœlorum, *ibid.*, 969. — Circumcidit se monachus a diabolo deceptus, lib. IV, cap. 46, *ibid.*, 842. — Sacerdos quidam, qui seipsum mutilaverat, virilia sibi abscindendo, lepræ vitandæ gratia, potest in sacerdotio ministrare ex licentia, Innocent. III. epist. 310, CCXIV, 15. — Villicus qui presbytero cuidam voluptuose cum sua uxore agenti nasum absciderat et linguam læserat, anathemate percellitur, deinde sub quibusdam conditionibus absolvitur, Innocent. III, epist. 156, CCV, 461. — Innocentius III jubet ut presbytero cui præter vulnera inflictæ, genitalia amputata fuerant, sacerdotale officium exsequendi licentia tribuatur et adversus tale facinus perpetrantes sententia excommunicationis fulminetur, epist., lib. VIII, Epist. 16. Sacerdoti cui adhuc diacono miles quidam zelotypio commotus virilia totendit, et nonobstante hoc canonico impedimento ordinationi se sistenti et ordinato, Innocentius III benigne indulget ut possit in ordine suo ministrare, Epist. lib. XI, epist. 103, CCXV, 1423. — Daniel et socios in captivitatem eviratos fuisse tradunt Hebræi, Valaffridus Strab. Fuldens. monach., Glossa ord., cap. 59, CXIII, 1280. — Qui se absciderunt, de clero eximentur, Fulgent. Ferr. Abbrev. can., can. 145, LXXXVIII, 826. — Qui per rixam icu debilem vel deformem hominem fecerit, solvat impensas medico et medium annum pœniteat, Theodor., archiep.

Cantuar., Pœnitent., cap. 23, XC, 915. — De membro ablato, CCIX, 917. — Qui aliquem crinosum truncaverit vel membris debilitaverit vetus homicida iudicabitur, Decret. Gratian., part. II, cap. 35, quæst. 8, CLXXVII, 1262. — Exemplum horribilis mutilationis, Alberici Aquen. Hist. Hierosoly., lib. VII, cap. 9, CLXVI, 573. — Miles quidam non sat religiosus quemdam monachum et alium presbyterum castravit, inauditum et immane, ut vocatur, facinus longa et dura coactus est piare pœnitentia, Ivo Carnot. episc., epist. 153, Decret., part. XI, cap. 26, CLXI. — Qui sacerdotum vel Levitam vel monachum debilitaverit in monasterio semper sub ardua pœnitentia serviat Deo, Isaaci episc. Lingon., Can., cap. 9, CXXIV, 1086, 1087. — Detestanda est abscissionis passio ut et qui invitis eam intulerit legibus publicis puniatur et qui seipsum castraverit infamis habeatur. S. Hieron. Commentar. in Epist. ad Galat., lib. III, cap. 5, XXVI, 405. — Qui seipsum castraverit, infamis habeatur, *ibid.* — Canones Nicæni statuunt observandum esse ne quas sibi virilia effodit impatientia libidinis, ad clerum venerit et assumereetur (S. Hieronym.).

Diversa genera mutilationis sive voluntariæ sive involuntariæ, sive propria sive aliena manu factæ, sicut et annexas pœnas, vide apud Gratian., Decret., part. I, dist. 55, cap. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, CLXXXVII, 303, 304, 305, 306. — Non fiat clericus qui virilia amputavit, cap. 4, 5, *ibid.*, 302, 303. — Clericus quibuslibet personis truncationes inferens aut inferendas præcipiens, pro semper concessi ordinis honore privetur, ad finem vitæ ad communionem assumendus, Regino Prum. abb., De eccles. discipl., lib. II, cap. 55, CXXXIII, 296. — Qui hominem castraverit cui aliquid aliud fecerit ne possit generare vel concipere ut homicida capita puniatur, uti jubet lex Romana, cap. 88, 89, CXXXII, 301.

Opera SS. Patrum latinorum consulenda et fructuose circa homicidii et illius varias species legenda.

Pro homicidio in genere, Philippum de Herveng., abbatis Bonæ Spei, vir multi ponderis, *De obedientia cleric.*, versus, cap. 37, CCIII, 920, 927. — Petrum Abælardum, *Theologica et Philosophica, sic et non*, cap. 153, 156, CLXXVII, 1603, usque ad 1609. Per multos antiquorum refert ille celeberrimus vir textus et effata.

Pro licitate homicidii in republica, Alanus de Insul., lib. II, *Contra hæreticos*, opus docte et logice redactum, CXX, 396.

Pro duello, S. Agobardum, Lugdunensem episcopum, in suo libro *Contra iudicium Dei, adversus legem Gundobadam*.

Pro suicidio, ut jam diximus, S. Augustinum, in suo præclaro opere *De civitate Dei*, lib. I, XLI.

Pro parte forense homicidii, nempe præsertim pœnis infligendis, Reginonem, Prumiensem abbatem, *De ecclesiastica disciplina*, lib. II. — Burchardum, episc., Vormiacensem, *Decretorum*, lib. VI, CXL, 763 usque ad 778. — Ivonem Carnotensem episcopum, Decret., part. X, CLXI. — Gratiani, Decret., part. I, decret. 50. — Librum Pœnitentialem, Halitgarii episc. Cameracensis, et illius librum IV *De pœnitentia*, CV. — Rabanum Maurum, CXI. — Isidor. Mercat., CXXX.

Pro bello, Gratiani, Decret., part. II, causa 23. Ibi fere totum invenies quidquid scitu dignum aut necessarium ad bellum spectat.

CLXX.

INDEX DE SIMONIA,

USURA ET AVARITIA IN CLERICIS,
LECTORIS OB OCULOS PONENS VARIAS SS. PATRUM DE HIS SENTENTIAS,
LEGES ET DECRETA ADVERSUS PRÆVARICATORES,
TUM CIVILI TUM ECCLESIASTICA POTESTATE LATA, ET PŒNAS ILLIS INFLICTAS.

MONITUM.

Index noster, ad ordinem temporum et proinde tomorum Patrologiæ accommodatus, continet recursus ad omnia SS. Patrum loca in quibus de Simonia agitur.

Hoc Indice uti poterunt præsertim, quibus vel officium incumbet, vel inerit voluntas, in quibusvis adjunctis, loquendi aut scribendi de illa tam edaci animarum ærugine quæ Simonia nominatur, cujus usura soror, et mater est avaritia.

Unde, cum plenius absolverimus quæcunque nobis de Simonia notanda occurrent, pauca etiam, ut omnibus omnes hujus nefariæ et detestabilis familiæ vultus innotescant, de usura et avaritia addemus. Sic totus noster hoc triplici titulo includetur labor: 1° qui præcipuus, de simonia; 2° de usura: 3° de avaritia.

I. — DE SIMONIA.

TERTULLIANUS presbyter Carthag., I, 672: Simon Magnus de fide ejectus est, quia scilicet inter miracula professionis suæ etiam Spiritum sanctum per manum impositionem enundinare voluit. — II, 46: Simonianæ magiæ disciplina, angelis serviens, et ipsa inter idololatrias deputabatur, et a Petro apostolo in ipso Simone damnabatur.

CONSTANTINUS Magnus imperator, VIII, 95: Decernit contra tabularios pauperibus onera indebita imponentes. — 96: Contra suos procuratores qui alios vexabant. — 101: Ferme agitur de eadem re. — 189: Aliud decretum contra exactores.

PHILASTRIUS (S.), episcopus Brixia, XII, 1141: Loquitur de Helena, quam de Tyro meretricem vocat, asseritque eam seculam fuisse Simonem Magum. — 1195: Petrus apostolus dixerat Simoni Mago: *age penitentiam*, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti.

AMBROSIUS (S.), episcopus Mediolanensis, XV, 1628: Cito turpem sequitur lepra mercedem, et pecunia male quæsitâ corpus animumque commaculat. — 1797: Qui sunt nummularii, nisi qui de pecunia domini lucrum quærunt, nec bona malaque discernunt? — XVII, 919: Tales ergo negotiatores flebant et lugebant in inferno, quoniam mercedes eorum nemo emet amplius; amittent enim quod tenere videbantur, et incident in malum quod prævidere neglexerunt.

RUFINUS presbyter Aquileiensis, XXI, 475: Ne quis clericus aut usuras accipiat, etc.

HIERONYMUS (S.), presbyter Stridonensis, XXIV, 527: Simon et Elimas magi Petro fuerunt resistentes.

LEO MAGNUS (S.), papa, LIV, 507: Cathedram pestilentiae acquirere voluit Simon Magus, cum Spiritus sancti gratiam emere concupivit. — LVI: Appendix ad S. Leonis Magni opera, Codex canonum. — 537: Si quis episcopus ordinationem per pecuniam fecerit, et venderit rem quæ nisi gratia non acquiritur, et sub pecunia ordinauerit episcopum, sive presbyterum, vel diaconum, sui gradus periculum sustinebit. (*Et alia*) — 890 *et seqq.*: Quid episcopi non putent esse venale, qui sancta mysteria subicere commerciis?

MAXIMUS (S.), Taurinensis, LVII, 406: Simon Magus se Christum dicebat, asserebatque se volando ad Deum patrem suum conscendere posse. Sed Petrus, fixis genibus, precatus est Dominum, et precatione sancta vicit magicam levitatem.

DIONYSIUS EXIGUUS, codex canonum, LXVII, 144: Quod non debent officia ecclesiastica pecuniis obtineri. — 171: Quod non oportet episcopos, aut quemlibet ex clero per pecuniam ordinari. — 306: Ut clerici nullas negotiationes inhonestas et turpia lucra sectentur.

ARATOR (S.) Ecclesiæ Romanæ subdiaconus, LXVIII, 132: Hic leguntur carmina aliquot de amore auri.

M. AURELIUS CASSIODORUS, senator, abbas Viva-

riensis, LXIX, 778: Rex Athalaricus promulgat decreta saluberrima in simoniacos juxta antiqua senatusconsulta. — 781: Athalaricus rex jubet ut edictum suum et senatusconsulta de abigenda simonia tabulis marmoreis incidantur, et ante atrium basilicæ sancti Petri collocentur.

GREGORIUS (S.), episcopus Turonensis, LXXI, 173: Auctor noster invehitur in Neronem, qui secum habebat Simonem Magum. — 220: In memoriam revocat Simonem Magum ab arce excelsa in petram delapsam. — 365: Superbiam Simonis Magi revocat. — 406: Turpe lucrum vitare oportet, ne Simoni Mago similes efficiamur. — 728: Petrus, post neroniana ac simoniaca bella, ad crucem venit.

GREGORIUS MAGNUS (S.), papa, LXXV, 127: Ubi dona supernæ gratiæ venalia judicantur, gloria Dei non quæritur. — LXXIX, 610: Sunt qui in verbis habere videntur mansuetudinem, quique in corde furorem gestant hostilem. Qualis erat ille Simon Magus ab apostolis baptizatus, sed postea ab apostolorum principe reprobatus propter nefandæ venalitatæ ambitionem.

ANGELRAMNUS, episc. Metensis, XCVI, 1036, 1037, 1050, simonia damnatur.

CAROLUS MAGNUS, imperator, XCVII, 531: De presbyteris, qualiter introitum Ecclesiæ consequantur. — 186: Ut nullus abbas pro susceptione monachi præmium quærat. — 277: Ut nullus per pecuniam ordinetur. — 448: Ut hæresis simoniaca ita caveatur, ut non solum propter munerum acceptionem, sed neque consanguinitate familiaritatis aut cujuslibet amicitiae aut obsequii causa, deinceps ullus præbeat.

PAULINUS (S.), patriarcha Aquileiensis, XCIX, 296: « Illud decernere curavimus ut nullus donum Spiritus sancti vendere vel emere præsumat. »

REMIGIUS, episc. Curiensis, CII, 1097: Qui pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.

SYMPHOSIUS AMALARIUS, presbyter Metensis, CV, 874: simonia damnatur.

RABANUS MAURUS, archiepisc. Mogunt., CVIII, 901: De non accipiendis muneribus et justis judiciis faciendis.

LEO IV, papa, CXV, 667: Docet episcopos simoniacos in concilio judicandos esse.

SERVATUS LUPUS (B.), presbyter et Ferrariensis abbas, CXIX, 669 *et seqq.*: Optat ut ecclesiastici honores, qui tantummodo sanctis et eruditis competunt, per pecuniam non obtineantur.

PASCHASIUS RADBERTUS, abbas Corbeiensis, CXX, 709: Legatur expositio in Matthæum, ad hæc verba: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

ISAACUS, episc. Lingonensis, CXXIV, 1098: Si quis præsumpserit obtinere a rege dignitatem quam non meruit, habeatur sacrilegus.

HINC MARUS, archiepisc. Rhemensis, CXXV, 802: Non idonei ne ad ordinem adducantur pro aliquo munere.

ISIDORUS MERCATOR, Decretalium collectio, CXXX,

17 : Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur. (*Et alia.*) — 309 : Pervenit in sanctam synodum quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam et reliqua. — 423 : Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum vel clericorum more sæcularium iudicium audeat accipere pro impensis patrociniis munera. (*Et reliqua.*) — 470 : Perniciosa consuetudo simoniæ Ecclesiam perturbavit. (*Et multa adhuc.*) — 473 : Avaritia radix est cunctorum malorum, cujus sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. — 581 : Si quis presbyter aut diaconus inventus fuerit aliquid de ministeriis Ecclesiæ venumdisse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi.

REGINO, abbas Prumiensis, CXXXII, 234 : De his qui per pecunias ordinati fuerint. Ipsi et eorum ordinatores dejici debent. — 257 : Ne presbyteri per pretium ecclesias obtineant. Ex concilio Moguntiacensi.

RATHERIUS, episc. Veronensis, CXXXVI, 429 : Simonis maledictio memoratur. — 512 : Qui non intrat per ostium in ovile ovium, ille fur est et latro. — 593 : Simoniacum quid quis perpetrans, damnationem Simonis non poterit evadere. — 676 : In epistola, Ratherius commendat Martino coepiscopo ne citius alicui manus imponat, et ut recordetur verborum Petri ad Simonem Magum.

Canonum prisca collectio, CXXXVIII, 400 : Quod sacra ordinatio nullatenus vendi debeat. (*Et alia.*)

ABBO (S.), abbas Floriacensis, CXXXIX, 483 : Simonia damnatur.

BURCHARDUS, episc. Ecclesiæ Wormatiensis, CXL, 555 : Ne episcopi per simoniacam hæresim regiminis locum obtineant. — *Ibid.* : De his qui pretio mercati sunt sacram dignitatem.

JOANNES XIX, papa, CXLI, 1157 : Invehitur in simoniacos, et, inter cætera, hic præclara leguntur sequentia : « Parcite, quæso, parcite, qui dicimini sal terræ et lux mundi. Sufficiat hominibus jam semel Christum fuisse venditum pro communi salute universorum. »

LEO IX (S.), pontifex Romanus, CXLI, 621 : S. Leo in synodo Moguntina quadraginta episcoporum, præsentem Henrico imperatore, simoniacam hæresim damnat.

HUMBERTUS, cardinalis, episc. Silvæ candidæ, CXLI, a col. 1006 ad col. 1211 : Exstant libri tres adversus Simoniacos.

PETRUS DAMIANUS (S.), cardinalis et episcopus Ostiensis, CXLIV, 222 : Simoniaci anathematizantur. — CXLV, 105 : Gezi magister fuit vendentium, quemadmodum Simon Magus videtur auctor esse emptorum. (*Et alia multa.*) — *Ibid.* : Quod Balaam simoniacus fuit, et tamen prophetiæ spiritum non amisit. — 139 : Quod usque ad hoc tempus simoniaca hæresis viguit. — 152 : Invehitur scriptor in simoniacos. — 526 : Hic legi potest opusculum de sacramentis per improbos administratis.

ALEXANDER II papa, CXLVI, 1296 : Alexander II Gervasium, Remensem archiepiscopum, prohibet ne consecret Josselinum Suessionensem episcopum de simonia convictum. — 1297 : Alexandri II epistola ad Josselinum archidiaconum Parisiensem, de eo qui episcopatum per simoniam acquisivit. — 1298 : De simoniaco extirpandis. — 1362 : Alexandri epistola clero Mediolanensi, de archiepiscopo simoniaco. — 1383 : Clero Mediolanensi, de simoniaco. — *Ibid.* : Populo Mediolanensi, de presbyteris simoniaco. — 1406 : De episcopo simoniaco. — 1388 : Alexandri II epistola ad clerum et populum Lucensem contra sacras ordinationes et collationes beneficiorum simoniacas.

JOANNES GUALBERTUS (S.), abbas et Vallumbrosanæ congregationis primus institutor, CXLVI, 792 : Alios hortatur ad eradicandam hæresim simoniacam.

JOANNES archiepisc. Rothomagensis, CXLVII, 223 : De officio pastoralis ad pastores Ecclesiæ.

MAXIMUS (S.) Taurin. — Quisque post acceptam gratiam gustaverit de lascivia sæculari, accipit boni mali que discrimen, LVII, 360. — Dominus noster totius turpitudinis emendator... præcipiti vigore incentiva lubricæ carnis antevertit, 750. — Quam longe a corde hominis vult abesse luxuriam, qui tanta cautela lascivientes reprimit et castigat obtutus, *ibid.* — Scorpionis libido nos compungit, 340. *Vide* 810.

PRUDENTIUS (S.). — Insani amoris descriptio, LX, 55.

EUGYPIIUS abbas. — Quid præsertim vitare debeant adolescentes, LXII, 605.

BOETIUS. — Ebrius similis est qui bonis caducis adhæret, LXIII, 724.

FULGENTIUS (S.) Rusp. — Amor inordinatus, initium peccati, LXVII, 167. — Defectus a summo bono ad infi-

num bonum, hoc est peccatoris proprium et voluntarium malum, *ibid.* — Amor mundanus cur vitiosus, *ibid.*

VITÆ PATRUM. — Amor impudicus amore divino vincitur, LXXIII, 563. — Libido vivit etiam in senibus, 883. — Libidinis tentatio molestiis superanda, 810. — Libidinem dæmones incendunt, 566.

GREGORIUS (S.) MAGNUS. — Voluptatis perfectio frustra quæritur, LXXV, 667. — Omnis descensus est in voluptate, 782. — Deus nos docet carnis voluptates cavere, LXXVI, 363. — Contra mundi voluptates invehitur, 1113. — Diabolus ad tentandum tempus observat, LXXV, 566. — Quanta diaboli in decipiendo astutia, 1047. — Ejus suggestiones variæ, 1063; LXXVI, 716. — Malæ cogitationes, unde procedant interrogandæ et repellendæ, LXXV, 587, 628, 629. — Ab iis nemo immunis, 1146. — Ratio instar dominæ, si redeat, ordini redeunt cordis cogitationes et foris dejicitur immundus spiritus, 546. — Libido carnem et per hanc omnia bene acta consumit, 201. — Luxuria ignis est usque ad perditionem devorans, *ibid.* — Virus libidinis de radice nascitur elationis, 564. — Concupiscentiæ ostia consensus noster aperuit, unde innumera mala, LXXV, 660. — Cor hominis abyssus, LXXVI, 77. — Custodiæ cordis et vigilantie necessitas, 118. — A rebus exterioribus ad cor redeundum, 350. — Humana corda dum terrena appetunt, diabolo conterenda se sternunt, 594. — Luxuriosi cæcitas, quanta, LXXV, 1162. — Luxuriosus tumultuantem cogitationum turpium in se turbam gestat, 667. — Quandiu vivimus concupiscentiæ incendium metuendum, LXXVII, 336. — Quid iis qui concupiscentia repentina peccant faciendum sit, 113. — Voluptas et adolescentia vanæ, 524.

TAIO, Cæsaraug. episc. — De luxuria, LXXX, 945.

ISIDORUS (S.) Hispal. — Amor vehementior qualis sit, LXXXII, 417. — Libido colebatur ab ethnicis, 324. — Quomodo cavenda, LXXXIII, 640. — Libidinis motus, 616.

BEDA (V.). — Dum concupiscentiis blandientibus caro enerviter subjugatur jam vitiorum exercitus firmiter adversus animum armatur, XCII, 52.

PAULINUS (S.). Aquileien. — Nunquam carnalis amor amorem cœlestem excludat, nunquam te, quæso, hujus fluctivagi ac mirabilis sæculi dulcedo decipiat, XCIX, 220. — Nulla te seducat corporis pulchritudo, ne intret mors in animam tuam per fenestras oculorum tuorum, *ibid.* — Quando mors venerit, dic mihi quanta remanebit in corpore pulchritudo, 220.

ALCUINUS (B.). — Castitatis tibi conscius esto, non libidinis, continentie, non luxuriæ, sobrietatis, non ebrietatis, C, 161. — Nulla carnalis concupiscentia beatitudinis iter vobis intercludat, 146. — Ubi immunditia est corporis, ibi habitatio diabolici spiritus, CI, 626. — Opponat homo desiderio carnis suæ æternorum flammis tormentorum, *ib.*

SMARAGDUS, abbas. — Adversus concupiscentiam carnis et spiritus invehitur, CII, 415. — Diabolus quando decipere quærit, prius naturam uniuscujusque intendit, inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum inspexit, 628.

SEDULIUS SCOTUS. — De veterum Romanorum luxuria pruriente, CIII, 20, 21.

AGOBARDUS (S.). Lugd. — De amore visibilium rerum, CIV, 211. — Vita libidini nimis dedita parum apta fit veritati percipiendæ, 220.

HALITGARIUS. — De luxuria, CV, 668. — Remedia adversus luxuriam, 669. — Canones adversus luxuriæ sectatores, 682. — Descriptio luctuosa sacerdotum carnaliter viventium, 692, 693. — Pastores dici volumus nec tamen esse contendimus, auditus noster nihil unde proficiamus admittit... Seipos non oves pascent... Tantum quid foveat et augeat voluptates nostras attendimus... Quis ad hæc non infremiscat, *ibid.*

JONAS Aurelian. — De immundis cogitationibus vitandis, CVI, 154. — Sicut volutabra suæ palustria, columbæ limpida solent frequentare fluentia, ita cogitationes impuram mentem immundæ perturbant, castam autem spirituales sanctificant, 154?

RABANUS MAURUS. — De concupiscentiæ origine in peccato primi parentis, CVII, 491. — Iniqui dum corde transire ad æterna negligunt et cuncta præsentia fugitiva esse non intuentur, mentem in amore vitæ præsentis figunt, et quasi longæ habitationis in eos sibi fundamentum construunt, 508. — Malorum consortium vitandum, exemplo Lot docetur, 536, 533. — Quomodo lubrica voluptas in prosperis expellenda sit, 632. — Pro carnis voluptatibus, laboriosa hujus vitæ itinera etiam lacrymis plena concupiscunt multi, CVIII, 635. — Immoderatus usus licitarum voluptatum ab ipso Christo arguitur, CX, 425.

EULOGIUS (S.) Toletan. — De impio Mahumeti dogmate, sic habet: Sic fautor immunditiæ et libidinum

voluptatibus serviens omnes vos perennis luxuriæ impuritatis dedicavit, CXV, 767.

HAYMO Halberstat. — Illi ad custodiam animæ sunt eligendi, qui per longa exercitia incentivum libidinis vel cupiditatis ardorem extinguere didicerunt, CXVIII, 123. — Semper nos carnalia trahere conantur ad inferna quibus omnimodis resistere debemus et insistere bonis et justis laboribus in castitate et continentia, 506.

PASCHASIUS RADBERTUS. — Discinctus miles ab impudicitia incentore cito vincitur, CXX, 187, 188.

HINCMARUS Rhemensis. — Talis frequenter est pietas ex qua nascitur non semel impietas; cum vincente carnis affectu, charitati illi quæ Deus est, charitas præponitur corporalis, CXXV, 855. — Quidam in vano accipiunt animam suam, dum ei curam carnis anteponunt, 850. — Antiquus hostis vel per elationem, vel per luxuriam premit humanum genus, 873. — Luxuriæ frena, quo liberius laxantur, eo noxius delectatur, *ibid.* — Perpendant luxuriosi qualem inhabitatorem, scilicet diabolus, habeant, qui, Scriptura docente, in locis humentibus, id est in lascivis et luxuria tepentibus cordibus requiescit, quos secum ad æterna tormenta præparat, 873, 874. — Qui ad perversa desideria ex carnis fetore arserunt olim eum sulfure et igne perierunt, 874. — Sic luxuriæ crimen Job definiit (xx, 12): *Ignis usque ad perditionem devorans*, 875.

ODO (S.) Cluniac. — Lugendum est præsentis vitæ tempus, in quo omnia confusa ubi nequitia et luxuriæ cuncta plena prospiciuntur, CXXXIII, 584. — Visitabit certe Dominus eritque testis velox adulteris quibus, juxta Amos, fuga non erit, sed si ascenderit ad cælum detrahet eos, et si celaverint se in profundum maris, ibi mandabit serpenti et mordebit eos, 585.

ATTO Vercell. — Moneantur illi qui ad fidem Christi transeunt ut non solum prava opera a semetipsis repellant, sed et turpes cogitationes extinguant, CXXXIV, 455. — Apostolus videns impatientes et incontinentes Corinthios concessit licita, ne transirent ad illicita, 551. — Qui servit libidini genua flectit diabolo, 561.

RATHERIUS Veron. — Ipsos judices et criminis ultores insequitur libido, CXXXVI, 164. — Viri est carnem animæ et animam Deo subigere, cum Dei adjutorio, contra sæculi voluptates, contraque carnis illecebras incedere, 190. — Insurgentes adversus spiritum insanos vitiorum voluptatumque tumultus forti mentis vigore mulier studeat devincere, 191. — Nisi præcedat latens superbia, non sequitur manifesta libidinis ruina, 200. — Sicut per superbiam itur in prostitutionem libidinis, ita a libidine pervenitur ad duritiam cordis, 201. — Luxuriosorum corda, diaboli monumenta, *ibid.* — Carnalia desideria, præsertim abstinence extinguuntur, 691.

AIMONUS Floriac. — Miseri clerici ad multa facinora inducti propter libidinem, exemplum terribile cæcitatibus et ingrati animi, CXXXIX, 728. — Impiæ reginæ Fredegundis illecebræ et crimina detecta, 730, 731.

Acta S. Henrici imper. et S. Cunegundis ejus uxoris. — Mira utriusque continentia, CXL, 49, 207.

FULBERTUS (S.) Carnot. — Qui per delectationis suæ molliem in cœnum luxuriæ ceciderit, hunc sine dubio diabolus apprehendit, quia eum, libertate castitatis ablata, in servitute libidinis captivavit, CXLI, 287: — Lugendi effectus luxuriæ per quaterniones dispositi, 289, 290.

ODORAMNUS monac. — *Audi, filia, et vide, et inclina aurem, et obliviscere populum tuum* (Psal. XLIV). Idololatriæ sive carnis titillationibus reluctando; et domum patris tui, nævum originalis peccati seu delectationes corporis, ne ad consensum usque perveniant, fugiendo, CXLII, 818.

GOZECHINUS, Scholasticus. — Quotidie in pejus pullulat exitialis morum et disciplinæ jactura, adeo ut in nullo regularis officii regimine liceat uti solemnium majorum censura vel ferula, CXLIII, 899. — Quia de moribus extrema vel nulla quæstio est: reversi ad suos, excusso ab indomita cervice timoris jugo, et disrupto disciplinæ freno, seipsos perditæ vivendo, alios fermento malitiæ corrupendo, totos rapiunt in præceps, 900.

ANDREAS, Vallumb. monac. — Sancti Arialdi modestia a teneris, CXLIII, 1440. — Cleri hujus temporis mores dissoluti, 1441.

PETRUS DAMIANUS (S.). — Certe dignum est ut dilectio spiritualis amorem superet carnis, CXLIV, 346. — Est enim amor inutilis aridus et insulsus, qui sic se occupat circa proximum ut non etiam porrigatur in Deum, 278. — Cum tantopere non exigenti naturæ sed impatienti gulæ deserviunt, velint, nolint, libera libidinis frena laxantur, 231. — Arguuntur qui in matrimonio, non gignendæ proli, sed ingentis deserviunt voluptati;

qui non tam mariti, quam proleclarii, non conjuges, sed potius sunt amatores, 232. — Qui virtutum lapidibus festinat atrium sublime construere, prius necesse est inhorrentia carnalium delectationum dumeta purgare, 426. — Si desideriorum passionumque carnalium sentes in carnis agro pullulare sinuntur, fame boni crescente, tota intus virtutum structura collabitur, 427. — Ager pigri et stulti hominis urticis spinisque repletur, cum caro cupisiam otiose viventis, non per disciplinam continui laboris excolitur, sed in voluptatis alque lasciviæ mollior desiderio et enutritur, *ibid.* — Homines pro quibus natus est Virginis Filius luxuriæ volutabro delectantur, 232. — Incentivæ libidinis fomites sunt avaritiæ et materia cupiditatis, 233. — Infelix cor meum, quod evangelica tenere mysteria centies perlecta non sufficit, semel aspectæ formæ memoriam non amittit 458.

BERNOLDUS. — De cælibatu sacerdotum utilis altercatio, CXLVIII, 1079.

ANSELMUS (S.) Lucensis. — Canones de clericorum, sacerdotumque continentia, CXLIX, 516, 519. — Canones de conjugatis, 523, 524, 527, 528.

LANFRANCUS (S.). — Illos qui carnaliter se amant, intervalla locorum quo prolixiora sunt, et a mutuo amore impensius separant; eos vero quis sincera Christianæ religionis jungit charitas, corporalis absentia minime disjungit, CL, 518. — Hanc dilectionem propter Deum indeficientem confitetur, 520. — Vere amicis est qui in misericordia nos increpat, hostis vero qui adular, *ibid.*

BRUNO (S.), Carthusianor. pater. — Affectionibus graditur animus, sicut pedibus corpus, CLII, 685, 703. — Item manus dicuntur eo quod per eas debellatur diabolus, *ibid.* — Concupiscentia fomes peccati dicitur, eo quod ab ea delectatio et occupatio mala oriatur, 793. — Puras manus vocat (Apostolus) mundas affectiones, ut nihil velint sibi dari a Deo, quod Deum dare nefas sit, CLIII, 438.

GUIGO prior Carthus. — De voluptatibus et vilibus delectationibus quinque sensuum, CLIII, 605. — Aut extingue penitus concupiscentiam, aut para te ad conturbandum, id est, ad timendum et dolendum unde non debes, 607. — De cupiditate, amore, et gloriatione terrenorum, 609. — De remediis adversus carnis tentationes, 810.

RADULPHUS ARDENS, Pictav. doctor-theol. — De B. Mariæ Magdalene imitanda conversione, CLV, 1398. — Terrenæ deliciæ magnæ reputantur quandiu desiderantur, si habeantur vilescunt et in fastidium vertuntur, 1441. — Opera tenebrarum opera præsertim carnalia dicuntur, 1670. — Luxuriosorum civitas luxuria est, 1702. — Ad quale bravium currendum sit, 1761.

GUIBERTUS de Novigento. — Qui proni sunt ad proprias libidines, nil scire nisi quod carni dulce sit quærunt, CLVI, 55. — Ubi Deus non est, neque ullum bonum est omen, 511. — Jesu bone! licet majora per te meruerimus, quid munditiæ, quid tranquillitatis in primo parentes perdidimus! 497. — Nunquam nisi per cælestis flammam desiderii mitigari poterunt carnis ardores, 498. — Voluptates virginitatis ingerunt contemptum, 497. — Voluptas etiam senes captivat, 580, 581. — Mollietis carnalis interna corrumpit et externa, 87. — Quomodo ipsi vita austeri in carnis vitium aliquando labuntur, 598. — Quanta circumspectione vitetur, *ibid.*

GOFFRIDUS, Vindoc. abb. — Anima carnem infecit, non caro animam, CLVII, 176. — Luxuria non est superbia gravior, sed turpior, 241. — Delicta lasciviæ juventutis Deum meminisse non sinit penitentia, *ibid.*

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Nihil amatur, nisi quod cognoscitur, CLVIII, 200, 413. — Ea homo diligit quæ sine tristitia non amittit, 1140. — Si adversitas earum rerum quas servus Dei contemnere debet, vos contristat, probatis vos plus quam oportet transitoria diligendo, minus quam decet æterna diligere, 1140. — Duo amores sunt, alter bonus, alter malus; alter dalcis, alter amarus, 897. — Non se simul capiunt in uno pectore, *ibid.* — Concupiscentia, cupiditas, voluntas est, 335. — Est bona et mala concupiscentia sicut est bona et mala voluntas, *ibid.* — Voluptas seu concupiscentia carnis est malum super omnia mala, 870. — Cum homine nascitur, crescit, nec nisi mortuum deserit, *ibid.* — Non sentire appetitus, sed eis consentire peccatum est, 437. — Unicuique sua cupiditas est tempestas, 601. — Infima hæc suas habent delectationes, suos amores, 896. — Quantum distat voluptas carnalis etiam licita a Christi et castitatis delectatione, CLIX, 190. — Quid est lutum fecis, nisi fetor carnalis voluptatis? CLVIII, 718. — Non oblectet te hic terrena delectatio, 678. — Melius est mori quam libidine maculari, 679. — Bella libido movet; tu primos cedis ad-

ictus, et tua das fedo colla premenda iugo! 695, 696. — Debita virtuti frena libido tenet, 700.

IVO Carnot. (B.). — Inordinati populorum mores capillis comparantur pectine egentibus, CLXII, 16. — In missæ sacrificio satagendum ut, sicut exteriora abluuntur inquinamenta manuum, sic interiora purgentur illecebrosa desideria mentium, 561.

ANSELMUS Laudun. — Quando aperta fuerit porta concupiscentiæ, CLXII, 1297. — Quisquis amorem suum in aliqua terrena applicat, in terra thesaurizat, 1310. — Multi, inventa via veritatis, capti sæculi voluptatibus, non revertuntur, 1316. — Impiæ comparantur Jezabel qui immunditiæ et voluptati subduntur, 1311. — Item Babiloni meretrici, 1560 *et seqq.* — Homo in sensualitate similis est brutis animalibus, 1589.

BRUNO (S.), Astensis. — Beati illi qui sic pugnant, qui omnia vitia, omnes voluptates carnisque concupiscentias in se interficiunt, CLXV, 754. — Miseri adolescentes quos diabolus perflat et ventilat, 772. — Non omnes casti virgines, nec omnes virgines casti sunt, 950.

RUPERTUS, Tuitiens. abb. — Qui suggestionum turpium blandimentis decipiuntur, per fluxa luxuriæ succumbunt, CLXVIII, 1180. — Varia voluptatis lenocinia in quinque sensibus jacent, CLXIX, 1184. — Libidinosi Balthasaris finis miserimus, CLXIX, 1359.

HILDEBERTUS, Cenoman. — Luxuria, vitium bestiæ, CLXXI, 708. — Qui libidini frena laxaverit, mortem æternam procul dubio incurrit, 708, 709. — Sunt alii quos retinet carnis voluptas, hi nec curant pecuniam, sed adeo fragiles sunt quod tentationi gulæ et luxuriæ vix possunt resistere, 736. — Tullio si credas, luxuria cum omni ætati sit turpis, tum fœdissima est senectuti, 1038. — Qui stimulis libidinis agitur facile corrumpit in fornicationem et adulterium, 457. — Immundus spiritus soboles habet plurimas, 452. — Opera tenebrarum, quæ, 466. — Voluptates carnis dicuntur quæ per motum illicitum caro appetit, 468. — Tunc ardet libido cum ei resistitur, 470. — Luxuriæ vitium quam perniciosum, 708 *et seqq.* — Luxuria hominem a Deo separat, diabolo sociat, templum Dei violat, 306.

GODEFRIDUS Admontens. — Amor mundanus cor hominis separat a Deo, CLXXIV, 1068. — Sed unde, miserator Domine, unde nobis tam inaudita delectatio carnalis illecebræ? 134. — Cui comparetur sensus hominis carnalis, 592. — Concupiscentia etiam electos premit, 262. — In hac vita penitus exstingui non potest, 515. — A cœlestibus mentem retrahit, 480. — Concupiscentia non tantum luxuriæ est, sed et animæ labor, 152. — Illud vitium turpissimum, 80. — Homines equis assimilat, 78.

HUGO A S. VICTORE Paris. — Quod per concupiscentiam diligitur, deorsum quoque trahat necesse est ipsa concupiscentia, CLXXV, 195. — Ambulare, esse, et sapere secundum carnem quid sit, 478. — De concupiscentia, 474. — De luxuria et ejus comitatu, CLXXVI, 1002. — Musica est ut ametur caro, sed plus spiritus; ut foveatur corpus, non perimatur virtus, 757. — Sunt qui amant quædam contra Deum, et in his fundamentum omnino destruitur, quia amor Dei esse non potest, ubi non est vel solus vel summus, CLXXVII, 495. — Caro jumentum est et sensor spiritus qui calcaria adhibet, *ibid.* — Erubescenda mutatio ut, cujus scrutante cœlos meditatione penetrare, mente supernas mente mansiones circuire... Modo turpi se mancipet corporis servituti, 684. — Dulcedo hominis vermes, 695.

ABÆLARDUS. — Insani amoris quo arsit principia et incendia et finis, CLXXVIII, 126 *et seqq.* — Vitæ ejusdem exitus pius apud Cluniacum, 19, 66, 103.

GUILLIELMUS, S. Theodorici abbas. — Formæ carnales amore suo nos detinent, CLXXX, 402. — Carnis tentatio, carnis requirit afflictiones, 378. — Amor exordinatus, omnia exordinat, 515. — Amor homini connaturalis, CLXXXIV, 579.

BERNARDUS (S.) Claravall. — Amor cæteros affectus omnes absorbet, CLXXXIII, 1182. — Magna res amor, si tamen ad suum recurrat principium, 1183. — Suspectus est mihi amor cui aliud quid adipiscendi spes suffragari videtur, *ibid.* — Amor et odium judicium corrumpunt, CLXXXII, 947. — Amanti nihil difficile, CLXXXIII, 255. — Amor impatiens, 815. — Ubi amor est, non labor est, sed sapor, 1191. — Concupiscentia omnium vitiorum et malorum origo, 611. — Libertatem non perimit, CLXXXII, 1023. — Sed minuit voluntarium, 1174. — Non nocet sine consensu, 618. — Ejus motus indeliberati non sunt peccata, 1176. — Concupiscentiæ carnales tollunt compassionis affectum, 698. — Voluptates fugiendæ, CLXXXII, 708. — Quam exiguæ et vanæ sint, 841. — Voluptas modicant et pietatis non modica jactura, 589. —

Voluptas peccati pertransit, fœditas permanet, 803. — Perversæ et immundæ cogitationes separant a Deo, CLXXXIII, 532. — Carnaliter viventes mortui sunt, 284. — Carnalis affectus vino similis, 819. — Mollior affectus excæcat hominem, CLXXXII, 755.

GILBERTUS de Hoilandia. — Varii amantium affectus, quia casus varii, CLXXXIV, 11. — Affectus in amore loquitur, verba autem interrumpit, *ibid.* — Malus hic dies qui vitiorum denudavit semitas, illicientes species demonstravit, et oculo concupiscentiæ sollicitantem ingressit materiam, 15. — Fides in portu est sed pravæ consuetudinis impetus et cumulus tentationum adhuc est frangendus, 67.

GUERRICUS Cistere. — Annon vermis luxuriæ? Nescio si alter nocentior! CLXXXV, 49. — Vermis luxuriæ ingreditur blandiendo, mordet ridendo, transforat delectando, perimit consensu voluntario, *ibid.*

ROBERTUS PULLUS. — Post primi parentis culpam mutua exæstuans lascivia ruborem generavit titillationeque carnis latebras quæsivit, CLXXXVI, 752. — Concupiscentiæ motus ut comprimantur necesse est, 835.

PETRUS VENERABILIS, Cluniac. abbas. — Absit a vobis, absit ab omni intellectu tam asininus animus ut æterna corporalibus similia habeatis, CLXXXIX, 510. — Non solum actui sed et cogitatu voluptuoso obviat Christus, 593.

GARNERIUS A S. VICT. — De luxuria seu libidine oriuntur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror et desperatio futuri, CXCIII, 155. — Qua ratione propagetur, 154. — Luxuria e gula solet oriri, *ibid.* — Libidinis voluptas in renibus, 251. — Inter se vitia per quamdam cognationem colligantur ut disolutio spiritus, appetitus gulæ et immunditia luxuriæ, 273. — Lumbos accingere est luxuriam restringere, 178. — Delectatio carnalis caro est, 208. — Desideria lubrica pravorum aquis similia, 282. — Eruca dicitur luxuria, 134. — Carnis desideria, ignis devorans, 358.

ECBERTUS, abbas. — Misera castitas hæreticorum nuptias perimentium, CXCIV, 36. — Horum religio a consilio maligni procedit, *ibid.* — Quænam hominem coinquent, 58. — Laborat omnis homo sub pœnalitate quam mundo induxit culpa originalis, 49. — Quid sentiendum sit de parvulis quinque vel septem annos natis qui ad versus castitatem peccant, 177.

ÆLREDUS (B.) abbas. — Quantæ infirmitates animæ, quantæ concupiscentiæ, quantæ tentationes, CXCIV, 211. — Fetidi peccatores per luxuriam hædis comparantur, 215. — Quo fugiunt qui libidinem exstinguere nituntur, 221. — Corpus in servitutum redigendum propter debellantem concupiscentiam, 250. — Corruptio carnis est luxuria, corruptio mentis superbia, 255. — Quæ alta amor non deponat, aut quæ ima non sustollat, ut in se unum faciat, 361. — Amor est animi delectatio, eo dulcior quo castior, 505. — Quanta sit in voluptatum contemptu victoriaque jucunditas, 570. — De duplici affectu carnali, 590.

RICHARDUS A S. VICTORE. — De vitio imaginationis et sensualitatis, CXCVI, 5. — Quomodo imaginatio subserviat rationi et sensualitas affectioni, 4. — Proprium amoris quid sit, 8. — Ubi amor, ibi oculus, 10. — Amor verus et amor vanus aliquando eodem tempore causati, 38. — Amor difficultatis nomen ignorat, 1202. — Amor terrenorum quid agat, 458. — Peccata carnalia quæ sint, 690, 691. — Approbat quod quisque hoc amat. — [Mos amantium, quis, 508. — Delectationes carnales animam excæcant, 441. — Concupiscentia crevit ex contactu infirmitatis carnis, 662. — Sensualitati ratio principetur, motus ignoscat, cogitationes regat, 501. — Paulum postulante auferri a se stimulum carnis suæ melius exaudivit Deus, cum hunc non abstulit, 506. — De infirmitate carnalis desiderii, 1119. — De illius inquietudine, 1121. — De inquietatione carnalis spiritus, 1122. — De diversis corruptionis gradibus, 1282.

HILDEGARDIS (Sta). Manum Dei prædicat mox ulturam injuriam sibi a pravis moribus sacerdotum illatam, CXCVII, 271. — Quare hos vobiscum tenetis et patimini qui totam terram in maculosis iniquitatibus suis polluunt. — Isti enim ebrii et luxuriosi sunt, 250. — Carni suæ resistere et spiritui servire jubetur, 261. — Quibusdam monachis perversis sic invehit: mens vestra est quasi nubes quæ tempestates portat, modo iracundiam in negligentia, modo sordes pecorum in petulantia habens, ubi pacificam hostiam negligitis, 370-371. — Dolet propter nimietatem stultorum, garrulitatem morum, et inhonestatis strepitum, 374. — Deo abscondi nequeunt studia hominum qui in cordibus et factis suis fatigati in contumelia dormitant, 388.

ADAMUS SCOTUS. — Amor est porta mortis vel vitæ; bonus vel malus est: malus cupiditas, bonus charitas vocatur, CXCVIII, 809. — Concupiscentiæ damna, 373. — Figura illius sunt Putipharis uxor et Dalila, 814. — Concupiscentia et ignorantia, duo Satanæ vincula a Christo in electis disrupta, 265. — Libido mentem excæcat, 536. — Voluptatum corporearum appetentia plena est anxietatis, 385. — Amori succedit amaritudo ut factum est in insensato Ammone, 384. — Carnalis vitæ initium suave ut vinum bonum, finis autem miser ut vinum deterius, 456. — Caro est refrenanda sed non perdenda, 256.

JOANNES Saresber. — Unde veteres philosophiæ sectatores traditi sint in passiones ignominia, CXCIX, 479. — Concupiscentia lepra generalis quæ omnes inficit, 480. — Voluptas veneris hirci fetorem habere videtur, 755. — Petulantia in vitiis abjectissima, *ibid.* — Luxuriam per se turpem esse nemo ambigit, 762.

ARNULFUS, Lexovien. — Girardo Montis Pessulano episc. et S. Sedis inuasoris fautori exprobrat ignominiosam libidinum spurcitiam, CCI, 182. — Si quis in maioribus intemperans est et petulans numquid in minoribus temperabit? 177. — Parcendum obscenitati verborum, 179.

PETRUS CELLENSIS. — Laboras si non amas, CCII, 428. — Superflua carnis delectatio multum quæsitæ, multum appetita, multumque a multis amplexata, 429. — Delectatio carnis dicitur radix peccati, totius honestatis tinea, fovea vitiorum, puteus dæmonum, vorago animarum, fera pessima, 430. — Timendæ et cavendæ sunt diaboli versutiæ, 634. — Luxuriæ familia quæ, 686. — Carnis pruritus et impetus nescit virginitas, 725. — Remedia luxuriæ quæ, 730. — Voluptas carnalis musca est quæ inquietat, contaminat et perdit unguenti suaviter, 758. — Diabolus et juveniles medullas et mortuos decrepitorum sensus inflamat libidine, 821. — Clibanus libidinis, 1018.

PHILIPPUS DE HARVENG, abbas. — Amor quorundam inordinatus, CCIII, 292. — Amatorum lascivientium astutiæ, 983-984. — Amantium in loquendo eclipses, 354, 355. — Adolescentia libidinibus obnoxia, 812.

REINERIUS, S. Laurent. Leod. monach. — Librum cui titulus, Speculum pœnitentiæ seu Vita S. Pelagiæ peccatricis, CCIV, 51 *et seqq.*

BALDUINUS, Cantuar. archiepisc. — Homo deficiens ab incommutabili Deo, deficit et ipse per gradus veterascat et senescit, CCIV, 516. — Vicissim odit et amat, tractat et retractat, probat et damnat, *ibid.* — Primo crucifigendus est in nobis terrenus homo, deinde carnalis, postea animalis, 521. — Amor naturalis, amor socialis, amor castus, amor divinus, 477, 478. — De triplici statu carnis nostræ, 403. — Turpis servitus in qua ancillæ servit domina seu carni voluntas, 404.

PETRUS CANTOR. — Libidinis nutrix quæ, CCV, 332. — Concupiscentia prima hominis tentatio, 331. — Libido eo plus crescit quo amplius exercetur, 277. — Facilius curatur quam avaritia, 76, 277. — Libidinosus porco assimilatur, 265. — Luxuria consumit quod congregavit avaritia, 403 not. — Voluptates singulæ in singula hominum tormenta convertentur, 264. — Carnalis affectus est reprobandus, 209.

PETRUS BLESENSIS. — Prælati cujusdam vitia increpat, CCVII, 66 *et seqq.* — Spado non nisi libidinis explendæ causa virginem opprimit, 89. — Deliciæ et blanditiæ exipantio sunt virtutum et subversio honestatis, 156. — Spiritus vertiginis, spiritus abominationis et nauseæ quando premit, 158. — Ad Alexandrum puberem dictum est: Etati tuæ jam regnare convenit, pudeat ergo in corpore regio dominari luxuriæ voluptatem, 176. — Nocet empta dolore voluptas, 179. — Turpia ne dixeris paulatim enim pudor per verba dilabitur, 235. — Non durus est sermo Domini, sed tu durus es, terrenus homo, carnalis, animalis, 236. — Hortatur amicum ut frequenter sacras Litteras perlegat si velit carnis tentationes superare, 334. — Eandem commendat lectionem Waltero episc. exsulanti, 373. — Cum omni diligentia observandum est ne quid pravum in voluntatibus nostris inveniat, ne quid asperum in moribus vel tenebrosum, vel lubricum aut distortum, 563. — Duo me in præcipitium trahunt: inde conditio corrupta: hinc voluntas infirma, 591. — Quot mala sint in voluptate carnis, 902.

MARTINUS (S.), Legion. — Divinitatis intelligentia ab inferiorum amore tanto disjungitur quanto ad sola æterna sublevatur, CCXIII, 346. — Per abstinentiam renum incentiva et luxuriæ motus restringuntur, 356. — Cur electis detur stimulus carnis suæ, 371. — Dum caro in delectationem rapitur, etiam a sua rectitudine spiritus

infirmatus inclinatur, 393. — Luxuriosa vitæ cito debilitat, 490. — Concupiscentiæ animæ dicitur laqueus, 677.

ALANUS DE INSULIS. — Amoris veneri descriptio egregia, CCX, 455. — Mentis est atrox tinea, *ibid.* — scelera, eo instigante, perpetrata, *ibid.* — Fuga præsertim vincitur, 456. — Amoris fervor maximus, 280. — Amoris mobile, *ibid.* — Lascivia comes juventutis, 551. — Libidinis malitia, 259. — Remedia contra libidinem, 470, 471. — Luxuriæ descriptio, 121. — Quanta mala importat, *ibid.* — Sterquilinio foedior est, 205. — Luxuriæ arma, visus, alloquium, contactus, oscula, factum, 122. — Melius est mori quam libidine maculari, 121. — Qui luxuriatur vivens mortuus est, *ibid.* — Pestis est quæ familiarem habet cum gehenna similitudinem, 122. — Bursam evacuat, corpus enervat, animum inebriat, statum mentis effeminat, animum commaculat, famam perdit, proximum offendit, Deum amittit, *ibid.* — Lucem odit, tenebras appetit, velamen quærit, *ibid.* — Fugatur fugiendo, recedendo cæditur, *ibid.*

ABSALO, abbas. — Quilibet amator castitatis a carnis concupiscentia impugnatur, CCXI, 42. — Caro quotidie machinatur castitati in illicitis desideriis, 41-42. — Concupiscentia est quæ docet hominem quæcunque ad carnis pertinent voluptates, 46. — Currunt tria Babylonis flumina inter cælum et terram, quæ deorsum rapiunt ascendere cupientes, quorum primum est inundatio carnalium cupiditatum; secundum spiritalium tentationum; tertium imminentium molestiarum, 184.

STEPHANUS, Tornac. — Sanctitas hominem interiorem perficit et consummat, honestas exteriorem disponit et ordinat, CCXI, 572. — Ab ordinibus arcentur, jugem scabiem habentes, fervore libidinis prurientes, 573.

ADAMUS, Perseniæ abbas. — Quid asperius esse potest in via qua itur ad Deum quam carnem suam cum vitiis et concupiscentiis affligere? CCXI, 586. — Nomen amoris ad longe diversa commune est, 589. — Mores et opera justorum quædam odoramenta virtutum, 590. — Mortificanda est voluptas lubrici corporis, 609. — Nemo sapientiæ interesse potest studiis nisi prius, amota insaniam amoris amentia, factus fuerit compos mentis, 615.

HELINANDUS monac. — Sicut mors animam separat a corpore sic dilectio a carnis voluptate, CCXII, 650. — Inter veram et falsam castitatem quale discrimen, 661. — Vera castitas dentata esse debet, 665.

SICARDUS, Cremonen. — De concupiscentia explicatur hoc poetæ dictum: *Nititur in vitium semper cupinusque negata*, CCXIII, 175. — Viriliter agentes in iudicio stantur a dextris, a sinistris vero effeminate viventes, 279.

II.—*Cantus et libri lascivi, cantiones, cantilenæ amatoriarum, fabulæ, et ficta dramata poetarum.*

TERTULLIANUS. — Cantus veterum Christianorum quales fuere, I, 273, 477. — Poetæ quam vani, 609. — Nihil aliud quam cantare amant, II, 707. — His nec credendum, *ibid.* — Eos civitate pellendos Plato censuit, et cur, I, 595. — Fabulæ cur a philosophis et poetis excogitæ, 519. — Inventæ quædam fuere ut auctoritatem Scripturarum infirmarent, I, 395, 399.

CYPRIANUS (S.). — Amatoria non sunt cantanda, IV, 449. — Græca illa certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus præsidens suos habent varia dæmonia, 783. — Idololatria ludorum omnium mater, ut Christiani ad se veniant, blanditur illis per oculorum et aurium voluptatem, *ibid.* — Fabula Græcæ libidinis, 782. — Virginis peccantis fabula luctuosa, 439.

ARNOBIUS. — Symphoniæ et cantus obsceni in conviviis ad corruptelam sollicitant, V, 881. — Voluptas aurium non quærenda in seriis, 798. — Ignobiles et obscenæ fabulæ ethnicorum ubique retunduntur, V, 713, 1075 *passim.*

LACTANTIUS. — De aurium sensu et voluptate, VI, 715. — De sermone compto et suavi, *ibid.* — De his qui non satis eruditi, falsis hæreticorum cavillationibus capiuntur, 541. — In hoc philosophi et oratores et poetæ sunt perniciosi, quod incautos animos facile irrefre pessunt suavitate sermonis. — mella venenum tegentia, 549. — De his qui sacras contemnunt Litteras, 550. — Arguuntur qui S. Cyprianum lacescunt tanquam ad aniles fabulas sese contulisset, 552.

HILARIUS (S.) Pictav. — Cantu profano cæremoniæ ante Christum omnis mundus resultabat, IX, 419. — Obscenis turpium spectaculorum fabulis, non amœnius spei nostræ divina eloquia cantantur, 540. — Clavis cujusque libri quæ sil, 247. — Philosophorum ars adversus fidem inanis, 411. — Philosophia incapax cœlestium mysteriorum, X, 286. — Philosophiæ facundia olim gentes detinuit in errore, IX, 415.

ZENO (S.) Veron. — Quid fidei expediat, et detrimentum quid afferat, XI, 887. — Non est vera fides quæ factionibus pollet, cujus fabulantur professi secreta, quæ mavult novellæ traditioni suæ credi, quam antiquitati, 265.

AMBROSIUS (S.) — Mortiferi cantus et acroamata scenicorum mentem emolliunt ad amores, XIV, 157. — Cantus Christianorum quales, XV, 1667 *et seqq.* — Qui primus philosophiæ nomen invenit quotidie priusquam cubitum iret tibicinem jubebat mollia canere, XVI, 225. — Nec versus poeticos refugit Apostolus, ut fabulas destruat poetarum, XV, 1698. — Otiosorum fabulæ sunt, quibus obtrectatio seritur, malignitas proditur, XVI, 1201. — Librorum impiorum conditores quæ perpetrent mala, XIV, 887 *et seqq.*

HIERONYMUS (S.) — Turpia verba non intelligat (virgo Christiana); cantica mundi ignoret, XXII, 871. — Cantica idolis servientiam, non carmina in Deum, sed ululatus, XXV, 880. — Cantorum vitium inter amicos, ut rogati nunquam content, injussi nunquam desistant, XXII, 358. — Audiant hæc adolescentuli, Deo non voce sed corde cantandum, nec in tragædorum modum guttur et fauces dulci medicamine collinendus, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur et cantica... et non introducatur spiritus nequam Saulis in eos qui de Dei domo scenam fecere populorum, XXVI, 528, 529. — Narrant fabulæ, cantibus sirenarum nautas isse in saxa præcipites, XXII, 957. — Lector iniquus quis, 495. — Lector prudens quid agere debeat, 501. — Cito deprehendit cuniculos et insidias quibus veritas subvertitur, 357. — Quid caute legendum, XXVI, 419. — Libri pene omnes eruditionis doctrinæque sæcularis sunt pleni, XXII, 689. — Ex stylo et saliva librum auctoris cognoscimus, 830. — Multi ob ignorantiam lberas nœnias libris authenticis antepouunt, 742. — Imperitorum libri lectores inveniunt, XXIII, 412. — Libros quos maximo labore componunt homines, segnibus et otio torpentibus sæpe tradunt, 1032.

AUGUSTINUS (S.) — Cantare amantium negotium, XXXVIII, 207. — Non valde attendas ad vocem cantantis, sed ad mores operantis, XXXVII, 1950. — Canticum nullum aliud nos docuit Deus nisi fidei, spei et charitatis, 1171. — Canticum amatorium Manichæorum, XLII, 507. — Cantionum vanarum periculosa delectatio, XXXVIII, 79. — Ad cantiones vanas quam ad salutaria monita audienda major hominum propensio, *ibid.* — Cantica profana et satiationes pulsæ de ecclesia ubi sepultus est, S. Cyprianus, 1415. — Cantantes turpia corripiuntur, XXXVI. — Cantat ipse in nobis, cujus gratia cantamus, XXXIII, 558. — Delectatio carnis cavenda etiam in cantu divino, XXXII, 799. — Peccatur cum cantus amplius delectat quam res, *ibid.* — Cantus gravitate furentium adolescentium petulantia sopita, XLIV, 797. — Cantant Donatistæ psalmos humano ingenio compositos miscenque ebrietates, XXXIII, 120, 220. — Musicæ consonantia nobis insita naturaliter, XLII, 889. — Musicæ voluptuariæ amatores, XXXIV, 98. — David musicam piam amavit, XXXIII, 369. — Consule opusculum *De musica*, S. Aug., 368. — Cantica diabolica, XL, 1172. — Canticum luxuriosum ex ore ubi corpus Christi ingreditur proferri non est justum, XXXIX, 2259, 2268. — Canticorum turpium loco psalmi cantandi, 2325.

Fabula est compositum ad utilitatem delectationemve mendacium, XXXII, 894. — Fabulas suas ad naturam rerum, vel ad mores hominum interpretari conantur pagani, XLII, 374. — Et ad nescio quas physiologias vel theologias referre, 275. — Poetas tanquam adversarios veritatis urbe pellendos censuit Plato, XLI, 58, 257. — Ab omni honore repellebantur apud Romanos, 57. — Poetæ duodecim tabularum lege prohibentur famam civium lædere, 54, 58. — Poetarum mendacia, XXXII, 1014. — Poetarum fabulæ minus obscenæ quam deorum sacra, XLI, 53. — Non minus digni infamia quam scenici, 58. — Poetæ scenici libidinem inflammant, 59, 60.

Legentium error triplex, XXXVIII, 72. — Lectorum perversum studium reprehenditur, XL, 390. — Liber dulcis in ore, amarus in ventre, XXXVI, 492. — Libri profanorum aquæ sunt non omnibus communes, XXXVII, 1360, 1361. — In libris alienigenarum inveniuntur optima præcepta morum, sed non humilitas, XXXVI, 270. — Librorum improbatorum lectio quibus possit non obesse, XLIV, 510. — Innocentii papæ censura adversus Pelagii librum, XXXIII, 788. — Item Joannis Hierosolymitani patriarchæ, 829, et divi Hieronymi, 764, 781.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.) — Luxus absistat, fugetur effusio, saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta abscondantur, LII, 552. — Chrysologus non abjicit cantilenam honestis verbis conflata et ad laborem sublevandum aptam quam decentem piamque

supponit, 215. — Hinc nautarum, agricolarum et militum diversæ dantur cantilenæ in quibus neque mores, neque pietas offenduntur, 214-215. — Quid fecerit concilium impietatis, 322, 333. — Assertio fidei in ore hæretici est venenata, 525. Homines mendaces cognoscere nequeunt veritatem, iudex animus invenire verum non potest inter nuntia falsitatum, 559.

PROSPER (S.) — Fabulæ] vanarum opinionum ab iniquis narratæ, LI, 350. — In iis nihil utile reperitur, *ibid.*

SALVIANUS. — Philosopho nihil turpius obscena vitia sectante, LIII, 84. — Diabolo locus non est dandus, ut qui stantes impulit in ruinam, lapsos præcipitat in mortem, 185. — Omnis error errantis perditione mulatur, 230.

LEO MAGNUS (S.). — Nihil dissonum deprehendatur in vocibus, nihil discordabile reperitur in moribus, LIV, 505. — Per invidiosos interdum sonos mollibus ictibus pulsatur auditus, ut animi soliditas illecebrosa modulatione salvalur, et lethalium consuetudine suavitatum incanta et parum sobria corda capiantur, 445. — Dum fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus in diaboli laqueos incidit, LIV, 179.

MAXIMUS (S.) Taurin. — Sirenarum fabula utitur ut concupiscentiæ oblectamenta compescat, LVIII, 539.

ISIDORUS (S.) Hispal. — Cautè meditando, cautoque sensu probanda sunt quæ leguntur ut teneamus quæ recta sunt, et refutemus quæ contraria veritati existant, LXXXIII, 685. — Ideo prohibetur Christianus sigmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanum fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum, 685. — Omnis sæcularis doctrina spumantibus verbis resonans ac se per eloquentiæ tumorem extollens per doctrinam simplicem ac humilitatem Christianam evacuata est, 687. — In lectione non verba sed veritas est amanda, *ibid.*

PRUDENTIUS (S.). — Num propter lyricæ modulationis vana puellæ, nervorumque sonos, et convivale calentis carmen nequitiae, patulas Deus addidit aures? LIX, 1054.

NICETIUS (S.) Trevir. — Sonus vel melodia consentiens sanctæ religioni psallatur, non quæ tragicas difficultates exclamat, sed quæ in vobis christianitatem demonstrat; non quæ aliquid theatrale redolet, sed compunctionem peccatorum faciat, LXVIII, 374.

PAULINUS (S.) Aquileien. — Cantica sæcularia negligenda præsertim a clericis, XCIX, 297.

AGOBARDUS (S.) Lugd. — De iis quæ cantari non decet in Christianorum ecclesiis, et antiphonarii emendatione, CIV, 327, 329.

PASCHASIUS RADBERTUS Corbeien. — Inde sæculares viri sua traxere dramata, quatenus in nuptiis ob honorem sponsi ac sponsæ, ante thalamum hinc inde vicissim carmen laudis decantarent, CXX, 1010.

REGINO Prumiens. — Quæ ætas aut qui sexus musicis non delectatur cantilenis?... Et si sunt nonnulli qui docte ac suaviter aliis canere non possunt sibi tamen aliquid insuaviter suave canunt, CXXXII, 489. — Hominum mores per musicam cognoscuntur. Lascivus quippe ac petulans animus lascivioribus delectatur modis, aut frequenter eos audiens emollitur atque effeminatur. Econtra durior atque ferocior mens vel asperioribus gaudet vel incitatur, *ibid.* — Juxta Ciceronem, cum vinolenti adolescentes, tiliarum cantu illecti, mulieris pudicæ fores frangerent, ut ejus pudicitiam violarent, 490.

RATHERIUS Veron. — De luxu scandaloso quorundam sui temporis episcoporum qui cantores, histriones et ipsas saltatrices suis miscerant conviviis, CXXXVI, 292.

HROTHSWITHA (Ven.). Gandersheim. monialis. — Sacras concinnavit comœdias et quædam poemata ut Christianos lectores a profanis et periculosis libris averteret ut ipsa fatetur in Proœmio, CXXXVII, 971.

GOFFRIDUS Vindocin. — Quod pejus est, cantilenam composuit vulgus (adversus papæ legatum)... Quod adivimus et dolemus, CLVII, 63. — Ad Ivonem Carnot: De persona vestra nihil unquam inhonestatis vel contumeliæ dixi;... clericis vero vestris quoniam ipsi mihi male cantaverunt, bene saltare nec possum, nec potui, 75. — Ad Hildebert. Cenoman: Bene in quantum potuimus, vobis cantavimus, et ut nobis saltaretis, exspectabamus... juxta cantilenam saltum non dedistis, 123-124.

ANSELMUS (S.) Cantuar. — Effunde dum tempus est lacrymas, ne in alio sæculo sine utilitate plangas. Hic enim misericordia, ibi iudicium; hic voluptas, ibi tormenta; hic risus, ibi vero fletus; hic cantus, ibi ignis æternus, CLVIII, 678. — Ad domini nutus curba parata leves: sexus uterque canit, resonant cytharæ lyræque, et reddunt illic organa dulce melos, 701.

IVO (B.) Carnot. — Canticum turpe vel luxuriosum circa ecclesias atque in atriis ecclesiæ fieri omnino inter-

dicimus; quod ubique vitandum est. (Concil. Carth.). CLXI, 1092. — De quadam cantilena adversus clericum Turon. cujus mores suspicabantur, sit mentio, CLXII, 81.

BRUNO ASTENSIS (S.). — Meretrices Veneris, luxuriæque amatores plangentes, et amatoria carmina componentes, CLXV, 772.

RUPERTUS Tutiens. — Damnantur omnia lenocinia voluptatum quæ per auditum exercentur, CLXIX, 1154. — Carmen sanctorum in cælo quod sit, 1158. — Idololatria omne genus musicæ adhibuit ad alliciendos homines, et ut festiva sonorum suavitate inebriati caderent ante statuam superbæ et voluptatis, 1348. — De ore bestię spiritus exivit, qui adulando homines figmentis poeticis in deos evexit, et in cælum translatos fabulosis nœniis decantavit, 1124.

HUGO A S. VICTORE. — Canticum novum est nova vita; canticum vetus, vita vetus. Qui bene vivit bene cantat, qui male vivit male cantat, quia discordat, CLXXVII, 926. — Non placet vox cujus vita displicet, 927. — Sirenarum seu meretricum cantus lethiferi, 78.

GERHONUS præposit. — Clericos arguit qui in ecclesia cantabant quasi ore diverso, et multam dissono, tum propter vocis organismos, theatralibus quibusdam modulis variatos, CXCIV, 1258.

AELREDUS abbas. — De vana aurium voluptate, CXCIV, 571. — Ad quid, rogo, terribilis ille folium flatus, tonitruum potius fragorem, quam vocis exprimens suavitatem *ibid.* — Nunc vox stringitur, nunc fraugitur, nunc impingitur, nunc diffusiori sonitu dilatatur. Aliquando, quod pudet dicere, in equinos hinnitus cogitur, *ibid.* — Stans vulgus sonitum folium, cymbalorum fistularumque tremens et attonitus miratur, sed lascivas cantantium gestulationes, meretricias vocum altercationes et infractiones, non sine cachinno risuque intuetur, ut eos non ad oratorium sed ad theatrum, nec ad orandum, sed ad spectandum æstimes convenisse, 571.

JOANNES Saresber. — Phrygius modus in musica ut et cætera corruptionis lenocinia, sanæ institutionis non habent usum, sed produunt malitiam abutentis, CXCIX, 402. — Facies meretricis facta est ei (musicæ) quæ viriles animos accendere consueverat ad virtutem, *ibid.* — Convivia nonne per se satis insaniunt, nisi carminibus excitentur? 403. — Imperatoris Neronis frivola vanitas qua se in cantu et instrumentorum peritia principem æstimari ambivit, 404.

PETRUS BLESENSIS. — Amicum quemdam dissuadet a carminibus amatoris et aliis ludicris juventutis et ad quem mittit cantilenam stylo maturiore concinnatam, CCVII, 172. — Hanc cantilenam de luctu carnis et spiritus vide, 1127. — Item socium ut et ipse Petrum Blesensem dictum et Carnotensem canonicum a vanis et turpibus cantilenis deterret 231 *et seqq.* — Ego quidem nugis et cantibus venereis quandoque operam dedi, sed per Dei gratiam hæc omnia rigui a primo limine juventutis, 234. — Omitte penitus cantus inutiles et aniles fabulas et nœnias pueriles, 237.

ALANUS DE INSULIS. — Præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, CCX, 136. — Nemo potest hic gaudere cum sæculo, et illic regnare cum Deo, *ibid.* — Tria perpetuo plangenda, peccatum animæ, insultus miseriæ, dilatio patriæ, 137. — Nec iis similes simus qui non gaudent vel lugent nisi quando iis fortuna vel prospera vel adversa sit, 138. — Unum servis Dei licet gaudium, felix puræ conscientiæ jucunditas, 139. — Liber diaboli manuscriptus, notis deterrimis deturpatur mens conscia mali, *ibid.*

ABSALO abbas. — Hamum aureum mittunt in aquam turbidam hi qui figmenta poetica et cætera ethnicorum scripta discunt et docent dum legem Domini surda aure prætereunt, CCXI, 47. — Quidam clerici sunt quos frequentius in foro quam in choro videas, et sæpius carmina cantare quam peccata sua plangere audias, 142.

III. — *Corporis cultus inordinatus. — Luxus vestium et ornamentorum, vestitus indebitus et inhonestus, pulchritudinis et formæ inutilitas.*

TERTULLIANUS. — Nunc in feminis præ auro nullum leve et membrum, I, 304. — Vestes purpureæ et ærinæ Deo non placent, 1312. — Cum voce vestis intrat, II, 1039. — Mulierum vestimenta olim qualia, 911. — Matronarum et meretricum vestes olim diversæ, postea similes factæ, I, 301. — Carthaginenses mulieres ita velabantur ut neque nudæ, neque tectæ essent, II, 912. — Arabicæ feminæ ethnicæ faciem totam contegunt, uno tantum oculo liberato, *ibid.* — Muliebris mundus quod, II, 80. — Muliebris vestibus viris non licet se tegere ex lege, I, 655. — Oculos et suspiria adolescentum post se trahunt comptæ mulieres, 1326.

De capillorum cura, I, 1322, 1323. — In Deum peccant feminæ quæ cutem medicaminibus unguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt, I, 1325. — Oculi mulierum in exordiis nigro pulvere ornati, 1306, 1321.

CYPRIANUS (S.). — Cultus pretiosæ vestis induitur, IV, 489. — Accipere pretiosa ornamenta et monilia elaborata cum damno divini ornatus, 498. — Licet auro et gemmis et margaritis te condecores. sine Christi decore, deformis es, *ibid.* — Mulier ornari non debet sæculariter, 755. — Virgines auro et margaritis ornatae ornamenta cordis perdiderunt, 462. — Virgo non vestium quærat ornamenta sed morum, *ibid.* — Increpantur viri et mulieres qui Dei imaginem adulterant, IV, 454, 456.

HILARIUS (S.), Pictav. — Luxu dissoluti dæmonum sunt habitatio, IX, 980. — Piacendum Deo etiam corpore, 426. — Piacendum hominibus quantum licet, *ibid.* — Placere tantum hominibus velle, Deo displicere, 555. — Vestium modestia commendatur, X, 550, 551. — Ornatus mundanus naturæ contumelia, IX, 612, 613.

ZENO (S.). — Lasciva mulier miris excolit artibus sese, faciemque suam in se quam non habet quærit, XI, 294 *et seq.*

FIRMICUS MATERNUS. — Vehementer arguit ethnicos sacerdotes muliebriter vestitos, XII, 989, 990.

AMBROSIUS (S.). — Arguitur luxus mulierum, XIV, 738. — Utrum puellæ inaures habere debeant, 455. — Ornamentorum muliebrum vanitas, XVI, 203, 204. — Ornamentorum dispendia, 284. — Corripiuntur quæ faciem suam adulterant, 196. — Mulier eo ipso quo placere studet deformior est, 203. — Superbus mulierum ornatus quantum dedecet, XVII, 467. — Capillorum usus quis deceat præsertim feminas, XV, 1673. — Mulier delet Dei picturam, si vultum suum materiali colore oblinat, et acquisito rubore perfundat, XIV, 260. — Pictus es, o homo, et pictus a Domino Deo tuo. Bonum habes artificem et pictorem; noli bonam delere picturam, *ibid.*

HIERONYMUS (S.). — Illecebræ vestium et ornamentorum, XXII, 957. — Vestium cultus, 553. — De monachis et clericis qui sub habitu religionis mores gerunt mundanos, 413, 414. — Vestis tua nec satis munda, nec sordida sit, et nulla diversitate notabilis, 412. — Matronarum studia, quæ, 1113. — Mutatoria et pallia, mulierum ornamenta, XXIV, 70. — Item acus, sydones, specula, vittæ, theristra, zonæ, fasciæ, etc., *ibid.* — Mundi vestimenta in mundo dimittenda, XXII, 963. — Comam demittere luxuriosum est; barbarorumve et militantium, XXV, 437. — Viros fuge, quibus feminei crines, hircorum barba, nigrum pallium, et nudi in patientia frigoris pedes, quæ omnia argumenta sunt diaboli, XXII, 413. — Sunt alii quibus omnis cura de vestibus si bene oleant, si pes, laxa pelle non polleat. Crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant; et ne plantas humidior via aspergat, vix imprimunt summa vestigia, 414. — Turpanda est facies quam contra Dei præceptum purpuris et cerussa et stibio sæpe depinxi, 891, 1113.

GAUDENTIUS (S.). — Quid vestes sericas quotidie comparas? monilia auro gemmisque pretiosa mercaris, dum sterilitatem causaris, necessitates præterdis, dum temporis angustias quereris? pudet dicere, poenitet recordari, XX, 959. — Quis reatus expectat eos atque eas quibus sericæ et purpureæ et auratæ vestes in usu sunt, si nudos qualicumque indumento non texerint? 941.

AUGUSTINUS (S.). — Vestimenta linea interiora, XXXVIII, 224. — Vestimentis lineis purpuram miscere et uti inostina veste, quomodo jam sit peccatum, 237. — Veste muliebris qui se ostentant, jure infames sunt et instabiles habentur, XXXII, 898. — Ornamenta ad illecebram invitantia merito reprehenduntur, XXXIII, 1080. — In mulieribus tamen conjugatis excusatur si exigente marito fiat, 1060. Quæ veniunt ad Dei ecclesiam in superbo vestitu corripiuntur, XXXVIII, 205.

Corporis humani fabrica quam pulchra et admirabilis, XLI, 470, 790. — Corporis structura et compositio, opificium indicat artificem suum, Deum verum, XLII, 392. — Quomodo factum sit ad Dei similitudinem, XL, 52. — Corpus imaginem Dei non capit, XLIV, 537. — Corpore melior quælibet incorporea natura etiam vitiosa et misera, XXXIII, 561. — Corpore præstantissimo anima vilissima præstantior est, XXXVII, 1855. — Corpora diligendo, quomodo peccamus, XLII, 109. — Corpus fidelium, templum Dei, XLIV, 435. — Corpora nostra empta sunt sanguine Christi, XXXVIII, 886. — Ornamenta exterioris hominis, quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris detrimento, 884. — Corpus nunc onus, post resurrectionem honor; nunc sarcina, tunc levamen, 1259. — Ornatus maxime Christianorum et Christianarum mores boni sunt, XXXIII, 1060. — Auri circumpositio et intorsio crinium, et cætera hujusmodi, quæ vel ad iuanem

pompam, vel ad illecebram formæ adhiberi solent, merito reprehenduntur, 1080. — Cogente viro, excusabiles uxores videntur in superbo cultu, si cor humile retineant, 1081. — Pulchritudo est bonum Dei, XLI, 467. — Pulchritudo vera in anima, XXXIII, 65. — Pulchritudo seducit sui consecretores, XXXIV, 159. — Cur sæpe fallat, 150. — Quandonam male amatur, XLI, 467. — Mulieres candore ac rubore simulato et pigmentis illito vultu viros fallentes, XL, 446.

PROSPER (S.). — Corpus antea nobis ornamentum postea compedes factum, LI, 438. — Nemo est in hac vitæ cuius animam corruptibile corpus non aggravet, 340.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Terrena indumenta splendunt novitate, vetustate sordescunt, LII, 432. — Terreni terrenis velantur vestimentis, *ibid.* — Dives malus purpura induebatur et bysso. Quid est, o dives, ab æstu byssus nonne delendit? purpura resistitne inferno? Remanserunt ista, te deseruerunt, et nunc ipse nudus sudas, æstuas, qui aliquando æstibus insultabas, artificiosa nuditate vestitus, 335. — Contra eos qui simulacrorum habitum et vultum in ludis fingebant sic invehit: Si tanta est de assensione damnatio, quis satis lugeat eos qui simulacra faciunt semetipsos? nonne isti amiserunt imaginem Dei, similitudinem perdidit, Christi exuti sunt indumento? Ne dicas: Non sunt hæc sacrilegiorum studia, vota sunt hæc jocorum. et hoc esse novitatis lætitiæ, non vetustatis errorem... erras, homo, non sunt hæc ludicra, sunt crimina, LII, 611. — Si quæ sunt viscera pietatis in nobis, si quæ fraternæ salutis affectio, abstrahamus eos qui sic ad perditionem currunt, rapiuntur ad mortem, trahuntur ad tartara, festini in gehennam. Abstrahat pater filium, servum Dominus, civem civis, homo hominem, qui se bestiis compararunt, exæquarunt jumentis, aptaverunt pecudibus, dæmonibus formaverunt, *ibid.*

MAXIMUS (S.), Taurin. — Viros corripit qui in Kalendis Januarii insanientes muliebres ornatus induebant, LVII, 253 et seq.

PRUDENTIUS (S.). — Feminas arguit quæ in se quasdam exercent pictiones, LIX, 1030, 1033.

PAULINUS (S.). — Mulieres quales capilli deceant, LXI, 733.

GREGORIUS MAGNUS (S.). — Vestiri mollibus quid sit, LXVI, 1097. — Vestes pretiosæ damnantur, 1305. — Vitia vestimenta virtuti tribuuntur, *ibid.* — Impius et hæreticus sicut adulteri vultum suum operiunt ut securius malitiam effundant, LXXV, 1157.

COLUMBANUS (S.). — Vana est nutibus colorata corporis religio, LXXX, 254. — Ne simus tanquam sepulcra deaibata, *ibid.* — Vide ejusd. serm. *De non serviendo corpori*, 242. — Unum dicam quod scio: qui hic pascitur, hic saturatur, hic jucundatur, hic ridet, hic inebriatur, hic ludit; illic esuriat, illic sitiit, illic lugebit, illic lamentabit, illic ululabit, 244.

TAIO, Cæsaraug. — De cultu vestimentorum, LXXX, 958.

PAULINUS (S.), Aquileiens. — De frivola corporis pulchritudine, XCIX, 220.

ALCUINUS (B.). — Inanis vestimentorum pompa, quæ nec sæcularibus prodest, et multum Deo servientibus obest, C, 166, 168. — Commendatur modestia in vestimentis, 158. — Non te vestimentorum vanitas emolliat, 222. — Insania est vestimentorum pompa, 243. — Corpus quod tanta cura colimus, postmodum vermium esca erit, 227.

ADO (S.) Vienn. — Quomodo sancta Agnes, etsi adulescens et pulcherrima, superbas vestes et pretiosa ornamenta respuit, ut virgo permanseret, CXXIII, 197.

RATHERIUS, Veron. — Luxum describit ridiculum quorundam præsulum sui temporis, CXXXVI, 291, 294.

OTHLONUS, mon. S. Emmeramni. — Quam detestandus luxus vestium in clericis, CXLVI, 357. — Quibusdam clericis non semel divinitus admonitis de tali abusu minitatum est fulmen, dum in ecclesia congregarentur, ita ut omnes inde infirmi remanserent, 358.

GUIGO, prior Carthus. — Pretiosis ornati vestibus, herminis et griseis confoti pellibus, numerosis et exquisitis refecti dapibus, plumis instar Sardanapali non tam impositi quam immersi mollibus, divinam indignationem quomodo nostris putamus placandam precibus, CLIII, 596. — Non igitur ejus (animæ) vobis curam eripiat aut favor principum, aut nitor ornamentorum, aut gloria pomparum aut deliciæ convivorum; aut oblatorum quantitas ulla donorum, 597.

ANSELMUS (S.) Cantuar. — Effunde, dum tempus est, lacrymas, ne in alio sæculo sine utilitate plangas: hic enim risus, ibi vero fletus; hic ornatus vestium, ibi cruciatus vermium, CLVIII, 678. — Quid acquires de pre-

tiosi vestimenti cura nisi æterna supplicia? 679. — Porta semper verecundiam in vultu... pudorem in facie, 680. — Incede deposita facie, abjecto vultu, mæsto ore, percusso corde, lugubri veste, 681. — Despice temporalia et caduca ut tanquam eximius belligerator, pompam relinquens sæculi, possis bravium post victoriam promereri, 679. — Serva corpus et membra ea dignitate qua decet, 713. — Ipse Christus in te dignatur habitare, seipso vestit te, munit et ornat, *ibid.* — Versus contra corporis et vestium luxum, 701, 702. — Corporis senio decidentis descriptio, 694.

ANSELMUS, Laudun. — Docet nos vestis Joannis Baptistæ ut asperis utamur vestibus ad carnem domandam, CLXII, 1263. — Qui non inquinaverit vestimenta sua, 1515. — Meretrix Babylon in superbo vestitu describitur, 1561.

RUPERTUS, Tuitiens. — Exemplum impiæ reginæ Jezabel quæ audito Jehu introitu, depinxit oculos suos sibi, ornavit caput suum et per fenestram ut seduceret prospexit, ex quo dejecta est, CLXIX, 885. — Mulierem Apocalypseos purpura circumdatam, cocino et auro, lapidibus et margaritis, tenentem poculum in manu abominacione plenum exponit, 1152.

HILDEBERTUS, Cenoman. — De Joanne Baptista: Cum asperis, ait, induitur, ad domandam carnem laboribus informat, cum pellicea zona lumbos cingit ad castitatem invitat, CLXXI, 657. — Pretiosa vestimenta Deo non placent, 838.

GODEFRIDUS, Admontens. — Corpus est symbolum corruptionis, CLXXIV, 688. — Vestimenta sunt symbolum corporis humani, 783. — Superflua curæ fugienda, 622. — Divitis molliter vestiti et epulonis finis lugendus, 388 et seq.

HUGO A S. VICTORE. — Vestes nec ultra modum mundas esse decet, tanto enim quisque polluitur intus, quantum ad inanem gloriam foris mundatur, CLXXVI, 908. — Multum interest enim inter necessitatem et cupiditatem, *ibid.* — De vestimentis sacerdotalibus, CLXXVII, 927.

BERNARDUS (S.), Claræval. — Carnis deliciæ, spiritus corruptelæ; pellicæ leves et calidæ, panni subtiles et pretiosi, longæ manicæ, amplum caputium, operiorum: sylvestre et molle stamineum sanctum non faciunt, CLXXXII, 77. — Quod otium parit fastidium, hoc exercitium reddit dulce, *ibid.* — Carnis cura poenitiæ contraria, 624. — Caro spiritui servire debet, non spiritus carni, CLXXXIII, 600. — Caro, domesticus hostis valde timendus, 343. — Carni quod molestum, hoc præsertim eligendum, 123. — Vestium luxus in clericis vitoperandus, CLXXXII, 770, 812, 912. — Vestitum vanitas, lepra luxuriæ, CLXXXIII, 289. — Vestium decor vestium non decorat, CLXXXII, 258. — Luxus vestium prohibitus præsertim in monachis, CLXXXIII, 85. — Pulchritudo fucata damnatur, CLXXXII, 258. — Internæ nullo modo comparabilis, CLXXXIII, 913. — Non de altari recipitur ut luxurieris, ut inde tibi compares frena aurea, sellas depictas, varia griseaque pellicea, CLXXXII, 86. — Sic ergo et nos contenti simus vestimentis quibus operiamur, non quibus lasciviamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis vel similari, vel placere studeamus, *ibid.* — Fastus cedit, ubi invalescit affectus, CLXXXIII, 999. — De vera pulchritudine in anima quærenda, *ibid.* — Multi fastu vestium et corporis deliciis tantum festa sanctorum concelebrant, 44.

GILBERTUS DE HOILANDIA. — Bona hæc indumenta quorum unum ornat, alterum armat, CLXXXIV, 153. Vestimenta animæ mystice qualia, 181, 182.

GUERRICUS, Cisterciens (V.). — Hæcine est species pietatis quam in eis videmus, habitus et incessus meretricius, sermo scurrilis, oculus impudicus, venter qui pro Deo colitur, et omnis illa vitæ contumelia quæ publice pietati irrogatur? CLXXXV, 59. — Non ex habitu semper dijudicanda virtus, *ibid.* — Non unus Naaman, sed innumeri: O divites, et leprosi! superbi, sed ærumnosi! 61. — Pallium divini amoris in hujus vitæ hieme induendum, 50. — Aurum sapientiæ, animæ pretiosum ornamentum, *ibid.*

GRATIANUS. — Decret. circa habitum cleric. : condemnantur clerici qui claris fulgidisque vestibus lasciviant, CLXXXVII, 1117. — Item qui sæcularibus vestibus utuntur, 1118.

PETRUS VENERABILIS, Cluniac. abb. — Quosdam usus in vestibus arguit apud Clarævallenses solitos, CLXXXIX, 113. — Varietas coloris in monachorum vestibus divisionis schismatisque causa esse non debet nec jactantiæ, 353, 354. — Parvi refert utrum albus nigerve sis, 404. — Etiam in sordido habitu diabolus quod suum est quærit, et humilitatis vestibus quandoque texturam

superbiæ interserit, 944. — Christi indumento quæ sint adhibenda? 960. — Statuta ordinis Cluniac. circa vestimenta quibus, mollities et fastus præsertim extirpantur, 1030, 1031.

GERHOHUS, præposit. — Sanctimoniales arguit quæ accipiunt de foris vestes pretiosas, seu alia quælibet ornamenta, CXCIV, 1279, 1283.

AELREDUS abbas. — Vestimenta cilicina, lanea, lineæ, et purpurea mystice exponuntur de statu animæ, CXCIV, 358, 359.

RICHARDUS A S. VICTORE. — Corpus statim ut anima exit voluntarium motum et omnem sensum amittit, CXCVI, 210. — Omni hora deberet homo memorari novissima sua, *ibid.* — O cum quanta confusione ad Deum redibit... qui Dei in se similitudinem conculcavit, lædavit, obliteravit! 211. — Mulieres cum tortis crinibus auro et veste pretiosa ornatas arguit, 336.

ADAMUS SCOTUS. — Pulchritudinis corporeæ pericula, CXCVIII, 584. — Excæcat aspectantium oculos, 515. — In vestitu modestia commendatur, 533.

ARNULPHUS, Lexovien. — Habitus honestas verborum vultusque dignitatem auget, CCI, 183. — Verecundia faciei animi castitatem probat, *ibid.*

REINERIVS S. LAURENT. Leod. mon. — Pompa et vanitas tum vestium tum ornamentorum S. Pelagiæ adhuc meretricis, CCIV, 53. — Ejus pulchritudo qua alliciebantur miseri filii sæculi, *ibid.* — Quibus vestimentis jam poenitens induta sit, 59. — Pulchritudine vana corporis in jejuniis extincta, pulchritudinem animæ longe pretiosorem consecuta est, 60.

BALDUINUS, Cantuar. archiep. — Oculis sua pulchritudine amorem provocat, et secreta significatione amorem nuntiat, CCIV, 481. — Mulier quæ oculos pingit stibio, speciem quam non habet mentitur, *ibid.*

PETRUS CANTOR. — Curiositas vestium superflua arguitur, CCV, 251. — Improbantur varii opifices harum vanitatum, 253. — Contra mollitiem vestium invehitur, 254. — Monachorum vestis non splendeat, 485 not. — Christianum non decet sirmatica vestis, 252.

PETRUS BLESENSIS. — Fastum et arrogantiam canonici cujusdam insectatur, CCV, 75. — Elias et Joannes de vestium asperitate laudantur, 578. — Respice puerum Jesum pauperrimis pannis involutum, *ibid.* — Discipuli Christi pannosi, 587.

MARTINUS (S.), Legion. — Mundus non relinquitur nisi vestimentorum respuatur mollities, CCVIII, 634. — Cilicium et cinis corpus poenitentis involvunt, *ibid.* — Pulchritudo non est diligenda in creaturis, sed in eo qui hanc creaturis distribuit, 678. — Sit gloria nostra delicias corporales respuere, terrena contemnere, cœlestia desiderare, 720.

ALANUS DE INSULIS. — Corpori non indulgendum, CCX, 119. — Corpori non ita providendum ut obliviscamur spiritus, 588. — Forma fragile bonum est, 117. — Hujus novissima sæpe memoranda, *ibid.* — Eam mors perdit, unius acus exaratio perimit, infirmitas demolitur, senium deprædatur, *ibid.* — Noli jactare insignem habitum, 118. — Hominis speculum triplex scriptura, natura et creatura, *ibid.*

ABSAÏO, abbas. — Attende quæ sit conditio carnis nostræ, misera, utpote necessario moritura, victura brevi, custos sepulcri, socianda vermibus, judicio addicta, et nisi misericorditer liberetur in æternum peritura, 24. — Attende miseriam hujus carceris, id est corporis, 42. — Quomodo macula proprietatis per vestimentum diverse contrahitur a monachis, 174. — Luxum quorundam clericorum arguit, 142.

ADAMUS, Perseniæ abb. — Non affectat divina puritas longos vestium tractus ad nihilum aliud necessarios quam ad concitandos pulveres, et ad gressus festinantium retardandos, *ibid.* — Non erubescunt feminae nostri temporis probrosæ assimilari vulpeculæ post se longam trahenti caudam, 610. — Christianam mulierem decet habitus moderatus, vultus verecundus, 611. — Habe pondus, serva numerum, mensuram tene, nec dividi poteris ab auctore, 617. — Modum ignorat superfluitas, *ibid.* — Damnabilis est in vidua curiositas vestium, sumptuum superfluitas, pompa equitantium, 694.

HELINANDUS, abbas. — Quis clericus erubescit comptus procedere in publicum? Quis molli et femineo gressu incedere, imo quis mulier esse? CCXII, 633. — Et quid ipsis adhuc desit ad formæ lenocinium sui ordinis et corporis injuriam tota die quæritantes ad speculum, 633-634. — De cognitione corporis humani, 729. — De ejusdem miseria, 750.

SICARDUS, Tremonen. — De habitu clericorum tum sacro, tum domestico et ejusdem significatione mystica, CCXIII, 57 et seqq., 72, 84. — Arma non portant, quia

non homines sed dæmones impugnant, 60. — Cingulo lumbos præcingere est luxuriosos impetus refrenare, 74. — Subdiaconi induunt poderem talarem (l'aube) ut discant munditiam corporis et castitatem induere. Deinde balteo (le cordon) renes accingunt, ut, sub timore Domini, discant carnales concupiscentias refrenare, 85.

Gesta Innocentii III. — Ut videbat magnam regnare superfluitatem in sæculo, et maxime in prælatis ut liberius eos possit corripere, ad summam reduxit mediocritatem domum suam, CCXIV, CCXXV. — Pelles hermelinas et griseas commutavit in agninas, *ibid.*

IV. — Ebrietas.

TERTULLIANUS. — Vini usus olim mulieribus interdictus, I, 302, 303, 1288. — Ebrietatis et libidinis dæmonia duo inter se conspirata et conjurata, 643.

HILARIUS (S.), Pictav. — Ebrietatis miseria graphice depingitur, IX, 687. — Vinum cor hominis lætificans, et vinum cor hominis compungens, 386. — In vino lascivia, *ibid.*

AMBROSIUS (S.). — Vinum nec suo pepercit auctori, XIV, 701. — Incestus ebrietatis fructus, 702. — De vini abstinentia, *ibid.* et seqq. — Vini ebrietas fomes libidinis, 327. — Quanta vini est vis, XVI, 203. — Ubi caro inebriatur mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat, 440. — Gluttones et ebriosi servi sunt ventris et libidinis, XVII, 529.

BACHIARIUS, lib. ad Januar. — Donec muscipulam fornicationis evaseris, non te ebrietatis laqueis credas, XX, 1050. — Luxuriæ atque ebrietati quædam sibi in vitiorum nativitate germanitas est, *ibid.*

HIERONYMUS (S.). — Nunquam vinum redoleas, ne illud audias philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare, XXII, 536. — Non Ætnei ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius et Olympus tantis ardoribus æstuant ut juveniles medullæ vino plenæ et dapibus inflammatae, 554. — Comicus dixit: *Sine Cerere et Libero friget Venus*, *ibid.* — Festivitates non celebrandæ in vino, XXV, 1243. — Odit autem Deus... eos qui non celebrant festivitates Dei, sed festivitates suas, 1053. — Nisi cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt, XXII, 662. — Venter mero æstuans cito despumat in libidines: in vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est, 663.

AUGUSTINUS (S.). — Ebrietatis peccatum consuetudine vitium et contemnitur, XXXVIII, 125. — Ebrío nihil insanius, XXXVII, 1570. — Ebrietatis et malæ consuetudinis pugna, XXXVIII, 816. — Ebrietas cavenda, 1098. — Frequentissima temporibus Augustini, XXXIII, 565. — Ebrietates in honorem sanctorum martyrum, 91. — Reprehenditur hoc vitium, 116. — Ebriosum inter et ebrium plurimum interest, XLII, 427.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Crapulæ et ebrietatis consecraria in Herode, LII, 650. — Arguuntur excessus in Kalendis Januarii soliti, 609 et seqq. — Ebrietas est dæmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, invitatus hostis, illecebra honestatis, et pudoris injuria, 275. — Ebrietas cædis mater, parens litium, furoris genitrix, petulantia deformiter est magistra. Hanc qui habet, se non habet; homo non est, est ipse peccatum, *ibid.* — Ebrietas in Christiano crimen est, in sacerdote sacrilegium, alter animam suam necat vino, sacerdos spiritum sanctitatis exstinguit, 275.

SALVIANUS. — Ebrietas nobilibus ignobilibusque communis, LIII, 142. — Ebrietas Christianorum detestabilior quam Hunnorum et cæterorum barbarorum, 87. — Ebriosi in ebrietatibus Deum spernere videntur, 170.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Luxuria comes est ebrietatis, LVII, 736.

PRUDENTIUS (S.). — Ne crapula ferveat cavendum est, LIX, 815.

ISIDORUS (S.), Hispal. — Esca crapulam generat, potus ebrietatem, LXXXIII, 649. — Ebrietas perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis, 649. — Ebrietas sensum rationis captivat, 650. — Vini deditos et luxuriantes arguit Isaias, *ibid.* — Multi belluina consuetudine detenti luxuriæ tota die epulisque inserviunt, *ibid.* — Tota die epulas in cogitatione rumiatur qui ad explendam gulam vespere sibi delicias præparat, 652.

ALCUINUS (B.). — Quanta mala generat ebrietas nemo est qui nesciat, C, 166. — Sobrietatem in potu commendat, 175. — Ebrietatis assiduitatem maxime devota, ex vini calore febrium ardor ingruere solet super incautos, *ibid.* — Ebrietatem sectantes quasi inferni foveam devota, 245. — Insania est assidua ebrietatis luxuria, *ibid.*

HINCMARUS Rhem. — Apud multos ex usu ebrietas

non solum tenetur, sed etiam de ea quasi pro virtute se jactant et gloriantur, CXXV, 876.

PETRUS DAMIANUS (S.). — Luxuriosa res est vinum et tumultuosa ebrietas, ventrem namque vino et epulis assuescere, quid est aliud quam hostibus animæ ut ingrediatur aditus aperire, 428.

RADULPHUS ARDENS. — Ebrietas quid sit, CLV, 1670. — Quæ mala pariat, *ibid.*

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Qui vult ebrietatem seu immoderatam bibendi voluptatem, sua culpa perdit gratiam, quam accepit, CLVIII, 525. — Esuri et siti, abstine et aresce: nisi jejuniis erudiaris, non potes tentationes vincere, 680. — Versibus corripit ebriosos et crapulæ deditos, 701.

BRUNO (S.), Astens. — Ab omni vinolentia et ebrietate abstinendum est, CLXV, 939. — Quanta mala a vino procedant, *ibid.* — Et vini et concupiscentiæ ebrietas mala est; nullum enim secretum est ubi vel hæc vel illa regnat, *ibid.* — Ebrietas sacrilega Balthazaris regis quomodo punitur, 1359.

HILDEBERTUS, Cenoman. — Suspectus est aureus calix Babylonis, malo sitire, CLXXI, 432. — Ebrietas damnatur, 449. — Ebrietas sensum aufert, corpus debilitat, 468.

GODEFRIDUS, Admont. — Ebrietas et edacitas luxuriæ mater, CLXXIV, 1121-1122. — Craticula est corpus nostrum in qua misera anima ignes diversos tentationum patitur, 956.

HUGO A S. VICTORE, Paris. — Ebrietas est per quam menti quædam sui oblivio generatur ex superfluum potuum indulgentia, CLXXVI, 1001.

BERNARDUS (S.), Clarævall. — Numquid liquorem illum cujus et color blande arridebat oculis, et sapor dulce in palato respondebat, aut scyphos accuso argenteos? CLXXXII, 708. — Calix dæmoniorum ebrietas, 85. — Christus vina sua dulciora super mel et favum propinare non dignatur ubi curiosa est ciborum diversitas, 86. — Vinum raro bibunt Cistercienses, eo quod corpori potius quam menti militat, 77. — Illi aquam miscebunt, CLXXXIII, 515. — Vina pigmentata eisdem vetita, CLXXXII, 911. — Cum venæ vino fuerint ingurgitæ, toto in capite palpitantes, sic surgenti a mensa quid aliud libet, nisi dormire? *ibid.*

GRATIANUS. — Non est vacandum comessionibus et ebrietatibus, CLXXXVII, 229.

PETRUS VENERABILIS, Cluniac. abbas. — Voluptuose et superflue bibere et inebriari vult homo carnalis, cui omnino contradicit Christus, CLXXXIX, 593.

GARNERIUS A S. VICTORE. — Ebrietatis et temulentiae fructus in Herode, CXCIII, 169.

ECBERTUS, abbas. — Vini potus non est per se malus; si temperate et ordine fiat licet, contra Catharrhos demonstratus, CXCIV, 39.

JOANNES, Saresber. — Turpes esse solent coepulantium et comopotantium cœtus, CXCIX, 403.

PETRUS CELLENSIS. — Cum sepelitur aliquis vino, enervatur luxuria, luget natura, CCH, 430. — Non simus dediti vino in quo est luxuria, 651.

PETRUS CANTOR. — Contra ebrietatem, CCV, 330. — Ebrietas sui et Dei immemorem facit, 332. — Imaginem et Dei similitudinem, quæ refulget in homine, cæca deformavit ebrietas, 762. — Ebrietatibus organa tota delirant, *ibid.* — Si vinolentia te ingurgites, quantas libet lingua tua Dei laudes sonet, vita blasphematur, *ibid.*

MARTINUS (S.), Legion. — Adam cecidit per gulam; Lot per ebrietatem; Salomon per luxuriam, CCVIII, 677.

ALANUS DE INSULIS. — Ebrietatis descriptio, CCX, 120, 462. — Ebrietatis effectus et malitia, *ibid.* — Ad facinora impellit, 253. — Ebriosi fugiendi, 253. — Ipsi clericiis familiaris, 463. — Secreta ebriis committi non debent, 581.

V. — *Gulæ excessus. — Comessiones, conviviorum et epularum delicia, et crapula.*

TERTULLIANUS. — Victus omnem disciplinam aut occidit, aut vulnerat, II, 960. — In primordio hominis pabulum quale fuerit, 958. — Convivia publica ethnicorum quæ et quam nefanda, I, 452. — Gulæ comites libido et luxuria, II, 953.

CYPRIANUS (S.). — Convivia lasciva vitanda, IV, 457. — Convivia turpia, lutulenta in collegio, III, 1030. — Convivia cum malis vetita, 829. — Epulæ largiores vitandæ, IV, 244. — Epulis atque cœpibus inhiare, 391.

HILARIUS (S.), Pictav. — Liber viventium alius est a libro justorum, IX, 483.

AMBROSIUS (S.). — Gula de paradiso regnantem

expulit, XIV, 700. — Malæ dominæ servitur gulæ, quæ semper expetit, nunquam expletur, 706. — Quæ non propter ventrem pericula? 705. — In utero ambulat qui ventri et gulæ serviunt, 312. — Tetendit diabolus laqueum gulæ, 325. — Plurimos gula sua occidit, nullum frugalitas, 326. — Libido pascitur convivii, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur.

HIERONYMUS (S.). — De exquisitis cibis, XXII, 533. — Convivia sæcularium fugienda, 536. — Quid prodest oleo non vesci, et molestias quasdam, difficultatesque ciborum quærere? 537. — Pinguis venter non genuit sensum tenuem, 537. — Multo melius est corpori imperare quam servire, 479. — Quid nos ventris animalia tale unquam fecimus? quos vel si secunda hora legentes invenerit, oscitamus: manu faciem defricantes, continemus stomachum, 478. — Epularum largitas corpus frangit et animam, XXIII, 301. — Difficile inter epulas pudicitia servatur, XXII, 957. — Plenus venter facile de jejuniis disputat, 580.

AUGUSTINUS (S.). — Cibum et potum non nisi gratia conservandæ salutis lex æterna admittit, XLII, 426. — Alimenta sumenda tanquam medicamenta, XXXII, 797. — Magnus ille est qui in cibo non rapitur aliquantulum extra metas necessitatis, 799. — Quod saluti satis est, parum est delectationi, 797. — Cibus sine voluptate non sumitur ut vivatur, XLI, 622. — Ciborum necessitas calamitas est et deliciæ vocantur, XXXII, 797. — In cibo insidiatur laqueus concupiscentiæ, *ibid.* — Cibus qui in ventre jam non sapit, in memoria quasi sapit, 786. — Cibi aviditas major in curis, 924. — Cibi viles et electi, nihil amplius præstant, XXXVIII, 413. — Cibus spiritalis præstantior corporali, XXXVIII, 4181. — Cibus noster Deus; solus reficit nec deficit, XXXVI, 597. — Gulosi describuntur, XXXIV, 97.

JOANNES CASSIANUS. — Spiritui gastrimargiæ seu gulæ colluctandum, XLIX, 205, 217, 223, 229, 236, 636 et seqq. — Deliciæ cibi et potus vitandæ, 625.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Consule sermones de *divite epulone*, LH, 529, 536, 540; et de filio prodigo, 183 et seqq. — Jacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiva, 654. — Ecce quidquid pariunt totis noctibus protracta convivia, *ibid.*

SALVIANUS. — Rusticum cibum et sobrietatem veterum Romanorum laudat, ut excessus sui temporis confundat, LIII, 32, 33. — Dæmoniorum mensæ participare non possumus et mensæ Domini, 155.

LEO MAGNUS (S.). — Adversarii nostri dolos non solum in illecebris gulæ, sed et in ipso jejunio caveamus, LIV, 278. — Per illecebram cibi irrepsit prima causa peccati, 421. — Quotidiano experimento probatur satietate carnis aciem mentis obtundi, et ciborum nimietate vigorem cordis hebetari, 186. — Alibi adversus Manichæos loquens de cibo: Quod si immoderata aviditate sumatur, nimietas edaces et hibices dedecorat, non cibi neque poculi natura contaminat, 279.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Convivia ebriosa Kalendarum damnantur, LVII, 270. — Gulæ vitium, quot afferat detrimenta, 564. — Luxuria semper juncta est saturitati, 575.

GREGORIUS MAGNUS (S.). — Convivia vix sine culpa celebrantur, LXXV, 532. — In conviviiis etiam moderatis diabolus locum invenit, 568. — Convivium reproborum est delectatio temporalium voluptatum, LXXVI, 709. — Non cibus, sed appetitus in vitio est, 537. — Gulæ tentationes, 622. — Quinque modis nos tentat gula, 536. — Gula cunctæ virtutes obruntur, *ibid.* — Gula antiqua est diaboli tela, LXXVIII, 22. — Ab ea quam timendum sit, 314.

EUTROPIUS (S.). — Gulam seu gastrimargiam primum octo vitiorum principalium computat, LXXX, 9. — De gastrimargia oritur fornicatio seu luxuria, 11. — Triplici genere distinguitur, *ibid.* — De gastrimargia nascuntur comessiones, ebrietates, 12.

TAIC, Cæsaraug. — De gulæ concupiscentia, LXXX, 940.

ISIDORUS (S.), Hispal. — De gula, quid et quotuplex sit, LXXXIII, 647. — Per eam accenditur et nutritur libido. Arguuntur comessiones et sumptuosa convivia, 648. — Non facile expelluntur spiritus immundi nisi per gulæ extinctionem et abstinentiam, 649. — Nullus homini tam importunus exactor quam venter, *ibid.*

PAULINUS (S.), Aquil. — Crapula et ebrietas maxime vitandæ præsertim a clericis, XCIX, 297.

—ALCUINUS (B.). — Quid conviviorum frequentia quæ animam a religione melioris vitæ avertere solet, C, 166. — Commendatur continentia in cibo et in potu, 158. Non te ciborum luxus enervet, 222. — De gula, CI, 633. — De ventris ingluvie, 1194.

HALITGARIUS. — De ventris ingluvie, CV, 667. — De remedio gulæ, *ibid.*

JONAS, Aurelian. — Vehementer arguit eos qui delicias cibis ventribus distentis et diversissimis potionibus irrigatis non ad laudes Dei, sed ad cachinnationes ora dissolvunt, CVI, 164. — Terrendi sunt epulis multiloquioque vacantes damnatione illius purpurati divitis qui micam Lazaro indigenti dare noluit, 165. — Nunc vix sumitur cibus sine detractioe, sine simulatione, sine insultatione, sine histrionum saltatione, et obscœna jocatione, et turpiloquiis et scurrilitatibus et cæteris innumeris vanitatibus quæ christianum animum emolliunt, *ibid.*

RABANUS MAURUS. — In luxurioso impuroque Herodis convivio eruentæ allatæ sunt epulæ, CVII, 960. — Carnalis populus Judæorum, cœlestem cibum spernens, voluptatem carnalium desiderabat, CVIII, 661. — Alia carnis tentatio nascitur dum carni immoderatus in refectione servitur, CX, 957. — De natura, tyrannide et remediis gulæ, EXII, 1567 *et seqq.*

PASCHASIUS RADBERTUS. — Per gulam concupiscentiarum fomes nutritur, inventiva libidinum in nobis acrius inflammantur, CXX, 188.

HINC MARUS, Rhemensis. — Capitula quibus tabernæ et comessationes clericis interduntur, CXXV, 780. — Admonendi sunt gulæ dediti, ne in eo quod maxime delectationi incumbunt, luxuriæ se mucrone transfigant, 875. — Edacitas ad luxuriam protrahit quoniam dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur, 876.

ODO (S.), Cluniac. — Gulæ cultores Apostolus vocat inimicos crucis Christi, ventrem suum pro Deo habentes, CXXXIII, 567; et in *Job* legitur: *Sapientia non invenitur in terra viventium*, 567.

ATTO, Vercell. — Qui frequenter ad alienam mensam convenit, otio deditus, aduleter necesse est pascenti se... quod factum valde abhorret disciplina Dominica, talium enim Deus venter est, qui tam fœda cura sibi necessaria provident, 662.

RATHERIUS, Veron. — De mensa et conviviis luxu redundantibus quorundam episcoporum sui temporis, CXXXVI, 291. — Quomodo a vitiiis abstinebit, qui gulæ deservit, 696. — Unde dicatur gula triformis, *ibid.*

PETRUS DAMIANUS. — Quomodo de inimicis nostris triumphum possumus obtinere, qui semper in epulis, triumper in poculorum affluentium volumus ingurgitatione jacere? CXLIV, 428. — Gulæ reprimatur edacitas, ut sinceræ valeamus esse castitatis victores conspici, 429. — Qui ventrem pro Deo veneratur Deum quodammodo negare convincitur, *ibid.* — Pruritus gulæ cohibeat frenum disciplinæ, 426. — Coquorum princeps jure asseritur venter, cui nimirum a coquis laborioso opere servitur, 427. — Divitis epulonis sæva inhumanitas, 418. — De gula, quid dicam, cum opulenti quique nesciant famem, nunquam præstolentur esuriem? Tumentes ventres, nisi citius per utrumque spiramen effoliant, crepitum ilibus reformidant, et sic in manibus fistulæ consistit incolumitas vitæ, 231. — Ora flammantia crapulantur, nec tamen dicent si sunt, fastidio prohibente, comedere, sed potius figurare, *ibid.*

GUIGO, prior Carthus. — Summopere nitendum est ut et mentis superbia prematur humilitate, et carnis luxuria sobrietate, CLIII, 595. — Numerosis et exquisitis relecti dapibus, divinam indignationem quomodo nostris putamus placandam precibus?

RADULPHUS ARDENS. — Stulte et male animam nostram diligimus, si ejus sensualitati in ingluvie, in luxuria, in voluptate satisfaciamus, CLV, 1527. — Comessationes et ebrietates opera sunt tenebrarum, 1670. — Comessatio superflua est frequens et luxuriosa epulatio, nec in mensura nec in tempore, nec in modo modum observans, *ibid.*

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Adversus gulæ et crapulæ sectatores carmine invehitur, CLVIII, 701, 702. — Sunt quæ summa putat meretrix, coquus, histrio: nullum his præfert aut par æstimat esse bonum. Quidquid et ad victum mare nutrit, terra, vel aer, quærit habetque viri luxuriosa fames. Et modico ventri vastus vix sufficit orbis, 701.

IVO (B.), Carnot. — Mens repleta torpescit et irrigata terra corporis hujus spinas et carduos germinat, CLXI, 1126. — Quosdam Belvacenses clericos increpat qui ventri plus æquo erant dediti, 118. — De qualitate ciborum non curat qui sitit.

ANSELMUS, Laudun. — Gula porta est et initium cœterarum voluptatum, CLXII, 1271. — Per eam præsertim homines tentat diabolus, 1272. — In cibo Joannis Baptistæ docemur ut asperis cibis et naturalibus utamur,

non multum solliciti circa extraneos et remotos cibos, 1265. — Anima plus quam esca, 1312.

BRUNO (S.), Astens. — Crapula et ebrietas sunt peccata quæ corda gravant, corpus corrumpunt, libidinem provocant, mentem evertunt, exteriorem hominem debilem reddunt, CLXV, 936. — Majus est abstinere a vitiiis quam a cibis, 957.

RUPERTUS, Tuitien. — Læticia satietatis, prænuntiata tribulationis, CLXVIII, 968. — Exactor clamans venter est, 1167. — Convivii Balthazaris finis terribilis, 1359 *et seqq.*

HILDEBERTUS, Cenoman. — Cives sunt diaboli qui comessationibus, ebrietatibus et luxuriis student, CLXXI, 865. — Ex saturitate ad libidinem homo inflammatur, 427. — Asper est cibus, sed salutaris; amarus est gustu, sed cum deglutitus fuerit dulcorabitur super mel et favum, 431. — In primæ mulieris peccato, primum oculis capta est et odoratu, ejus auditum deliniverunt verba serpentis, inde tactus ministravit et gustus peccatum consummavit, 842.

HONORIUS, Augustod. — Peccatum est crapula quo quis tantum gulæ illecebris deservit, et omne studium ventri ut porcus impendit, CLXXII, 1010. — Illi quorum corda crapula gravantur, cum divite in flamma arescentes cruciabantur, *ibid.*

GODEFRIDUS, Admont. — Divitis quotidie epulantis damnatio, CLXXIV, 388 *et seqq.* — Sicut imprudentia animæ ita et intemperantia corpori ascribitur, 4121.

HUGO A S. VICTORE. — De ventris ingluvie seu gula, et ejus comitatu, CLXXVI, 1001. — Cibi sumptio tria habet consideranda: quid, quando et quomodo sumatur, 1054. — Et tria observanda, modus, mensura et numerus, 1055. — Quinque partium gulæ vitium, CLXXVII, 850. — Non cibus, sed appetitus vitium est, *ibid.*

BERNARDUS (S.), Clarævall. — Nunquid dapes quotidie festivas, sicut inculpabiles scutellas redarguo? CLXXXII, 703. — Gulæ voluptas quam vilis et indigna, 842. — Gulæ damna plurima, 985. — Calix dæmoniorum crapula, 85. — Quomodo ignis et aqua simul esse non possunt, sic spirituales et carnales deliciae in eodem se non patiuntur, 86. — Ciborum condimenta nimia in monachis vetantur ut libidinum fomenta, 77. — Venter dum nescit oneratur, sed varietas tollit fastidium, 910. — Adversus delicias invehitur, CLXXXIII, 589.

GUERRICUS. — Sicut stomachus, immoderato usu dulcium corruptus, potionibus purgatur amara, sic eorum qui suaviter vixerunt in amaricata conscientia, vita et consuetudine curantur austerâ, CLXXXV, 48.

ROBERTUS PULLUS. — Quomodo cibi sint sumendi, CLXXXVI, 969, 974. — Non cibi hominem coinquant, sed cupiditas et abusus, 975.

GRATIANUS. — De alimentis, CLXXXVII, 217. — De cibo et appetitu, 219. — Non vacandum comessationibus, 229.

PETRUS VENERABILIS, Cluniac. monac. — Ordinis sui monachos arguit qui, sprete abstinentia, post carnes anhelant, CLXXXIX, 419. — Lustranda sunt nemora, venatoribus opus est: aucupum arte fasiani, perdices, lurtures capiendi sunt, ne servus Dei fame pereat, *ibid.* — Monachi gulosi finis horribilis, 421. — Voluptuose et superflue vult homo carnis epulari cui Christus penitus contradicit, 593.

GARNERIUS. — De ventris ingluvie oriuntur inepta læticia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus, CXIII, 153. — Qua ratione propagetur, 154. — A dissolutione spiritus procedit appetitus gulæ, 273. — Bruchi nomine designatur ingluvie, 134.

ECBERTUS, abbas. — Etsi bonum et laudabile sit carnis abstinere, attamen carnum esus sobrius non semper prohibetur ab Ecclesia, CXCIV, 36, 39. — Quænam coinquant hominem, 38.

ÆLREDUS, abbas. — Quomodo fur pessimus scilicet diabolus per sensus et primum per gulæ concupiscentiam nos ignorantes rapit et decipit, CXCIV, 223. — Diæta multum inservit ad frenanda carnis desideria, 243. — Eos qui in sæculo contempnunt divitias, honores et delicias, qui parce, sobrie, caste et religiose vivunt, Ægyptii seu superbi lapidibus obruant, id est, duris conviciis insectantur, 244.

RICHARDUS A S. VICTORE. — Gula est velut famulatrix et ministra luxuriæ, CXCVI, 690. — Delectatio potus et cibi, quam est vitiosa, 481. — Delectationes exteriores quanto quis contempserit, tanto plus in Deo delectari poterit, 418. — Sensualitati ratio principetur, 501.

HILDEGARDIS (S.). — Cum homo carnem suam moderate pascit, lætos et mansuetos mores habet; sed

cum in nimietate ciborum et conviviorum vivit, quodlibet nocivum vitium pullulare facit, CXCVII, 356.

ADAMUS SCOTUS. — Frenanda est gulæ inhonestas, CXCVIII, 256. — Non minus sobrietatis modum excedis cum a corpore tuo necessaria excludis, quam cum superflua impendis, 256. — Cibi voluptas et deliciæ vitandæ sanis, indulgentur ægris, 532.

RADULPHUS, Lexoviens. — Episcopo cuidam exprobrat conviviorum luxum et sumptus nimios, CCI, 181. — Item thuris odorem in epulas transtulisse eundem arguit, *ibid.* — Tantæ sensualitatis miseri fructus, 182. — Cibi potusque sobrietatem in Alexandro III papa collaudat, 183.

PETRUS CELLENSIS. — Excessibus gulæ abstinere gaudet natura, paucis contenta, CCII, 430. — Monstri hujus scilicet gulæ facies blanda est ut decipiat, *ibid.* — Sceptum regni carnis delatione obtinente, quæ pax super Israel? *ibid.* — Ubi sine licentia comeduntur carnes, nonne Adæ prævaricatio renovatur? *ibid.* — Gula porta et infusorium ventris, 643. — Epularum abundantia et ciborum repletio fomentum parant titillationibus et incentivis carnis, 681. — Gulæ familia quæ, 686. — Remedium, gulæ diæta seu abstinencia, 730. — Diaboli esca quæ, 782.

PETRUS CANTOR. — Gula quid sit, CCV, 73. — De gastrimargia, 328. — Adversus gulam et ebrietatem, 330. — Luxuriam parit, 331. — Gula, concupiscentia carnis et libido vitia sunt adjuncta, 332.

PETRUS BLESENSIS. — Graviter reprehendit cujusdam ingluviem quantaque ex ea nascentur mala exemplis declarat, CCVII, 259 *et seqq.* — Fames prodigi, salutare documentum cuilibet luxuriose viventi, 603. — Qui esurit in præsentis sæculo satiabitur in futuro, *ibid.* — Gastrimargia est eorum quæ odit Deus, 759. — Adversus comessationes et ebrietates invehitur, 762.

MARTINUS (S.), Legion. — Si veraciter mundum vultis relinquere, ciborum delicias et vestimentorum mollitiem respuite, CCVIII, 654. — Jejunet caro a cibus et mens a viliis, *ibid.* — De gastrimargia nascuntur contentiones et ebrietates, 721. — Libidinem abstinencia domat, 723. — Non exquirenda sunt accuratiora sed communia alimenta, 739.

ALANUS DE INSULIS. — Contra gulam exhortatio insignis, CCX, 119. — Gulæ descriptio, 120. — Gulæ effectus perniciosi, *ibid.* — Morborum origo, *ibid.* — Gula insatiabilis, 591. — Gula dicitur sulfur et luxuriæ seminarium, 248. — De superfluitate ciborum, 464.

ABSALO, abbas. — Gula quotidie machinatur sobrietati, in cibus et potibus superflue appetendis, CCXI, 42. — Per appetitum gulæ æque ac per fluxum luxuriæ, corporalis dignitas corrumpitur, 175. — Convivii Adamo a serpente ministrati in paradiso voluptatis fructus fuere, languor naturæ, afflictio spiritus, appetitus mali et calamitas supplicii, 194. — Vita spiritualis et cætera bona tum gratiæ tum naturæ consumuntur a gula et luxuria, 156.

ADAMUS, Perseniæ abbas. — Ciborum deliciæ et ventris superfluens satietas arguuntur, CCXI, 610. — Victus sobrius mulieri convenit Christianæ, 611. — Damnabilis est in vidua sumptuum superfluitas, numerositas ferculorum, 694.

HELINANDUS. — Beati qui terrenis evacuatur dapibus, ut repleri cœlestibus mereantur, CCXII, 501. — Mentita est iniquitas illorum qui dicunt eos bene vivere qui se bene pascunt, qui suis voluptatibus obsequuntur, 545. — Quotuplici modo exerceatur sobrietas et refrenetur gula, 560-561. — Fames et sitis, cibi et potus optimum condimentum, 200-201.

GUNTHERUS, Cisterc. — Adversus gulam invehitur, CCXII, 209, 210. — Carnis petulantia jejunando restringitur, 219.

SICARDUS, Cremon. — Theodosius pius imperator, templa gentilium omnino destruxit, leges instituit, lascivias in comessationibus prohibuit, CCXIII, 474.

ANONYMUS. — Dialogus de esu volatilium monachis vetito, CCXIII, 931.

Gesta Innocentii III. — Mensam suam tribus ferculis voluit esse contentam, et capellanorum suorum duobus, CCXIV, 226.

VI. — *Lascivorum consortium colloquia et consilia prava, adulationes.*

TERTULLIANUS. — Verba inimica pudoris per loquacitatem increpant, I, 1288.

CYPRIANUS (S.). — Colloquia cum malis vetita, III, 829. — Colloquia incesta, IV, 437. — Contagium venenali sermonis, III, 829. — Vitiorum blandi assertores, IV, 781.

HILARIUS (S.), Pictav. — Sæpe quod pudet dici, non pudet cogitare, IX, 325. — Linguae periculosus et promptissimus lapsus, 826. — Linguae homicidæ gladii et spicula, 410.

AMBROSIUS (S.). — Loquacitas innocentiae virtutisque naufragium, atque incentivum prolapsionis et culpæ, XIV, 981-982. — Cave ne imprudenter loquaris, 335. — Mella distillabunt a labiis mulieris fornicariæ... postea vero amariorem felle invenies, 324. — Meretrix oculos delectat, aures demulcet, sed mentem inquinat; multa mentitur, falsa adjungit, aufert disciplinam, *ibid.* — Colloquia æqualium plerumque mores bonos corrumpunt, XV, 1210.

HIERONYMUS (S.). — Stultiloquium esse existimo eorum qui aliqua narrant turpia ut risum moveant et fatuitate simulata magis illudant in quibus placere desiderant, XXVI, 519. — Magis stultiloquium ad fatuas et ineptas fabulas transfertur, 520. — Fugiendum est persuasiones et decipulas fraudulentas quæ videntur florem quemdam sermonum habere et blandiri peccantibus, 622.

AUGUSTINUS (S.). — Loqui bona non possunt mali, neque mala boni, XXXVIII, 473. — Loqui dolum, quid sit, 123. — Peccatores cum iniquitatem et cum justitiam loquuntur, falsa loquuntur, XXXVI, 677. — Loquentes vanitatem non audiunt loquentes veritatem, XXXVII, 1866. — Recte non loquitur homo, nisi quantum Dominus adjuvat, XXXIV, 555. — Adulari, adulatores, XXXIII, 571; XXXVII, 1921; XXXVIII, 579, 1229; XL, 46.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Ex consiliis proditur diabolus, LII, 227. — Consilium impietatis quid fecerit, 524, 490. — Adulatio postrema dæmonis tentatio, 276. — Scandalum perniciosissimum nimis repentinus hostis, 275 *et seqq.*

VALERIANUS (S.). — Homilia *de oris insolentia* attente consulatur, LII, 706.

SALVIANUS. — Impiorum impiissima verba, quæ et qualia, LIII, 80, 82. — Improbilas aliena nequaquam nos facere debet improbos, 154. — Scandalis in gehennam trahimur, 64.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Diabolus in serpente mutatus fallacibus linguis novorum hominum piam rudemque innocentiam malignitate decepit, LVII, 798. — Remove mollium labiorum turpe mysterium, et nullus simplicibus viris tendatur laqueus adulantium, 751-752. — Opus pessimum maliloquii consuetudo, 752.

PAULINUS (S.). — Colloquia mala bonos mores corrumpunt, LXI, 211. — De linguae peccatis Deo veniam petit, 439.

GREGORIUS MAGNUS (S.). — Lingua pravorum bonis quam noxia, LXXV, 754. — Habere sub lingua dulcedinem quid sit, 1087. — Peccatoribus adulari quam noxium, LXXVI, 41. — Linguae adulantium locustarum instar fructus devastant honorum operum, 600. — Ignis est sermo adulatorius, 1033. — Subtiliter in mentem subrepat, *ibid.* — Adulatio statim extinguenda, 911. — Male suadentes angeli apostatæ dicuntur, LXXV, 618. — Astuta diaboli consilia maxime cavenda, LXXVI, 859.

ISIDORUS (S.) Hispal. — Os diaboli verba ejus sunt, seu occultæ inspirationes quibus corda hominum urit cupiditatibus, LXXXIII, 666. — Respue sermones impudicos, fuge inhonestas verba, nulla aures tuas sermonum impudicitia subrepat, 857.

BEDA (V.). — De malis per linguae incontinentiam provenientibus, XCIH, 26 *et seqq.*

ALCUINUS (B.). — Si pro omni otioso verbo reddiderimus rationem, quanto magis pro noxiis et fallacibus, C, 247. — Melior est suavorum veritatis quam mille adulatorum falsitatis, *ibid.* — Labia iniqua sunt, quæ nos suggerendo ad iniquitatem sollicitare nituntur. Pariter lingua dolosa est, quæ nos avertere vult a via justitiæ, C, 619.

JONAS, Aurelian. — Sunt plerique quibus potius cordi est vanis et obscœnis confabulationibus, quam lectionibus divinis aures accommodare, CVI, 147.

RABANUS MAURUS. — Confabulatione malorum hominum evertitur bonum propositum, CXII, 149.

PASCHASIUS RADBERTUS. — Si quis scurrilia replicat verba, vel risum moventia seu aliquid turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus, CXX, 474.

HINCMARUS Rhemensis. — Pastoralis necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, CXXV, 713. — Perniciosissima pestis est adulatio; cito mentem subrepat, nisi fuerit in ipso remota initio, 862. — Adulatores blandi sunt inimici, et in adventu judicis inter fatuos et stultos computabuntur, 861.

ODO (S.), Cluniac. — Non est timor Dei ante oculos

eorum, quorum guttur est ut sepulcrum patens, CXXXVIII, 568.

RATHERIUS Veron. — Juvenem decet a coæquævorum loquelis se continere, ut parviloquio assuescat, ne se rudis adhuc ætatis, facile ad illicita loquendo labatur, CXXXVI, 210.

FULBERTUS (S.), Carnot. — Omnis sermo malus facile mentem audientis inficiat, cum assidua colloquia et diuturnus usus pestem animis infundere soleant, CXXI, 561. — Patet fallaciæ ætas juvenilis et facile decipitur, cum fraudulentorum insidiis circumvenitur, *ibid.*

PETRUS DAMIANUS (S.). — De falsis amicis dicit: Dum blandiloquii sui suavitate demulcent, dum adulationis oleo caput audientis impinguunt, interiores oculos, ne solita luce perfruantur excæcant, 279. — Audiatur lingua vaniloqua, audiatur lingua otiosa, audiatur lingua scabiosa, quæ velut scabiem quamdam atque pruritus patitur, nisi semper acuto quodam modo supervacue locutionis ungue scalpatur, 916. — Malæ cogitationi pravæ locutionis janua est aperta, 842. — Lingua, membrum inquietum, membrum mortiferum, *ibid.*

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Os Christiani est os Christi, CLVIII, 715. — Mentem demulcet favor adulantis, favor autem et laudatio vitiorum maxime damnabilis est, 657. — Cave jaclantiam, cave ostentationis appetitum, cave gloriæ inanis studium, 680. — Præpara contra verbum asperum patientiæ clypeum, contra linguæ gladium patientiæ præbe scutum, 681. — Cave gloriæ popularem. Non te favor seducat, nec vituperatio frangat, 683. — Sermones impudicos respue, fuge inhonestæ verba, ne garras verba inania. Vanus enim sermo cito polluit mentem, *ibid.* — Linguosus homo imperitus; sapiens paucis utitur verbis, *ibid.*

IV) (B). Carnot. — Colloquia lascivorum vitanda, CLXII, 22, 23. — Sacerdotem quemdam increpat colloquia quædam suspecta foventem, 41, 42.

HILDEBERTUS Cenoman. — Adulatio quam perniciose, CLXXI, 507, 527, 1012. — Gaudent impii decipere eives suos et seipsos, 865. — Damnantur sermones qui pertinent ad persuasionem malorum, vel ad dissuasionem bonorum, ut adulationes et turpiloquia, 428.

HUGO A S. VICTORE. — In quatuor consilium impiorum consistit: malitia, astutia, audacia, imprudentia, quæ peccatorem ducunt ad sepeliendum, CLXXVII, 537. — Adulatio quam perniciose, 687. — De sirenarum natura quid dicatur vide, 78.

GUILLELMUS, S. Theodorici abbas. — Sicut malus ær assidue flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio assidue auditu infirmantium inficit animum, CLXXX, 447.

BERNARDUS (S.), Clarævall. — Confabulationes longæ orationis inimicæ, CLXXXIII, 585. — Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest, *ibid.* — Ita vigilemus super verba nostra, ne in eis vel offendere Deum vel proximum nocere contingat, 586. — Consulentes non temere adulandi, CLXXXII, 518. — Humanum sequentes consilium, divinum amittunt, CLXXXIII, 150. — Consilii impiorum auctor diabolus, 693. — Ad ipsum itur quatuor viis quibus totidem sunt oppositæ virtutes, *ibid.*

GILBERTUS DE HOLLANDIA. — Lingua perversa vitiatæ nativitatibus mobilis corruptela per se nimis rotatur ad malum, CLXXXIV, 128. — Linguæ mala quæ et quanta, *ibid.*

ROBERTUS PULLUS. — Malorum consortia non in quovis loco et tempore vitanda, CLXXXVI, 969.

GARNERIUS A S. VICTORE. — Adulatores canibus comparantur, CXCIII, 102. — Adulatorum linguæ per locustas figuratæ, 421.

ÆLREDUS (B.), abbas. — Sicut adulteri pruritus libidinis, ita quidam pruritus quærent adulationis, CXCIV, 248. — Multi a prælatis volunt adulari, 248.

JOANNES Saresb. — Quid adulator assentator et palpo: et quod nihil eo perniciosius, CXCIX, 481. — Adulatores quantum multiplicati sint, et quemque honestum e proprio ejiciant, 485. — Eorumdem fraus ab exordio vitanda est, 487. — Adulationem cum dolo esse non dubites, 496. — Adulatoris finis est suaviloquio deceps, 497. — Adulatores ut hostes puniendi, 506.

PETRUS CELLENSIS. — Sunt qui corde loquuntur, qui molliunt sermones suos super oleum, cum ipsi sint jacula, CCH, 459.

PETRUS CANTOR. — Adulari nescit contemptus munerum, CCV, 82. — Adulatio oleum est simul et maledictio, 140. — Pauperes fugit, sequitur divites, *ibid.* — Adulatione et detractione homo probatur sicut aurum in fornace, *ibid.* — Adulator omnis cæcus est, 141. — Est proditor, 142. — Adulatorum verba corrumpunt, 56. — Laudari a turpibus ita turpe est ut laudari ob turpia, 153. — Periculosa sunt verba quæ delectabilia, 45.

PETRUS BLESENSIS. — Multi sunt qui de calice Babylonis tibi proditorie adulationis venena propinant, CCXVII, 113. — Non desunt garruli et loquaces in domibus magnatum, 178. — Lingua dolosa pessime cor depravat, *ibid.* — Corrumpunt bonos mores prava consortia, 228. — Adversus adultores, 238.

ALANUS DE INSULIS. — Adulationis descriptio egregia, CCX, 469, 470. — Adulationis malignitas, *ibid.* — Adulatio hominem oppugnat, 573. — Quinam adulatione magis infici soleant, 469. — Consortium quale quis frequentet diligenter attendendum, 592. — Consortia prava fugienda, 582. — Consortia prava quam periculosa, 492.

ABBALO, abbas — Criminosus etsi multam habeat scientiam, silentium ei indicitur, eo quod tortuosa et nociva frequenter loquatur, impellente affectu pravæ voluntatis, 116.

STEPHANUS TORNAC. — Suspectum est illud poculum, cujus exteriora lita sunt melle, interiora vinum non sapiunt sed venenum, CCXI, 519. — Utere consilio meliorum et majorum, ne sequaris vestigia Roboam, 539.

HELINANDUS, mon. — Hominibus tres tantum loquelæ notæ sunt: Loquela mundi, carnis et diaboli; prima suggerit sublimia; secunda suavia; tertia maligna, CCXII, 503.

VII. — *Ludorum cupiditas cum famæ sortis suæ et alienæ temporisque detrimento.*

TERTULLIANUS. — Aleas inter majora sui temporis vitia computat: Taceo Nerones et Apicios et Rufos: Dabo catharticum (medicinam) impuritati Scauri, et aleæ Curii et vinolentiæ Antonii, II, 1049.

AMBROSIUS (S.). Alearum tyrannis inexorabilis. aleatorum conventicula. Varios sors ludit eventus. Spondent pro singulis. Ad diversos sæpe transfertur victoria. Eorum vita versatur ut tessera. Fit ludus de periculo et de ludo periculum. Clamor plaudentium, fletus despoliatorum. — Interea ut tyrannus inter illos sedet creditor, etc., XIV, 772 773.

INNOCENTIUS I (S.), pap. — Quidam in muniis voluptates exhibent quas a diabolo inventas esse non dubium est, et ludorum aut munerum apparatus aut præsent, aut intersunt, XX, 478.

HIERONYMUS (S.). — Non sedet propheta in concilio ludentium, quod timuerit impendentem sibi manum Dei, sive magis gloriatus sit se malorum non habere consortium, XXIV, 779.

PETRUS CANTOR. — Mundi pompæ difficulter caveri possunt, CCV, 46. — In mundi ruinam superbia et invidia simul conspiraverunt, 53. — Mundi laqueos evadet sola humilitas, 59. — Quinam mundum judicabunt, 67. — Cupiditas omnium malorum radix, 72. — Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit, 73. — Sanguinogæ duæ filiae sunt diaboli incessanter clamantes: Affer, affer, libido incessanter et incessantius cupiditas, 73. — Credenti totus mundus divitiarum est: infidelis autem etiam obolo indiget, 74. — Ambitio profligatur, 163, 168. — Somnium est vita præsens si æternitati comparetur, 352. Superfluitas ædificiorum arguitur, 253.

PETRUS BLESENSIS. — Mundi pompa et favor populi fumus est et aura subito evanescens, CCVII, 114. — Si esset in sæculo, universa tibi exuberarent ad votum, dum omnis risus, omnis lascivia, omnis sæculi voluptates a te modo relegantur, *ibid.* — Quemdam hortatur ad sarcinam vanæ suppellectilis deponendam, 130. — Mundi sapientia stultitia est apud Deum, 106. — Jam advesperascit vo-

bis et vitæ vestræ inclinati sunt dies, 130. — Divitiæ hujus vitæ fallaces et opes proditoriae, 168. — Quemdam arguit monachum quod ambiret amicitias principum et mundi plausus, 386. — Displicet mihi, si, ut mundo placeas, Deo displicere non times, *ibid.* — Pugna est inter nos et mundum, 624. — Vincamus mundum ne vincamur ab eo, 733.

MARTINUS (S.), Legion. — Seminare nos oportet dum in hoc mundo sumus, CCVIII, 62. — Anima fidelis carnalia abjicit, prospera mundi contemnit, transitoria vilipendit, æterna appetit, 81. — Per terram gradiuntur qui in conjugis implicantur, ii vero in terra non ambulant sed ut nubes volant, qui dum cælestia appetunt de terrenis desideriis nihil tangunt, 160. — Quidam præponuntur ut regant, contra procellas et turbines sæculi foris laborantes, 332. — Sunt qui in occulto delicias appetunt, dum in publico abstinentes apparere volunt, 786.

ALANUS DE INSULIS. — Mundus sæpe accipitur pro mundi amatoribus, CCX, 310. — Mundanorum deliciarum vanitas, 358, 384. — Mundus procellis obnoxius, 582. — Mundus totus in maligno positus, 545, 546. — De mundi contemptu, 114. — Mundanorum multifaria pericula, 466. — Fastus maxime vitandus, 552. — De contemptu timoris mundani, 135.

ABSALO, abbas. — Luget monachorum sortem qui memores pristinae conversationis, amatores esse sæculi incipiunt, voluptatesque et honores appetunt, 19. — Hæc vita sæculi procellis perenniter impelita, 67. — In quodam sensu Verbum caro fit in his qui Christi legem negligentes carnis illecebras appetunt, 55. — Ambulant per campum floridum mundi hujus amantes divitias, aurum et argentum possidentes, sed ad Deum pervenire nequeunt, nisi amne transmissio, 90. — Quatuor portæ amoris mundi, quæ, 103. — Ut relinquatur mundus exhortatio, 173.

STEPHANUS, Tornac. episc. — Amicum quemdam gratulatur quod mundo valedixerit, CCXI, 447.

ADAMUS, Persenæ abbas. — Nihil asperius quam sibi mundum et mundo seipsum crucifixum exhibere, CCXI, 586. — Abjicienda sunt onera sæculi, honores computandi in nihilum, 600. — Quam feliciter est casti amoris astringi vinculis quam a theatri mundi petulantia, 603, 604. — Vide insuper epist. xiii, 624. — Mundus miser dictus, 599. — Infelix, 588. — Abyssus, 625.

HELINANDUS, monac. — Dicta mundi inter et Christi dicta discrimen, CCXII, 502. — O stulti filii sæculi qui ponunt fortunæ mensam fortunatos se arbitantes, 682. — Quanta sit potestas principis hujus mundi, 687.

SICARDUS, Cremonen. — Ecclesia, quæ militat in terris, se temperare debet æquanimiter in prosperis et in adversis, CCXIII, 17. — Nox est præsens sæculum, 24.

X. — *Mundana gentilitiaque festa, saltationes.*

ARNOBIUS. — Vehementer ridiculi et impii ethnicorum ritus corripuntur in lib. *ad Gentes*, V, 713. — Saltatrices lascivientes inter convivia, 881. — Saltationes theatrales, 1072, 1073, 1263, 1266. — Quid moramini, quid cessatis, quinet ipsos dicatis deos ludere, lascivire, saltare, obscenas compingere cantiones, 1269.

AMBROSIUS (S.). Annibal ipse diu sacris insultavit Romanorum, XVI, 873. — In sacris Phrygiis impudicitia disciplina est, 195. — In orgiis Liberi, religionis mysterium est incentivum libidinis, *ibid.* — Cum ad cantum tripudiumque invitata propheta, non histrionicos fluxu corporis motus intellexit aut indecoros crepitus viris, plaususque femineos imperavit, non congruunt enim resurrectionis revelata mysteria et opprobria saltationis exacta, XV, 1670. — Saltatio lasciva deliciarum comes et luxuriæ ludibrium est, XVI, 1179.

LUCIUS DEXTER. — Herodiadis saltatricis mors tragica, XXXI, 83.

HIERONYMUS (S.). Projecit Deus festivitates eorum qui fugiunt leonem et incurrunt in ursum, qui non celebrant festivitates Dei, sed festivitates suas, XXV, 1053. — Non sacrificiorum multitudinem sed offerentium merita causasque Deus dijudicat, *ibid.* — Impiorum cantica non dignatur audire, 1054. — Hæreticorum composita landatio, tumultus est Domino et ut ita dicam, grunnitus suis et asinorum clamor, *ibid.* — Gravissimum onus in gentibus error fuit idololatriæ, quæ cultores suos deprimebat ad terram et salvare non poterat; quæ animas eorum faciebat diabolo dæmonibusque captivas, XXIV, 451. — Muta simulacra insensibilia sunt, *ibid.* — Plerique dæmones colunt, ne noccant, 747. — Dæmones per vitia coluntur, XXVI, 415.

AUGUSTINUS (S.). — Religiones, falsæ martyrum passione sublatae, XLI, 136. — Error ex hoc provenit quod pro Deo colatur creatura, XXXIV, 130. — Varia

falsæ religionis genera, 169. — Religio vera non est apud paganos quærenda, nec apud hæreticos, 163. — Superstitionum varia genera, 50. — In quo noxia sit superstitio, XXXIII, 377. — Dies observare ad aliquid operandum, grande peccatum, XL, 270. — Pluviæ comparatur superstitio, XXXV, 1308. — Superstitiosum quid, XXXIV, 50. — Superstitiosi quinam dicebantur, XLI, 137. — Paganorum ludi ritusque sacrorum turpissimi, XXXIII, 415; XLI, 50. — Ludendi et saltandi mos receptus in solemnitatibus paganorum, XXXIV, 473. — Imitatione deorum suorum peiores fiunt, XXXIII, 414. — Festi dies paganorum in abundantia epularum et ebrietate, 118, XXXVIII, 272. — Saltandi mos ubi sepultus fuerat S. Cyprianus, diligentia episcopi quasi abusus sublatus, 1415. — Saltatio cum caninis cadaveribus supplicium, XLIII, 579. — Turpes saltationes Primianistarum, 106, 107.

PETRUS (S.) CHRYSOLOGUS. — Adversus ludos in Kalendis Januarii solitos acerrime invehitur. — Irrisores sunt, non cultores, qui deos quos venerantur illudunt, injuriis afficiunt, LII, 609. — Sed dicet aliquis: Non sunt hæc sacrilegiorum studia, sed vota jocorum; erras, homo, non sunt hæc ludicra, sunt crimina, 611. — Nemo de impietate ludit aut de sacrilegio jocatur, *ibid.* — Saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta abscindantur, 552. — Joannes Christi præcursor, metator Domini, Dei testis datur incestæ, traditur adulteræ, addicitur saltatrici, 547. — Saltatricis turpissimæ descriptio, 654. — Non jam puella dicitur, sed nova bellua, 551.

SALVIANUS. — Per sacrilegas superstitiones majestas divina violatur, LIII, 120. — Qui dii coluntur in theatris, *ibid.* — Ubique universa dæmonum monstra, *ibid.*

LEO (S.) MAGNUS. — Variæ notantur superstitiones, LIV, 218. — Brevia et caduca sunt terrenarum gaudia voluptatum, quæ ad æternitatem vocatos a semitis vitæ conantur avertere, LIV, 147.

MAXIMUS (S.). Taurin. — Variæ condemnantur superstitiones, LVII, 257, 258. — Adversus Saturnalia festa invehitur, *ibid.*, 491.

ISIDORUS (S.), Hispal. — De saltatoribus, LXXXII, 639. — Quibus sub patronis saltationes exercebantur, *ibid.* — Unde detestandæ, *ibid.*

FULGENTIUS FERRANDUS. — Juxta concil. Laodic. tit. 41. nullus christianus ballare vel cantare in nuptiis audeat, LXXXVIII, 827.

CRISCONIUS. — Non oportet christianos euntes ad nuptias plaudere vel saltare, sed venerabiliter cenare vel prandere sicut christianos decet, conc. Laodic., tit. 53, LXXXVIII, 897.

JONAS, Aurelian. — Improbat obscenas saltationes in conviviis solitas, CVI, 164.

PASCHASIUS RADBERTUS. — De cæde cruenta, S. Joannis Baptistæ, CXX, 512 *et seqq.*

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Quomodo luxuriosorum vita festum sit perenne, CLVIII, 701, 702. — Mundi deliciis quæ sint opponenda, 677 *et seqq.* — Nescit habere modum prodiga luxuries, 702.

GODEFRIDUS, Admont. — Festus dies est, de malo in bonum transire, CLXXIV, 780. — Diem festum agere est, turbis inutilium cogitationum semotis, mentem informare ad requiem disciplinæ spiritalis, 96.

HUGO A S. VICTORE. — Sunt Kalendæ et festivitates quædam quas abominatur Deus, CLXXVII, 926, 927. — Qui deliciis hujus sæculi et pompis delectantur, velut gravi somno sopiti adversarii præda efficiuntur, 78.

BERNARDUS (S.), Clarævall. abbas. — Festa in vanitatem et delicias verti indignum, CLXXXIII, 44. — Quid tanta ambitione vestes paras in Natale Domini, *ibid.* — Pudeat sub spinato capite membrum fieri delicatum, 480. — Abusus in festorum celebratione arguuntur, 479, 480. — Amatores sæculi, inimici crucis Christi, in vanum accepto nomine christiani, toto hoc tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis, heu! ut liberius indulgeant voluptati, 282. — Proh dolor! peccandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio Salvatoris, *ibid.* — Sæcularibus id moris est ut diebus festis festiva sibi convivia parent, 453.

GARNERIUS A S. VICTORE. — Herodiadis filiæ saltatio quam iniqua apud regem temulentum obtineat, CXIII, 169.

ÆLREDUS (B.), abbas. — Arguit lascivas cantantium gesticulationes, meretricias vocum alternationes et infractiones quas ipse vulgus non sine cachinno, risuque intuetur, CXCIV, 571. — Ad memoriam nugarum theatricarum prurientibus auribus immane fastidium inter honesta gravitas, 572. — Inanibus spectaculis dediti, vel rumoribus audientis intenti, a nobis eximus, vanitatum imagines postea introducimus, 573.

PETRUS CELIENSIS. — Remotione jocolationis

inordinatæ, excluduntur vana gaudia, risus, effusio animi. Irreligio et effrenatio sensualitatis, CCII, 730.

PETRUS CANTOR. — Eos arguit qui in diebus festivis non nisi propter pecuniam cantant vel ob pastum et refectionem, CCV, 98. — Et eos qui ludis vacant in his diebus, *ibid.*

ABSALO, abbas. — Puella saltatrix in convivio Herodis maxime peccavit, minus tamen quam Judas in cruce Domini, CCXI, 18. — Religioso hæc insufflat superbia: cum eras in sæculo ambulabas ubi volebas, libere currebas ad exitus viarum, ad conventicula chorearum; ubi erat impetus spiritus illic gradiebaris, 41.

SICARDUS, Cremonens. — Pompæ diaboli sunt spectacula, choreæ, ludi, lasciviæ, uno verbo omnes honores vani et superflui, CCXIII, 279.

XI. — *Oculorum immodestia, picturæ et imagines minus honestæ.*

TERTULLIANUS. — Oculos et suspiria adolescentium post se trahunt comptæ mulieres, I, 1320. — Oculorum propria tormenta in barathro, quæ, II, 845. — Debet adumbrari facies (virginis) tam periculosa, 899. — Videre et videri ejusdem est libidinis, 891.

CYPRIANUS (S.). — Oculis admittitur adulterium, IV, 785. — Mulieres quæ oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitie corpora dicata prostituunt, 458. — Ad corruptelam desideria præsentium sollicitant et invitant, *ibid.*

ARNØBIUS. — Artifices ludunt et lasciviunt in fingendis diis, V, 1192. — Simulacrorum officinæ descriptio, 1193. — Quæ exemplaria fuerint Praxitelis et Phidias in simulacrorum fabricatione, 1190 *et seqq.* — Obscena et ridicula simulacra, 1188.

LACTANTIUS. — Dæmones sunt qui imagines et simulacra fingere docuerunt, VI, 357. — Quæ fuerit prima causa fingendi simulacra, 258.

HILARIUS (S.), Pictav. — Oculum a laqueo liberare rarum est, IX, 819. — Oculi incidentis motus in Evangeliiis adulterio æquatur, 938, 939. — Oculi tum corporis, tum animæ a vanitate avertendi, 510. — Curiositas, quomodo non adeat in eum cujus oculi ad Deum intenti, 851. — Laquei animarum quot et quanti, 832. — Quid Christo venienti afferemus, an opum thesauros, an ambiciosos dignitatum titulos, aut veteres delicatæ nobilitatis imagines? IX, 1012.

AMBROSIUS (S.). — Fenestra meretricis est oculus, ideo ab omni irreverenti oculo cave, ne per fenestram introeat amor, libido penetret, XIV, 891. — Non vis amore capi, noli in speciem mulieris intendere, 892. — Pictus es, o homo, et pictus a Domino Deo tuo. Bonum habes artificem et pictorem; noli bonam delere picturam, XIV, 260.

HIERONYMUS (S.). — Periculose tibi ministrat (mulier) cujus vultum frequenter attendis, XXII, 532. — Attende quod nullus sit, etiam in domo, tutus aspectus, 401. — Oculi fatentur cordis arcana, 556. — Quod oculis videtur, magis mente retinetur, XXIV, 796, 800. — Per oculorum portas illabuntur maxima vitia, XXV, 1348. — Oculis carnis videre, quid, XXVI, 256.

AUGUSTINUS (S.). — Oculi mentis fenestræ, XXXVI, 468. — Oculi sensuum principes, XXXII, 801. — Oculus impudicus, impudici cordis est nuntius, 1391; XXXIII, 961. — Oculorum petulantia reprimenda, XXXVI, 587. — A viro non figatur oculus in femina, XXXII, 1391. — Oculorum illecebræ, XLI, 252, 813. — Oculos illecebrare, XXXVIII, 1413. — Oculorum corporis quam animi major jactura æstimatur, sed a cæcis, XXXVI, 860. — Oculorum cibus lumen est, XXXVII, 1114; XXXVIII, 183. — Oculos mittere in aliquem, id est amare, XXXIV, 496. — Oculi carnis multum diliguntur, multum negliguntur oculi cordis, XXXVIII, 542. — Interiorum oculorum cæcitas est non intelligere, XXXVII, 1552. — Nuditatis post peccatum pudet, XXXVIII, 542. — Nuditatis pudor cum omni homine nascitur, XLIV, 565. — Picturæ lascivæ, XXXII, 671. — Picturarum et sepulcrorum adoratores, 1342. — Simulacra velut deorum corpora esse asserit Trismegistus, XLI, 247. — Simulacra vitiorum corporaliu consecraverunt Romani, XLII, 374. — Usus simulacrorum unde ortus, 409. — A Seneca reprehenditur, XLI, 190. — Qui simulacra instituerunt non metum dempserunt, sed errorem addiderunt, 119, 198. — In simulacris fallacia reddebant oracula dæmones, 581. — Simulacrorum cultores quantum deviaverint a veritate, XI, 90. — Simulacris gentium non solum homo sed etiam bestia melior, XXXVII, 1482.

PETRUS CHRYSOLOGUS. — Aspectus illecebrosus prostravit mulierem, salutaris levavit, LII, 409. — Aspe-

etus fumo obscuratur, 410. — Mulieris oculos diabolo claudente, vetitæ arboris ipsam maculavit aspectus, 419. — Hypocrtis, dum cupit captivare oculos, oculis fit ipsa captiva, 205. — Oculus auctor prævaricationis et alia mala oculorum, 573. — Vagus oculus, lascivus intuitus, improbus aspectus suas non respicit ad ruinas, *ibid.* — Cæcus ad sua crimina, lucidus ad aliena, *ibid.* — Quæ ira, quæ ultio sic in Deum de idolis exsequeretur offensam, ut eos quos vetustas aris, incensa, victimis, gemmis, auro deos esse mentita est, posteritas turpi cultu homines fuisse turpissimos judicaret, et eorum vitam, mores, actus ipsis eorum signaret in vultibus ac doceret fugiendos esse potius quam colendos... quorum formant adulteria in simulacris, quorum fornicationes imaginibus mandant, quorum titulant incesta picturis, crudelitates commendant libris, quorum obscœna ludunt, LII, 610.

SALVIANUS. — Petulci impudicorum intuitus noxa adulterii non carent, LIII, 64. — Oculi januæ cupiditatum, *ibid.* — Nunc jubentur oculi custodire censuram, 199. — In illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo fornicatur, LIII, 112.

LEO MAGNUS (S.). — Tela inimici trahunt oculos ad varias cupiditates, ut de mundi pulchritudine, aut concupiscentiæ accendantur faces, aut superstitionum gignantur errores, LIV, 444.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Lascivientes obtutus valde criminosi, LVII, 750. — Dominus noster totius turpitudinis emendator petulantiam humanorum refrœnat aspectuum, *ibid.* — Si oculus tuus dexter scandalizat te, hoc est, si intentione illicita delectaris videre quod possit occidere, 810. — Visus divini vigoris frenis subjiciendi, ne miles Christi fluxis vincatur cogitationum illecebris; neve casta femina ludentibus oculis serpentinis nexibus teneatur, *ibid.* — Cautius aspiciamus, ne subripiat otioso cordi nostro circumvagantium luminum indisciplinatus aspectus, 751.

VITÆ PATRUM. — Aspectus feminæ causa fit tentationis, LXXIV, 129. — Aspectu virginis sanctæ adolescens exardescit, 148. — Oculorum custodia singularis quorundam Patrum, LXXIII, 872, 897.

GREGORIUS MAGNUS (S.). — Oculi raptores ad culpam, LXXVI, 190. — Intueri non licet quod non licet concupisci, *ibid.* — Cordi illicita concupiscenti oculus non famuletur, 197. — Amore proprio cordis oculus cæcatur, *ibid.* — Oculi stultorum et oculi sapientum, quantum distant, 14. — Oculi, ut moderandi, 189, 197. — Oculi diaboli, quoniam sicut, 710. — Oculum non habemus, ubi quædam negligimus, 845. — Quorum oculis obscuratis dorsum incurvatur, LXXVII, 15.

TAIO, Cæsaraug. — De concupiscentia oculorum, LXXX, 939.

ALCUINUS (B.). — Quomodo et a quo hominis oculi vitiosi fuerint, CI, 923.

AGOBARDUS (S.). — De imaginibus sanctorum non idem dicendum atque de imaginibus deorum, quas adorabant gentiles, CIV, 225.

JONAS, Aurelian. — Si pulchram mulierem nos viderit (diabolus) crebro respicere, intelligit cor amoris jaculo vulneratum, CVI, 155.

RABANUS MAURUS. — Ut munda mens in cogitatione servetur a lascivia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores a culpa, CVII, 490. — Oculus lucerna corporis, 835.

HAYMO, Halberstat. — Circumcidendi sunt oculi ab illicito visu, ne videant mulierem ad concupiscendam eam, CXVIII, 95. — Qui claudit oculos suos ne videant malum, i-te in excelsis habitabit, 97. — Tenebræ metuendæ sunt morum, non oculorum, et si oculorum, non exteriorum sed interiorum, 322.

HINC MARUS, Rhem. — Videre et tamen se non videre asseverare, vetere proverbio Gothico exprimitur: *Capra lusca hortum videt, et sepem nusquam*, XXXV, 505.

BERNO, Cluniac. abbas. — Domum nostram solemus sordidare quinque sensibus nostris: Illices formæ intrant per oculos, suspicio mala per aures, odor libidinosus per nares, per os ingluvies polluit, per tactum crudelitas, CXII, 1082.

PETRUS DAMIANUS (S.). — A venustioribus atque fucatis oculis proprios tanquam pueros ab igne custodio, CXLIV, 458. — Infelix cor meum, semel aspectæ formæ memoriam non amittit, *ibid.* — In divitiarum contemplatione solas infelicitum oculorum illecebras, cum eas intorquere in nostræ necessitatis impendia non valeamus, 424.

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Peccati pudore oculos tuos attollere erubescere, CLVIII, 680. — Deridentur qui sibi oculos reficere fuco nituntur, 695. — Lascivi risus, ardentis nutus ocelli et tua garrulitas displicere mihi;

697. — Quidquid molle juvat, quod visu, quodque decorum est concupiscit libido, 702. — Si speciosa cupis, quis eo (Deo) speciosior? 708. — Oculi tui oculi Christi sunt, 713. — In mortis articulo, clauduntur oculi ad interiora capitis reflexi, quorum sæpe vanis et perniciosis vagationibus delectabar, 620. — Oculos a petulantia compece, tolle occasionem, et materiam aufer delinquendi, 684.

IVO Carnot. — De quinque sensuum circumcissione, CLXII, 573.

ANSELMUS, Laudun. — De oculorum concupiscentia, CLXII, 1297. — Oculi præsertim intelligentiam designant, *ibid.*, 1511.

HILDEBERTUS, Cenoman. — Concupiscentia oculorum quam perniciosa, CLXXI, 469. — Quam diligenter præcavenda, 710. — Mulier in paradiso visu decepta, 842. Oculorum mortificatio ad servandam castitatem quantum necessaria, 306. — Oculus alius interior, et alius exterior, 815.

HONORIUS, Augustodun. — De oculorum scandalo, CLXXII, 1044. — Oculus qui nos ducit est sacerdos qui nos de tenebris mundi ad lucem vitæ dirigit, *ibid.*

GODEFRIDUS, Admont. — Duo sunt oculi mentis, intellectus scilicet et affectus, CLXXIV, 163. — Sublevantur oculi per intentionem, 626. — Oculus operis intentionem indicat, 925. — Oculus nequam, duas acies habet, ignorantiam et malitiam, 928.

HUGO A S. VICTORE. — Oculi stulti in tenebris sunt, CLXXV, 196. — Oculus visu non saturatur, quare, 140. — Scandalum oculorum tollendum, CLXXVII, 735.

BERNARDUS (S.), Claravall. — Curiositas præsertim oculorum, primus superbæ gradus, CLXXXII, 957. — Viri perversi oculus, *ibid.* — Oculi non levandi nisi ut petatur auxilium, vel impendatur, *ibid.* — Quid spectare libet quod comedere non licet 858. — Oculus meus, memoria mea, CLXXXIII, 478. — Oculus cordis quadruplex, CLXXXII, 881. — A peccatis mundandus, 851. — Oculo simplici uti, pro optime versari, agere, 406, 407. — Oculus nequam, id est cæcitas et perversitas, 882, 883. — Oculus mentis a triplici inquinamento purgandus ad videndum Deum, CLXXXIII, 460.

PETRUS VENERABILIS. — Oculus mentis a quibus mundandus, CLXXXIX, 597. — Alius spiritualium oculus, alius carnalium, 405.

GERHARDUS (V.), præposit. — Per oculum exprimitur in Scripturis cordis intentio, CXCIII, 157. — Oculus simplex et oculus nequam, quid, 158. — Oculorum nomina varia designantur, 168 *et seqq.*

ÆLREDUS, abbas. — De concupiscentia oculorum in curiositate sita, CXCIV, 572. — In claustris monachorum grues et lepores, damulæ et cervi, picæ et corvi, non quidem Antoniana nec Machariana instrumenta, sed muliebria oblectamenta, 572. — Illi arguuntur qui cum Evangeliiis bucolica meditantur, Horatium cum prophetas, cum Paulo Tullium lectitant, *ibid.* — Tota die inanibus spectaculis dediti a nobis quodam modo cum exierimus, revertentes iterum ad nos vanitatum imagines introducimus, *ibid.*

RICHARDUS A S. VICTORE. — Ubi amor, ibi oculus, CXCVI, 10.

ADAMUS SCOTUS. — Quanta cura frenanda sit oculorum concupiscentia, CXCVIII, 814. — Aspectus a curiositate retrahendus, 256. — In feminam præsertim ne figatur, 534. — Oculos sanctus David in feminam temere jecit, et adulter et homicida factus est, *ibid.* — Juxta poetam os sublime homini dedit Deus, cælumque intueri jussit, 447.

PETRUS CELLENSIS. — Venit finis, venit mors: aufer extollentiam oculorum, o homo, quia fenestræ istæ cito clauduntur et non aperientur usque ad diem judicii, CCII, 678. — Oculi impudici dicuntur sola pulchritudinis admiratione, ideo a theatris Babylonicis sedulo avertantur, 676.

REINERUS, monac. S. Laurentii Leod. — Impudicitiae schemata (habitum) pudicus horret oculus, CCIV, 53. — Avertendi oculi ne videant vanitatem, *ibid.*

BALDUINUS, Cantuar. archiepisc. — Oculus simplex et purus quis sit, CCIV, 480. — Oculus terrena videns quam facile turbatur, 481. — Ubi amor, ibi oculus, *ibid.* — Hic oculus terram respicit, et non cælum, mundum non Deum; transitoria et non æterna: impurus est et obscurus, 480. — Oculus videre potest et videri, index et illex amoris esse solet, 481. — Christus verus sponsus oculum amat se avertentem et crebro revertentem, *ibid.*

STEPHANUS (S.), Grandimont. fundator. — Vir religiosus cum aliquid concupiscibile aspexerit, oculos in carcere teneat, nec eos ibi defigat, sed visum avertat, CCIV, 1089.

PETRUS CANTOR. — Oculos ante et retro quinam habere debeant, CCV, 74, 117. — Oculorum privato maxime corpus deturpat, 117. — Mortis hora semper ob oculos habenda est, 353. — Tentatio est hominis concupiscentia oculorum, 351.

ABSALO abbas. — Concupiscentia oculorum abyssus est exterior in quo misere laborant carnales, CCXI, 230.

ADAMUS, Persenæ abbas. — Qui sinceriter alterum diligit a dilecto respectus sui oculum vix reflectit, CCXI, 566. — Fumus oculis molestus esse solet et naribus, 599. — Quot te mirantur et dolent in Dei dilectione potius fumare quam flammare, 599.

SICARDUS, Cremon. — Sine collyrio gratiæ lippus est oculus tam naturæ quam litteræ, CCXIII, 173.

XII. — *Spectacula theatra, comœdiæ, tragœdiæ, circus, pantomimi, histriones.*

TERTULLIANUS. — Spectaculum nunc sine concussione spiritus non est, I, 647. — Spectaculorum origo de superstitione idololatriæ, 466. — Quantis criminibus contaminata, *ibid.*, 650. — An liceat christianis uti spectaculo, I, 493, 653. — Theatrum proprie sacrarium Veneris, 642. — Consistorium impuditiæ, 649. — Ars omnium turpitudinum, *ibid.* — Theatra stuprandis moribus orientia, 299. — Quam obscœna et nefanda, 301. — Eorum interdictio ab ipsius impuditiæ interdictione, 650. — Mulier quæ theatrum adierat, cum dæmone rediit, 657. — Tragœdiæ et comœdiæ sunt libidinum et sce'lerum auatrices, cruentæ et lascivæ, impiæ et prodigæ, I, 650. — Auferimur a circo ubi proprie furor præsidet, I, 648. — Gladiatores, 620. — Maledicti a Christo, 1254. — Innocentes in ludum veniunt, ut publicæ voluptatis hostiæ fiant, 651. — Gladiatores ab ethnicis laudati, 584. — Ad homicidium flagellis et virgis compellebantur inviti, 654. — Feras hominum sanguine et carne saguatas devorabant, 322, 584. — Bibebant aliorum a se interfectorum sanguinem, 323.

CYPRIANUS (S.). — Theatrorum turpitudinis, IV, 206 *et seqq.* — Circenses consecravit Romulus ob rapiendas Sabinas, IV, 783. — Paratur gladiatorius ludus ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet, 206 *et seqq.* — Gladiatorum infelicitas, 618. — Liber de spectaculis contra quæ fortiter invehitur, 779.

ARNOBIUS. — Qui essent actores theatri, qui spectatores, et quæ oculis conspicienda tradelantur? V, 1071, 1072. — Ludi florales quam flagitiosi, 1264. — Amphitheatra loca sanguinis et publicæ impietatis, 875.

HILARIUS, Pictav. — Avertendum est oculos ab iis qui theatralibus lubis incubant, qui Circensium certaminibus serviunt, IX, 540. — Oculi theatralibus spectaculis sordidi, 303.

LACTANTIUS. — De oculorum voluptate et spectaculis, VI, 705 *et seqq.* — Vitanda spectacula omnia ne quid vitiorum pectoribus insidat;... et a Deo atque bonis operibus avertat, 712. — Si quis spectaculis interest, ad quæ religionis gratia convenitur, discessit a Dei cultu et ad deos se contulit, 713.

AMBROSIUS (S.). — Acroamata scenicorum mentem emolliunt, XIV, 157. — Vallis est scena, vallis est circus, ubi currit mendax equus ad salutem, 156. — Valentinianus qui primum vehementer ferebatur ludis circensibus delectari, sic istud detersit ut ne quidem solemnibus principum natalibus circenses putaret esse celebrandos, XVI, 1363, 1364.

HIERONYMUS (S.). — A spectaculis removeamus oculos. Arenæ, circi, theatrorum, et omnibus quæ animæ contaminant puritatem, dum per sensus ingrediuntur ad mentem, XXV, 189. — Omnes delicias et lepores et risu dignas urbanitates et cæteras amatorum ineptias, in comœdiis erubescimus, in sæculi hominibus detestamur, XXI, 532. — Poeta quidam cui anachronismi pro nihilo reputabantur, multos tamen condiscipulos habuit in theatro æque imperitos, 585. — Quomodo in theatralibus scenis ursus atque idem histrio, nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem, ita et nos tot habemus personarum similitudines quot peccata, 479.

AUGUSTINUS (S.). — Ludi scenici in rebus divinis positi a Varrone XLI, 132, 137. — Ludos scenicos non turpes judicaverunt Græci, 125. — Idem scenicos actores, in republicæ administratione receperunt, 55. — Ludi scenici deorum jussis Romæ instituti, quare, 44, 53, 58, 75, 132. — Quam periculosi, 75, 76, 134. — Quam turpes, 50, 51. — Licet turpes eos ibi exhiberi jusserunt 133, 237. — Quod turpe est dicere, 239. — Ludi scenici, pestis morum, 97. — Ludis scenicis majestas divina non placatur quibus humana dignitas inquinatur, 78. — Deos habere qui ludis scenicis delectantur simile est furoris, XLI, 187. — Nugatoria iniquitatis ludi et

spectacula vana, XXXVIII, 81, 85, 88. — Poetarum mendacia, XXXII, 1014. — Comœdiæ et tragœdiæ inter opera liberalia, XLI, 53. — Poetarum fabulæ minus obscœna quam deorum sacra, *ibid.* Poetæ non minus digni infamia quam scenici, 58. — Poeta scenici libidinem inflamment, 59, 60. — Spectacula theatrorum illicita, XXXV III, 862. — Quam periculosa, XLI, 44, 45. — Et editoribus et intuentibus pernicioza, XXXVII, 1918. — Spectacula prohibita fuere persuasione Scipionis Nasici, XLI, 44, 45, 51. — A spectaculis deterrentur christiani, XXXVIII, 548. — Spectaculorum studiis hinc homines dæmonibus similes, XL, 529, 550. — Spectacula permittere non veri pastoris est, XXXVIII, 274. — Spectacula christiani quæ, XXXV, 1440; XXXVI, 439; XXXVII, 1851, 1919, 1925; XXXVIII, 353. — Gladiatores publicæ turpitudinis professores, XL, 220.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Herodiadis scelus quo, impleta turpissime comœdia, nefandam illico cecinit tragœdiam, LII, 653. — Sermo adversus spectacula in principio anni habita, 600 *et seqq.*

SALVIANUS. — Quomodo, o Christiane, spectacula post baptismum sequeris quæ opus esse diaboli confiteris? LIII, 114. — Rideamus, quæso, lætemur quamlibet jugiter, dummodo innocenter... Spectacula vero et pompæ juxta professionem nostram opera sunt diaboli, *ibid.* In spectaculis non voluptas, sed mors, 115. — Spernitur Dei templum ut curratur ad theatrum, 116. — Cujuslibet civitatis incolæ Ravenam aut Romam venerint, pars sunt Romanæ plebis in circo, pars sunt populi Ravennatis in theatro, 118. — Carthaginensis Ecclesia insaniebat in circis, luxuriabat in theatris, 122. — Vestigia Salvatoris sequimur in circis, in theatris; tale nobis Christus reliquit exemplum? Quem flevisse legimus, risisse non legimus LIII, 114. — Spernitur Dei templum ut curratur ad theatrum. Ecclesia vacuatur, circus impletur, 116. — Dum in theatris et circis ludimus deperimus, 120.

LEO MAGNUS (S.). — Pudet dicere, plus impeditur dæmonibus quam apostolis et majorem obtinent frequentiam insana spectacula quam beata martyria (templa), LIV, 433. — Quis hunc urbem saluti reformavit? quis a captivitate eruit? quis a cæde defendit? ludus circensium an cura sacerdotum, *ibid.*

MAXIMUS (S.). Taurin. — Vide sermones adversus spectacula in Kalendis Januarii solita, 255, 491.

PRUDENTIUS (S.). — Amphitheatralis spectacula tristia pompæ, quid sibi velint? LIX, 151.

ISIDORUS (S.) Hispal. — De spectaculis in genere LXXXII, 651. — De variis spectaculis apud Romanos notis, 652, *et seqq.* — De ludis circensibus, 653, 654. — De aurigis, quadrigis, de curru et equitatione, 655, 656. — De amphitheatro, 659. — De ludo equestri, de reliariis, secutoribus et laqueariis, 659, 660. — De ferali certamine et horum execratione ludorum, 660.

CRISCONIUS. — Canon. conc. Laod. tit. 54. — Clericis non licet spectaculis Indicis interesse, LXXXVII, 899. — Etiam in nuptiis fierent, *ibid.* — Spectacula edere diebus Dominicis non licet ex conc. Carthag., tit. 28, LXXXVIII, 931.

ALCUINUS (B.). — Spectacula condemnantur, C. 462. — Diabolica figmenta dicuntur, *ibid.*

RABANUS MAURUS. — Notiones in vetera spectacula, CXII, 547 *et seqq.* — De ferali certamine et horum ludorum execratione, 553. — Theatrum prostibutum et lupanar dictum, *ibid.*

ISIDORUS MERCATOR. — Spectaculis turpibus adesse non debent christiani, CXXX, 404.

REGINO. — Spectacula non sunt a christianis spectanda, CXXXII, 255.

ATTO VERCELLENS. — Spectacula ludorum, theatrorum die Dominica vel cæteris religionis christianæ diebus festivis amoveantur, CXXXIV, 43.

HROTSWITHA (VEN.), monialis Gandersheim. — Comœdias sacras eleganter concinnavit ut a profanis et illicitis scenis lectores christianos averteret, ut ipsa declarat in Proœmio, CXXXVII, 971.

HUGO A S. VICTORE. — Qui deliciis hujus sæculi, et pompis, et theatralibus voluptatibus delectantur, tragœdiis et comœdiis dissoluti, velut gravi somno sopiti, adversarii præda efficiuntur, CLXXVII, 78.

BERNARDUS (S.), Clarævall. — Cæterum spectacula vana, rogo, quid corpori præstant quidve animæ conferre videntur? CLXXXII, 842. — Frivola prorsus et inanis ac nugatoria consolatio, spectacula, *ibid.* — Theatrum femineis fœdisque anfractibus provocat libidines, actus repræsentans sordidos, 217. — Qui ludus bonus sit, *ibid.*

ABELREDUS abbas. — Cum tota die inanibus spectaculis dediti a nobis quodammodo exierimus, revertentes ite-

rum ad nos, vanitatum imagines introducimus, noctes ducimus insomnes, CXCIV, 573.

JOANNES SARESBER. — Histrionum professio turpis, CXCIX, 404, 405. — Admissa sunt spectacula et infinita vanitatis tyrocinia, 406. — Variæ histrionum species, *ibid.* — Turpia publice exercentes, *ibid.* — Non tantum histriones peccant, sed etiam qui eos sustentant et in tali arte confirmant, *ibid.*

PETRUS CELLENSIS. — De sanctorum gloria sic: Celebrantur in foro nundinæ solemnes; et non curris, o peccator? Pulcherrima præparantur spectacula, et oculis claudis? CCII, 882.

ALANUS DE INSULIS. — Spectaculum turpe ad voluptatem turpiter mentem accendit, CCX, 255.

HELINANDUS, monac. — Quod princeps tolerare non debet in regno histriones, mimos, scurras, autlenones et meretrices, CCXII, 735.

SICARDUS. — Spectacula, diaboli vocantur pompæ et opera, CCXIII, 279.

XIII. — Stultiloquium, vaniloquium, scurrilitas.

HILARIUS (S.). — Linguae periculosus et promptissimus lapsus, IX, 826. — Ori ostium et sera apponenda, *ibid.* — Lingua stulti et lingua sapientis, 313. — Ostentatio, jactantia et verborum blandimenta profligantur, 952, 953. — Apud sanos nil proficit, 599.

AMBROSIUS (S.). — Exiit multiloquium, peccatum intravit, XIV, 535. — Laudandus ille qui prius vult loquenda cognoscere quam proferre quæ sentiat, XV, 1210. — Philosophi in sermone divites, fidei inopes, veritatis exsortes, XIV, 981. — Quam plures vidi loquendo in peccatum incidere, vix quemquam tacendo, XVI, 25. — Ingreditur mors per ostium tuum, si factum loquaris, si turpiter, si procaciter, si ubi non oportet loquaris, 286. — Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciviat, et multiloquio peccata sibi colligat, 27.

HIERONYMUS (S.). — Nolo te declamatorem esse... verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est, XXII, 554. — Sunt quidam ignorantes mensuram suam, et tantæ stoliditatis ac vecordiae, ut et in motu et in incessu et in habitu et in sermone communi risum spectantibus præbeant, 662. — Stultiloquium esse existimo, eorum qui aliqua narrant turpia, ut risum mæyeant, et facilitate simulata magis illudant eis, quibus placere desiderant, XXVI, 519. — Stultiloquium sequitur scurrilitas, 820.

AUGUSTINUS (S.). — Vanitas veritate loquacior, XII, 174. — Multiloquium, quid, XXXII, 583; XLIII, 447. — Lingua cohibenda, XXXVIII, 655, 978. — Linguam domare quam difficile, XXXVII. Siue gratiæ adjutorio non possumus, XLIV, 254. — Verborum abusus in omnibus linguis, XLII, 410.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). — Loqui debemus secundum tempus, LII, 357. — Quod mentis contemplatur affectu, ore depromere, effundere labiis, lingua distinguere, et in totum non sufficit evaporare sermonem, 357.

VALERIANUS (S.), Cemeliens. — Homil. de otiosis verbis, LII, 709. — De oris insolentia, 706.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Sermonis indisciplina licentia arguitur, multorumque malorum causa comprobatur, LVII, 751.

GREGORIUS MAGNUS (S.). — Multiloquium quot malorum causa, LXXV, 800. — Multiloquio mens exterius sparsa dissipatur, *ibid.* — Loquacitas conviviorum comes, 552. — Hosti nudos nos objicit multiloquium, LXXVII, 72.

TAIO, Cæsaraug. episc. — De multiloquio, LXXX, 942. — De perversa locutione, 943. — De stultitia, 944.

ISIDORUS (S.) Hispal. — Vanus sermo cito polluit mentem, LXXXIII, 856. — Nihil ex ore tuo quod impedire possit, procedat; nihil quod non expedit sonus vocis erumpat, *ibid.* — Quidam per incautam virtutum jactantiam relabuntur ad vitia, 698.

BEDA (Ven.). — De lingua custodienda, XCIII, 16, 26. SMARAGDUS, abbas. — De curiositate nascitur multiloquium, CI, 668, 669. — Grande est vitium quod nec corpus quietum, nec animam dimittit esse sine peccato dum solliciti aliorum domos circuit, vel aliena acta perquirat, *ibid.* — Curiositatis vitium indesinenter comitatur et otium, *ibid.* — De multiloquio, 634.

JONAS, Aurelian. — Quod otiosis turpibus colloquiis non sit vacandum præsertim in ecclesiis, CVI, 147.

EULOGIUS (S.), Toletan. — Omnis vaniloquus condemnandus veniet in judicium, CXV, 760.

HAYMO, Halberstatis. — Discant viduæ non cir-

cuire domos, nec deliciose vivere, non fabulis otiosis occupare linguam, CXVIII, 88. — Circumcidenda est lingua a maledictionibus, perjuriis, falsitatibus, murmurationibus et a consuetudine otiosi sermonis, 96. — Puer Jesus non repertus est vacans otio aut fabulis, sed in templo audiens doctores et interrogans, 123.

PASCHASIUS RADBERTUS. — Verba nostra otiosa si, omissis seriis, de rebus frivolis loquamur fabulasque narremus antiquas, CXX, 474.

RATHERIUS, Veron. — Quidam noctibus psalmodiis et orationibus instant, diebus vero detractionibus, praviloquiis, otiositati et desidiæ vacant, CXXXVI, 697.

ANSELMUS (S.), Cantuar. — Ab otioso sermone linguam compece; ne garras verba inania, vanus enim sermo cito mentem polluit, CLVIII, 683. — Sint verba tua pauca; multiloquium non declinat peccatum, *ibid.*

BERNARDUS (S.), Clarævall. — Scurrilitates vitandæ, CLXXXIII, 584. — Ab otio et nugis cavendum, CLXXXII, 756.

JOANNES, Saresb. — De arrogantia multitudinis imperitæ, et de libris frivolis, CXCIX, 653. — Quid eo brutius, qui ex defectu rationis, et impulsu libidinis, dimissis propriis, aliena negotia curat nec alienis jugiter occupatur otis, 389.

PETRUS CELLENSIS. — Silentio excluduntur, mendacia, stultiloquia, scurrilitates et omne verbum otiosum, CCII, 730. — Tollenda est multiloquiorum occasio et lingua continenda, 732.

PETRUS CANTOR. — Contra loquacitatem et otiosa verba præsertim prædicantium, suggillatur, CCV, 197.

MARTINUS (S.), Legion. — Assiduus et otiosus sermo est vitandus, CCVIII, 686.

ALANUS DE INSULIS. — Adversus verbositatem et linguæ evagationem, CCX, 162. — Sermo vanus, vanæ conscientiæ index, 163. — Linguae mobilitas, in adolescentia ad jocosa, in virili ætate ad fraudulenta, in senili ad detractoria mentem inflectit, 163. — Verboitas quanta cura vitanda, 164.

ABSALO, abbas. — A bona conversatione deterrent homines venenatæ detractiones, turpitudine, stultiloquium, et scurrilitas quæ ad rem non pertinent, CCXI, 181.

XIV. — Venationis, canum, equorum, avium cultus inordinatus.

OPTATUS (S.). — Egregia descriptio aucupum qui glutine aves capiunt, hæreticis comparantur, XI, 1080.

AMBROSIUS (S.). — De Valentiniani elogio: Aiebant quidam ferarum venationibus eum occupari, atque ab actibus publicis intentionem ejus abduci; omnes feras uno momento jussit interfici, XVI, 1364.

HIERONYMUS (S.). — Quantum possum mea recolere memoria nunquam venatorem in bonam partem legi, XXV, 1201. — Venationes regiæ in Babylone, XXIV, 159.

AUGUSTINUS (S.). — Diabolus pessimus venator mundi, XXXVIII, 534. — Venator, XXXVIII, 85, 156, 333, 718; XL, 560. — Venatorum labor, XXXVIII, 444. — Venatores cum ursis certantes, XL, 659. — Venatorum amatores, et venatores ipsos venatus est Dominus, XXXVIII, 533.

MAXIMUS (S.), Taurin. — Venatio tempore Quadragesimæ condemnatur, LVII, 581.

PAULINUS (S.), Aquileiens. — Venationes et silvaticæ peragrationses omnibus servis Dei interduntur, præsertim clericis, XCIX, 316.

JONAS, Aurelian. — De his qui, propter venationes et amorem canum, causam pauperum negligunt, CVI, 215.

RATHERIUS, Veron. — Quosdam arguit sui temporis episcopos qui Germanorum more venationes sectabantur, CXXXVI, 291.

ANDRÆAS, Vallumbros. monac. — In Vita S. Arialdi mores cleri dissolutos describit, cujus plerique venationi lubricæ cum canibus et accipitribus erant dediti, CXLIII, 1441.

GERHOFUS præposit. — Arguuntur clerici venatores, CXCIV, 1418.

JOANNES SARESBER. — De venatica, de auctoribus et speciebus ejus; de illius exercitio licito et illicito, CXCIX, 390. — Nemrod et Esau venatores coram, id est, contra Dominum, 394. — Venatorum exultatio non modice vana et ridicula super prædæ caput; regem Cappadocum captum credas, 391. — Venationis et libidinis affinitas in mente antiquorum poetarum, 390, 391. — Venatio pars eorum qui a Deo peregrinantur, 394, 395. — *Ubi sunt, ait propheta, qui in avibus cæli ludunt?* *ibid.* — Venatio voluptatem parit quæ amica epulis est, pota-

tionibus, conviviis, modulationibus, et ludis, cultibus operosius exquisitis, stupris et variis immunditiis. Quomodo ratio habenda sit locis, temporibus, modo, et personis ut licita sit venatio, 398.

PETRUS BLESENSIS. — Walterium episcopum octogenerium hortatur ut a studio venandi cesset, multis rationibus, CCVII, 169. — Item quemdam Saresber. archidiaconum a voluptate aucupii dissuadet, 181. — Non

bene conveniunt cilicium et accipiter, afflictio carnis et exercitium voluptatis, 182. — Non decet Christi discipulum currere et clamare post aves voluptuosas, 183.

ABSALO, abbas. — Nonne tibi videtur Verbum caro factum in his qui de patrimonio crucifixi viventes, exinde pascunt non pauperes, sed canes, accipitres, histriones? CCXI, 55.

CLXXII.

INDEX

DE VITIIS ET ERRORIBUS ETHNICORUM SPECIALIBUS,

QUÆ SS. PATRES OBTRACTARUNT ET IMPUGNARUNT,

ORDINE RERUM ALPHABETICO EXARATUS.

ADULATIO. — Aristoteles et Plato adulescentes, Tertull., I, 500.

ADULTERIUM. — Speusippus in adulterio perit, Tertull., I, 500.

ÆQUITAS (égalité). — Æquitas Platonis quæ familiam tolleret, Lactant., VI, 417, 418.

AFFECTUS. — Error Chrysippi et Stoicorum de affectibus, S. Hieronymus, XXIII, 542. — Error Stoicorum de affectibus, S. Augustinus, XXXIX, 1528; XLI, 259; XXXIV, 595, 596. — Error Academicorum circa affectus, Joan. Saresber., CXCIX, 641.

ANIMA. — Errores Epicureorum circa animam, Tertull., II, 19. — Circa substantiam animæ errarunt Ænesidemus, Anaximenes, Heraclitus, Heraclides, *ibid.*, 660.

— Circa animam turbata doctrina Anaxagoræ, *ibid.*, 666. — Error Archimedis de anima, *ibid.*, 669. — Contra vim principalem animæ stant Messenius, Dicæarchus, Andreas, Asclepiades, *ibid.*, 670. — Error Chrysippi de anima, *ibid.*, 653. — Error Cleanthis de anima, *ibid.*, 693. — Errores circa substantiam animæ Hipparchi, Heracliti, Hipponis et Thaletis, Critiæ et Empedoclis, Epicuri, Critolai, Peripateticorum, Stoicorum, Zenonis et Democriti, Tertull., II, 653, 667. — Errores circa immortalitatem animæ Epicuri, Senecæ, Pythagoræ et Empedoclis, Tertull., II, 19. — Error Empedoclis de loco animæ, *ibid.*, 671. — Error de statu animarum post mortem ex Acheronticis libris, Arnob., V, 909. — Aristoxeni erronea opinio de anima, Lactant., VI, 779. — Cicero infideliter docuit immortalitatem animæ, *ibid.*, 410. — Error Dicæarchi circa animam quam dicit perituram cum corpore, *ibid.*, 761. — Argumenta Platonis insufficientia ad probandam immortalitatem animæ, *ibid.*, 762, 763, 764. — Epicurus dicit animam cum corpore perire, S. Hieronymus, XXIII, 294. — Epicuri error circa immortalitatem animæ, S. Aug., XXXII 952. — Error Epicureorum de anima quam dicunt cum corpore perituram, *ibid.*, XXVIII, 811. — Error Platonis circa animas, Plato dicebat animas e cælo lapsas in corpora detrudi, *ibid.*, XXXII, 587; XXXIII, 718. — Error Pythagoræ circa animas, Pythagoras dicebat animas e cælo lapsas in corpore detrudi, *ibid.*, XXIII, 718. — Error Stoicorum circa animam: Stoici dicebant animas esse a propria substantia Dei, XXXII, 718, 723. — Error Zenonis circa animam quam dicebat esse mortalem, *ibid.*, 953. — Stoici dicunt mortalem esse animam, *ibid.*, CXI, 414. — Error Peripateticorum de anima: dicunt quamdam particulam animæ esse æternam, reliquam autem esse mortalem, Raban. Maur., CXI, 415. — Epicurus dicit animam nihil aliud esse quam corpus, *ibid.*, — Varro dicit animam esse ignem mundi, *ibid.*, — Error Anaxagoræ circa animam, Joan. Saresber., CXCIX, 982. — Error Epicuri circa animam quam dicit mortalem, *ibid.*, 977. — Error Pythagoræ de animabus, *ibid.*, 923. — Error Socratis circa animam quam credit esse Deum, *ibid.*, 982.

ASTROLOGIA. — Astrologia Mathematicorum reprehenditur, Joan. Saresber., CXCIX, 442, 443.

ATOMI. — Atomorum doctrinam ab Epicuro propugnata, S. Aug., XXXIII, 64. — Juxta Epicurum conflant in immensum corpuscula casus acervum, Joan. Saresber., CXCIX, 977. — Error Peripateticorum circa atomos, *ibid.*, 858.

AULICI. — Aulicorum adulationes reprehenduntur ex Juvenali, Joan. Saresber., CXCIX, 482.

BONUM SUMMUM. — Error Aristippi circa summum bonum, Lact., VI, 366, 760. — In quo summum bonum posuerit Aristoteles, et quid per virtutem intelligat, *ibid.*, 370. — Error Dinomachi de summo bono, *ibid.*, 564. — Error Epicuri circa summum bonum, *ibid.* — Circa summum bonum error Herilli, *ibid.* — Error Hieronymi philosophi circa summum bonum, *ibid.* — Error Peripateticorum circa summum bonum, *ibid.* — Error Zenonis de summo bono, *ibid.*, 423. — Error Academicorum circa summum bonum, S. Aug., XL, 625, 626, 627.

CERTITUDO. — Anaxagoras errat circa certitudinem, Lact., VI, 424, 428. — Circa certitudinem error Arcesilæ, *ibid.*, — 359, 361, Nihil certum juxta Carneadem, sicut nulla virtus, *ibid.*, 595, 596.

CONCUPISCENTIA. — Effectus concupiscentiæ ex Ovidio, Joan. Saresber., CXCIX, 403.

CORPUS. — Nihil admittebat Zeno nisi existentiam corporum, S. Aug., XXXIII, 955.

CORRECTIO. — Error Archytæ Tarentini circa correctionem, Lactant., VII, 132, 133.

CORRUPTIO. — Corruptor adolescentiæ Socrates, Tertull., I, 500.

CREATIO. — Error Ciceronis de creatione mundi, Lactant., VI, 597. — Error Democriti circa creationem, *ibid.*, 760. — Error Epicuri circa creationem animalium, *ibid.*, 316. — Errores Homeri circa creationem, Lactant., VI, 131.

CRAPULA. — Aristippus nepotatur, Tertull., I, 500.

CULTUS DEO DEBITUS. — Error Ciceronis circa cultum Deo debitum, Lactant., VI, 457. — Lucretii impietas, *ibid.*, 265. — Philosophi eradicaunt cultum et honorem Deo debitum, *ibid.*, VII, 113. — Plato impius, *ibid.*, VI, 457.

CURIOSITAS. — Philosophorum curiositas, S. Bernard., CLXXXIII.

DEUS. — Errores circa Deum. Socratis error de Deo, Tertull., I, 500. — Thales errat circa Deum, *ibid.* — Plato errat circa Deum, *ibid.* — Errores Platoniorum circa Deum, *ibid.*, II, 19. — Stoici errarunt de Deo, *ibid.* — Arnobius probat falsitatem deorum ethnicorum ex eorum historicis et citat Antiatem, Valerium, Antiochum, Arnob., V, 82. — Ex probrosis deorum Arnobius falsitatem istorum deorum probat et Apollodorum memorat, *ibid.*, 1050. — Arnobius falsos arguit deos ex ridicula eorum origine et numero et memorat Aristotelem, Granium, *ibid.*, 979; Cæsium, *ibid.*, 994; Ciceronem, *ibid.*, 945; Censium, *ibid.*, 994; Cratem, *ibid.*, 989. — Dii pagani fuerunt homines juxta Euhemerum, Ennium, Nicanorem, Pellæum, Leontem, Theodorum, Hipponem,

Diagoram, Melium, *ibid.*, 1062. — Dissensiones paganorum de Deorum numero ex Ephorbo, *ibid.*, 989. — Plautus, Sophocles, Euripides memorantur de erroribus paganorum circa cultum deorum, *ibid.*, 1265. — Cultus deorum prohibitus ex Heraclito, *ibid.*, 1143. — Errores circa numerum et originem deorum; qua de re citantur Hesiodus, Lucretius, Manilius, Memorialia scripta, *ibid.*, 989, 951, 993, 1185. — Dissidia paganorum circa deorum originem, numerum, probrosa in cultu deorum habita, eorum historiae ridiculae, vanæ occupationes et eorum inconstantia ex Mnasea, Myrtilo, Varrone, Nigidio, Homero, Epicharmo, Sophocle, Apollodoro, Panyassi, Polemone, Sosibio, Patrocle, Thurio, Plutarcho, Philostephano, Posidippo, Pindaro, Timotheo theologo, Valerio, Varrone, Constant. *ibid.*, 988, 989, 991, 984, 1121, 1136, 1050, 1206, 1048, 1088, 1096, 995, 1009, 1019. — Anaxagoræ error circa Deum, Lactant., VI, 134. — Error Anaximenis circa Deum, *ibid.* — Error Cleanthis circa Deum, *ibid.* — Error Diagoræ circa deos, *ibid.*, 120. — Ennii de diis historiae ridiculae *ibid.*, 190. — Epicurus negat deos, *id.*, VII, 87. — Historiae ridiculae Evhemeri circa deos, *id.*, VI, 174. — Ridicula Homeri theologia, *ibid.*, 125. — Insufficiens doctrina Platonis circa Deum, *ibid.*, 597. — Poetarum error circa deos, *ibid.*, 159, 170, 171, 215. — Protagoras deos revocat in dubium, *ibid.*, 120. — Pythagoras pantheista, *ibid.*, 134. — Circa iram Dei Stoicorum error, *id.*, VII, 88. — Stoici putant astra esse deos, *id.*, VI, 278. — Thaletis error circa Deum, *ibid.*, 132. — Anaximenes putat aerem esse Deum, S. Aug., XXXII, 782; XXXIII, 743; vel Deos ex aere gigni, *id.*, XLI, 226. — Anaxagoras putat mentem esse Deum, *id.*, XXXIII, 442. — Error Democriti circa Deum, *ibid.*, 445. — Diagoras atheus, *id.*, XLIII, 360. — Epicurus negavit Deos, *id.*, XLI, 601. — Plato multorum deorum cultum docuit, *ibid.*, 223. — S. Augustin. notat ridicula quæ de diis Varro scripsit, *ibid.*, 178. — Zenonis error circa deos quos dicebat ex igne ortos, *id.*, XXXIII, 955. — Theologi inter quos Dionysius Stoicus mundum Deum esse dixerunt, Raban. Maur., CXCI, 415. — Alii, ut Thales Milesius, contenderunt mentem esse Deum, *ibid.* — Quidam autem animum in omnibus commentem et lucidum, ut Pythagoras, putaverunt esse Deum, *ibid.* — Quidam mentem solutam putaverunt esse Deum, *ibid.* — Quidam et spiritum et mentem, ut Maro, putaverunt esse Deum, *ibid.* — Epicuri admittunt Deum otiosum et inexercitatum, *ibid.* — Stoici affirmant deum corporalem, *ibid.* — Epicurus dicebat Deum constare ex atomis, *ibid.* — Pythagoras dicit Deum constare ex numeris, *ibid.* — Philosophi non aut imperfecte Deum cognoverunt, *id.*, CLXXXIX, 812. — Ciceronis error circa Deum, Joan. Saresber., CXCIX, 992. — Varronis error circa Deum, *ibid.*, 990, 991. Varro quot sunt pestes, tot putat esse deos. *ibid.*

DISSIDIÆ. — Philosophorum dissidia, Lactant., VI, 536, 537; S. Aug., XXXIV, 122, XLI, 601. — Dissidia Varronis in theologia sua, *id.*, XLI, 218.

DIVINATIONES. — Divinationes mathematicorum, S. Aug., XXXII, 737; XL, 29.

DIVITIÆ. — Error Democriti de divitiis, Lactant., VI, 422.

DOLORES. — Error Epicuri circa dolores, S. Hieronym., XXIV, 644. — Circa dolores error Ciceronis, S. Aug., XXXIII, 667, 668.

DUBIUM UNIVERSALE. — Dubium universale Academicorum, S. Aug., XLII, 1019, 1056. — Academicorum dubium universale, Raban. Maur., CXI, 414. — Circa dubium universale, Petr. Abælardus citat Aristotelem, Petr. Abælardus, CLXXVIII, 1349. — Academicorum dubium universale redarguitur, S. Bernard., CLXXXII, 1062. — De omnibus dubitabant Academici, Joan. Saresber., CXCIX, 638, 981. — Arcesilas docuit dubium universale, *ibid.*, 990. — Dubium universale Ciceronis, *ibid.*, 992. — Dubium universale Zenonis, *ibid.*, 981.

DURITIA. — Agendi ratio Platonis erga Hermiam, Tertull., I, 500.

EDUCATIO. — Error Stoicorum de educatione mulierum et servorum, Lactant., VI, 429.

JETTENSE S. MARIE, postea DILIGHEMIENSE (Notre-Dame de Jettou Dilighem, dioc. de Malines) monast. ord. Præmonst. exstructum paulo ante ann. 1106 quo Odo Cameracensis episc. donationes confirmavit ab Everaldo Rodulfo Tornacensi et ejus conjugate Helvide factas, CLX, 1151. — Privil. ejusdem Odonis, *ibid.* 1156. — Privil. Eugenii III, ann. 1145, CLXXX, 1285. — Charta authentica S. Bernardi Claræval. super dissensione inter Jetteusem et Ninovensem abbates, ann. 1146, CLXXXV, 1825.

JOANNIS et TRECHII (SS.) IN BUXIDO (Saint-Jean-de-Bouis, Allier) monast. ord. S. Bened. in Borboniaco pago situm; episcopis Cenomanensibus subjectum ex diplomate Caroli Magni, ann. 802, XCVII, 995.

JOANNIS (S.) DE COLA (Saint-Jean-sur-Cole, dioc. de Périgueux) monast. de cujus priore mentio fit in epist. Innocentii III ann. 207, CCXV, 1102.

JOANNIS (S.) IN ARCLANO (couvent de Saint-Jean au dioc. de Chieti, Abruzzi, Naples); hujus monast. mentio fit in privilegio Innocentii III, ann. 1208, CCXVII, 180.

JOANNIS IN EXSTORIO (S.) (Saint-Jean de Citou, dioc. de Carcassonne) monast. ord. S. Bened. fundatum ab Aniano abbate, ut docet præceptum Caroli Magni, ann. 795, XCVII, 980.

JOANNIS (S.) IN LAMIS (Saint-Jean-aux-Lames, dans la Capitanate, Naples) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III ut pacem restitueret inter Fogitanos et Trojanos, ann. 1204, CCXV, 442.

JOANNIS AD TITUM seu AD PINUM (S.) monast. ord. S. Benedicti juxta Classem civitatem in Ravennatensi dioc. cujus abbas Joannes Constantinopolim adiit vii sæc., CVI, 696.

JOANNIS (S.) *Vide AUGUSTODUNENSE, GERBSTADENSE, HALBERSTADENSE, LUSITANUM, MONTIS-S.-JOANNIS, NICIENSE, PARMENSE, ROMANUM, etc.*

JOANNIS DE PENIA (S.) monast. ord. S. Benedicti in Hispania a Sancio rege exstructum et S. Odiloni Cluniacensi ut disciplinæ renovaretur observatio commissum, xi sæc., CXLII, 868.

JOANNIS (S.) RIVIPULLENSE (Saint-Jean de Rieux, près Aussone, Haute-Garonne) monast. ord. S. August. a Berengario Ausonensi episc. conditum, ann. 1089. — Privil. Urbani I papæ, CCL, 299.

JOANNIS IN VALLEIA (S.). *Vide CARNOTENSE*

JOANNIS (S.) IN VENERE (Saint-Jean dit in Venere dioc. de Chieti, Naples) monast. ord. S. Bened. a Transmundo Theatino comite exstructum, et a Leone IX, Victore, Nicolao, Urbano II jam approbatum, denuo confirmatur privilegio Alexandri III, ann. 1176, CC, 1073. — Privilegio Innocentii III, ann. 1204, CCXVII, 125.

JOANNIS (S.), IN VALLE-TURÆ, (Saint-Jean de Thurtal, diocèse de Constance, Suisse) monast. ord. S. Bened. exstructum a Wenceslao seu Wezelio de Ganderswilla, ann. 1152. — Privil. eod. ann. concessum ab Eugenio III papa, CLXXX, 1548.

JOANNIS (S.) A VINEIS (Saint-Jean des Vignes, près de Soissons) monast. ord. S. August. fundatum ab Hugone Castri Theodorici comite et Theobaldo episcopo, cui privilegio concessit Urbanus II papa, ann. 1089, CCL, 295. — Privil. Adriani IV, ann. 1158, CLXXXVIII, 1585. — Alexandri III epist. pro hujus monast. abbate, ann. 1072, CC, 807, 815, 814, 1278, 1279. — Decretum Coelestini III, ann. 1197, CCVI, 1195. — Epistola Innocentii III, de præpositura Castletensi (Calais), ann. 1210, CCXVI, 260.

JODOCI (S.) seu JUDOCI (S.) (Saint-Josse-sur-Mer) ab-

batis in Morinis sita juxta mare in diocesi Ambtanensi cui aliquandiu præfuit Alcuinus viii sæc., Cl, 694, CXIX, 453. — Epist. Innocentii III de hujus monast. reformatione, ann. 1215, CCXVI, 936.

JODOCI (S.) IN NEMORE (Saint-Josse au Bois). *Vide* DOMMARTINENSE.

JOINVILLA (de). *Vide* URBANI.

JOSAPHAT (de) S. MARIE (Notre-Dame de Josaphat dioc. de Chartres) monast. ord. S. Bened. a Gaufrido Carnot. episc. et ejus fratre Gosleno, ann. 1117. — Privil. Calixti II, ann. 1119, CLXIII, 1156.

JOTRENSE (Jouarre-en-Brie, dioc. de Meaux) monast. ordinis S. Benedicti in dioc. Meldensi exstructum ab Adone fratre S. Audoeni qui in illud se recepit cum aliis amicis palatii regis Dagoberti circa ann. 650, pro quo consule numeros articuli *seqq.*

JOTRENSIS (Jouarre-en-Brie) celebris parthenon ord. S. Bened. ab eodem Adone S. Audoeni fratre conjit in Jotranni sylva, cui S. Bathildis multa dono dedit, ann. 684, LXXXVII, 670. — Privil. Innocentii III, ann. 1202 abbatissæ Agneti concessum, CCXIV, 1135. — Epist. ejusdem adv. abbatissam, ann. 1208, CCXV, 1599, 1603. — Compositio inter episc. Meldensem et ecclesiam Jotrensem, CCXV, 1606.

JOVIACENSE seu JOYACENSE S. MARIE (Notre-Dame de Jouy, Seine-et-Marne) monast. ord. Cisterc. in Briensi territorio fundatum ante ann. 1124 a nobilibus viris Petro Castellensi et Milone Naldeusi dominis. — Alexandri III epist. pro quodam ex eo monast. egresso, ann. 1174, CC, 1009.

JOVILLARENSE S. PETRI (Saint-Pierre de Jovilliers, Meuse) monast. ord. Præmonst. fundatum ann. 1141 a Gaufrido de Joinvilla et ejus uxore Felicitate. — Privileg. Lucii III papæ, ann. 1181, CCI, 1100.

JOVINI (S.). *Vide* ENIXIONENSE

JOVINI Carthusia in Bressia. *Vide* MAJOREVUM.

JOVISVILLA (de) S. LAURENTII (Saint-Laurent de Jouville, Moselle) monast. ord. Præmonst. cujus bona privilegio confirmavit Innocentius III ann. 1207, CCXV, 1122.

JUCELLENSE. *Vide infra* JUNCCELLENSE.

JUDOCI. *Vide supra* JODOCI.

JUGO DEI (de) B. MARIE (Notre-Dame du Joug-Dieu, dioc. de Lyon, Rhône) monast. ord. S. Bened. a Wichardo de Bellojoco et ejus uxore Lucania exstructum, ann. 1118, cujus abbati injunxit Innocentius pecuniam ne acciperet in matrimoniis et sepulturis, 1198, CCXIV, 191.

JULIACENSE S. MARIE (Notre-Dame de Juilly, dioc. de Meaux) monast. ord. S. August. a Fulcaldo de S. Dionysio conditum ann. 1182.

JULIACENSIS (Juilly, dioc. de Langres, Côte-d'Or) parthenon a Milone Barensi comite fundatus, cujus B. Petrus Molismensis monachus olim prior fuit, ann. 1178, cujus vita describitur, CLXXXV, 1257. — Charta Milonis, 1408.

JULIÆ (S.). *Vide* BRIXIENSIS.

JULIANI (S.) IN CALABRIA (Saint-Julien en Calabre) monast. ord. S. Bened. de quo mentio fit in epist. Paschalis II papæ, ann. 1105-1104, CLXIII, 125, 137. — Forte idem ac S. Juliani de Pereyo, monast. cui privileg. concessit Alexander III, ann. 1176, CC, 1086. — Epist. Innocentii III, adversus hæreticos, ann. 1204, CCXV, 529.

JULIANI (S.) CENOMANENSE, monast. de quo mentionem facit Carolus Mag. in Dipl. ann. 802, XCVII, 995

JULIANI (S.) TURONENSE. *Vide* TURONENSE.

JUMERIS (S.), cella cujus situs nos latet pro cujus ecclesia ornamenta sua et ipsas vestes dedit sancta Rade-gundis circa 545, LXXII, 655.

JUNANTENSE (Zunault, dioc. de Rodez) monast. ordin. S. Bened. a Chlodovæo rege conditum, postea autem pene eversum datum est a Pippino rege cœnobio Figeacensi, ann. 755, CXLI, 23.

JUNCCELLENSE S. PETRI (Joncels seu Jausalz aux environs de Lodève, Hérault), monast. ord. S. Bened. cujus jura et possessiones confirmavit Gregorius VII papa 1055, CXLIII, 717. — Innocentii II papæ privileg. ann. 1153, CLXXIX, 231, 471.

JUNTURÆ (abbaye de Jointures). *Vide* DEODATI.

UNGERIACO (de) (Jonchéry-sur-Marne, près de Chaumont en Bassigny) monast. cujus causam defendit Alexander III adv. comitem Regitestensem, ann. 1174, CC, 956.

JUNQUARIA (de) (Juncherias en Galice, Espagne) monast. ord. Cist. e Monte-Ramo exortum et eo ipso a rege et ab Innocentio III huic subditum, ann. 1199, CCXIV, 720.

JUREDENSE S. ANDREÆ (Saint-André de Jau, dioc. d'Elne ou Perpignan) fundatum a Mirone abbate et Gausselmo comite super flumen Tagidum cui conceduntur bona quædam a Ludovico Pio, ann. 829, CIV, 1179.

JURENSE S. RAGNIBERTI seu REGIMBERTI (Saint-Rambert de Joux, dioc. de Lyon) monast. ord. S. B., alias dictum Bebronense eo quod in torrente Bebronna exstruatur ad Jurensis montis pedem et Lugdunensi in dioc. conditum. Testament. S. Ansegisi, ann. 833, CV, 748, not. — Privil. Celestini III, ann. 1191, CCVI, 893.

JURENSE S. ROMANI (Saint-Romain de Joux) monast. ord. S. Bened. a S. Romano et ipsius sociis fundatum, ann. 460, inter Helvetios et Sequanos, LXXI, 1011.

JURENSI LACU (de) S. MARIE MAGDALENÆ (Sainte-Magdeleine du lac de Joux, en Suisse) monast. ord. Præmonst. in dioc. Lausann. exstructum, ann. 1133 a Seilgero Oberoffensi domino. — Privil. Alexandri III, ann. 1177, CC, 1150.

JUSTI (S.) BELLOVACENSE (Saint-Just de Beauvais) monast. ord. Præmonst. primo pro feminis conditum ann. 1107, sub Odone episc. transiit ad Præmonst. ann. 1147. — Privil. Henrici I, archiepisc. Rhemensis, ann. 1163, CXCVI, 1577. — Epist. Innocentii III ad abbat., ann. 1208, CCXV, 1600, 1604.

JUSTI (S.) monast. in dioc. Theatina (Chieti, Abrozze, Naples) situm cujus mentio est apud Innoc. III, CCXVII, 180.

JUSTINÆ (S.). *Vide* Lucensis parthenon.

JUSTINÆ (S.) AQUENSE (Sainte-Justine d'Acqui, en Piémont) monast. ordin. S. Bened. cui privileg. concessit Celestinus III, ann. 1192, CCVI, 924.

JUSSANENSIS PARTHENON (Joussan, dioc. de Besançon) fundata Flavia S. Donatigenitrice, circa ann. 650, LXXXVII, 268; LXXX, 423.

JUVENACENSE S. MARIE (Sainte-Marie de Giovenazzo, royaume de Naples) monast. cujus fit mentio in privileg. ab antipapa Anacleto concessio Juvenacensi episc. ann. 1130, CLXXIX, 720.

JUVENALIS (S.). *Vide* ROMANUM.

JUVINIACENSIS S. SCHOLASTICÆ parthenon (couvent de Juvigny, Meuse) in dioc. Trevirensi conditus a Richilde imperatrice, Caroli Calvi uxore, ann. 874. — Privil. Urbani II, ann. 1096, CLI, 476. — De lite inter abbatissam Hadwidem et abbatem S. Michaelis super ecclesia S. Tyriaci, CLXXIX, 452.

KALTENBORNENSE S. JOANNIS EVANG. (Saint-Jean de Kaltenbrunn, dioc. d'Halberstadt) monast. ord. S. August. a nobili viro Wimanno exstructum paulo ante ann. 1126 quo illud privilegio ornavit Honorius II papa, CLXVI, 1152. — Privil. Innocentii II ann. 1139, CLXXIX, 494. — Privil. Eugenii III, ann. 1145, CLXXX, 1017, 1984. — Anastasii IV, ann. 1153, CLXXXVIII, 1029. — Alexandri III, ann. 1162, 171, 178. — Lucii III, ann. 1183, CCI, 1185.

KAMINATENSIS. *Vide infra* KEMINADENSIS.

KAROFENSE S. SALVATORIS seu CARROSSENSE *Vide* CARROFENSE.

KELCHOVIENSE (Kelchow, dioc. de Saint-André, Irlande) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III de episcopi Aberdiensis electione, ann. 1207, CCXV, 1303.

KEMINADENSIS S. MARIE (Sainte-Marie de Kaments, dioc. de Brème) parthenon a Gerone comite et ejus uxore Imma et Ven. Frederuna abbatissa fundatus in Brunswicensi ducatu quem sub protectione sua sumpsit S. Henricus II imp. ann. 1004, CXL, 255, 256. — Propter ejus defensionem scripsit Eugenius III, ann. 1148, CLXXX, 1331, 1421, 1491. — Epistola Conradi regis ad Eugenium, CLXXX, 1613. — Epist. Henrici Saxoniæ ducis ad eundem, 1621.

KEMPERLEGIENSE S. CRUCIS (Sainte-Croix de Kimberley) monast. ord. S. Bened. in Britannia inferiore situm, et a Gurthiano seu Guntherno duce fundatum circa ann. 550. Ipse fundator primus et abbas fuit. Hujus monast. jura et possessiones confirmavit S. Gregorius III, papa, ann. 1078, CXLVIII, 684. — Epistolæ Paschalis II ad Rothonenses de restitutione Bellæ Insulæ, ann. 1117, CLXIII, 427. — Girardus Engolim. episc. Conani Britannia duci excommunicationem minatur nisi satisfaciatur monast. S. Crucis, CLXXII. — Gilberti litteræ ad Conanum de eadem re, *ibid.* Redditio Bellæ Insulæ Kimberlegiensibus a Conano, 1527.

KENANENSE (Kénan, dans le comté de Tuam, Irlande) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III quamdam causam ipsi committens, ann. 1205, CCXV, 639

KENINGENSE (Kenings, comté de Lancastre, près de

Salford. Anglet.) monast. cujus bona privilegiaque confirmavit Innocentius III, ann. 1206, CCXV, 1073.

KIRCHANENSE (Kirkcubright, dioc. d'York, Anglet.) monast. cujus abbati committit Innocentius III curam de quorundam monasteriorum reformatione, ann. 1207, CCXV, 1128. — Privil. ejusdem, ann. 1207, CCXV, 1183.

KITZINGENSE SS. KILIANI ET GEORGII (Kissingen, dioc. de Wurtzbourg) monast. ord. S. Bened. quod S. Henricus imp. II donavit archiepiscopo Bambergensi, ann. 1007, CXL, 273.

KITZINGUNENSIS (Kitzingen, dioc. de Wurtzbourg) parthenon cujus abbatissa Sophia ad S. Hildegardem scripsit, ejus precibus se commendans, XII sæc., CXCVII, 322.

KILIANI (S.). *Vide PADERBORNENSE.*

KLUAYNARDENSIS S. MARIE (Sainte-Marie de Kluyard, en Anglet.) parthenon ord. S. August. cujus Crelestinus III protectionem suscepit, bona privilegiaque confirmavit, ann. 1193, CCVI, 1152.

KNESTEDENSE (Knechtsteden, dioc. de Cologne) monast. ord. Præmonstrat., XII sæc. conditum, cujus abbas ad sanctam scripsit Hildegardem S. Ruperti abbatis, CXCVII, 313.

LACENSE (Le Lac au diocèse de Trèves) monast. ord. S. Bened. a nobili Henrico palatino comite et ejus uxore Adelheide exstructum, et Gisliberto abbati commissum, quo postulante ejus bona et privilegia confirmavit Innocentius II, ann. 1139, CLXXIX, 409. — Privil. Eugenii III, ann. 1148, CLXXX, 1301.

LACU JURIENSI. *Vide JURIENSE.*

LACU NIGRO (de) seu NEERLACENSE.

LACU JOVIS (de) S. MARIE, (Notre-Dame du Lac-de-Joux au canton de Vaud, Suisse) monast. ord. Præmonstrat. ab Ebaldo de Sarroz domino exstructum, ann. 1126. Alias dictum est Locus Pontii (Lieu-Poncet) a quodam Pontio monacho, qui sibi prius cellulam construxerat in eodem loco. — Pro eo monast. tractavit B. Amedæus Lausannensis cum monachis S. Eugendi, ann. 1154, CLXXXVII, 1292. — Lucii III, ann. 1183, CCI, 1325.

LÆTIENSE S. LAMBERTI (Saint-Lambert de Liesses ou Liesses, dioc. de Cambrai), monast. ord. S. Bened. a comite Wicherto et ejus conjuge Ada exstructum prope Avesnes, ann. 751. — Privil. Innocentii, ann. 1151, CLXXIX, 81. — Privil. Eugenii III, ann. 1147, CLXXX, 1284. — Adriani IV, ann. 1156, CLXXXVIII, 1461. — Epist. Alexandri III, ann. 1174, CC, 938, 1274. — Lucii III, ann. 1184, CCI, 1254.

LÆSTINGENSE, monast. a Ceddo episc. et rege Oswaldo fundatum in Anglia, sed hujus loci memoria excidit, XCV, 154.

LAMBERTI (S.). *Vide VALLE SEIN.*

LAMBERTI (S.) STIRIENSE (Saint-Lambrecht dans la Haute Styrie), monast. ord. S. Bened. cujus Honorius II papa protectionem suscepit, possessiones atque jura confirmat, ann. 1126, CLXVI, 1258.

LAMIS (in). *Vide JOANNIS.*

LANARIACENSIS (Laneray, près de Châteaudun, Eure-et-Loire) prioratus cujus Alexander III causam suscepit adversus monachos de Quinciaco, ann. 1174, CC, 1032.

LANCKEIMENSE (Lanckheim, diocèse de Bamberg, Bavière) monast. ord. Cisterciens. a S. Othone Bamberg. ep. fundatum, ann. 1132, CLXXIII.

LANDELINENSE seu WALLARENSE S. PETRI (Waller-en-Faigne) monast. ord. S. Bened. a B. Landelino Cameracensi episcopo et rege Dagoberto fundatum, ann. 1634. In Fania silva et dioc. Camerac. situm erat, LXXX, 533. — Charta S. Antberti episc., *ibid.*, 595.

LANDECURTENSIS (Landécourt, Meurthe) prioratus a domno Bencelino ex Hierosolyma reduce exstructus, ann. 1100. — Privil. Pibonis episc. Tullensis, CLVII, 439.

LANGENHORSTENSIS (Langenhorst, dioc. de Munster) parthenon, cujus Clemens. III bona atque privilegia confirmavit, ann. 1189, CCIV, 1418.

LANSRINGENSIS S. MARIE parthenon (Lansperg, Bavière), cujus jura et possessiones confirmavit Innocentius III, ann. 1158, CLXXIX, 373.

LANTHONIENSE (Lanthon, dioc. de Lincoln, Anglet.) monast. seu prioratus a Roberto Lincoln. episc. fundatus, cui privilegium concessit Innocentius III, ann. 1204, CCXV, 491.

LAPIDE (de) S. MICHAELIS (La Pierre Saint-Michel, en Saxe). *Vide MICHAELSTEINENSE.*

LATTA (de) S. MARTINI (Siran-la-Latte, près de Sivré, dioc. de Tours) monast. haud procul a Severiaco et Nobiliaco (*Neuilly*), exstructum in agro Turonensi cujus direptionem descripsit S. Gregorius Turon., LXXI, 311.

LATERANENSE. *Vide ROMANUM.*

LATINIACENSE S. FURSEI (Lagny sur Marne, Seine-et-Marne) monast. ord. S. Bened. haud procul a Parisiis a pio Erchinoaldo comite fundatum, circa ann. 651, LXXI, 658 not. XCV, 149. — Dipl. Roberti regis pro ejus monasterii restitutione, ann. 1018, CXLI, 960. — Privil. Urbani II papæ, ann. 1088, CLI, 523. — Epist. Innocentii II ad Radulfum abb., ann. 1143, CLXXIX, 621. — Epist. Alexandri III, ann. 1165, CC, 533. — Epist. Innocentii III ad abb. de electione Meldensis episc., ann. 1207; CCXV, 1256, 1599; CCXVI, 193, 198, 729.

LAUBIENSE seu LOBBIENSE (Lobbes, diocèse de Liège) celebre monast. ord. S. Bened. super Sambram exstructum a S. Ursmaro abb. et Pippino seniore post devictum Theodoricum ann. 691, LXXXVIII, 1223, 1238. — Ibi Folcuinus abbas floruit ann. 990, CXXXVII, 529. — De gestis abbatum Laubiensium, 541. — Herigerus abbas, ann. 1008, CXXXIX, 953. — De eo mon. mentio et notitia, CXLIX, 138. — Folcardus abb. floruit, ann. 1137, CLVII, 481. — Privil. Innocentii II papæ, ann. 1131, CLXXIX, 90. — Eugenii III, ann. 1150, CLXXX, 1431.

LAUCONENSE (Saint-Lupicin, dans le Jura, anc. dioc. de Lyon) monast. ord. S. Bened. de quo mentio est in Vita S. Lupicini a Gregorio Turon., ann. 520, LXXI, 1013.

LAUDE (de) S. MARIE. *Vide infra LOSENSE.*

LAUDENSE S. STEPHANI (Saint-Etienne de Lodi, dans le Milanais) monast. ord. S. Bened. a regina Anselda et B. Lanfranco fundatum, cui privileg. concessit Paschalis II, ann. 1106, CLXIII, 199.

LAUDI (S.) (Saint-Lô, diocèse de Coutances, Normandie) monast. ord. S. August. Privileg. foundationis ab Innocentio II concessum Algaro episc., ann. 1132, CXXIX, 126.

LAUDI (S.) Rothomagense de quo agitur in epist. Eugenii III, CLXXX, 1408. — Idem esse videtur quam præcedens.

LAUDUNENSE S. MARIE seu S. PETRI (Saint-Pierre de Laon) canonicor. collegium antiquissimum, quod olim ditavit S. Remigius Rhemensis episc., CLVI, 993. — Postea Bartholomæus episc. sæc. XII eosdem canonicos regulariter viventes multis donis cumulavit, 1067. — Alexandri III epist., ann. 1172, CC, 816, 817.

LAUDUNENSE S. MICHAELIS (Saint-Michel-en-Thiérache), monast. ord. S. Bened. cujus Fulco abbas fuit XI sæc., CXLIX, 425. — D. Gislebertus fit abbas S. Michaelis et postea transfertur ad abbatiam S. Nicolai de Ribodimonte, CLVI, 1002.

LAUDUNENSE S. VINCENTII. *Vide VINCENTII.*

LAUDUNENSE S. JOANNIS (S. Jean de Laon) monast. ord. S. Ben., a B. Bartholomæo episc. institutum XI sæc., ex parthenone olim florentissimo a B. Salaberga abbatissa fundato, sed in dejectione post eam lapso, CLXI, 1003. — De Balduino abbate, *ibid.*, 1003, 1176. — De abbatis substitutione, 1178. — Abbatum series, 1180. — Vita sanctæ Salabergæ, CLVI, 1223. — Privil. Innocentii II, ann. 1130, CLXXIX, 66. — Innocentii III, ann. 1203, CCVII, 140.

LAUDUNENSE S. MARTINI (Saint-Martin de Laon), monast. ord. Præmonstrat., a Ven. Bartholomæo episc. institutum cum nonnullis e monachis S. Norberti quibus Gualterum abbatem præfecit, circa 1124, et mox valde crevit, CLVI, 993, 1183. — Abbatum syllabus, 1184. — Privil. Innocentii II papæ, ann. 1151, CXXIX, 89, 349. — Lucii II, ann. 1144, *ibid.*, 882. — Eugenii III, ann. 1117, CLXXX, 1210. — Zacharias monach. et commentator claruit ann. 1152, CLXXXVI, 9. — Epist. Alexandri III, ann. 1167-1169, CC, 317, 531, 989. — Epist. Innocentii III, ann. 1210, CCXVI, 198.

LAUNOMARI (S.) Saint-Lomer de Clermont) monast. ord. S. Bened. apud Arvernos a Northmannis vastatum restauratur a Willelmo comite, ann. 928. — Privil. Joannis X papæ, CXXXII, 809.

LAUNOMARI (S.) BLESENSE (Saint-Lomer de Blois ou Lomer-le-Moutier, dioc. de Blois) monast. ord. S. Bened., a Radulfo rege et Ludovico Blesensi comite exstructum, ann. 924. — Privileg. Paschalis II papæ, ann. 1107, CLXIII, 208.

LAURENTII (S.) HESSENSIS. *Vide HESSENSIS.*

LAURENTII (S.) BELLOVACENSE (Saint-Laurent de Beauvais) monast. ord. S. August. in cujus gratiam Alexander III scripsit episcopo Bellovac., ann. 1174, CC, 941.

LAURENTII (S.) LEODIENSIS (Saint-Laurent de Liège) monast. ord. S. Bened. ab Eraclio episc. fundatum in Leodii suburbio in Monte-Publico circa ann. 968. — Abbas Wulpodo e monasterio ejectus ad papam appellavit. Epistola Gregorii VII, ann. 1077, CXLVIII, 475. — Berengerum abbatem gratulatur Urbanus II papa, eo quod adversus simoniacos insurrexerat, et suo expulsus fuerat

monasterio, ann. 1095, CLI, 395. — Joannes monac. et auctor claruit ann. 1147, CLXXX, 177. — Privil. Eugenii III, ann. 1147, CLXXX, 1213. — Reynerus monachus claruit ann. 1188, CCIV, 9.

LAURENTII (S.) PARISIENSIS (Saint-Laurent-les-Paris) monast. in suburbio Parisiorum exstructum ann. 591. cujus S. Domnulus aliquando abbas fuit, LXXI, 381.

LAURENTII ET HILARII DE ABBATIA (Saint-Laurent-des-Aubats, dioc. d'Auxerre) monast. ord. S. August. fundatum a S. Ulino, ann. 578; reformatum autem ann. 1076 ad 1084. — Privil. Eugenii III, ann. 1153, CLXXX, 1555.

LAURENTII (S.) DE OLIBEJO seu MONTIS OLIVI (Mont Oléon, anc. dioc. de Carcassonne) monast. ord. S. Bened. in dioc. Carcassonn. cui subjectum est Caunense monast. a B. Aniano abbate constructum. Præcept. Caroli Magni, ann. 1793, XCVII, 979. — Dipl. Ludovici Pii, ann. 815, CIV, 1031.

LAURENTII (S.) CELLA, in pago Matisconensi a S. Odilone Cluniac. abb. et Archimbaldo vicecomite fundata ann. 1039, CXLII, 866.

LAURENTII (S.) Vide JANUENSE, SPELLENSE, VITERBIENSE.

LAURESHAMENSE S. NAZARII (Lauresheim, Laurisham ou Lorch, diocèse de Trèves) monast. ord. S. Bened., ab impetitione Eymerici Caceronis comitis filii evindicatur temporibus Gundelardi abbatis a Carolo Magno, ann. 770, XCVII, 1048. — Ipsius bona ab eodem confirmantur, 1049. — Privil. immunitatis concessit, 1055, 1059. — Charta Eginhardi, CIV, 601. — Joannis XV, CXXXVII, 834. — Præcept. S. Henrici II imper., ann. 1012, CXL, 297, 376. — Privil. S. Leonis IX papæ, ann. 1049, CXLIII, 624. — Eugenii III, ann. 1148, CLXXX, 1514, 1516. — Alexandri III, ann. 1179, CC, 1223, 1233.

LAURIACENSE (forte Lorch, dans le duché de Wirtemberg et du dioc. de Mayence) monast. in Norica situm super Danubium. — Privil. Eugenii II papæ, ann. 827, CXXIX, 989. — Innocentii II, ann. 1136, CLXXIX, 276. — Epist. Innocentii III, ann. 1199, CCXIV, 824, 873.

LAUSANNENSE CANONICORUM COLLEGIUM (chapitre de l'église de Lausanne) cujus possessiones et privilegia confirmavit Alexander III, ann. 1182, CCI, 1150.

LAUSIENSE seu DE LAUSIA (Luze, dioc. d'Autun), monast. inter Augustodunum et Ligerim exstructum in quo educatus est S. Germanus Parisiensis episc. sub abbate S. Scopilione ejus propinquo, circa ann. 540, LXXII, 57.

LEBRAHENSIS PRIORATUS (Leber seu Leberaw, anc. dioc. de Strasbourg) monast. ab abbate S. Dionysii Fulrado fundatum circa 774, in dioc. Argentin. — Diplom. Caroli Magni, ann. 791, XCVII, 1080, 1084. — Caroli IV imper., ann. 1348, XCVII, 1082.

LEGIONENSE S. ISIDORI (Saint-Isidore de Léon, Espagne) monast. regium ord. S. August. in quo claruit S. Martinus illustris sermoeinator, ann. 1200, CCVIII, 9.

LEHONNENSE seu LEONENSE S. MAGLORII (Saint-Magloire à Saint-Pol-de-Léon, Finistère) monast. ord. S. August. conditum, ann. 849, reedificatum circa ann. 1000. — Epist. Lucii III papæ de ejus lite cum cœnobio S. Maglorii Paris., ann. 1183, CCI, 1234.

LEHUNENSE (Lihons ou Lihu, Somme) monast. ord. S. Bened. cui Robertus Flandriæ comes et Robertus Peronensis allodium dedere vulgo dictum (Harbonieres), ann. 1104, ut constat charta Godefridi Ambian. episc. CLXII, 735.

LEMAUSENSE S. JOANNIS (Saint-Jean de Limours, près d'Etampes, dioc. de Sens) monasterium seminarum in pago Stampensi exstructum a Gammone et uxore Adalgude. Subjectum est monasterio S. Vincentii seu S. Germani a Pratis sub Childeberto III, ann. 703, LXXXVIII, 1099. — Charta foundationis ann. 697, LXXXVIII, 1235.

LEMOVICENSE. Vide ATHANENSE, S. MARTIALIS.

LEMOVICENSE S. AUGUSTINI (Saint-Augustin de Limoges) monast. ord. S. Bened. cujus prima fundatio temporibus S. Martialis refertur; illud auxit Atticus quartus episc., ann. 934; reedificatum est ab episc. Turpione. — Privil. Adriani IV, ann. 1159, CLXXXVIII, 1613.

LEMOVICENSE S. PETRI (Saint-Pierre de Limoges) monast. a Fulberto S. Martialis abb. exstructum in quo postea ille sepultus est x ineunte sæc.

LENENSE (Leno aux Etats Vénitiens) monast. quod sub sua tutela suscepit Calixtus II ann. 1125, CLXIII, 1271. — Privil. Innocentii II, ann. 1132, CLXXIX, 152.

LENSENSE S. VULGANI (Lens en Artois) monast. ordin. S. August. de quo mentio fit, CXLIX, 152; a S.

Ida et ejus marito Eustachio exstructum circa ann. 1040, CLV, 451. — Multa privilegia obtinuit a S. Lietberto episc. Cameracensi, ann. 1072, CXLVI, 1447.

LEOBARDI (S.). Vide MAURI.

LEOBINI (S.). Vide S. AVITI et BRAJACUM.

LEOCADIÆ (S.) TOLETANUM, monast. de quo fit mentio in Vita S. Maximi, ann. 644, LXXX, 612.

LEODIENSE S. JOANNIS (Saint-Jean de Liège), monast. ord. S. August. cujus Reimbaldus fuit præpositus, ann. 1115, CLXII, 749. — Urbani III privil., ann. 1186, CCII, 1420.

LEODIENSE S. JACOBI (Saint-Jacques de Liège), monast. ord. S. Bened. a Baldrico episc. fundatum circa ann. 1006, regnante Henrico II imper., CXL, 281 not. — Privil. Lucii III, ann. 1185, CCI, 1523.

LEODIENSE. Vide supra S. LAURENTII.

LEODEGARI (S.) DE CAMPELLIS (Saint-Léger-sous-Beuvray), monast. ord. S. August. in dioc. Eduensi exstructum a S. Leodegario, cui dona quædam egit Ansebertus, ann. 696, LXXXVIII, 1231. — Postea factum est de dioc. Lingonensi, cui Hugo et Robertus rex privil. concessere, ann. 994, CXXI, 945.

LEODEGARI (S.) (Saint-Léger ou Saint-Ligaire, près de Niort, Deux-Sèvres), monast. ord. S. Bened. exstructum ann. 961. — Epistola Innocentii III ad abbat. super quodam abusu in ecclesia S. Mariæ Majoris Pictav. ann. 1202, CCXIV, 1165.

LEONIS (S.). Vide TULLENSE.

LEPROSO (de) S. SILVANI (Saint-Sylvain de Lairox, près de Luçon), prioratus ord. S. Bened. Epist. Innocentii III ad priorem qui papæ subdiaconus dicitur, ann. 1202, CCXIV, 1137, 1154; ann. 1205, CCXV, 580.

LEPROSORUM DE MONTE. Vide MONTE.

LEPROSORUM DE MISSINO (Les hospitaliers de Missino, dioc. de Faenza, Etats de l'Eglise), monast. a nobili viro Missino fundatum paulo ante ann. 1210 quo Innocentius III illud privilegio confirmavit, CCXVI, 221.

LERINENSE (Abbaye de Lérins, ancien dioc. de Grasse, auj. de Fréjus), monast. olim insigne in insula maris Mediterranei exstructum, ut ferunt, a S. Honorato, in quo florere eximii viri Faustus, Eucherius, Salonius, Honoratus, Hilarius, Salvianus, Vincentius, etc., conditum est iv sæc., I, 657; LIII, 967. — Epist. Calixti II ad Forojulii episcopum de damno quodam huic monast. illato, ann. 1125, CXIII, 1261. — Privil. Honorii II papæ, ann. 1155, CLXVI, 1245. — Adriani IV epist. de tuitione monast. adversus Saracenos, ann. 1158, CLXXXVIII, 1581. — Cœlestini III privil., ann. 1192, CCXI, 989. — Innocentii III epist. ad Arelat. arch. de ejus monast. reformatione, ann. 1198, CCXIV, 250. — Idem concordiam confirmat cum episc. Antipolitano (Antibes), ann. 1210, CCXVI, 224, 226, 245, 969.

LESATENSE S. PETRI (Saint-Pierre de Lézat, dioc. de Pamiers, Ariège), monast. ord. S. Bened. cujus fundatio tribuitur Attoni Biterrensi comiti; ann. 950. S. Adonis abbat. epistola ad Paschal. II de subjectione abbatolæ S. Petri de Curte, ann. 1104, CLXIII, 456.

LESBURNENSE (Lesburn, dioc. de Mons), monast. ad cujus abbatem scripsit Innocentius III de translatione Osnabrugensis episc. ann. 1210, CCXVI, 534.

LETONENSE S. MARIÆ, monast. quod in dioc. Gerundensi in Hispaniæ finibus collocandum videtur; de eo agitur in bulla Calixti II, ann. 1124, CLXIII, 1314.

LEUBATHI (S.). Vide SENAPARIA.

LEUCADIÆ (S.) (Sainte-Léocadie, dioc. d'Exeter, prov. de Cantorbéry, Angleterre). — Epist. Innocentii III ad abb. hujus monast. CCXVI, 1250.

LEUFREDI (S.). Vide CRUCE.

LEUMENSE monast., cujus abbas querelam exposuit Innocentio III adversus Hospitalarios; in Dania et Lundensi dioc. situm videtur, quod colligitur e titulo epistolæ Innocentii subjecto, CCXVI, 1208, 1209.

LEUTEVENSE seu LUTEVENSE S. SALVATORIS (Saint-Sauveur de Lodève), monast. ord. S. Bened. a Fulcrando Lutevensi episc. fundatum, paulo ante Calixti II tempora, qui illud privil. ornavit, ann. 1122, CLXIII, 1254.

LEWENSE seu LEWESENSE. Vide PANCRATI.

LEVENENSIS seu QUIVENENSIS parthenon (Leven ou Quiven, diocèse de Verden en Westphalie) in cujus gratiam Clemens III scripsit Lunensi abbati, ann. 1188, CCIV, 1546.

LEXOVIENSIS S. PETRI (Saint-Pierre de Lisieux) parthenon a Lezelina Aucensi (d'Eu) comitissa exstructus, sæc. xi, CCII, 1317.

LICHSFELDENSE (Lichfield, dans le Strattforshire, en Angleterre), monast. ord. S. August., a Rogero episc.

Conventriensi (Cowentry) exstructum et dotatum paulo ante ann. 1144, CLXXIX, 862.

LIESBORNENSE (Leisborn, dioc. de Munster), monast. ord. S. Bened. in pago Dreny et comitatu Donensi Herimanni exstructum, ad episcopum pertinebat Mimi-gardfordensem. — Privil. S. Henrici II imp., ann. 1019, CXL, 345. — Item Innocentii II papæ, ann. 1132-1146, CLXXIX, 251. — Adriani IV epist. circa controversiam cum episc. Paderb. ann. 1154, CLXXXVIII, 1375.

LIEVANENSE S. THURIBII IN HISPANIA (Saint Thuribe de Liévane) monast. ord. S. Bened. in quo sedem habuisse videtur S. Beatus, vulgo San Bioco, ann. 790, XCVI, 890.

LIGNIACENSIS SS. VITI ET MODESTI (Lignière, Somme) prioratus a Godefrido Ambianensi episc. conceditur monast. S. Martini a Campis Parisiensi et Cluniaco a quo pendebat, ann. 1105, CLXII, 727.

LINCEIO (de) (Lancay, anc. dioc. du Mans, aujourd'hui de Blois) prioratus ord. S. Bened. a Majori Monasterio pendens, cujus sit mentio in privil. Innocentii III, ann. 1211, CCXVI, 449.

LINCOLNIENSE S. ALBANI. *Vide ALBANI.*

LINDISFARNENSE (Lindisfarne ou Holy Island, sur la côte du Northumberland) monast. in insula ejusdem nominis situm, cui præpositus est Eata abbas de Mailros apud Scotos, ab Alcfredo rege ann. 662, XCV, 159. — Ab Æthelwolfo illustratum est, XCVI, 1527.

LINGONENSE. *Vide S. MAMMETIS.*

LINGRARICA (de) S. PETRI (Saint-Pierre de Lingrarica en Vénétie) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III super controversia archiepiscopi Duraciensis cum nobili viro Demetrio ann. 1209, CCXVI, 107.

LIPARENSE (Lipari dans l'île du même nom) a rege Rogerio exstructum, et privil. adornatum ab antipapa Anacleto ann. 1131, CLXXIX, 722.

LIRA. *Vide Lyra.*

LIRUMENSE pro LIRINENSE. *Vide supra LERINENSE.*

LISCKENSE S. MARIE (Notre-Dame de Licques, Pas-de-Calais) monast. ord. Præmonst. a Roberto Buloniensi comite exstructum ann. 1132, Milone tunc Morinorum episc. — Privil. Alexandri III, ann. 1164, CC, 515, 971.

LISSIENSE. *Vide LÆTIENSE.*

LITOMIZLENSE (Lutomizl en Moravie) monast. ord. Præmonst. a nobilibus viris hujus regionis exstructum, et postulante Henrico Moraviæ episc. ab Eugenio III privilegio confirmatum ann. 1145, CLXXX, 1045.

LIUBANENSIS S. MARIE et S. ANDREÆ (Couvent de Sainte-Marie de Leuben ou Loiben, dans la Haute Styrie) parthenon in loco Yoffia dicto e comitatu Liubanensi ab Aribone comite fundatus et Ven. Hunegundi abbatissæ commissus. — Privileg. Benedicti VIII papæ, ann. 1020, CXXXIX, 1023.

LOBBIENSE. *Vide supra LAUBIENSE.*

LOCEDIENSE S. MARIE seu SS. MICHAELIS et JANUARI. *Vide LUCEDIENSE.*

LOECIS (de) super Angerem (Loches sur Cher, Ind. e-et-Loire) monast. ord. S. Bened. a B. Urso abbate fundatum atque rectum ann. 500, quod postea Regulam S. Bened. suscepit, LXXI, 1085.

LOCEDIENSE. *Vide infra LUCEDIENSE.*

LOCHEIENSE. *Vide BELLOCO (de) SS. TRINITATIS.*

LOCI DEI (Lieu-Dieu, dioc. de Ripen, dans le Jutland, Danemark) monast. ord. Præm. ab Omero Ripensi episc. exstructum cum assensu Absalonis Lundensis archiepisc., quod paulo post Cisterciensium Regulam suscepit. Privil. Cælestini III hanc foundationem confirmavit, ann. 1197, CCVI, 1240. — Privil. Innocentii III, ann. 1205, CCXVII, 134, 276.

LOCI-DEI S. MARIE (Notre-Dame de Lieu-Dieu en Jard, Veudée) monast. ord. Præmonst. fundatum a Ludovico Juniore Francor. rege et Richardo Andegav. comite et Anglor. rege, ann. 1145. — Privil. Eugenii III, ann. 1147, CLXXX, 1254.

LOCOCIACENSE seu LOCOCEIACUM (Ligugé près Poitiers) monast. a S. Martino conditum iv sæc. juxta Pictavum, S. Hilarii temporibus, antequam in sedem Tironensem sublimaretur, quod postea in prioratum mutatum est et ad Patres societatis Jesu denique transiit, IX, 164; LXXI, 185; LXXXVIII, 445.

LOCO PONTII (de) (Lieu-Poncet). *Vide LACU JOVIS.*

LOCO-RESTAURATO (de) (L'abbaye de Lieu-Restauré au diocèse de Soissons) monast. ord. Præmonst. exstructum ann. 1138 a Radulfo Viromandensi comite. Privil. Eugenii III, ann. 1145, CLXXX, 1067.

LOCO SANCTO (de) S. MARIE (Notre-Dame de Saint-Lieu). *Vide SEPTEM FONTIUM.*

LOGIENSIS PARTHENON juxta Caudobecum in

Northmannia situm haud procul a Cella Milonis abbat. quod a B. Bathilde dotatum est ann. 680, LXXXVII, 670, 748.

LONDONIENSE. *Vide infra LUNDONIENSE.*

LONGISPONTIS S. MARIE (Notre-Dame de Long-Pont, dioc. de Versailles) monast. ord. S. Bened. monast. Cluniaci datum a nobili viro Guidone de Tro-sello, Montis Iherici domino et ejus uxore Hodierna ann. 1061, — Priv. Innocentii, ann. 1142, CLXXIX, 572. — Eugenii III, ann. 1148, CLXXX, 1311. — Anastasii IV, ann. 1154, CLXXXVIII, 1084. — Alexandri III, ann. 1170, CC, 617. — Lucii III, ann. 1182, CCI, 1227. — Cælestini III, ann. 1195, CCVI, 1141 — Epist. Innocentii III ad abbatem, ann. 1208, CCXV, 1518, 1600; ann. 1213, CCXVI, 940.

LONGOGIONENSE S. AGATHÆ (Longuyon, dioc. de Trèves) monast. ord. S. Bened. in dioc. Trevir. ab Adalgiselo conditum seu notabiliter auctum sub rege Dagoberto, sæc. vii, LXXXVII, 1343.

LONGOGILO (de) (Longueil près de Dieppe, dioc. de Rouen) monast. ord. S. Bened. in pago Deppensi situm, cujus mentio fit in testamento S. Ansegisi Fontaneil. abhatis ann. 833, CV, 744.

LONGORETO (de). *Vide MILEFECO.*

LONGOVILLACENSE S. MARIE (Notre-Dame de Jongvilliers, Pas-de-Calais) monast. ord. Cisterc. a Stephano Boloniensi comite exstructum ann. 1135. Epist. Innocentii III ad abbatem de reformando monast. S. Jodoci, ann. 1212, CCXVI, 936.

LONGOVILLANUM seu GLANDERIENSE (Longueville, Glandières ou S. Martin-aux-Chênes) monast. ord. S. Bened. in dioc. Metensi a Bodagiselo S. Arnulfi patre olim conditum circa 587, cui multa data et ablata fuere a regibus et denique restituta a Ludovico Pio, ann. 856, CIV, 1283.

LONNICENSE S. MARIE (Sainte-Marie de Lonnecken, dioc. de Trèves) monast. ord. Præmonst. conditum paulo ante ann. 1148, quo Eugenius III. illud privilegio confirmavit, CLXXX, 1304.

LONLEYENSE SANCTÆ MARIE (Notre-Dame de Lonley-l'abbaye, Orne) monast. ord. S. Bened. exstructum ann. 1100 a Wilhelmo Talevatio cujus Wilhelmus Floriac. monachus primus fuit abbas, CII, 1320.

LORSCH (de) (Lorsch, dioc. de Mayence) monast. ord. S. August. Epist. Innocentii III de quodam Hermanno hujus monast. canonico, ann. 1199, CCXIV. *Vide LAUREACENSE.*

LOSENSE seu DE LAUDE B. MARIE (Loos-Notre-Dame, anc. dioc. de Tournay.) monast. ord. Cisterc. a Theodorico Flandrensi comite exstructum, ann. 1176. Privil. Innocentii III ann. 1204, CCXVII, 120, 198, 206, 210, 211.

LUBECENSE S. MARIE ET S. JOANNIS (Sainte-Marie ou Saint-Jean de Lubeck, en Danemark) monast. ord. S. Bened. cujus bona privilegiaque confirmavit Cælestinus III, postulante Arnolde abbate, ann. 1191, CCVI, 872, 873.

LUBBOLDESBERGENSE parthenon Germaniæ ejus situs nobis es incertus. Abbatissa sæc. xii ad sanctam scripsit Hildegardem ejus precibus se commendans, CXCVII, 327.

LUCAU (de) S. MARIE (Notre-Dame de Luheul près de Doullens) monast. ord. S. August. de quo agitur in Gestis episcoporum Cameracens., CXLIX, 131.

LUCÆ (S.) (Saint Luc de Négrepont, en Grèce) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III, ann. 1208, (CXV, 1492).

LUCIENSE S. MARIE (Notre-Dame de Lucel ou Lutzel, dioc. de Bâle) monast. ord. Cist. fundatum paulo ante ann. 1139, quo Innocentius II privilegio confirmavit ejus jura et possessiones, CLXXIX, 409. — Urbani III privil., ann. 1189, CII, 1543.

LUCEDIENSE SS. MICHAELIS ET JANUARI (Saint-Michel de Locedio, dioc. de Verceil) monast. ord. S. Bened. prope Vercellas situm, postea ad Cistercienses transiit. In eo vitam monasticam professus est B. Guillelmus abbas S. Benigni Divionensis, 1031, CXLI, 855. — Innocentii III epist. ad abbat. ann. 1199, CCXIV, 580. — Epist. Innocentii III ad abbatem dum versaretur in Oriente, ann. 1204, CCXV, 555. — Decret. ejusd. quo confirmat huic monast. possessiones quasdam et regulæ Cisterc. observantiam ann. 1212, CCXVI, 594.

LUCEDIENSE S. MARIE (Sainte-Marie de Locedio) monast. ord. S. Bened. a Rainerio Montisferrati marchione exstructum et ab eo Anselmo episc. concessum. Decretum Innocentii II super litem cum fratribus S. Michaelis ortam ann. 1141, CLXXIX, 536. — Privil. Cælestini III, ann. 1192, CCVI, 427.

LUCENSE S. MICHAELIS (Saint-Michel de Lucques) monast. ord. S. Bened. a nobili cive Pertualdo fundatum

et dotatum ann. 721, LXXXVII, 1363. — Abbatibus electio a rege Liutprando confirmatur ann. 728, *ibid.*, 1371.

LUCENSE. *Vide* S. FRIGDIANI.

LUCENSE S. GEORGII (Saint-Georges de Lucques) monast. ord. S. Bened. Epist. Eugenii III super discordiam cum canonicis S. Frigidiani, ann. 1145, CLXXX, 1089. — Epist. et Decret. Alexandri III quibus irritum declarat pactum Simoniacum ab hujus monast. monachis contractum ann. 1174, CC, 1017, 1018, 1066.

LUCENSE S. ANGELI IN FORO (Saint-Ange du Forum), monast. ord. S. August. Hujus monast. canonicis præcipit Innocentius II ne vexent monachos S. Frigidiani, ann. 1141, CLXXIX, 571.

LUCENSE S. PETRI (Saint-Pierre de L.), monast. a Fortunato et ejus filio Romualdo presbyteris factis fundatum in quo et ipsi monachi ingrediuntur sub Talestperiano abbate et episc., ann. 713, LXXXVII, 1351. — Sichimundi charta, 1373. — Privil. Eugenii III, ann. 1147, CLXXX, 1190, sub quo parthenon devenerat.

LUCENSE S. MARTINI (Saint-Martin), monast. canonicorum S. Augustini exstructum ante ann. 1117, quo Paschalis his scripsit monachis supra quadam injuria ab eisdem illata canonicis S. Frigidiani, CLXIII, 431. — Epistola Innocentii II, ann. 1137, CLXXIX, 333, 343.

LUCENSE S. PONTIANI (Saint-Pontien), vetus monast. ord. S. Bened. xi ineunte sæc. ab illustri matrona Willa marchionissa restauratum, et postulante Ambrosio abbate privilegio ornatur a rege Conrado II, ann. 1025, CLI, 1046. — Epist. Innocentii III, ann. 1206, CCXV, 972.

LUCENSE S. REPARATÆ (Sainte Réparate) monast. ord. S. August. cujus priori privil. concessit Cælestinus III ann. 1194, CCVI, 1060.

LUCENSE XENODOCHIUM a rege Sichimundo et quibusdam magnatibus fundatum extra muros in loco Apulia dicto, ann. 729, LXXVII, 1372. — Charta Walprandi episc., ann. 739, 1405.

LUCENSE XENODOCHIUM S. SILVESTRI a civibus Lucensibus fundatum ann. 718, LXXXVII, 1361.

LUCENSE MONASTERIOLUM. *Vide* CAPPANULÆ.

LUCENSE (Lucca ou Lucka, dioc. d'Oimutz, en Bohême) monast. ord. Præmonst. ab Ottone Bohemiæ duce conditum. — Privil. Cælestini VI, ann. 1195, CCVI, 1091.

LUCENSIS S. JUSTINÆ (Couvent de Sainte-Justine, Lucques) parthenon ord. S. Bened. exstructus infra urbem, cui privilegium concessit Alexander III ann. 1176, CC, 1072.

LUCENSIS S. SALVATORIS (Couvent Saint-Sauveur de Lucques) parthenon, cujus abbatissæ Alpergæ privil. concessit S. Henricus II imper. ann. 1015, CXL, 332. — Diplom. Conrad. II regis, ann. 1027, CLI, 1048.

LUCENSIS S. MARIE (Couvent Sainte Marie de L.) parthenon ab Urso clerico exstructus in quo propria illa facta est abbatissa ann. 722, LXXXVII, 1366.

LUCERNA (de) SS. TRINITATIS (Sainte-Trinité de La Luzerne, Manche) monast. ord. Præmonst. exstructum ann. 1143 ab Hasculfo de Suligniac. Ad abbatem hujus monast. scripsit Innocentius III ann. 1204, CCXV, 529.

LUCERNENSE DE CURBA-FOSSA SS. TRINITATIS (Sainte-Trinité de Courbe Fosse à Lucerne, Suisse) monast. ord. S. Bened. cujus bona sub sua suscepit protectione Eugenius III, ann. 1145, CLXXX, 1017. — Privil. Urbani III, ann. 1183, CCII, 1317.

LUCERNENSE SS. MAURICII ET LEODEGARII (Saint-Maurice ou Saint-Léger de Lucerne) monast. ord. S. Bened. in Helvetia fundatum viii sæc. Primum subjectum est Vivariensi monast., cujuscumque Sigimarus abbas ab imper. Lothario electus est ann. 839, CIV, 1308; postea transit ad Morbacense.

LUCIANI (S.) BELLOVACENSE (Saint-Lucien de Beauvais) monast. ord. S. Bened. a rege Childeberto fundatum ann. 540. Corpus habuit S. Luciani viii sæculo, et reedificatum est a rege Chilperico. Epist. Innocentii pro eo monast., ann. 1131, CLXXIX, 74. — Privil. Adriani IV, ann. 1158, CLXXXVII, 1340.

LUCO S. PETRI (de) monast. ordinis S. Bened. in dioc. Florentina exstructum, cui privilegium concessit Paschalis II papa, ann. 1107, CLXIII, 228. — Privil. Urbani III, ann. 1186, CCII, 1370.

LUCULLANENSE (Saint Séverin de Lucullano, aux environs de Naples) vetus monast. prope Neapolim situm, cujus S. Eugypsius, natione Afer, abbas fuit sæc. v exeunte, LXII, 549.

LUCUSIANUM (Lucusio ou Lucusiano, à Palerme) monast. ord. S. Bened., unum e sex monasteriis a S. Gregorio Magno fundatis, LXXVII, 1167.

LUDGERI (S.). *Vide* WERTHINENSE.

LUFFELDENSE monast. ord. S. Bened. in Anglia, cui

duarum ecclesiarum possessionem confirmavit S. Hugo Lincoln. episc. xii sæc. exeunte, CLIII, 1122. — Privil. Alexandri III, ann. 1174, CC, 989.

LUGDUNENSE (Couvent de religieuses à Lyon) parthenon de quo fit mentio apud Gregorium Turon. Jam exstabat ann. 570, LXXI, 536. — A S. Anemundo Lugdunensi episc. dotatur, LXXXVII, 473; LXXXVIII 1164.

LUNELACENSE S. MICHAELIS (Saint-Michel de Lunelacken ou Manuser, en Bohême) monast. ord. S. Bened. a Conrado comite et ejus uxore Mathilde exstructum cujus possessiones et jura confirmantur privilegio Innocentii II, ann. 1142, CLXXIX, 609. — Epist. Alexandri III, ann. 1175, CC, 1016.

LUNDENSE S. MARIE MAGDALENÆ (Sainte-Magdeleine de London, diocèse d'Yorck, Anglet.) monast. ord. S. Bened. fundatum ante ann. 1186, quo Urbanus III illud privilegio confirmavit, CCII, 1392.

LUNDONIENSE (Londres, Anglet.) monast. ord. S. Augustini secus muros exstructum cui, petente Normanno priore, privileg. concessit Innocentius II, ann. 1137, CLXXIX, 323. — Privil. Eugenii III, ann. 1147, CLXXX, 1289.

LUNDONIENSE SS. TRINITATIS (Sainte-Trinité de Londres) collegium canonicorum quorum possessiones confirmavit Innocentius III, ann. 1201, CCXVII, 69.

LUNDORFENSE S. MARIE (Sainte-Marie de Londorf, Ecosse) monast. a Wilhelmo rege, Leone dicto fundatum paulo ante ann. 1199, quo Innocentius III illud privilegio confirmavit, CCXIV, 540.

LUNENSE (Lune ou Luhne, en Westphalie) monast. cujus abbati scripsit Clemens III ann. 1188, CCIV, 1366.

LUPARA (de) S. THOMÆ (Saint-Thomas-du-Louvre). *Vide* PARIENSE.

LUPI (S.). *Vide* TRECENSE.

LUPI (S.) (Saint-Loup, dioc. de Clermont) monast. vetus quod videtur exstructum fuisse in Claromont. diocesi; illud usurpaverant Billiomenses canonici detrimento Cluniaci a quo pendebat. Iisdem præcipit Urbanus II ut citius hoc restituant, ann. 1094, CLI, 392. — Epist. Innocentii III ad abb. pro Veziliacensibus, ann. 1211, CCXVI, 479.

LURA seu LUTHRA (de) SS. MARTINI ET DEICOLÆ (Saint-Martin ou Saint-Desle de Lure, dioc. de Besançon) monast. ord. S. Bened. fundatum ab ann. 611, reedificatum a monachis Boscaudunji, ann. 1176, de quo mentio fit in privil. Alexandri III ejusdem ann., CC, 1077.

LUTOSENSE SS. PETRI ET PAULI (Saint-Pierre de Leuze, dioc. de Tournay) monast. ord. S. August. inter Ath et Tournay a S. Amando fundatum ann. 545, CXLIX, 140.

LUXOVIENSE (Luxeuil ou plutôt Luxeu, anc. dioc. de Besançon) monast. ordinis S. Bened. a S. Columbano origine Hiberno fundatum circa ann. 590, LXXI, 626; LXXX, 203. — Angelomus fit abbas ann. 836, CXV, 106. — S. Waldebertus abbas tertius, CXXXVII, 687. — Epistola Honorii II ad Matthæum Alban. card. pro eo monast., ann. 1128, CLXVI, 1278. — Epist. Innocentii III, ann. 1198, CCXIV, 480.

LUZILACENSE (Lutzell, dioc. de Bâle, Suisse) monast. ord. Cisterc. exstructum ann. 1124 a comitibus de Montefalcone. *Vide supra* LUCELLENSE.

LYRA (de) S. MARIE (Notre-Dame de Lyre, Eure) monast. ord. S. Benedicti a Wilhelmo Osborni filio et ducis Normanniæ dapifero conditum circa ann. 1050, CCII, 1316. — Epist. ad abbat. de electione præpositi Constantiensis, ann. 1210, CCXVI, 377.

MACENEIRA (de) in dioc. Visiensi (Viseo en Portugal), monast. cujus abbati scripsit Innocentius ut inquireret super remotione abbatibus S. Petri Auriensis ab episc. ann. 1212, CCXVI, 607.

MACERIENSE S. MARIE (Notre-Dame de Maizières, monast. ord. Cistercien. a Falcone Reumense exstructum, ann. 1132. Ad abbatem scripsit Innocentius III de causa monast. Flaviniac. cum monast. Sinemurensi, ann. 1196, CCXIV, 257.

MADALHARSTORFENSE S. JOANNIS (Madalharstorf, diocèse de Ratisbonne, Bavière), monast. ord. S. Bened. ab Henrico viro illustri et ejus filio Ernesto exstructum paulo ante ann. 1139, quo, postulante abbate Eppone, illud privilegio confirmavit Innocentius II, 596.

MADIO (de) S. MARIE (Notre-Dame de Madion, anc. dioc. de Saintes) monast. ord. S. Bened. fundatum ante ann. 1205, quo Innocentius III ad abbatem scripsit de reformatione monasterii Albæ Terræ, CCXV, 243.

MAGABRENSE S. MARTINI (Saint-Martin de Mèvre, dioc. d'Autun) monast. ord. S. Bened. ante ann. 843, con-

ditum quod postea in dejectu lapsum datum est a Gualterio Aduensi episc. S. Odiloni Cluniac. abbati ann. 996 qui illud reformavit, CXLII, 856.

MAGALONENSIS CANONIA (Maguelonne) olim urbs episcopalis, nunc solo æquata; in territorio sita erat Montispessulani, cujus clerus vitam regular. professus est, ann. 1095, et Urbanus papa II confirmavit, CLI, 408.

MAGDEBURGENSE S. MARIE (Sainte-Marie de Magdebourg) monast. ord. S. August. in quo substituuntur a Norberto archiepiscopo canonici Præmonst. ord. a se instituti, ann. 1129, quod eodem ann. confirmatur ab Honorio II, CLXVI, 1503. — S. Norberti charta, ann. 1129, CLXX, 1558, 1559. — Clementis III privil., ann. 1190, CCIV, 1471. — Privil. Innocentii III, ann. 1206, CCXV, 1094, 1095.

MAGDEBURGENSE S. JOANNIS DE MONTE (Saint-Jean du Mont à Magdebourg) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III, ann. 1207, CCXV, 1108.

MAGEENSE monast. in quadam Hiberniæ insula exstructum a Colmano Lindisfarnensi episc., ann. 667, XCV, 180. — Forte idem ac sequens.

MAGIO (de), (Magy dioc. de Liméryk, Irlande) monast. cujus abbati scripsit Innocentius III de annulatione electionis episc. Imilicensis, ann. 1210, CCXVI, 563.

MAGELLANENSE S. SALVATORIS (S. Sauveur de Magliano) monast. ord. S. Bened. in Sabinia situm, cui varias immunitates asseruit Alexander II papa, ann. 1063, CXLVI, 1395. — Privil. Alexandri III, ann. 1074, CC, 1019.

MAGLORII (S.) **PARISIENSIS** (Saint-Magloire à Paris), monast. ord. S. Bened. ab Hugone Capeto et Roberto filio ejus conditum cui multas possessiones diplomate concesserunt ann. 1002, CXLI, 950. — Epist. Philippi I de hujus monast. reformatione, CLIX, 840. — Privil. Adriani IV, ann. 1159, CLXXXVIII, 1621. — Epist. Alexandri III pro eo monast., ann. 1176, CC, 1087. — Innocentii III epist. de gratuita installatione abbatis, ann. 1211, CCXVI, 504.

MAGNILOCENSE S. SEBASTIANI (Maulieu, près Clermont) monast. ord. S. Bened. a S. Genesio Claramont. episc. fundatum, ann. 656. Heymo abbas privil. obtinuit a Ludovico Pio ann. 818, CIV, 1080.

MAGNI (S.) **SALISBURGENSIS** (Saint-Magne de Salzbouurg, Bavière) monast. ord. S. August., alias dictum Ad Ripas, cujus petente Gebehardo provisoro possessiones confirmantur, ann. 1139, CLXXIX, 482. — Privil. Lucii II, ann. 1144, CLXXIX, 922.

MAGUNZIANI ABBATIOLA, alias dicta Maguzano, ord. S. Bened., ante ix sæc. fundata in dioc. Veronensi, quæ cum deserta facta fuisset Ratherius episc. in eam clericos, id est canonicos induxit, cujus decretum ann. 970, CXXXVI, 547.

MAILROS (de) Hiberniæ monast. in quo vitam monasticam amplexus est S. Cudbertus, sub abbate Eata, viro illustri, postea Lindisfarnensi episc., ann. 660, apud V. Bedam, XCV, 220.

MAISMACENSE S. MARIE (Maimac, dioc. de Limoges) monast. ord. S. Bened., exstructum ann. 1088. Eugenius III concordiam confirmavit initam ab episcopo inter illud monast. et Fratres Uzercenses ann. 1147, CLXXX, 1242.

MAJELLANUM. Vide S. PETRI IN VALLE.

MAJELLANUM S. SALVATORIS (Saint-Sauveur du désert, ou Magliano dans l'Abruzze) carthusia fundata sub Paschali II, confirmatur ab Adriano IV, ann. 1154, CLXXXVIII, 1413.

MAJOREVI (Mairieux, dans la Franche-Comté), carthusia a quibusdam eremitis e Majore Carthusia ortis exstructa, ann. 1116, in Franco comitatu, CLIII, 800, 956. — Monasterium hoc invisit S. Hugo Lincolniensis factus episc. ann. 1199, CLIII, 1088.

MAJUS-MONASTERIUM seu **S. MARTINI MONASTERIUM** (Marmoutier ou l'abbaye de S. Martin de Tours), celeberrimum monast. ord. S. Bened. a S. Martino fundatum iv sæc. juxta Turones, postea transiit ad congregat. S. Mauri, XX, 166; LXXI, 564 not. — Charta Adeodati papæ, ann. 674, LXXXVIII, 1141. — Item Ebbonis episc., ann. 720, LXXXVIII, 1264. — Præcept. Caroli Magni, ann. 774, XCVII, 931, 949, 970, 979, 990. — Caroli Magni epistola ad Albinum (Alcuinum), abbatem S. Martini, ann. 803, XCVII, 921. — Dipl. Ludovici Pii, ann. 814, CIV, 998, 1067, 1069. — A quo tempore videtur transisse ad regulares canonicos. Dipl. ejusdem, 1201, 1214, 1215. — Privil. Leonis III, CXXIX, 971. — Sergii III, CXXXI, 980. — Privil. Leonis VII, CXXXI, 1072. — Gregorii V, CXXXVII, 907. — Charta S. Fulberti Carnot. episc., ann. 1021, CXLI, 353. — Privil. S. Gregorii VII,

